

*SC.17.Pt.4.*



NAU M66





D E  
PAPA, ET SYMBOLO  
L I B R I X V I I I .  
OPUS, THEOLOGICUM, CANONICUM·  
HISTORICUM.

*In duas partes seu tomos divisum, quorum primus  
sex libris complet duodecim Rationalis  
Romani Pontificis.*

Alius exponit duodecim articulos Symboli,  
& in ijs sunt omnes penè  
Tractatus.

DICATUM FELICITER REGNANTI

B E N E D I C T O   X I I I .  
A U C T O R E  
J O A B E R N A R D O P O Z Z O L O  
G E N U E N S I

*S. Tb. Lettore in Collegio Clementino de Urbe.*



R O M Æ, MDCCXXVII.

In Typographia Georgij Plachi, apud S. Marcum.  
S U P E R I O R U M P E R M I S S U .



# BEATISSIME PATER



EDDENDUM omnibus debitum B. P. & Papæ potestas, & symbolum Fidei, debentur & Pontifici, & BENEDICTO. Integrum Rationale est Aaron, & Successoris, sacrilegum ex eo sex gemmas evellere, & judicium Fidei, & Veritas in solo resident pectore Pontificis. *Stolam sanctam, auro, & byacintho, & purpura, opus textile Viri Sapientis, judicio, & veritate*

Ecclesiasticus 4:5

tate præditis , torto coceo opus artificis gemmis pretiosis figuratis . Et statim . Non est induitus illa Alienigena aliquis , sed tantum Filij Ipsi⁹ . Sustinet ut suam Petri Cathedram Hieronymus , & librum dicat Damaso Pontifici , Ecclesiæ Virginis Doctori . Tuetur accusatos Pontifices Augustinus , & libros offert Bonifacio Pontifici . Totus est in potestate Papæ Bernardus , & volumen Eugenio Papæ transmittit . Hæc sunt Pontificis Regalia , & æquè Benedicti , in ea sacra æde conversati , ubi Sacerdotes armati Pontificem tuentur , ubi Theologorum Princeps in Hæreticos Latinos , & in Græcos schismaticos bella movet , & novus sol abiens sydera illuminat , Turrecrematam , Cajetanum , Silvestrum , Bzovium , Gravinam , Coeffetellum , & unus mille clypeos providet Rocca-berti , omnium pene armaturam fortium , quinque & viginti amplissimis voluminibus . Etiam Symbolum totum est Papæ , & Benedicti , & Petrus ex Leone primus inchoavit .

*Siquidem ipsa Catholici Symboli brevis , & perfecta confessio , quæ duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis .* Etiam Papa

*Epiſt. 81.* tutò hoc depositum servat ex Ambrosio . Credatur Symbolo Apostolorum , quod Ecclesia Romana intemeratum custodit . Etiam Symbolum ex Leone gladius est Petri , quo Leo hæreses omnes recidit , & dexteras omnium armavit Antistitum .

*Epiſt. 13.* *Siquidem ipsa Catholicæ Symboli brevis , & perfecta Confessio , tam instruta sit munitione cœlesti , ut omnes Hereticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari .* Nec minus tueri debet Symbolum Benedictus , sub Petri Martyris vexillis recensitus , qui nascens penè cum lacte hausit , & moriens sanguine obsignavit . Hæc est apologia scribentis non encomium Benedicti , cui laudem cane pejus & angue horrenti , agnominem Bernardum imitatus , considerationes offeram non panegyrim , & quidem Divinas non humanas . Alloquitur Deus in veteri Pontifice novum . Ostendas

*Eccod. 19.* *por-*

*populo ceremonias, & ritum colendi, nec tantum pro vivis, sed & pro defunctis, scribit Judas Pontifex simul, & Princeps. Santa ergo & salubris est cogitatione pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.* Imperat Deus in altissima Majestate summam Pontifici humilitatem, ut lucernas ea manu præparet, qua oracula Fidei conscribit. *Ponet eas Aaron a vespere usque mane coram Domino, cultu, rituque perpetuo,* & Petrus se Hominem non supra Hominem confitetur. Jubet Deus ut Pontifex etiam Filius obliviscatur, vel ipsorum Parentum. *Super Patre quoque suo, & Matre non contaminabitur,* & negat Summo Sacerdoti quod Alijs permittit. *Non contaminabitur Sacerdos in mortibus civium suorum, nisi tantum in Consanguineis, & Propinquis, idest super Patre, & Matre, Filio quoque & Filia, Fratre quoque, & sorore.* Jubet Deus ut Pontifex veluti Dux, excubias agat in tabernaculo. *Sint autem, & excubent in custodia tabernaculi, & in omnibus ceremoniis ejus.* Jubet ut Pater, Filios ordinando generet. *Sed & hoc facies, ut mihi in Sacerdotio consecrentur.* Jubet ut tabernaculum, et Altaria consecret. *Sanctificabis omnia, & erunt Santa.* Jubet consecrari in Pontificem Aaron, eo quod eloquens sit non Moysem. *Scio quod eloquens sit, loquetur pro te populo.* Et rursus. *Esto tu populo in his, que ad Deum pertinent, ut referas quæ dicuntur ad eum;* Esto Pontifex Divinæ nuntiis voluntatis. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & requirent de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.* Jubet ut Pontifex veluti Medicus, non curet animam tantum, sed et corpus, nec leprosi tantum properent ad Sacerdotem, sed & alij ægri, & scabiosi. *Si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem.* Et infra. *Vescetur tamen panibus, qui offeruntur in Sanctuario.* Post dicta persuadent et exempla; ubi Moyses cogit Sacerdotes, et Doctores. *Congregate ad me omnes Majores natu per*

2. Mach. 12. *Lev. 24.* *Exod. 10.* *Lev. 21.* *Num. 18.* *Exod. 14.* *Exod. 30.* *Exod. 49.* *Mal. 2.* *Lev. 71.* *Dan. 30.*

*Tribus vestras , atque Doctores , ubi relictis Homi-  
nibus Deum in monte veneratur , ubi Simon Magni  
Oniæ Magnus Filius , qui in uita sua suffulit domum ,  
¶ in diebus suis corroboravit tempum . Scio me  
tanti non esse , ut Papam moneam , at minimus ,  
quisque vel maximum Heroem animat , et lethro  
Laicus vel Moysem admonuit , nec ego moneo ru-  
dis sed Sapientissimus Deus.*

**AD**

# A D LECTOREM.



N sex Libros prae-  
missos Tomo praec-  
cedenti , & alios  
duodecim de Sym-  
bolo , tertium To-  
mum componen-  
tes , Non posui ini-  
tio libri gemmarum rationalis ap-  
propriationem , nec sex librotum no-  
titiam extensam , ut brevem titulum  
efficerem , qualem adhibent veteres  
cum Augustino , de gratia Christi , de Trinitate , & Moderni de re  
Diplomatica , quamvis non ignorem  
veteres , etiam amplos titulos adhi-  
buisse , ut Augustinum *de septem que-  
stionibus , de diversi questionibus* , &  
Bernardum agnominem quem sum  
secutus *de novem ordinibus Angelorum* ;  
& quod ejusdem est numeri , *de duode-  
cim gradibus humilitatis , O superbie* ,  
principiū cùm nec ipsi Accu-  
satores , titulum aptum invenient ,  
quo tot argumenta exponerent .  
Cùm verò gemmarum expositionem ,  
multi non accusent , sed laudent est  
ponenda . Septimus lapis est Ligu-  
ritus Grèce Logyron , ex Hieronymo  
Hyacinthus . Satis miror cur  
*Hyacinthus pretiosissimus lapis in bo-  
rum numero non ponatur , nisi foris ,*  
qui est alio nomine Lyncurius . Nec  
enim inter gemmas Lyncurius inven-  
nitur . Is ex Dioforide , & Berco-  
rio . Veneno obviat , O toxicō contraria-  
tur , ideoque Papam signat Judicem  
infallibilem , ad quem scribit de hære-  
sis Hieronymus . *Venenum sub melle  
latet , & venenatas herbas Paitor elev-  
lit . Octava gemma est Acates , ex Plini-  
o numerolā varietatibus , & Papam  
notat in puris factis infallibilem , in factis  
cum jure connexis infallibilem . No-  
nus est Ameristes ex Plinio . Purpu-  
reus est permixto violaceo colore ,  
ubi purpurea color Principem notat ,  
& Dominium temporale Papæ , &  
violaceus color Episcopalem . De-  
cimus est Chrysolitus , partim aurei ,*

partim marini coloris , & notat ma-  
gnam , imò maximam , in tribu  
Ephraim potestatem , habitam in Re-  
ge Jeroboam , quæ potestas vel in  
Papa residet . Undecimus Onix can-  
dorem virtutem notat , in Patre Ma-  
nasse , & Filio , cum charitate , &  
humanitate conjunctum , & Pontificis  
amorem erga Principes , & utili-  
tem humanitatem ostendit . Ultimus  
Beryllus & viret , & pallido inter ca-  
lumnias , & pericula . Etiam promi-  
seram vitas Authorum , qui præ Pa-  
pa , & in Papam scripsere , at cre-  
scente nimis volumine , & ample-  
ctente alia innumera argumenta , re-  
mittimus ad nostram bibliothecam  
Pontificiam , & Auctores ibi à me  
citatios ; Etiam stylum depremis in  
hoc tomo , altum aliquibus visum  
non mihi . Etiam libros criticos pro-  
misi , & sèpè in scribendo exhibui ;  
at cum Modernus aliquis artem  
hanc , artcm nesciendi appellat , &  
alios hos utentes vocet Academicos ,  
qui hoc uom sciant quod nihil sci-  
ant , sustinenda est consuetudo , tol-  
lendus abusus . Hac arte usus est  
elegantissimè Hieronymus , qua le-  
gitimos libros distinxit à spuris , &  
millies irrisit nescientes , & Rufinum ,  
qui Xistum Philosophum , & Gen-  
tilissimum , sumpsit pro Xisto mar-  
tyre , & Pontifice , hac usus est Ge-  
lalius Papa , non uno tantùni in ope-  
re , sed multis , hac usus est Leon-  
tius , & Evagrius , aliique Historici  
Græci , hac usus est Augustinus er-  
tores retractans , hac Hincmarus Rhe-  
mensis , aliique docti , hac Concilia  
Generalia , ut constat in sexto , de-  
nique SS . Patres distinguentes au-  
rum à luto . Unum audiamus Baro-  
num gratissimum . Gennadius de  
Scriptoribus Ecclesiasticis capite secun-  
do . Julius inquit urbis Rome Episco-  
pus scriptis ad Dioforum quendam , de  
In-

Ep 57.  
L. 37. c.  
20.

done  
332.

*Incarnatione Domini epistolam unam,*  
que illo quidem tempore utilis visa  
est adversus eos, qui ita das per Incar-  
nationem affectabant in Christia Per-  
sonas, sicut & naturas. Nunc autem  
perniciosa probatur, fomentum enim  
Eurybianae, & Timotheonae impie-  
tatis. Hec Gennadius. Sed operasiem  
rem tantam ab eo accusari est per-  
speciam, & Auctorem ejus epistole  
solutius indagatum, prout Evagrius,  
atque Leontius Graeci Scriptores scilicet  
noscuntur. Evagrius enim ait de Ne-  
florianis hereticis, Sanctorum Patrum  
libros sepè depravarunt, multoque  
Apollinaris libros Alabansio, Grego-  
rio Thaumaturgo, & Julia inscriptio-  
nibus commutatis attribuerunt, qui-  
bus quidem libris plurimos in suum  
impium errorum traduxerunt. In bune  
habet. Afferunt inquit aliud quoque  
dictum, velut à B. Julio proscriptum,  
quod extat in epistola scripta ad Dia-  
nyfium Corintbi Episcopum, cu-  
jus est. Miro de quibusdam au-  
diens &c. Estque dictum huiusmodi.  
Necesse est eos, cùm duas naturas di-  
cunt unum adorare alteram non adora-  
re, ac in Divinam quidam baptizari,  
at inhumonam non baptizari. Et Leon-  
tius refutat subdit enim. Sed nos  
pluribus argumentis convincimus il-  
lad quidem non esse B. illius Iulii,  
sed Apollinaris. Primum ex eo,  
quod si quis eom futiliter consideret ni-  
bil Julianum dignum nomine habeat.  
Quin & septem illae epistole, quar  
ejus esse dicunt Apollinaris sunt. Et  
post plura. Pauci & abunde convin-  
ci quod B. Iulii non sit. Sunt enim  
scilicet Synodi Epiphania sub B. Cyrillo in-  
sertam, quod quidem aperte mentiun-  
tur, nam nibil in texu tale reperitur,  
sed alia quedam inserta est epistola,  
velut à Julio scripta, nec ipso Iulii sed  
Timotei. Et plurima tractat in His-  
toria, & in annotationibus ad Mar-  
tyrologium Romanum, sic Bellarmi-  
nus per librum integrum Scriptores  
Ecclesiasticos expendit, sic Anto-  
nius Augustinus, & alii, decre-  
tum Gratiani emendarunt, sic Ponti-  
fices aliqua emendarunt in breviario;  
& satis est legere vetus & novum;  
sic credendum evidenter ipsi, ubi  
opus adscriptum Cypriano, Carolo  
Magno dedicatur, post plura secula  
nascituro, ubi epistola ad Demetria-

dem inter opera Augustini, ut ipse *Dr. Gra.*  
*ta Cœle*  
*pt. i. 20.*  
testatur est Pelagii, & satis est legere, ubi Clemens Primus in libro vita  
scriptus communitatem uxorum tue-  
tur. Cum ergo usus sit optimus pes-  
simus est abusus, quem credo repre-  
hendunt Moderni, & quidem in hac  
te Launois, & à Catholicis, & ab  
hereticis accusatur, quod opera ma-  
nifeste vera refutat, quod negativam  
probationem, qua nihil infirmius,  
etiam positivis multis præponat, sic  
Quenellius epistolas, reicit Leonis,  
qua ut ait Lupus in campo Leonem  
clamat. Affine est huic levibus con-  
jecturis, Baronium passim aliquos ag-  
gredi, ut claris inimicitiis clarescant,  
quem nos sapè defendimus. Sit er-  
go examen criticum lydius lapis, quo  
verum à falso certò discernamus, non  
Academicorum doctrina, qua omnia  
in dubium revocantur. Præter evi-  
dentiā sunt notæ certæ violatio tem-  
porum, rcs indigua Auctore, contra-  
ria veris ejus operibus, & doctrinis,  
Auctores graves, & Patres afferen-  
tes esse alterius, ut Nazianzenus  
Epistolas Julij dicit Apollinaris, &  
Concilia quibus usi sumus in huc ar-  
te. Eam sepè adhibuimus aliquan-  
do non usi, eo quod Adversarii ope-  
ra illa admitterent. Cum itaque  
Theologiam etiam dogmaticam, mo-  
ralem, & de canonibus agentem &  
legibus, tres in partes clare dividia-  
mus, & in prima sermo sit, de Deo  
uno, Trino, & Incarnato, secunda  
de Legibus, tertia de Sacramentis,  
primam & tertiam totam dedimus,  
& innumeratas questiones in secunda  
parte, cùm agatur de Legibus &  
Præceptis, de Papa, Conciliis, &  
aliis, ad liberratem, & gratian spe-  
cialibus; ideoque tota penè Theo-  
logia includatur; cùm & innumerata  
sit ad fidem spectantia; & de Scri-  
ptura Sancta prolixus sit sermo, &  
hæreses omnes numerentur, & innu-  
merata etiam convincantur. In uno  
versiculo Theologia tota est. Domi-  
nus, Legifer, salvabit nos, ubi de  
Deo, & Domino agitur, de Legi-  
bus & præceptis in genere, & spe-  
cialiter de præceptis Decalogi, &  
de Sacramentis nostram operantibus  
salutem. Quamvis autem videatur  
immensa materies, tamea tribus an-  
nis optimè finietur, si relinquatur  
plu-

4. Cas  
Cas 1.  
5. 7-cen  
1.

plures quæstiones Philosophicæ, plures non proficæ, vel de possibili; quales vettere Romani Pontifices, Academæ Parisiensi scribentes; non tamen deseruant speculativæ, illæ præsentim, quæ Hostium sophismata, frequenter ab iis usurpata dissolvunt, qua te excellit ea pars Theologiaræ; & in Tertulliano, & Augustino est mirabilis. In morali ea regula servanda, ut teneatur aurea mediocritas, medio tutissimus ibis, nec sequenda est lata conscientia, cuius distamina sèpè vettere Pontifices, neque strictissima via est quærenda, quamvis enim hac foret desideranda, tameu in præsenti non est imperanda, & canones penitentiales optimi sunt, sed Ecclesia ipsa eos moderatur, & in materia penitentiae sub Zephyrino Papa, & sub Cornelio rigorem mitigavit, & ad hoc inserviunt canones penitentiales, ut cernatur pena talibus peccatis imperata, nec jejunium in Xerophagia, idest in aridis, nostris temporibus potest convenire. Sunt ergo canones observandi, quos Leo Magnus affirmat totius mundi reverentia consecratos, & Concilia generalia sèpè inculcant, nec obitat aliquando desuetudine abrogari, quippe & decreta Apostolorum de suffocato & sanguine, quamvis Apostolica sunt abrogata, imò & Ecclesia mutavit usum, Christi in communione non jejunii, laudante eam mutationem Augustino, cum sola fidei decreta sint irreformabilia, & canones bene statuti, aliquando in melius commurentur, & Ecclesia sèpè indulget infirmati, sustinendi tamen sunt cum S. Carolo. Id optimè peragunt omnes & Moderni, qui tamen male relinquunt Doctores recentes, ut Sotum quem scire est scire totum, eximum Suarez, & alios non laxos, sed Moderatos.

Nil tractavi de Symbolo S. Athana-

ssi, quippe parvi momenti est ea quæstio, cùm apud omnes Ecclesiæ sit receptum, & certè etiam verba non forent est ipsius doctrina, ex operibus ipsius, ut conitatur selecta; & impugnatur doctrina hereticorum recentium, sicut & nos ex Patribus, impugnamus, nec ipse voluit symbolum annum condere, sed fidem suam tantum proferiri, nec obitat non esse citatum à valde antiquis, cum & expolitio fidei ipsius, & alia ibidem opuscula non semper citentur; quamvis multi probent ab Augustino citari, quod in sequentibus seculis est certum. Cœremoniarum verò Compugnatores libros, non curavimus confutandos, cùm Deus, Ecclesia vera, Heretici ipsi, imò & Julianus Apostata in suam Gentilitatem voluerit introducere, nec potuerit Deo nolente, cùm Majestati Divinae convenient; ideoque exactissime sunt discenda, & observanda. Etiam dogmata fidei à Sacerdotibus sunt addiscenda paratis reddere rationem omnii poscenti, ne Parochii ipsis heretici, & Rubbini insultent, & Confessores ut fidei dubia declarant; & Christiana mysteria exponant. Hæc primo tomo adjeci, poscentibus innumeris, cùm opus maneret imperfectum, & me multi urgeant Amici, accidente Clemente, Pontifice, innata Clementia opus excipiente, imò præmia supra vires exhibente, nec humeris infirmis apta, nec statui paupertatis congruentia, saltem miserente, quod laudari non poterat, & encomiis serè prosequente sua benignitate, quod validissima indigebat apologia; Excusa Lector tantam audaciam, & si audaciam excusare non potes, saltem opus excusa ob bonam intentionem juvandæ Ecclesiæ, & manifestandæ veritatis.

1. Petri  
3.

# INDEX

## LIBRORUM, ET CAPITUM

### Hujus Tomi.

- Liber I.** **D**E *Judice controversiarum, & infallibilitate Papae in questionibus iuris.*
- Pars I.** *De Judice controversiarum.*
- Caput I.** *Papa Iudex controversiarum.* pag. 1.
- Caput II.** *Papa iudex traditionum.* p. 6.
- Caput III.** *Constitutio libri, & Dissertationes contra duo Capita praecedentia.* p. 16.
- Pars II.** *De Infallibilitate Papae in questionibus iuris.*
- Caput I.** *Exponuntur questiones, & deciduntur.* p. 24.
- Caput II.** *Infallibilitas Papae convincitur ex Scriptura, & traditione.* p. 30.
- Caput III.** *Papa infallibilis in Antiquitate.* p. 36.
- Caput IV.** *Evincitur infallibilitas Papae, ex PP. Latinis.* p. 45.
- Caput V.** *Evincitur infallibilitas Papae, ex Patriarchis Graecis.* p. 53.
- Caput VI.** *Idem evincitur ex Concilio Ecumenico.* p. 61.
- Caput VII.** *Evincitur infallibilitas Papae ex Concilio regionalibus.* p. 69.
- Caput VIII.** *Evincitur infallibilitas Regibus, & Summis Pontificibus.* p. 80.
- Caput IX.** *Evincitur infallibilitas Papae ex auctoritate Ecclesie.* p. 87.
- Caput X.** *Evincitur infallibilitas Papae rationibus.* p. 95.
- Caput XI.** *Evincitur Papae infallibilitas ex omniam testimonia.* p. 102.
- Caput XII.** *Evincitur infallibilitas Papae, ex sola Gallia.* p. 113.
- Caput XIII.** *Evincitur infallibilitas Papae, ex sola Ecclesia.* p. 124.
- Caput XIV.** *Appellationes à Papa ad Concilium Papam infallibilem ostendunt.* p. 136.
- Caput XV.** *Solvantur argumenta sumpta à rationalibus.* p. 144.
- Caput XVI.** *Defenduntur Pontifices trium priorum saeculorum.* p. 149.
- Caput XVII.** *Defendatur Liberini, & Felix.* p. 153.
- Caput XVIII.** *Defenduntur Pontifices quiui, & sexti seculi.* p. 165.
- Caput XIX.** *Defenditur Honorius Papa.* p. 179.
- Caput XX.** *Defenduntur reliqui Pontifices.* p. 187.
- Pars III.** *De infallibilitate Papae in questionibus Modernis.*
- Capit. I.** *Exponuntur, & confutantur errores Moderni.* p. 198.
- Cap. II.** *An natura pura sit possibilis.* p. 206.
- Cap. III.** *An Deum impossibiliter habeat.* p. 212.
- Cap. IV.** *An detinat grotia interior, cui refutari possit.* p. 218.
- Cap. V.** *An homo sit liber libertate indifferenter.* p. 225.
- C. VI.** *An Christus mortuus sit pro omnibus?* p. 235.
- C.VII.** *Examinatur plura bona in peccatore.* p. 244.
- Cap. VIII.** *Sunt & virtutes aliae praeter Chorotsem.* p. 254.
- Cap. IX.** *De Concordia gratia, & liberi arbitrij.* p. 262.
- Cap. X.** *Solvantur argumenta Quenellii, & Antonini.* p. 271.
- Cap. XI.** *Confutantur aliae Quenelli's tesis.* p. 277.
- Cap. Ult.** *Reflexiones dogmaticae, & morales in novum testamentum.* p. 290.
- Liber II.** *De Judicio Papae in questionibus facti.*
- Pars I.** *De Canonizatione Sanctorum, & de certitudine BANEDICTI XIII.*
- Caput I.** *De Canonizatione Sanctorum.* p. 298.
- Caput II.** *An de fide sit BANEDICTUM XIII. esse legitimum Papam.* p. 309.
- Pars II.** *De Judicio Papae in examine librorum.*
- Cap. I.** *Evincitur infallibilitas Papae in examino librorum.* p. 315.
- Cap. II.** *Confutantur libri, & Dissertationes de examine librorum.* p. 325.
- Liber III.** *De Dominicis temporali Papae, & donatione Caroli Magni.*
- Pars I.** *De Dominio temporali Papae.*
- Cap. I.** *An idem possit esse Princeps spiritualis, & temporalis.* p. 331.
- Cap. II.** *De Edicto, & donatione Constantini.* p. 335.
- Pars II.** *De donatione Caroli, & Pippini.*
- Cap. I.** *Affertur Donatio Caroli, & Pippini.* p. 338.
- Cap. II.** *Expenduntur rationes in contradictione.* p. 342.
- Liber IV.** *De potestate Papae circa ea quae sunt iuris naturalis Divini, & Humanum.*
- Pars I.** *De potestate Papae in iure naturali, Divini, & Humanum.*
- Cap. I.** *De potestate Papae in iure naturali, & Divino.* p. 346.
- Cap. II.** *De potestate Papae circa iuris humani.* p. 337.
- Pars II.** *De potestate Papae circa Sacramenta.*
- Cap. I.** *De potestate Papae in confirmatione.* p. 369.
- Cap. II.** *De potestate Papae circa Eucaristia.* p. 370.
- Capill.** *An transubstantiatione, & praesentia realis orts sit à Pontifice modernis?* p. 377.
- C.IV.** *De potestate Papae in Sacrificio Missarum.* p. 388.
- C.V.** *De potestate Papae circa penitentiam.* p. 397.
- C.VI.** *De potestate Papae circa Matrimonium.* p. 411.
- Pars III.** *De Indulgentiis, & ceremoniis, & potestate Papae circa ipsas.*
- Cap. I.** *De Indulgentiis, & Jubilo, & potestate Papae circa ipsas.* p. 425.
- Cap. II.** *De potestate Papae circa ceremonias.* p. 434.
- Pars IV.** *De potestate Papae in Clericos, & Monachos.*
- Cap. I.** *De potestate Papae in Clericos.* p. 441.
- Cap. II.** *De potestate Papae quoad Monachos.* p. 445.
- Pars Vlt.** *De potestate Papae quoad Hereticos, & infideles.*

# Index Librorum, & Capitum hujus Tomi.

- Cap. I. De potestate Papæ quoad Paganos, & Idæos.** p.451.  
**Cap. II. De potestate Papæ in Hereticos.** p.454.  
**Lib. V. De mutuo Honore, & utilitate inter Papam Imperia, & Regna.**  
**Pars I. De mutuo honore, & utilitate inter Papam, & Imperia.**  
**Cap. I. De mutuo honore, & utilitate inter Papam, & Imperium orientale Graecorum.** p.461.  
**Cap. II. De translatione Imperij.** p.469.  
**Cap. III. De mutuo honore, & utilitate inter Papam, & Imperatores Occidentis.** p.475.  
**Pars II. De mutuo honore inter Papam, & Regna.**  
**Cap. I. De mutuo honore, & utilitate inter Papam, & Angliam.** p.490.  
**Cap. II. Gallie Regnum.** p.502.  
**Cap. III. Genuensis Republica.** p.518.  
**Cap. IV. Hispania Regnum.** p.532.  
**Cap. V. Hungaria, & Bohemia Regnum.** p.545.  
**Cap. VI. Neapolitanum, & Siculum Regnum.** p.556.  
**Cap. VII. Polonia Regnum.** p.569.  
**Cap. Ult. Venetorum Republica.** p.577.  
**Liber VI. De reliquis spectantibus ad Papam.**  
**Pars I. De scalo pedum, Adoratione, & ornata Papæ.**  
**Cap. I. De osculatione pedum.** p.595.  
**Cap. II. De Adoratione Papæ.** p.600.  
**Pars II. De ceremoniis Papæ, Cardinalibus, Peregrinationibus ad loca Sancta.**  
**Cap. I. De ceremoniis Papæ.** p.604.  
**Cap. II. De Cardinalibus, peregrinationibus, exaltationibus.** p.606.  
  
**Pars altera. In duodecim Libros divisa.**  
**De Symbolo, & XII. articulis Symboli.**  
  
**Lib. I. De primo Symboli articulo.**  
**Cap. I. De existentia, essentia, unitate, & omnipotencia Dei.** p.616.  
**Cap. II. De Deo Creatore, & Angelis.** p.621.  
**Cap. III. De variis Dei attributis, & proprietatibus.** p.627.  
**Cap. IV. De Visione Dei.** p.632.  
**Cap. V. De proprietatibus visionis beatæ, & vita eterna.** p.635.  
**Cap. VI. De scientia Dei.** p.641.  
**Cap. VII. De Voluntate Dei, & Prædestinatione.** p.648.  
**Lib. II. In secundum Symboli articulum De Divinitate Christi, & de reliquis agitur**  
**cum de Spiritu Sancto, nec non in Praesertim.** p.660.  
**Lib. III. In tertium Symboli articulum, de B. Virginie.**  
**Cap. I. De Conceptione, & Nativ. B.V.** p.661.  
**Cap. II. De B.V. Maternitate, & Virginitate.** p.665.  
**Cap. Ult. De reliquis spectantibus ad B.V.** p.667.  
**Lib. IV. In quartum articulum Symboli. De Christi Nativitate, vita, & morte.**  
**Cap. I. De Incarnatione, vita, & morte.** p.673.  
**Cap. II. De regno, & Dominio Christi.** p.677.  
**Cap. III. De Christo Sacerdote, Intercessore, Mediatore, Advocate, & Redemptore.** p.680.  
**Cap. IV. De Christo Legislatore, ejusque Legge.** p.685.  
**Cap. V. De perfectissimis Corporis, & Animæ Christi.** p.689.  
**Cap. VI. De adoratione Christi, & Imaginis.** p.699.  
**Lib. V. De quinto Articulo Symboli.**  
**Cap. I. De Defensâ Christi ad Inferos.** p.711.  
**Cap. II. De Christi, & Mortuorum resurrectione.** p.714.  
**Lib. VI. In sextum articulum Symboli.**  
**Cap. I. De Sessione ad dexteram Patris.** p.719.  
**Cap. II. De Christi Ubiquitate, & communione idiomatum.** p.720.  
**Lib. VII. In septimum Articulum Symboli, De Quatuor Novissimis.**  
**Cap. I. De Judicio Finali.**  
**Cap. II. De Inferno.** p.737.  
**Lib. VIII. In octavum articulum Symboli, De Spiritu Sancti.**  
**Cap. I. De Divinitate Spiritus Sancti.** p.730.  
**Cap. II. De Processione Spiritus Sancti, à Patre, & Filio.** p.737.  
**Cap. III. Unde babatur diffidio Spiritus Sancti, à Filio, & ejus Processio.** p.741.  
**Cap. IV. De Spiritu Sancto iustificante.** p.744.  
**Cap. V. De Spiritu Sancti locuto per Prophetas, & Scripturis Sacris.** p.746.  
**Cap. VI. De reliqui Personis Patris, & Filii, distinctis à Spiritu Sancto.** p.764.  
**Lib. IX. De Santa Ecclesia Catholica, & Sanctorum Communione.**  
**Lib. X. De XI. articulo Symboli, De Carnis Resurrectione.**  
**Lib. XI. De XI. articulo Symboli, De Carnis Resurrectione.**  
**Lib. XII. In ultimum Articulum Symboli, De Vita eterna.**

**C**um Opus inscriptum *De Papa, & Symbolo Libri XVIII.* a Patre Don Bernardo Pozzoli nostro Congregationis Sacerdote Professo compositum, duo ejusdem Congregationis Theologici, quibus illius examen commissimus, recognoverint, ac in lucem edi posse probaverint; tenore presentium facultatem concedimus, ut Typis mandetur; Si ijs, ad quos spectat, videbitur; ac servatis servandis. In cuius rei fidem has literas dedimus, ac nostro Sigillo munivimus. In Collegio nostro Sancto Lucia Cremona die 17. Maij, Anno salutis 1725.

*D. Carolus Maria Lodi Propositus Generalis Congregationis de Somafibba.*

*D. Joannes Baptista Riva à Secretis.*

---

## IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*N. Baccari Ep. Bojanen. V. Gerens.*

---

## IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum Sacri Apostolici Palatii Magister.

---

**E**x commissione Reverendissimi Patris Gregorii Selleri Sac. Palatii Apostolici Magistri legi Librum cuius titulus *De Papa, & Symbolo Libri XVIII.* Auctore Joanne Bernardo Pozzoli Genuensi Sacrae Theologie Lectore in Collegio Clementino de Urbe in duos Tomos, seu Partes divisa, nec in eo aliqua Fide, aut bonis moribus dissonum offendit, sed ubere doctrinæ fægotem, & affluentem sara eruditione suppellefitem, ut mirum in modum auream videatur continentem intexere, authostatum, & rationum pondera gravem, quæ non vincit minus, quam vieti Romanæ Ecclesiæ hotoe prudere debent se trahi in triumphum veritatis, Propter eam utilitati confulens Opus prælio dignissimum cœsæ. Roma ex Collegio SS. Vincentij, & Anastasij Anno Domini 1723. die 30. Novembris.

*Ivo Bartolotti Clericorum Minororum Sacre Theologie Lettor Emeritus, & Sacra Congregationis Indicis Confessor.*

---

**P**romissa solvens sollicitiū, quam exposcebat Opus præclarissimum Reipublicæ litterariorum solitis eruditio, magaa diligentia excellentissima doctrina dñavit Rev. Pater Dn. Jo. Bernardo Pozzoli Cericus Regularis Somafibba, cuius nomen retulisse satis est, ut encomia cuncta proferas; Adeò quandoquidem meritum sibi comparavit in Bibliotheca Pontificia constructione, studio, et editione, ut nomen sibi adeptus fuerit aeternum; nunc ad sibi acquirendum *Plus altr,* *Rationale Romani Pontificis* componens, unicus, & solus innumerous è Sanctis Patribus, & Conciliis luceulentissime construens lapidem pretiosos, ut alter David infinitos Hethorodoxos Galilæi aureum cilamum circumducens percutis in fronte, & Orthodoxorum membra in Capite triumphare fecit. *Plus altr* profecto transmeavit, dum nullam reliquit intactam difficultatem non subtiliter, fortiterque ad evidentiam solutam, omnam tetigit quæstionem tangendam admirabilis sapientia abhūd antissimum resolutam; & quod tandem maximis fisciendum est, psaucis multa, immō infinita complexa, ut nihil amplius in hac materia anhelandum Lectoriis dereliquerit Opus dixerim numeris omnibus absolutum; Quod ex commissione Rev. P. F. Gregorij Selleri Sac. Ap. Pal. Mag. summa animi mei volnpeate legens, nihil inventi, quod Orthodoxyam decet, quodquæ censoria virga subiicitur: immō, quod laudibus, & quidem maximis ornaret, quodquæ lauris, & corona premietur; Omne siquidem quod in eo est pseudodoctrine Hereticorum eversum est. Quamohrem ut publicè exponatur luci, & dignissimum judicavi, & desideravi. Datum Rome in Collegio Sancti Marie de Victoria die 27. Julij 1727.

*Fr. Leo à S. Felice Carmelatus Sac. Theol. Praelector, ac Sacrorum Congregationis Indicis, & Sacrorum Rituum Confessor.*

# PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

315.



Gunt de Symbolo Augustinus, libris de Symbolo ad Catechumenos, & apud ipsum est sermo de tempore, agit Rufinus in expositione Symboli, S. Petrus Chrysologus de Symbolo Apostolorum, Eucherius olim Eusebius Emilianus de Symbolo, Tertullianus de prescriptionibus, & aliis.

Cop. 1.

Duplex est Symboli uotatio, & Ethimologia, alia collationem significat, vel pecunia, vel cibi, vel pocu ad convivium, qua posterius seculum comedialis vocavit, vel convivia de confortis, ut constat ex capitibus cum oportet, non liceat, quam actionem fecit Rufinus in expositione Symboli: 2. Diph. 44 Symbolum autem hoc multis, & justissimis ex causis appellari voluntur, Symbolum enim Graecæ, & indicium dici possit, & collatio, hoc est, quod plures in unum conseruent, id autem secerunt Apostoli in his sermonibus in unum conseruendo, quod unusquisque sentit. Idem habet Isidorus de Ecclesiasticis Officiis, idem Rabanus Maurus de Institutione Clericorum, Symbolum Graecæ collatio, hoc est, quod plures in unum conseruent, idem Author apud Augustinum, sermonis jam citati de tempore, eamdem habet Ethimologiam Innocentius Tertius libro secundo Mysteriorum Missæ, & post veteres multi recenciores. Verum ex Natali hoc minime places, qui etenim ait ipse vita Graeca vocis noverunt, & veteres Grammaticos evolvere falso esse fatentur, Symbolum collatiam consonam dicere, namque ipsam Symbolum veteres non Symbolum, unquam dixerunt, ut mulcetur probat Vir Eruditus Gerardus Vossius, libro de tribus Symbolis Dissertatione prima. At pace tantorum Virorum, verum est cum consonandi Symbolam, ut ostendit Vossius, & Lexica Graeca, & dici etiam Symbolum ostendunt Doctri ex Gellio libro sexto, sic Proverbiorum vigesimali tertio. Dantes Symbola conseruentur, ubi ex Hieronymo, & aliis Symbola sunt partes postea in coinvvio.

Cop. 13.

Alia est hujus vocis notio, indicium, ac signum, quo milites distinguebantur ab Hostiis, vel quo in paciis veteres utebantur, loco Chirographarum literarum, ideoque Confessio Fidei est tessera militaris, qua milites à desertoribus dignoscuntur. Hanc uotionem fecit allatus Rufinus. Indicium autem, vel signum ideo dicitur, quia in illo tempore, sicut Paulus Apostolus dicit, & in aliis Apologetorum referunt multi ex circumlocutionibus Iudais, simulabant se esse Apologetos Christi, & lucis alienigenas, vel ventris gratias ad predicandum profiscerentur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionibus

lineis nunciantes. Idecirque istud indicium posuerunt per quod agnosceretur Is, qui Christum eret secundum Apostolicas Regulas predicatorum. Denique, & in Bellis Civilibus hoc observari seruit, quoniam & armorum habitus par, & sonus vocis idem, & mos natus est, atque eadem insituta belluadis, ne qua dolis surrepito fuit Symbolum distincta unusquisque suis adilitibus tradit, quia latine signum, vel iudicia, nuncupantur, ut si forte occurreret quis, de quo dubitet interrogatus symbolum prodas, si sit hostis, vel socii; etiam hoc nomen derivari potest, non à militari, sed à contractuum tessera, quippe est tessera pacis, quod iniunximus cum Deo ex Petro Chrysologo in Baptismo. Placitum, vel pacium, quod lucrum spes venientes continet, vel futuri Symbolum nuncupari contrarium etiam docentur humanos, quod tamen Symbolum inter duos firmat semper geminata conscripicio, & in stipulatione contractum reddit humana cautela, ne cui surreput, ne quem decipiatur perfidia contractibus semper iurimica, sed hoc inter Homines inter quos frons, ut à quo facta est, ut cui facta est semper lades, inter Deum Verum, & Homines Symbolum Fidei sola Fide firmatur, non litera, sed Spiritualis credito, & mandatur cordi non charta, quia Divinum creditum humana non indiget custodia, Deus facere fraudem nostri pacis non potest. Et post aliqua. Sed dicas, qui falli non potest, quid est, quod exigit placitum? Quid Symbolum querit? Querit ille propter te non propter se, non quia ille dubitat, sed ut tu credas. . . . Nemo ergo immemor Symboli sit, nemo initii cum Deo placiti sit oblitus. Secunda notio Symboli est usitata magis, & ex ea Symbolum denominatur, ut advertit Catechismus Concilii Tridentini, ideo editum ab Apostolis Symbolum, si fideles milites nos facere possent intermonere. Ita pacis in Castris usurpatur, & à Ducibus traditur, & Principibus, ut uotat Alexander libro quarto. In Castris Caii Julii viatorian, in Pompei Magni Herculem iavicanum, in Pompeii juvenis pietatem narrant. In Sylla Castris Apollo, in Nerone optima Mater; in Cyri juppiter belli focius, & Dux, in D. Antonini aquanimitas, in Pertinace militemus, erant signa, & Symbola fidelis militis. Et hoc est, quod bellè contra heres ait Irenæus, ideo corporeum Symbolum, ut Christiani omnes forent unius Lib. 1. 6. 3 labii, & oris, quod & alii Patres exponunt similitudinem à Filii Noe desumpta cum terra foret labii unius, & oris, & hanc expositionem admittit Maximus Taurinensis, Homilia prædicta in Symbolum, contra Ruinum allatum. His de Symboli nomine praenotaris, ait Natalis ad id venientium, est, quod in controversiam vocatur, utrum foli Apologeti hujus Symboli sine Auctoress, quod

Cop. 1.

## PRAEFATIO IN SYMBOLUM.

quod Apostolicum vocatur. Gerardus Vossius libro de tribus Symbolis Dissertatione prima negat ab Apostolis editum, atque ideo tantum Apostolicum dici contendit, quia Apostolicz Doctrina Compendium est, ac pro Symboli aliis, verbis etiam gaudet Apostolorum, & Evangelistarum. Ante ipsum indicavit Calvinus se non agnoscere Apostolos illius Symboli Auctores libro secundo Institutionum Capite decimosexto. Apostolorum autem Symbolum nuncupo de Arbore minime sollicitus. . . Neque vero mihi dubium est, quin a prima statim Ecclesia Origine, adeoque ab ipso Apostolorum seculo inlustra publica, & omnium calculis recepta confessio- nis obtinuerit, undecimque tandem initio fuc- rie profectum. Quo incello de Arbore, vel anxie labore, vel cum aliquo digrediari nihil attinet. Et Erasmus in Praefatione ad Lectorem Paraphrasis S. Matthei. Libram hunc sit concinuare cepit, non ex humanis la- canis, sed in Fonsibus Evangelicis. & Apo- stolicis Literis, & ex Symbolo, quod an ab Apostolis proditum sit uscio, & Magistro suo Calvino, audaciter Discipulus Camieris de Canone. Ese ab Apostoli Symbolum si com- positum, si non est falsum, certe, quod proximam salvo esse nemo negat incertum est. Etiam unus Coccojus nomine omnium ait. Nos satem omnes partes Symboli in Scriptura con- tineri, sed non putamus necessarium definire id ita compositum esse ab Apostolis. De quo agit Clarissimum Vossius in peculiari libro de tribus Symbolis, & idem sit Zanchius Symbolum, ad Traditiones Ecclesiasticas referre, & quod mirabile certe est docet, ex Sacris Literis Symbolum potitum, cum nondam. Sacra Litera extarent, sic, & alii negant Apostolos Symboli Auctores, ne cogantur traditiones non scriptas confiteri. At Testes sunt omni exceptione maiores Hieronymus. Symbolum fidei, & specie nostra ab Apo- stolis traditum, non scribitis in charta, sed in tabulis cordis carnibus, ubi ab Apostolis traditur, & in corde. Testis est Chrysolo- gus ex profecto de Symbolo. Symbolum fidei sola fidei firmatur. Non litera, seu spiritus ereditur, & mandatum cordi non charta, ut idipsum omnes sentirent Iesu Christus in Prae- fatione, expositionis Symboli ad Laurentium. Tradunt Majores nostri, quod post Ascen- sionem Domini, cum per adventum Spiritus Sancti supra singulas quaque Apostolos ignea lingua sedissent, ut loqueli diversis, variisque loquerentur, per quod eis nulla gens ex- tranea, nulla lingua barbaries inaccessa vide- ventur, & in via praeceptum eis a Domino datum hoc ad predicandum Dei Verbum ad singulas quaque proficiunt Nationes. Discessari ab ini- viet normam, ac sibi prius futura Prædicationis in commune constitutis, nō ferit alii alteri dicentes aliquod his, qui ad Fidem Christi in- vitabat, exponerent. Omnes igitur in uno positi, & Spiritu Sancto replete breve istud finitra sibi, ut diximus Prædicationis indiciva in unum conserendo, quod sentiebat unusquisque compounere, utque hanc credentibus dan- dam esse regulam statuunt. Et intrat. Discep- sori igitur, ut diximus ad predicandum istud unanimizatis, ut Fidei sua Apostoli indicium posse, non sicut Fili Noe discessuri ab alterum sursum ex latere costi, & bitumine confrumente, cajus lacumen usque ad Calam pertingeret, sed monumenta fidei, que staret adversus faciem inimici a lapidibus ovis, & Margaritis Dominis edificantes, quam neque venti impellerent, neque salmine submerget, neque tempestatum, ac procellarium turbines permoverent; ubi Apostoli monumenta fidei ponunt, nec ventis, nec fluminibus sub- ruenda. Testis Lucifer Calaritanus apparuit libro secundo adversus Constantium, ubi hoc Symbolum appellat formam discipline, & regulam fidei per apostolos traditam, ubi, & regula fidei est Symbolum, & per Apostolos traditur Ecclesia. Testis Celestinus Papa ad Nestorium, ubi Symbolum istud appellat, Symbolum ab Apostolis traditum. Denique Ambrosius Epistola ad Papam Siricium. Credatnr, inquit Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, & servat, ubi ex Symbolo Apostolorum, heretici certò convincit, & Symbolum ap- pellat Apostolorum, & sermone ultimo de- jejunio Eliz agens de Fide in hoc Symbolo contenta. Ita autem ipsa clavis, quam Fi- dem dicimus videamus quemadmodum conflat, quemadmodum solida sit. Arbitror illam do- decim artificum operatione confatur. Duodecim enim Apostolorum Symbolo Fides Sancta, concepta est, qui velut Periti Artifices in unum convenientes clavem suo consilio confaverunt. Clavem enim quandam ipsum Symbolum dixerim, per quam reseruant Diaboli tenebrae, ne Lex Christi advenias; ubi vides duodecim. Artifices Apostolos, in unum convenientes clavim efformasse. Cur antem Ambrosius assertat Symbolum, in Romana Ecclesia, custodiri, & nulla sit mutatio exponit Ru- finus. Commonendum puto, quod in diversis Ecclesiis aliqua in his verbis, Credo in Deum, Patrem Omnipotentem invicinunt adverbia, in Ecclesiis tamen Urbis Roma hoc non reprehendi- tur fallum, quod ego propter est arbitror, quod nego heres illa illuc sumpfit exordium, & nos ibi servavimus antiquis eis, qui gratiam Baptismi sumptari sans publicè, id est Fidelium Populo audiente Symbolum reddere, & utique adiectionem minus saltum sermonis eorum, qui præcesserunt in Fide non admittit auditus. In ceteris autem locis quantum intelligi datur propter nonnullos hereticos, addita quadam evident, per qua novella Doctrina auctor crede- retur exclusi, ubi Symbolum illud, quod est Apostolorum, ex Ambroso, & Romæ erat inviolatum, & nulla sermonis exteri- voce

# PRAEFATIO IN SYMBOLUM.

voce assutum. Etiā Apostolicum, & ab Apostolis compositum appellant Pontifices, & Concilia, Leo Magnus ad Pulchriam Augustam. *Siquidem ipsius Catholici Symboli brevis, & perfecta Confessio, qua duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis tam instructis sit in munitione cœlesti, ut omnes Hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari, ita adversus Eutychem Leo, & adversus Nestorium tertia Synodus, in Relatione ad Theodosium de Nestorii depositione. Fides initio quidem à Santiis Apostolis tradita, postea vero à trecentis decem, & otto Patribus in Metropoli Nicena exposita, quod, ut vidimus concordat Celestino, & quarta Synodus cum Leone, ubi prima Synodus agnoscit, Symbolum ab Apostolis constitutum. Ante Synodum ipsam Nicenam antiquitas, ex Tertulliano, & Irenzo, idem est confessio; quippe primus de prescriptione habet. In ea regula incendimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christi à Deo traditi; & nomine regulæ Symbolum ab eo intelligi, constat ex libro de valentibus virginibus. Regula Fidei una omnino est sola immobilia, & informabilis credendi scilicet in unicum Deum Omnipotentem Mundi Conditorem, & in Filium ejus Jesum Christum natum ex Virgine Maria crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum à mortuis, receptum in Cœlis, sedentem nunc ad dexteram Patris, venturum judicare vivos, & mortuos, per carnis etiam resurrectionem, & laudato de prescriptionibus libro. Regula est autem Fidei, ut iam hinc, quia defendamus, profiteamur illa scilicet, quia creditur unum omnino Deum esse, nec aliud preter Mundi Conditorem, qui universa de nihilo produxit, per Verbum suum primò omnium destinum. Id Verbum Filium ejus appellatum nomine Dei variè visum à Patriarchis, in Prophetis semper auditum postremo delatum ex Spiritu Sancto Patris Dei, & Virtute, in Virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum egisse Jesum Christum, exinde prædicasse novam Legem, & novam promissiōnem Regni Cœlorum, virtutes fecisse, sicut Crucis, tertia die resurrexisse in Cœlos eruptum sedisse ad dexteram Patris, mississe Vicarianam vim Spiritus Sancti, qui credentes agat, venturum cum claritate ad sumendos Santos in vice aeternam, & promissorum cœlestium fructum, & ad prophanos adjudicandos igni perpetua, facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restituzione, ubi vides hoc esse Symbolum Apostolicum, etiamsi ab Apostolis non dicatur institutum, longè fortius cum expresse id assertetur. Et rursus libro adversus Præream Unicum quidem Deum creditum sub hac tamen dispensatione, quam exconomiam dicimus, ut unicus Dei sit, & Filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hunc missum à Patre*

*in Virginem, & ex ea natum, & hominem, & Deum, Filium hominis, & Filium Dei, & co-gomminatum Jesum Christum. Hunc passum mortuum, & sepultum secundum Scripturas, & resuscitatum à Patre, & in Cœlos resumptum, sedere ad dexteram Patris, venturum judicare vivos, & mortuos, qui exinde miserit secundum promissiōnem suam Spiritum Paracletum, Sanctificatorum Fidei eorum, qui credunt in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ubi Symbolum Apostolicum describit, & articulos Symboli ipsius. Extat, & ante ipsum Irenzeus omnium Doctrinarum curiosissimus, discipulus nonagenarii Pothini. Libro primo adversus hæreses dicens, Ecclesia enim per universum Orbem usque ad fines terra seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorum accepit eam Fidem, qua est in unum Deum Patrem Omnipotentem & ubi sententias, ex quibus constat describit. Id etiam firmatur ex Regula Augustini etiam ab Hostibus nostris recepta. Quod universa frequentat Ecclesia, nec à Conciliis institutum est ab Apostolica Traditione defendere restissime creditur, & Calvinus ipse Itatius à prima Ecclesie origine, & Apostolorum facculo institutum affirmat, & Patres docent à Christo institutum, nempe referentibus Apostolis Traditione Divina non humana, quod antiquissimum profitetur Tertullianus. Hæc Regula à Christo, ut probabiliter instituta nullas habet apud nos questiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ Hæreticos faciunt, non facit autem hereticum, nisi regula fidei, vel traditionis Divine, non humanae. Hoc etiam Tom. 4. fateatur Kanchius. Canones de Doctrina sunt Leg. Del illi, quibus non tam definitum, quād declaratum fuit per Apostolos, & Apostolicos Viros, qui Canonici, qui apocryphi sunt libri, de Dætrina item esse primum Symbolum Apostolicum, & rursus. Apostolicam Traditionem esse Canones Bibliorum, Symbolum Apostolorum, & appellat tres has traditiones necessarias, quibus carent non potest Ecclesia. Frustrè opponunt Hostes nostri, quod Symbolum ab Apostolis compositum memorasent in Epistolis Apostoli, & Lucas in actis Apostolorum, & pars foret Scriptura Canonica, quippe, ut jam vidimus ex Hieronymo, Rufino, & Petro Chrysologo, Symbolum non est literis consignatum, & Traditione Divina est ex sui natura, sine scripto ullo prodita, ut, vel multi ex Adversariis confitentur, idēque, nec scribi debuit in actis, vel Epistolis, & multa sunt ab Apostolis facta, nec in actis, nec in Epistolis, exarata, nec in Canone Scriptura posita, & Lucan ex Hieronymo. Multa Historiographi licet praetermississe intelligimus, unde, nec memini Evangelij à se conscripti, & narrans fuso calamo Acta Pauli, plura praetermisit à Paulo narrata, idque non unum tantum, sed plura numero. Frustrè volunt*

Cop. al

Ep. 118.

Tom. 4.  
Tbes. 1.  
coh. 1.

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

Hostes eo tempore nullos fuisse hostes, quos Symbolum distinguunt, quippe Simoniani, Cerinthiani, & Ebionitæ gravissimè grassabantur, tunc erant illi fidelium seductores, falsi Prophetæ, falsi Fratres, ut S. Paulus in suis Epistolis testatur. Erant, & Alexandrini, & Nicolaitæ, & quamvis nulli forent hæretici, quod cum Rufino historia negat, poterant Apostoli provide futuræ Ecclesiæ, cùm arma servari debeat etiam in pace, & pharmaca etiam non existentibus ægis componantur. Frustrâ afferit non convenire Patres, in assignanda ratione impellente ad Symbolum, quippe hæratio oppositum evincit, cùm plures habuerint rationes pro Symbolo, & omnis ratio impelleret ad Symbolum, ut tessera belli, tessera paci, unanimes in fide locutio, brevis, & succosa pro cunctis professo, regula una inerrabilis, & irrefutabilis, ut loquitur ante Rufinum Tertullianus, & quod acceperunt ex eodem à Christo. Frustrâ arguunt Hostes non convenire, Auctores Catholicos de tempore formationis, quippe, nec ipsi convenient de tempore, quo ab Ecclesia Romana, est constitutum, alii etenim quanto scâculo, alii quanto volunt esse constitutum, vel ab iis, qui Canones Apostolicos edidere, & cum dicant Symbolum Apostolicum convenient ab Apostolis compositionem, antè ipsorum per Orbem dispersionem, nec sunt contraria Baronius, & Rufinus, quamvis primus velit efformatum, post decimum annum à passione, & videatur Rufinus afferere, statim post passionem efformatum. Tradunt Majores, quod post Ascensionem Domini, cùm per adventum Sancti Spiritus super singulos quoque Apostolos ignita lingue sedissent. . . . ab invicem normam prius futuræ predicationis in communione constituent. Et rursus clare prædicat, quod Baronius discessu itaque ab invicem normam prius futuræ predicationis in communione constituent, quod & rursus ait de prædicantibus Christum, vel lucri, vel ventris gratia, sicut & Apostolus dicit, quod esse non potuit immediate post Ascensionem. Frustrâ dicunt Symbolum tantum hoc Nicenum, quippe Tertullianus, & Irenæus Symbolum Nicenum, citare non poterant, post aliqua secula efformatum, & Concilium Ecclesiæ um nominat Fidem, Symboli prius Apostolici mox Niceni, & Rufinus, Ambrosius, Augustinus, & Petrus Chrysostomus exponunt Symbolum ab Apostolis traditum, & Ecclesia Romana Symbolum ilud, incemeratum absque additione servavit, & Rufinus addit de ipsa Ecclesia. Mos inibi servatur eos, qui gratiam Baptismi suscepit, sunt publicè idest fidelium Populo audiente Symbolum redere. & tempore Apostolorum constitutum firmat. Calvinus ipse, & apostolicam Traditionem, vel Hostes aliqui facentur. Frustrâ denique asse-

tit Tertullianum, non exprimere Christi defensum ad inferos; de Spiritu Sancto, de Ecclesia, de Sanctorum Communione, de remissione peccatorum, de vita æterna, idèoque non tradita ea Mysteria ab Apostolis, quippe Tertullianus præcipua Symboli Capita, adversus errores tunc regnantes recitat Præxes; Valentiniæ, Marcionis, & assclarum, & Apellarum, undè nec eadem verba refert, nec eadem prorsus sententias, & per Compendium omnia refert, in Confessione Spiritus Sancti, quem Filius misit, ut Vicariam vim, quæ credentes agat, & ut Sanctificatorem Fidei eorum, qui credunt, involvitur implicitè Ecclesia Christi, que credentium congregatio est, & Filius misit vim quæ credentes agat, & ait secundum promissionem suam, ut maneat vobis in æternum, etiam agit de Communione Sanctorum, qui Spiritu Sancto advocantur, & moventur, & pro quiuis sententia ait Paulus. Postulat gemitis inenarrabilibus, & remissio peccatorum claret, in Sanctificatore Hominum continetur. Frustrâ dicunt nil interesse scire originem, quippe SS. Patres Maximus, Cyrilus Hierosolymæ, Iosephus Augustinus, Eusebius clamant esse Apostolorum, & confiteretur ipse Calvini libro secundo Apostolis certè magno 55. 58. Veterum consensu Scriptorum adscribitur, ubi, vel reum confitement audimus, & Crocius allegans Basilium de traditionibus. Sec. 4. num. 7.

*De Fide, & Oper. cap. 9.*

Professionem igitur fidei interpretatur illorum verborum complexum, quo olim Cauchumeni ante Baptismum suum profitebantur fidem, quod idem confitetur Cœcijus, & innumeris ex Hostibus Symbolum Apostolorum, volunt concinere veritates, & errores illi oppositos esse fundamentales, quod passim uno ore confitentur, etiam latissimi, & intolerabiles Dominis. Unum est, quo multipliciter triumphant Hostes, non eodem ordine, ubique Symbolum recitari certè omnino diversis, alibi pluribus, & alibi paucioribus, & non solum verbis, sed & sententias, idèoque Apostolicum non esse, quod quilibet reverenter exceperit, non aufus sententiis addere Apostolicis, nec different Symbolum Aquilejense, & Romanum, quo Aquilejensis, & Romana Ecclesia utebatur, & Orientale quod Orients adhibebat. Evincunt autem in multis diversa. Et sane Romanum in primo Capite habet. *Credo in Deum Patrem Omnipotentem Creatorem Cœli, & Terræ, in Symbolo quarti seculi in Oriente erat.* *Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem,* in Aquilejensi tempore Rufini, postea verba *Credo in Deum Patrem Omnipotentem,* addebatur, *invisibilis, & impassibilis.* In secundo Capite legebat Orientale. *Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum usicum Filium ejus ex Rufino.* In tertio Capite loco ho-

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

horum verborum. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine in Aquilejensi Symbolo legebatur. Qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. In quarto Capite omittuntur ea duo verba, *passus, mortuus in Aquilejensi*, & monet Rufinus in Symbolo in aliquibus Ecclesiis ea verba, descendit ad inferna desuise: In Capite quinto Aquilejensi dicitur, *tertia die resurrexit a mortuis*, relatis verbis descendit ad inferos; In sexto Capite verbo Patris, non addit vulgata omnipotens, in septimo nullum discrimen ferri Rufinus; in octavo in Aquilejensi Symbolo, verbum *Credo omnino omittitur in nostro, omittuntur in Aquilejensi, ea verba Sanctorum Communione*, ubi Rufinus huic sententia *Sanctam Ecclesiam Catholicam hanc aliam immediate conjungit, nempe remissionem peccatorum, in qua confitenda omnes concordant*, & Natalis Alexander affirmit, *Symbolum Aquilejense vocem Ecclesiam Catholicam omittere, que tamè à Juvenio ponitur, & à textu ipso apud Rigaltium, omitti verò asserit Natalis, cum à Rufino non explicatur, nec Ecclesia ab initio fuerit Catholicæ, & Apostolorum tempore ex Paciano, nondum Christiani dicebantur Catholicæ, & S. Augustinus eam vocem exponit, & in textu Symboli non ponit*. In Capite undecimo Symbolum Aquilejense addit post resurrectionem hujus carnis. In ultimo deest illud *viam aeternam*, dicit enim Rufinus in expositione. Sed ultimus iste sermo, qui resurrectionem pronuntiat summatum tortius perfectionis succincta brevitate concludit. Et quamvis ob variis Rufini editiones, loco vocis ultimus, dicant aliquæ ex Pamelio ulterius, nihilominus non evitatur auctoritas Hieronymi sorbentis. In Symbolo fidei, & spei nostræ, quod ab Apollinis tradidit non scribitur in charta, vel atramento, sed in tabulis cordis carnalibus post Confessionem Trinitatis, & unitatem Ecclesie, omne Christiani dogmatis Sacramentum carnis resurrectione concluditur.

*Ep. 61.*

In hac tamen discordia unanimes sunt, ubi idem est Deus, & Deus unus, & plura-  
litas Deorum ex Tertulliano nullitas est  
Deorum, & lumine rationis constat, vel  
apud Philosophos, & Poetas, unam esse  
prinam causam, & mentem. Mens agitat mo-  
lem, & verba illa Creatorem Celi, & Ter-  
ra continentur in ea voce omnipotentem.,  
ut omnibus, quoad sensum est manifestum,  
& ea verba invisibilis, & impassibilis,  
addidit Ecclesia Aquilejensis, adversus He-  
resim Patripassianorum ex Rufino. Scien-  
dum, quod duo ipsi sermones in Ecclesia Roma-  
næ Symbolo non habentur. Constat autem apud  
nos additos heresios causa Sabellii illius profes-  
sori, qua à nostris Patripassianorum appellatur,  
idest, qua, & Patrem ipsum, vel ex Virgine  
natum dicit, & visibilem factum esse, vel pas-

sum affirmat in carne. Ut ergo excluderetur talis impietas de Patre, videntur hæc addi-  
dice majores, & invisiabilem Patrem, atque  
impassibilem dixisse. Ad secundum jam re-  
spondit Vigilius in Eutychem. Universitas  
proficitur credere se in Deum Patrem Omnipo-  
tentem, & in Iesum Christum Filium ejus Do-  
minus Nostrum. Huic Capitulo ob id iste calu-  
minatur. Cur non dicit in unum Iesum Christum  
Filium ejus juxta Niceni Decretum Conci-  
lii. Sed Roma, & antequam Nicena Synodus  
conveniret, à temporibus Apostolorum usque  
ad hunc, & sub B. memoria Calestino, cui iste  
fidei testimonium reddidit, ita Fidelibus Sym-  
bolum tradidit, nec præjudicant verba, ubi  
sensus incolimus permanet, ubi vides eum-  
dem esse sensum, unius Filii, ac Filii, cùm  
sit Unigenitus, & latè in Sacra Scriptura.  
Filius vocetur, ubi vides Symbolum Apo-  
stolorum, exitissim sub temporibus Aposto-  
lorum, longè antè Concilium Nicenum; non  
quarto, ac quinto sæculo. In tertio Capite  
concordant, ubi juxta Scripturam loquun-  
tur. Quod in ea natum est de Spiritu Sancto est,  
& idem repetit Petrus Chrysologus, sub  
Papa Metropoli constitutus. Si juxta Evan-  
gelium, quod in ea natum est de Spiritu Sancto  
est, quia Deus Spiritus est. Hæreticus jam  
Deum natum Virgine confiteatur ex carne, ne-  
que amplius Calestus Mysterium Virginitatis  
Partum trahat conceptum Mundi, ad terre-  
na fragilitatis injuriam,) & nasci conceptum  
supponit, & ex utroque Homo excluditur,  
& Spiritus Sanctus utriusque est Auctor.  
Sic etiam Incarnatum, & Hominem factum  
eumdem prorsus sensum important, in Sym-  
bolo Orientali, ac in Romano, conceptus  
de Spiritu Sancto natus est ex Maria Virgi-  
ne, cùm & Ecclesia canat in alio Symbolo.  
Et incarnatum est de Spiritu Sancto, & Ho-  
mo factus est, & in eadem Catechesi Cyril-  
lus, Caput subhingit ita inscriptum. De  
generatione ex Virgine; Et in expositione ait.  
Credo verò hunc Unigenitum Dei Filium ex  
Santa Virgine, atque Spiritu Sancto natum  
esse, se antè dixerat se summa Capita expri-  
mere. Non enim præpositi oblii sumus, quod  
summa rudimentorum fidei Capita nunc explicati-  
turi eramus. In quarto Capite respondet  
Rufinus. Sciendum sane est, quod in Ecclesia  
Romana Symbolo non habetur additum defen-  
dit ad inferna, sed neque in Orientis Ecclesiis  
habetur hic sermo, vis tamen verbi eadem vi-  
detur esse in eo, quod sepultus dicitur; & idem  
dicimus de aliis verbis, passus idem est, ac  
crucifixus, ac mortuus, imò ex eo, quod  
resurrexit est mortuus, si ad quintum, ad  
sextum repetitur vox omnipotens, ut in  
primo Symboli articulo, in septimo nil adeat  
diversitatis, in octavo scribit Rufinus. Ca-  
ternum si solius Divinitatis ratio habeatur eo  
modo, quo in principio dicit. Credo in Deum  
Patrem Omnipotentem, & post hoc in Iesum  
Chri-

Cap. 4.

Luce 1.

## PRAEFATIO IN SYMBOLUM.

*Christum Filium ejus uniuersum Dominum nostrum Iesum Christum.*

*In nono Capite Cachicam, legitur apud Petrum Chrysologum, apud Ambrosium. Tractatu de Symbolo, apud Cyrilum catechesi Illuminatorem decima octava apud Aquilejensem Ecclesiam, & Romanam, & id potuerunt Apostoli exponere, cum proximè Ecclesia foret extendenda, & id certissime à Deo fecire, & cum ita loquuntur in suis Epistolis: Sed dices namquid non audierunt. Et quidem in omnem terram exiit fons eorum, & in fines Orbis Terre verba eorum, & mandatum fuerat Apostolis, ut predicarent Evangelium omni creature.*

*Remodo. Euntes in Mundum Universum. Vel Apostoli respergere universalitatem Doctrinæ, & temporum, idèque Lyrinensis Catholicos vocat credentes, & ait. Eos effi Catholicos, qui tenent id, quod semper, quod ubique, & quod ab omnibus creditum est, sicut universalitas sub Apostolis etiam vigebat. Ecclesia Smyrnensis apud Eusebium scribat. Ecclesia Dei, qui est Smyrna Ecclesia Dei. . . . Et omnibus, ubique Terrarum Sancta, & Catholica Ecclesia Populus. Hinc Apollinaris Hierapolitanus apud eundem. Catholicam, que per Ornem terrarum sparsa est Ecclesiam maledictis appetere docebat spiritus arrogantis. Et tursus adversus Saturninum, & Basiliudem. Catholica autem Ecclesia, qui sola vera est, semper sui simili, & constans novis quotidiis incrementis agebatur, & Irenæus libro quarto inquit Agnitus vera est Apostolorum doctrina, & antiquis Ecclesia statim in Universo Mondo, & Charitate Corporis Christi secundum successione Episcoporum, quibus illam, que in quoquo loco est Ecclesiam tradiderunt; sic Cyprianus de Novaria ait. Ter totum Ornem à Sacerdotibus Dei abstinent, & in eius causa totus Augustinus, & Tertullianus Cypriani Magister in Marcionem. Hoc probabilis Apostolus docens. Veritas Evangelii, quod pertinet ad vos sicut, & in totum Mundum. Nam si iam tunc traditio Evangelica, ubique manaverat, quanto magis nunc, ubi, & suo tempore, & antiquiori, veritas Fidei, ubique manaverat. Quod spectat ad Communionem Sanctorum, relata est in Symbolo Aquilejensi, Imd., & Ravennatis, ut recenter Chrysologus cum non constitutat singulare fidei caput, sed est exppositio Capitis Ecclesie, ut advertit Catechismus Concilii Tridentini. In primis igitur Fideles docendi sunt hanc articulum esse illius, qui de una Sancta Ecclesia Catholica antea positus est veluti explicacionem quamdam. Unitas enim spiritus à qua illa regitur efficit, ut quidque in ea collatum est communis sit. Augustinus milles exclaims, columba ligat, columba solvit, & gemit casta pro impuris. De Capite undecimo scribit in Apologia. Rufinus. Cum omnes Ecclesia ita Sa-*

cerdementum Symboli tradant, ut postquam dixerint peccatorum remissionem ad eam carnis resurrectionem Sancta Aquilejensis Ecclesia, ubi tradit carnis resurrectionem addit unus pronominis syllabam, & pro eo, quod easter dicunt carnis resurrectionem, nos dicimus bujus carnis resurrectionem, quo scilicet frontem, nos est in fine Symboli singulari contingentes, & ore carnis bujus, quem videlicet consingimus resurrectionem fatentes omnem veterata adversum nos lingue calamnandi aditum praestramus, ubi vides additum in Ecclesia Aquilejensi, eo, quod aliqui carnem phantasiam excogitarent, cum alioquin idem sit carnis, ac hujus carnis, cum resurgere deberet, quæ cecidit, In ultimo reclinatur vita æterna, cum includatur in carnis resurrectione, ut constat ex Evangelio, & Epistolis Pauli, & Rufinus ipse id intellexerit. Dabitur etiam peccatoribus incorruptionis, & immortalitatis ex resurrectione conditio, ut sicut iustis Deus monstrat ad perpetuitatem glorie, id peccatoribus ad prolixitatem confessionis ministret, & pana.

Hoc Symbolo confutatur heres apud Augustinum. Et incipimus à Simone Mago primo dicebat. Nec Deum fecisse Mundum ita nec Creatorem. Negabat etiam carnis resurrectionem, & afferbat se esse Christum. Et mox Christum non venisse, Spiritum Sanctum emere voluit. Deum non credens. Hic confutatur Menandriani cum Menandro, qui Mundum afferbat non à Deo, sed ab Angelis factum, & Saturniani cum Saturnino, qui etiam Mundum solos Angelos septem prater conscientiam Dei Parris fecisse dicebat, & Basiliadiani Mundum istum ut Hominem non credunt à Deo factum, sed à trecentesimo quinto Calo. A Judais non credunt Christum Crucifixum, sed Simonem Cyrenensem, qui angariatus sustulit Crucem ejus, sic Nicolaita prater usum indifferenter Femininarum. Intelligatur autem etiam isti noui Dei tribus creaturam, sed quibusdam Poteftatibus, quas mirabili, vel fringens varietate, vel credunt. Hoc confutatur Gnostici Animarum substantiam Dei dicunt esse naturam, & idem non creant à Deo. Dicunt quoque bonum Deum, & malum habere in suis Dogmatibus. Hoc confutatur Carpocrates. Hic etiam Jesum Hominem tantummodo, & de utroque sexu natum posuisse prohibetur. Resurrectionem Corporis enim lege abiciebat. Mundum à Deo factum, sed neficio à quibus virtutibus, ubi in una perfida plures sunt heres, & plures articuli Symboli eversi. Sic & Chrestianitatem. Mundum ab Angelis factum esse dicentes & carne circumcidere oportet Jesum Hominem tantummodo fratre, nec resurrexisse, sed resurrectum affirmantes, ubi Baptismum negant, & necessarium vulne Circumcisio nem, sic & Nazarei quamvis in Christum cre-

L.5. 613.  
Cap. 16.

Cop. 63.  
L.5.

*Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquis Ecclesia statim in Universo Mondo, & Charitate Corporis Christi secundum successione Episcoporum, quibus illam, que in quoquo loco est Ecclesiam tradiderunt; sic Cyprianus de Novaria ait. Ter totum Ornem à Sacerdotibus Dei abstinent, & in eius causa totus Augustinus, & Tertullianus Cypriani Magister in Marcionem. Hoc probabilis Apostolus docens. Veritas Evangelii, quod pertinet ad vos sicut, & in totum Mundum. Nam si iam tunc traditio Evangelica, ubique manaverat, quanto magis nunc, ubi, & suo tempore, & antiquiori, veritas Fidei, ubique manaverat. Quod spectat ad Communionem Sanctorum, relata est in Symbolo Aquilejensi, Imd., & Ravennatis, ut recenter Chrysologus cum non constitutat singulare fidei caput, sed est exppositio Capitis Ecclesie, ut advertit Catechismus Concilii Tridentini. In primis igitur Fideles docendi sunt hanc articulum esse illius, qui de una Sancta Ecclesia Catholica antea positus est veluti explicacionem quamdam. Unitas enim spiritus à qua illa regitur efficit, ut quidque in ea collatum est communis sit. Augustinus milles exclaims, columba ligat, columba solvit, & gemit casta pro impuris. De Capite undecimo scribit in Apologia. Rufinus. Cum omnes Ecclesia ita Sa-*

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

credane. Hoc Ebionei Christum etiam tantummodo Hominem dicunt. Mandata carnalia legis observant circumcissoem scilicet carnis, & cetera, à quorum oneribus per novum Testamentum liberati sumus. Huic Heresi Epiphanius Santos, & Eusebius ita copulat, ut sub eodem numero tanquam una sit heres ponat. Hoc confutatur Valentiniiani afferentes, & Christum autem à Patre missum, id est, à profundo, spirale, vel coeleste Corpus secum attulisse, nibilque assumptissime de Virgine Maria, sed per illam tanquam per rinnu, aut per filium sine ulla de illa assumpta carne transisse. Et mox carnis resurrectionem negat, sic & Scandiani his addentes solum opera tristia, sic Marcus. Negant resurrectionem carnis, & Christum non verè, sed putat eō passionem esse afferentes. Duo quoque opinatus est ex adverso sibi esse principia, Colarbasus secundus est istos. Hoc confutatur Heracliteus ad Heracliteum Discipulo Superiorum, duo afferunt principia unum ex altero, & ex his duobus alias plurima. Hoc confutatur Ophita à columbro nominati sunt, columber enim Ophis dicitur. Hunc autem columbrum, qui decepit Adam, & Eviam Christum arbitrantur. Hoc confutatur Cajanii blasphemant Legem, & Deum Legis Authorum, carnisque resurrectionem negant, sic de Sethianis. Quidam eos dicunt Sem Filium Nostrum Christum putare, ubi Christus ex Virgine, & longe post eum natu. Confutatur hoc Archontici, Archontici à Principiis appellati, universitatem, quam Deus condidit opera eise Principium dicunt. Resurrectionem carnis negant. Hoc confutatur Cerdonius à Cerdone nominati, qui duo principia sibi adversantia dogmatizant, Deum Legis, & Prophetarum non esse Patrem Christi, nec bonum Deum esse, nec iustum, Patrem verum, Christum bonum, Christum ipsum, neque natum ex semina, neque habuisse carnem, nec verè mortuum, vel quidquam passionem, sed simulacrum passionem, resurrectionem mortuorum negant, sic Marcion secundus ei Cerdonis dogmata, sic duo Deos ponunt Apollines, sic Severiani. Carnis resurrectionem cum Veteri Testamento responentes, sic Tatiani prolationes quasdam fabulosas saeculorum etiam ipsi sapient, nempe, quia Orbem formarunt non Deum. Hoc confutatur Morenianus, qui remissionem negant peccatorum, ut Novatiani, & Montanum credunt Spiritum Sanctum, sic & Pepiniani. Hoc confutante Alegiani negantes Verbum, & consequenter Deum, & Filium. Hoc confutatur Adamiani nudici incidentes. Et ex hoc Paradisum suum arbitrantur Ecclesiam; sic Eusebius duas feminas, ut Deos adorant. Hoc confutatur Theodotiani à Theodotione. Hominem tantummodo Christum afferant, sic Melchisedechi Melchisedech Dei virtutem appellant, & Noctis eundem vocans Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Confutatur Angelici

in Angelorum Cultu inclinati, & Apostolicis in communionem non recipientes uxoratos. Sic Sabelliani damnantur cum Noeto; eadem prorsus pice inquinati, sic Cathari, & Novatiani volentes Ecclesiam, defecisse, & remissionem peccatorum negantes, sic Origeniani Discipuli Adamantii mortuorum resurrectionem negant, Christum autem, & Spiritum Sanctum creaturam dicunt, eternam negant penam. Sic Pauliani à Paulo Samoaceno Christum non semper fuisse dicunt, sed ejus initium, ex quo de Maria natus est auctoritate, sic Marichei duo principia inter se diversa, atque adversa, eademque eterna, & coetera, hoc est semper fuisse afferant, Hierarchia, quorum Auctor Hierarchia nunquam patitur, resurrectionem carnis negant, Monachos tantum, & Monachas, & conjugia non habentes in communionem recipiant, quasi Sanctos alios respicientes. Hæc omnia ex Augustino dumplex Symbolum, & Apostolicum, & Nicenom profertur, etiam ex Hostiis Confessione, è Sacra Scriptura dumplex, & hoc validissimum est Idioras ex Augustino, qui quanvis de illis displicere non possint, sciens eas hæreses non esse sequendas, scientes esse damnatas, & ab Apostolis, & ab Ecclesia, & à Conciliis Generalibus, & à Scriptura ipsa Divina reprehensas. Hoc Apostolicum Symbolum alio, nempe Niceno Symbolo cùt expositum. Creditur in unum Deum Patrem omnipotentem factorem Celi, & Terræ, omnium visibilium, & invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Del ex Patre natum Unigenitum, id est ex substantia Patrii Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, naturam non factum, consubstantiam Patri, per quem omnia facta sunt, quæ in Cœlo, & quæ in Terra. Qui propter nos Homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & Homo factus est, passus est, & resurrexit tertia die. Et ascendit in Cœlos, & iterum venturus est judicare vivos, & mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat aliquando, quando non erat, & quia ex illis, que non sunt factus est, aut ex alia substantia, vel essentia, dicunt esse, vel creatum, vel mutabile, vel convertibilem Filium Del, anathematizat Catholicæ, & Apostolica Ecclesia.

Hoc Symbolum contra Arium est compostum, quippe Ecclesia ante ipsum, solo utebatur Symbolo Apostolico, unde Gregorius Nazianzenus in Encomio Heronis. Nicena Synodus iugis certis finibus, ac verbis Divinitatis Doctrinam circumscripta, & explicativa. Este verum Deum, non creaturam, ut dicebat Arius acce alias tactum, sed nt alias. Ascribant Ariani Verbum esse ex nihilo, & Nicena Synodus esse ex Patre, dicebant Ariani factum, & creatum, Synodus vero natum declaravit, assertabant

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

bane Ariani Filium adopeivum, Synodus verò Unigenitum decidit. Afferebant Ariani ex Athanasio, in Epistola de Niceno Decreto. *Ter summam impudentiam dixerunt se ad istum modum putare filium, prærogationem pra' aliis habere, Unigenitumque appellari eo, quod unus ille à solo Deo conditus sit, cetera verò omnia à Deo per ipsum. Ex Deesse, scripseruntque alium esse ab Essentia Dei, hoc est substantia Patris, ita offendentes longè alter verbum, alter creaturas esse ex Patre. Et addiderunt. Deum ex Deo lumen ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero genitum non factum consubstantiale Patri, sic afferuit damnandos omnes dicentes, erat aliquando, quando non erat. Sicque cuniculos omnes ait Irenaeus, Ariani Synodus præclusit; at una vox sola consubstantialis omoufion, præclusit cuniculos Ariani, reliquis per Arianos confessis, ut constat in Ariminiensi apud Hietonymum Confessione. Credimus aiebant in unum verum Deum Patrem Omnipotenter. Hoc etiam nos confitemur. Credimus in Unigenitum Deum Filium, qui autem omnia facta, & aut omne principium natu' est ex Deo. Natu' autem Unigenitus solus ex solo Patre, Deum ex Deo similem Genitori suo secundum Scripturas &c. Numquid hoc inservit est, erat tempus, quando nou' erat? vel de nullis extantibus creatura est Filius Dei? Perfecta Fides est Deum de Deo credere, & nam aiebant Unigenitum solus ex solo Patre. Quid est nam? Certè non factum. Nativitas suspicionem auferebat creatura. Addebat prater, qui de Calo defensu' Prater hac divertientia, & alia habuere dicebant non esse creaturam, Idèque creaturam non asserabant, dicebant per ipsum facta omnia, quae in Cœlo, quae in Terra, tanquam per creationis instrumentum, & similia familiaritia multis Hæreticis.*

Quæc verò sit anæcotitatis hoc Symbolum, constat ex relatione quarta Synodi ad Martianum Augustum a scribentibus. Undam esse veluti principali loco trecentorum decem, & octo Patrum Doctrina Confessionem Lex nobis Ecclesiæ præscribit, quam velut communè Sauflorum Decretum ad eorum, qui vocantur in adoptionem Filiorum tradimus firmitatem, & in secunda ejusdem Synodi actione. Reverendissimi Episcopi clamaverunt post recitatum nempè Nicæz yobolum. Haec Catholicorum Fides hunc omnes credimus, in hac baptizati sumus, in hac baptizamus, & quinta Synodus idem sensit, ac quarta. In hoc omnes baptizati sumus, & in hoc baptizamus, & s. Leo post Symbolum citatum Apostolorum. Cuius Symboli plenitudinem, si Eunyches puro, & simplici voluntate conciperet in nullo à Decretis Sacraffissimi Nicæni Concilii deviat. Et Orientales Ecclesias Symbolum illud, Catechumi-

menis suis tradidere, ita scribit Basilius Seleuciensis Episcopus in Synodica Concilii Seleuciensis ad Leonem Augustum transmissa. Patres, qui Sanctum Concilium Chalcedonense celebrerunt Symbolum Patrum Nicænorum pro Capite sumentes, ubique hoc solum circumferri, & predicari ad illuminationem Fidelium sanctiernur, ubi solum consensus circumferri volueret, quod Niceno Symbolo Apostolicam inferuerint, cum Ecclesia Occidental is integrum servarit, & Augustinus, Chrysologus, Maximus, Apostolicum tradidere Catechumenis, excepta Hispania utente Cp., ut constat in Synodo Toletana tertia. Quin etiam tanta fuit ei Symbolo reverentia, ut Cp. Symbolum sub nomine Niceni sit appellatum, ut constat ex allato Toletano Tertio, & Flavianus Cp. Patriarcha ad Leonem, maximè Eutychem accusat. Trecentorum autem decem, & octo Sanctorum Patrum de Fide expositionem fallam, & nunc tentativ' evellere, antiquam impi' Valentini, & Apollinaris repans fallam, ubi maximum crimen erat expositiōnem, trecentorum Patrum, vel tentare evellere, vel in ea jām erat hæresis Valencini damnata. Et iterum Leo Magnus comparat Symbolo Apostolicō. Cujus Symboli plenitudinem, si Eunyches puro, & simplici voluntate conciperet, in nullo à Decretis Sacraffissimi Concilii Nicæni deviat, & hoc à Sanctis Patribris intelligeret consilium, ut contrà Apostolicam Fidem, qua nonnulli sua est nullum feingendum, nullum elevarere Eloquium, ubi una Fides est utriusque Symboli, & pro eo moriendum jām docuit Ambrosius.

Exponitur, & Symbolum à Capite, estque illud, quod canitur in Missa, & contrā protes hæreses efformatum ostendit fūs Christianus Lupus in notis vox unum ferit Marcionitas, Encratitas, Manichæos, alioisque duplicitis Divinitatis Auctores, idèque prima Synodus Toletana, Symbolum hoc exponens anathema dicit, primum antiquis Hæreticis. Si quis dixerit, vel crediderit alium Deum esse præse Legis alium Evangeliorum anathematis; & hoc de Manichæis scribunt Augustinus, Epiphanius de hæretibus, & Libro primo Hæreticarum fabularum Theodoretus. Vox Omnipotentem repetita, & antiquum Hermogenem, volentes Deum in opere indigere, aeterna, & increata materia, de quare Tertullianus contrā Hermogenem ait; Non est Omnipotens, si non hoc potens ex nihil omnia perficere, & contrā Origenem ex Lupo ex scripto Justiniani ad Mennam, ubi dicitur Deum fecisse quanta potuit. Vox illa Faustus Cali, & Terræ, addita est contrā Gnosticos melius Basiliidanos, qui concordantes cum Simone, Menandro, & Saturnitio, dicunt Calum factum à virtute quædam,

Hec. 46.  
Hec. 66.  
Cap. 26.  
Cap. 8.

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

dam, quæ Abraxas ab ipsis vocatur. Vox illa visibilium indicat, omnia etiam minima à Deo creata, unde est illud Tertulliani de anima. *Denuo recognites tantum opificem in modicis, qualem, & in maximis, & contrâ Manicheos assertentes muscas esse à Deo malo. Vox illa, & invisibilium fetit, & Manicheos assertentes unam animam partem Dei esse, & Augustinus de duabus animabus testatur; & prima Toletana Synodus decidit. Si quis dixerit unam humanam esse Dei portionem, vel Dei substantiam, anathema sit. Voces illæ, & in unum Dominum Jesum Christum, Apollinaris caluniam confutant, volentis nos duos Christos fateri, ut testatur Nazianzenus ad Cledonium. Nos accusans, quod duas naturas distinctas, aut inter se propnantes invenimus, atque excellentem, & admirabilem unionem dividamus, ubi distinctas, idest divisas, & separatas, ut constat ex verbis nobis imputabaut, idèque Damasus Papa iubet Paulino, ut conversi Apollinaristæ faterentur unum Dominum Jesum Christum. Voces illæ ex Patre natum antè omnia facta, & Arium factum, & Photinum Sirmensem. Praesulem, volentein Initium Christi, ut potè puri Hominis, existit à Virgine Maria. Verba illa Deum de Deo, Deum verum ex Deo vero, addita credidit Rhodiorum Episcopus, in Synodo Florentina fessione seprima, & decima, sed convictus est à Cardinali Juliano, ex authenticis Codicibus vera esse. Verba illa natum non factum homouion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantię sumpta sunt ex prima Synodo contra Arianos. Voces illæ, qui descendit de Cœlis in Epiphila Athanasi ad Jovinianum, & in Ephesino, & Chalcidensi Concilio non habentur. Vox incarnatus est habetur in Symbolo Niceno, & additur de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & id adversus Apolinarem, ex Nazianzeno in litteris ad Nectarium uox Romæ Patriarcham. Affirmat Apollinaris nequam advenitiam esse carnem illum ob natura nostra transformationem ab Unigenito Fili secundum dispensationem assumtam, verum carnalem illum naturam in Filiu jam inde à principio sniffe. Additum est de Spiritu Sancto, cùm Carpocratianos doceret natum ex Homine, Augustino id referente in Carpocratianis. Hic etiam Jesum Hominem tantummodi, & de nroque sexu naturam perutasse prohibetur, & Apollinaris afferuit juxta quosdam, hominem carnis nostra consubstantialem, uisci debere via ordinaria. Vox illa, & homo factus est, verum, & integrum hominem describit, ex Synodo quarta in Relatione ad Martianum. Dicens verò, & incarnatus est veram assumptionem nostræ carnis, & ex Virgine per Nativitatem uisitatem ostendit. Quod verò inhumanatus est, in ipso nature nostræ plenitudinem ex anima rationali, & corpore manifestat, & hoc adversus Apollinarem veram carnem, aut mentem deneganteem, ut uotat Augustinus de douo perseverauit. Non ita dicimus Christum Hominem, ut aliquid minus habeat, quod ad humanam certum est pertinere naturam, sive animam, sive in ipsa anima mente rationalem, sive carnem, non de famina sumptum, sed saltum de verbo in carnem conuerso, atque mutato. Quæ omnia tria falsa, & vanæ, hæreticorum Apollinaritas, tres partes variæ, diversaque fecerunt. Etiam addita sunt ea verba, cuius Regni non erit finis descripta ab ipso Evangelio, & Angelo Gabriele de Cœlis misso, adversus Marcellum Ancyranum, ut vult Lupus, afferentem Christi Regnum extinguedum, cum summo traditum fuerit Patri. Alia plura verba addidit, Synodus secunda prima, quæ sola dixerat. Cedimus in Spiritum Sanctum, & sola sufficiet dixit quarta Synodus. Iterum, ait Symbolum Nicenum Credo in Spiritum Sanctum sufficere intelligentiam, quod Spiritus Sanctus Deus sit piis mentibus tradens. Si caius similiter, ut in Patrem, & in Filium, ita etiam in Spiritum Sanctum credere suffit manifestum est, quod quoque, ut in Deum spem habere nos præcepit, unam naturam insinuans in Trinitate credentes, & ita intellexerat, & defendebat Athanasius, & Damasus orienti toti præceperat, & argumentum percepserat Rufinus, ubi creditur in Spiritum Sanctum, ereditur Ecclesia, non in Ecclesiam, at Macedonius Niceni Concilii silentium circa Divinitatem Spiritus Sancti, in communione suum retulerat, idèque addenda fuerunt tot verba, Dominum quippe, & clamans sexta Synodus, Macedonius spiritus denegabat Deitatem, & Dominantem conservum predicabat, & clamans vivificatorem dare vitam filius sit Dei, aut ipsam mortuis resuscitare, ex Patre procedentem per communicationem, idèque Patri consubstantialem, quod expressè jam Papa definerat, cum Patre, & Filio adorandum, quod negabat ex Nazianzeno Macedonius. *Quis Spiritum adoravit? Quis, vel veterum, vel recentium quis eum erexit?* Addit, & conglomerandum ut potè Deum, ut illud Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, oritur ex Apostolica Traditione, ut evincit Basilii Libro de Spiritu S., additur, qui locutus est per Prophetas, cum solus Deus predicete possit futura, & in Sacra Scriptura quæ dicatur Spiritum Dei in Prophetis locutum ac Deum Magnum in ipsis prophetasse. Denique contra tot hæreses, una Ecclesia definatur, una, Sancta, Catholica, Apostolica. Mirum est, quoc hæretes antiquas unum Cp. Symbolum recidat, ut fusa inductione potest convinci, at relatis in orco vetustis hæretibus, hoc unum mirabilis*

Eccles. 8.

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

**Epis. 13.** **I**llus est novas hæreses, à vetustis Symbolis exterminali, quod scribit Leo Magnus Pucherius. *Siquidem ipsa Catholicæ Symboli brevis, & perfecta Confessio, qua duodecim Apostolorum residem est signata sententiis tam infraeâ sua munitione caelstis, ut omnes hereticorum opiniones solo ipso possint gladio destruci.* Ita Symbolum. *Cp. lectum est in Synodo Ephesina, & Chalcedonensi, & utramque hæresim evertit, quod de Encycliana sepe Leo testatur, ita ex eo in quanto damnatur Origenes, sic in sexto damnantur Monochelites, ex eo, quod Christus est Filius Dei Unigenitus, & Homo factus est, in duplice natura cum duplice voluntate.*

Hoc unum Parochi exponat, & reddent, vel rusticos Theologos. Exponere Symbolum constitutum à secundo Concilio ex quatuor totidem olim velut Evangelii Ecclesiâ apud Hostes veram acceperasse, sua concilare ea Concilia, vel Hostes, nec errata posse in fundamentalibus articulis, eam Ecclesiâ suam esse. Mox ostendant ex eo Symbolo dignoscî, vera Ecclesiâ socios ab inimicis, Assignare hoc Symbolum, & signat Ecclesiâ suam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam, assignant Hostes nostri Scripturam, fidem, usum legítimum, Sacramentorum, idèqne veram testeram, non habent. Una est vera Ecclesiâ, quomodo ergo interrupta, quomodo divisa, & quidem in fundamentalibus, ut experientia ipsa demonstrat, & multæ eorum confessiones, & libri? Si Sancta Ecclesiâ quomodo in hæresim cedit, quomodo à Deo apostata est, quomodo à fide deformata est unde Ecclesiâ vocant reformatam, Si Catholicæ omni tempore fuit eadem, & semper fuisse, & aliquandò non extasse, sunt contradictoria, & summe opposita, si posita in omni loco, quomodo est vera, quæ partem tenet etiam modicam, & vix aliquando servatam in uno Homine, & de Vigilantio, vel ipsi fatentur, ut de Catholicorum occultis reliquis. Si Apostolica est, erit eadem, quæ Apollinariorum, & miserationem ab Apollinis offendit, vel Paulorum ordinariam successionem, vel extraordinariam Missionem per miracula queis, vel ipsi fatentur se carere, & oculariter potest ostendi. Si credimus in Deum ex eo Symbolo, quomodo Fides sola iustificat? Arguente Augustino sermone de Verbis Domini. Multum intereat utrum, quisque credit ipsum esse Christum, & utrum credat in Christum. Nam ipsum esse Christum, & Damones crediderunt. Ille enim credit in Christum, qui & sperat in Christum, & diligit Christum. Nam si Fides habet sine spe, & dilectione Christum ejus credit non in Christum credit, ubi vides requiri præter Fidem actum spei, & dilectionis. Si Ecclesia est Apostolica quomodo

fuit in Ecclesia Independentes, qui neminem agnoscunt Rectorem. Si Christus homousion est Patri, quomodo salvator Socianiani, & Arminiani, qui creaturam volunt non Deum magnum? Si Omnipotens est Deus, quomodo negat hoc Vordians, & Calvinista, & Vvicleph' apud Hostes nostros Sanctius? Si confiteor unum Baptismum in remissionem peccatorum, quomodo est verum axioma Lutheri. *Hæretica sententia,* est, sed utratis Sacraenta nostra Legi iustificationem gratian illis dare, qui non ponunt obiciem. Et rursus. In puro post Baptismum negare remansum peccatum est Paulus, & Christum simul concubare? Quomodo concordat Calvinus liberum quarto institutionum Capite decimo quinto. *Falsum est, quod docuerat pridem nonnulli per baptismum scđi. 3. si nos, & eximi ab originali peccato, & in Antidoto Concilii Tridentini ait.* Manceturò peccatum in nobis, neque per Baptismum statim nro die extinguitur, & dicunt regi non remitti, quod affirmat Symbolum interiorissimum peccatorum, & libris integris contrarium tuerunt, cum Pelagianis, vcl per ipsos damuatis. Si propter nos Homines, & propter noslā salutem descendit de Cœlis. Et mox Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, quomodo Sociani facentur, Christum, impropriū, & metaphoricē propter salutem nostram crucifixum, quagenus admirabili patientie exemplo confirmaverit veritatem, quam docuerat, neque pro nobis ullo pacto crucifixum, & mortuum? Denique si Spiritus Sanctus est adorandus, quomodo Transylvani, Arminiani cum Socino, afferunt esse creaturam, vel virtutem quandam, & Dei energiam, non Deum Dominum, & vivificantem cum Patre, & Filio adorandum, & conglorificandum, & olim per Prophetas loquutum? Parva sunt hæc invata hæreses persequi, quas à quarto seculo usque ad nos, solum Symbolum prosternit. Inelegamus ab Augustino hæreses quarti seculi post tria priora. *Ariani ab Ario in eis sunt notissimo errore, quo Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum nolum esse unius, ejusdemque natura, atque substantia.* Et Semiarianos Epiphanius dicit, qui similis Essentia dicunt Patrem, & Filium, tanquam non plenè Arianos. Et ait. Macedonians de Spiritu Sancto creaturam esse dicens. Actioni ab Actio sine vocati, idemque Eunomiani ab Eunomio Actiis Discipulo, quo nomine magis invocarentur, Eunomius quippe in Didascalica prævalens acutius, & celebrius defendit hanc hæresim dissimilem per omnium Patri assertens Filium, & Filio Spiritum Sanctum. Apollinaristas Apollinaris instituit, qui de anima Christi à Catholicis dissenserunt dicentes, ut Ariani, Deum Christi carnem sine anima suscepisse. In Quæstione Testimonii Evangeliis

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

licis vidi mentem , qua rationalis est anima rationalis , non suisse in Anima Christi , sed pro hac ipsum Verbum suisse . Metangismos dicens possunt , qui Metangismos afferunt dicentes sic esse in Patre Filium , quoniam vas in vase , quasi duo Corpora carnaliter opibantur , itd ut Filius intrat in Patrem , tanquam vas minus in vas maius &c. Seleniani , vel Hermiani hujus ab Anterioribus Seleno , & Herma , qui elementorum materiam , de qua fatus est Mundus , non a Deo factam dicunt , sed Deo consernam , nec Auctam Deo tribuum Creatori , sed Creatores esse Angelorum Animas . Et mox . Negant Salvatorem in carne sedens ad dexteram Patris , sed ex se exire peribent , camque in Sole posuisse . Et tunc . Baptismum in aqua non accipiunt , resurrectionem non putant futuram , sed quotidie hoc fieri in generatione Filiorum , Proclamantes fecuti sunt istos , & addiderunt Christum non in carne venisse . Patriitani à Patrio nuncupati , substantiam carnis humana non à Deo , sed à Diabolo conditam dicunt . Idem Augustinus prosecutus est Doustis . In barefim Schismate virtutem , tanquam Ecclesia Christi proper criminis Ceciliani , sicut vera , sed quod magis Iudicibus apparet falsa , de toto Terrarum Orbe perierit , ubi futura promissa est , arque in Africa Dousti parte remanerit . Et de Priscillianis scribit . Hi animas dicunt ejusdem nature , atque substantia , cuius est Deus . Et post pluta . Opificium omnis carnis non Deo bono , & vero , sed maligno tribuitur . Prosecutus iterum . & Rhetor quandam exortam hereticum dicit nimium mirabilis vanitas , qua omnes Hareotics reliq' ambulare , & vera dicere affirmat . Et mox . Esi alia triformis sit auctor Deum , ut quadam pars eius sit Pater , quadam Filius , quadam Spiritus Sanctus , hoc est , quod Dei unius partes sint , qua faciunt Trinitatem , velut ex his tribus partibus complectatur Deus , nec sit perfectus in se ipso , vel Pater , vel Filius , vel Spiritus Sanctus . Alia est , qua dicit aquam non à Deo creatam , sed it semper suisse coeterum . Et mox . Alia semper usum non intelligens Filium , putat illam Nativitatem summissae à tempore initium . Et de Joviniano . Virginitatem Mariae defruebas dicens pariendo esse corruptam . Et post pluta . Afferunt Paterniani inferiores partes corporis , non à Deo , sed à Diabolo factas esse . Similes Donatistis sunt Luciferiani , in Sardinia Ecclesiam elegantes , juxta Tragici phrasim inclusam fluctu , de qua te scribit in Luciferianos Hieronymus . Si Ecclesiam non habet Christum , aut si in Sardinia tantum habet , nimium pauper fatus est . Sunt , & Euichitz , Adelphii , Orantes . Mossaliani , Psalliani , Enthuvalta , Paxtolormitz Sacramenta Ecclesie utilia uegantes , & ex Epiphonio peccatum originale . Sunt Platiriani ex Theodoreto in hereticis fabulis , dicentes in Deo idem esse gignere , ac creare , Satanianni

ex Epiphonio Diabolum adorabant . Sunt & Audizani dicentes Deum corporeum ex Augustino , & Theodoreto , unde in Symbolo Aquilejensi , Pater , vocatus est invisibilis , & impennis . Sunt & Collyridiani , de quibus Epiphanius . Admirati sumus alios nimis iudicando id despere , ut in trattatione de ipsa Sancta semper Virgine , pro Deo habe introducere studuerint , & adhuc studeant , & favore quodam & amentia ducantur . Et mox . Offerunt in Nomen Maria , ubi pro Deo habent , & offerunt in Nomen Matris , ubi Ecclesia semper offert Deo soli , nec unquam dicit offero tibi Petre , & Paule . Sunt & Priscillianisti habentes alias hereses , ut constat in memoriali Thuribii ad S. Leonem , Sabellii , Gnosticorum , Photini , Macionis , Mancetis , dicentes Corpus factum à Diabolo &c.

Quintum saeculum inchoat Augustinus de Pelzianis . Partulos etiam negant secundum Adam carnaliter natos , contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere , sic enim eos sine ullo peccato originali visuose affervit , nisi us prorsus non sit quid eis oporteat secunda Nativitate dimitti . Post Augustinianum sumimus Isidorum Hispalensem Noboriani à Nestorio Cp. Episcopo nuncupati , qui B. Virginem Mariam non Dei , sed Hominis tantummodo afferunt Genitricem , ut altam Personam carnis , aliam faceret Deitatis , neque numerum Christum in Verbo Dei , & carne creditis , sed separatum , atque secundum , alterum Filium Dei , & alterum Filium Hominis predicavit . Eutychiani dili ab Eutychio Cp. Abbatore , qui Christum post humanam assumptionem negligit existere de duabus naturis , sed solidum in eo Divinam afferat esse Naturam . Accephali dili , idest sine Capite , nullus enim corum reportatur Auctor , à quo exorti sunt . In triuma Chalcedonensem Capitulorum impugnatores duarum in Christo substantiarum proprietatem negant . Nati sunt , & Semipelagiani à Celsiano , adversum quos Celestinus Papa scripsit celebrerrimum decretalem . Apostolici Verba Precepti , & subdit . In prævaricatione Ad omnes Homines naturalem possibilitatem , & innocentiam perdidisse , ubi Baptismum docet in remissionem peccatorum . Natus est hoc scalo Theodoreus Mopsuestenus citatus in Confluentio Jubbiani , ubi afferuit unionem Verbi affocavim . Per bonam voluntatem quasi quod placuit Dei Verbo Homo , eo quod bene visum est ei de ipso , sed non secundum substantiam Dei Verbi ad carnem , quasi separatum nusquam natura nam habeat substantiem , & deducit alium esse Dei Verbum , alium Christum à passionibus Animas , & desideriis carnis molestias pacientem , & mox ait . Talem factam esse Unionem Dei Verbi ad Christum , quadam dixit Apostolus de Viro , & Muillere , erunt duo in carne una , sic de Leporio scribit Cassianus de Incat-

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

natione Verbi loquens. Non quidem ad plenum eadem verba sunt, sed ad plenum unapertus. Natus est Xenajas, de quo Nicophorus. Xenajas iste primus vocem illam evomule Christi, & eorum, qui placuerunt Imagines venerandas non esse, & cum ordinariis servorum non baptizantibz ibi adjecti. Sufficere pro Baptismo consecrationem, adeò negat necessitatem Baptismi, & quidem etiam in remissionem peccatorum. Natus sunt Hesychantes ex Leontio de Sefsis, radix venenata Eutychetis. Natus est Vigilius, admittens Librum Apocryphum, sub nomine Esdræ. De quo Hieronymus adversus ipsum. Quem ego librum nonquam legi, quid enim necesse est in manus sumere, quod Ecclesia non recipit, aiebat Ecclesiam errare in vigilii servandis, in cultu Sanctorum, & reliquiis in Calibâ sacerdotum, cui Hieronymus, tres Patriarchatus opposuit Orbem tunc dividentes. Quid facient Orientis Ecclesia, quid Egypti, & Sediti Apostolica, quia aut Virgines, Clericos accipiunt, aut continent, aut si uxores habentur Mariti esse defissim? Revixit Eutyches in Petro Fullo, qui Trisagio addidit. Qui crucifixus est pro nobis; volente Divinitatem ipsam passibilem.

Rursus Isidorus describit heresies sculi sexti. Theodosiani, & Gajanitae appellati à Theodosio, & Gajano, qui temporibus Iustiniani Principis in Alexandria Topidi perversi electione uno die sunt ordinati Episcopi. Hi errores Eutyches, & Diocori sequentes, Chalcedonense Concilium respunserunt ex duas naturas in Christo naturam afferunt, quam Theodosiani corruptam, Gajanitam incorruptam constituerunt. Agnoita, & Tritibeta à Theodosianis certi divisii sunt. Agnoita ab ignorancia ditti, qui perversitate, ex qua orti sunt adjiciunt, quod Christi Divinitas ignorat futura, quod principice dicabant de die Iudicii. Et mox. Tritibeta, vel votati, quod sicut tres Personas in Trinitate, ita quod tres adfringunt Deos ita alii triformem Deum dicunt, & de his Leontius de Sefsis scribit. Cuius Sella Princeps Philoponnus fuit. Et rursus idem dicebat de Christo. Objiciebat Ecclesia, si duas in Christo naturas diceret necessariò esse duas hypostases confunditur? Sunt, & Jacobita à Jacobo Syro apud Nicophorū. Fidem etiam Nativitatis Christi secundum carnem derogant, & eam in speciem tantum plantamatis inler fallam eis dicentes. Et mox. Et venuti Monophysitarum, & Theopaschitarum, Aphantodictarum, & Monothelitarum heresim hereditate creverunt Gnaphei, Perique, accessionem ter sancto Hymno annexam complectuntur, & hi ditti sunt Armeni, ex quibus prodire Paulite, Laconitidi ditti ex partibus Terræ eius nominis, & ex Hominibus ejus nominis Angelite, Damasciæ, Tetradiæ, Petrite, ex Episcopis Eutychianis ita nuncu-

pati, & Damascenus commemorat Triophykitas dicentes Animas Hominum inflar peccatum cum corporibus prorsus interire. Theocatagnotos, qui reprehendebant quædam in Deo.

In septimo seculo damnantur Monothelite, & à Papa, & à sexta Synodo, voluntates unam in Christo operationem, & voluntatem, cum duplum naturam sequatur duplex voluntas. In octavo Clemens afferuit, Christum ab inferis omnes liberasse, ut legitur in Vita S. Bonifacii, & damnati Iconoclastæ, de quibus Theodorus Studita. Negatus est Christus per venerandas imaginem fratrum, & Aldebertus.

*Ep. 204.  
S. Nicom  
apud Bar.  
803.*

Cum in proprio honore dedicaret Oratoria. Sic Felix, & Elpidius Nestoriani sequantur, dicentes Christum Filium Dei adorandum, ut scribiti Concilium Francordiensis dicens. Itaque in Deo, & Hominie gemina substantia, est, sed non gemina Persona. In nono adest heres Photii, afferentis Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, & sentientis Ecclesiam occiduum errasse, & consequenter, & orientalem cum ea communicantem, sic & Armeni dicentes de Deo. Qui crucifixus est pro nobis. In seculo decimo nullam heresim, agnoscit in sua Historia Berninus, quamvis aliqui tenerent post consecrationem manere substantiam panis, & vini, qui miraculo confutati sunt ab Odone Archidiacono tunc Cantuariensi, & à Sancto Dunstano, & Ratherius confutat errorum Anthropomorphitarum, & legitur in Chronicâ Abbatis Castrensis, Durandum Abbatem, ejus Monasterii, confutasse Vallfedum, quemdam docentem Corpus, & Animam pertine in morte, quod clarè confutatur in Symbolo.

*Ann. 953*  
*L. 22.12.*  
Iam prætergressi statem integrum, seculum undecimum aggredimus, ubi Vilegards ouidam ex Glabro in Historia. Capite multa turbida docere fiduci contraria, dilecta Poetarum per omnia esse credenda assertabat, quasi Spiritus Sanctus per Poetas, ita locutus esset, ac per Prophetas; ubi Leocardus Marcionites extitit, & Iconoclasta, & Scripturas multa docuisse non credendi, euod Spiritu Sancto repugnat ex Symboli Textu per Prophetas locuto, & præter Symbolum assertebat decimas ianæ; ubi Michael Cerularius exprobavit Leoni Nono Eccliesiam decidisse, & Leo iridet post mille annos lapsum, & evincit nunquam posse decidere, ubi Berengarius à Dorando Leodiensi, confutatur. Fama supremos Gallia fines prætergressa, totam Germaniam pervasis, tamque omnium nostram perversas, qualiter Bruno Andegavensis Episcopus, idem Berengarius Thronensis antiquas hereses, modernis temporibus introducendo, assertur Corpus Domini non tam Corpus esse, quam umbram, & signum Corporis Domini, legi-

## PRÆFATIO IN SYMBOLUM.

legitima conjugia destruant; & quantum in ipsis est Baptismum parvolorum revertant. Quis ad revincendum, & publicè confutandum eo zelo, eoque fervore, quo erga Sanctam Ecclesiam Divina Inspiratione semper ardetis ajunt vos Concilium advocasse, & de Berengario dicente narrat Lanfrancus. Prædicatum est Evangelium in omnibus Gentibus, credidit Mundus facta est Ecclesia, crevit fructificavit, sed imperitia male agentium postea erravit, & perire, in nobis solis, & in iis, qui nos sequuntur Sancta in terris Ecclesia remansit, ubi sis Catholicam Ecclesiam vulnerat, dum reddit fallibilem, & in paucis angustam, ubi Gregorius Septimus heres, Hæretici Armeni condemnat. Quod Diocorum Hæreticum diu ante condemnatum colceret, quod Sacro Trisagio, more Hæreticorum Crucem adderet, quæ ex Symbolo manifestè convincuntur, & alias duas. Quod non miscent in Sacrificio aquam vino. Quod Sacramentum Chrysostomis non balsamo, sed butyro conficerent. Ubi Aurelianii aliqui docuere Christum, nec natum de Virgine, nec mortuum ob salutem Hominum, nec Baptisma dari in remissione peccatorum, & præter hæc negant Eucharistiam, & preces ad Santos; & dannati sunt in Concilio Aurelianensi, & in Belgio aliqui Hæretici inutilia credidere Sacra menta, denique damnati sunt, vel à natura incepsu.

Fœcundum est portentis hæresum seculum duodecimum, & primi sunt Bogomili instituti, à Basilio prius Physico mox Theologo, & volebant venerationem Imaginum Idolatriam, Baptismum Joannis, & Christi eundem, Missam exercantes, & Eucharistiam, quam dicebat Autem consistere in Oratione Dominicâ, & contra Symbolum plurima spargebant, & varios Manichæorum errores, negabant existentiam Trinitatis, rejiciebant Libros Moysi à Sancto Spiritu dictatos, asserabant Deum Corporeum, Mundum creatum ab Angelis. D. Michael non Christum Incarnatum resurrectionem nil aliud esse nisi pœnitentiam, & ipsos cum Virgine parere Christum, qua refert Euthymius in Panoplia. Sequuntur Petrus de Bruis, & Petrobusiani, asserentes in Libro Gallico de Antichristo. Opera Antichristi sunt Sacra menta, sic Baptismum parvulus negant, & veritatem Corporis Christi, contemnunt Tempula. Cruces, preces pro Defunctis, rebaptizant Adultos, idem prædicabat Henricus Discipulus, sic Arnaldus Brixia, vel ipse male sentiens de Baptismo parvolorum, & præterea Sacerdotes probans, & Ritus Ecclesiæ Catholicæ, ejusque bona. Exitit, & Eon se omnium Judicem jactans. Per eum, qui venturus est judicare vivos, & mortuos. Etiam de Petro Abailardo lo-

quitur Bernardus. De virtutibus, & virtutis Ep. 190. non moraliter. De Sacramentis Ecclesie non fideliiter. Et alibi. Cum de Trinitate loquitur, sapit Arium, cum de gratia sapit Pelagium, cum de Persona Christi sapit Nestorium, & ex Othono Frisingensi de gestis Friderici; Solebat dicere, sicut eadem oratio est propositio, assumptio, & conclusio, ita una Essentia est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Exitit, & Gilbertus Portetanus ex Bernardo. Divinitate inquit Deus est, sed Divinitas non est Deus; & apud Othonem Frisingensem. Ecclæsia Sacra menta evançando diceret nullum baptizari, nisi salvandum. Exitere, & nudis pedibus incidentes, quos Manichæos appellat Bernardus, & addit. Irrident namque nos quis baptizamus infantes; quod oramus pro mortuis, quod Sanctorum Suffragians postulamus. Non credunt ignem Purgatorium restare post mortem, & Donatistæ sunt, malos ejicientes ab Ecclesia; ubi in Symbolo, ut Manichæi damnantur, & rejicientes Baptismum. Denique sunt Vvaldenses, & Albigenes cum innumeris corum hæretibus sibi sumptere potestatem prædicandi licet Laici, in Ecclesia noluerunt esse malos Sacerdotes, & hos voluerunt omnes esse inopes, reprobarunt cærenias, Cultum Sanctorum, indulgentias, Purgatorium, Confessionem, Eucharistiam, juramenta, & multas hæreses contra Symbolum habuere, ex Petro Vallis Serenensis in Historia Albigenium, duo principia admiserunt bonum, aliud malum, & hunc Fallorem rerum visibilium, & Deo malo tribuebant Vetus Testamentum, asserabant Patres omnes Veteris Legis, esse damnatos, & Joannem Demonem, Christum, nec Incarnatum, nec passum, fabulam credebant resurrectionem carnis, Ecclesiam Romanam perfisse; & ex Concilio Albiensi dixerunt, se non recipere Prophetas, nec Christum pro omnibus crucifixum, de his enim cum de Notis Ecclesiæ, ubi ostendimus nec Lutheranos, nec Calvinistas successisse ullo pacto Vvaldensibus, & Albigenibus, & eo etiam gratis concessi, eos successisse, ipsorummet Reorum Testimonia, ipsos errare in articulis fundamentalibus, & quidem multis quamvis sufficerent unus, ideoque ex propria Confessione esse Hæreticos.

ne plus dicam animositas , applicare toti Scriptura , quod soli veteri legi aptatur ; & vocare Evangelium , & acta Apostolica , solum vetus testamentum , quod in omni lingua est omnino insuetum . Uno verbo si Scriptura tota est necessaria , libri deperditi erunt necessarii , cum & ipsi forent veteri testamenti , & si sufficiens est vetus testamentum , novum erit , vel per ipsos supervacanem . Adhuc non est depravationum finis , Textus omnes legunt utilis , sic & versiones ipsorum id legunt , vel cum Genesim proficia , & ipsi legunt in texto sufficiens . In qua lingua in qua scientia , utilis significat sufficiens . Non in Sacra Scriptura , ubi pietas utilis est ad amorem , nec tamen per ipsos sufficiens . Non in sententia Hostium cum Coccojo , ubi probat cum Scriptura necessariam Ecclesiam & traditionem rerum fundamentalium , ubi sibi meti ipsi Hostes recte respondent . Non in Greco Hebreo aut latino . Non inductione artium est utilis S. Paulus non sufficiens , est utilis Grammatica non sufficiens , est utilis Logica non sufficiens , quod & innumeris expositis exemplis . & fateri coguntur vel Hostes , cum eo tempore nondum scripsisset Joannes , Scriptura itaque erat utilis non sufficiens , & si diceretur sufficiens adhuc nihil evincit , cum Homo sit sufficiens homini generando , nec tamen ut valide arguit Gravina excludant causa reliqua , ad generationem Hominis requiritur .

Alius vero textus Hostis est non amicus , quod minus , annuntiarem non scriberem , in Graco elaeiso , non egraphan , & Paulus solus existeret , aut prophetae , aut Evangelista , annuntiaset Evangelium Joannis , antequam scriptum fose , aut Apocalypsim nondum existente , aut arcana Dei quae non licet homini loqui , imo clarissime se exponit Apostolo . Quomodo nibil fabrixerim ut ilium quoniam assuauissem vobis , & docerem vos publice & per domos testificantes Iudeis , atque Gentilibus in Deum persistientem , & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum , nec expostio Hostiam auditur unquam , vel apud Amicos nostros , imo & Hostes , dientes in Biblia Rupella . Paulum locutum de passione , & Christi Domini resurrectione , uno verbo omne consilium Dei , vel Paulus scripsit , aut non scripsit , si non scripsit in traditiones , si scripsit , nec omnia Pauli scripta , sunt ad salutem nostram sufficientia , aliquin superfluerent alias Scriptura , & de tota Scriptura vel ipsi exponent .

Deut. 4. Extremum textuum genus est . Non addetur ad verbum , quod ego pricipio vobis nec asseratis ex eo , & Apocalypsim ultimam . Si quis apposuerit , & Paulus ad Galatas scribit . Sed licet nos aut Angelus de celo evangelizet vobis prater id quod evangelizavimus vobis anathema sit , & Kemnitius notat dictum patres non contra , nec aliquid addidere Apostoli in decretis .

In his ultimis Scriptura locis , non sophismata sed Illades sunt sophismatum . Oportet vel ex Logico unius mensis scribere non addetis ad Scripturam , non ad verbum , quam ego scribo vobis , non quod ego pricipio vobis . Preterquam quod Evangelizavimus , praterquam scripsimus vobis , unde traditiones probantur non evertuntur , & Stapletonus ut vidimus , evidentes textus in ea re acumulat . Altera maxima equivocatio , seu de subiecto non supponente est addetis , non enim additiones sunt traditiones , sed expostio & explicatio Scripturae , alioquin Joannes sibi contradiceret , qui Scriptis Evangelium post Apocalypsim Kemnitio vel teste , in examine Concilii , & Joannes suisset pravasicator , qui scriptis post epistolam Pauli , & Apocalypsim , & Evangelium ipsum , imo textus actionum est contra ipsos , *Visum est Spiritui Sancto , & non ubi* , ubi non soli Spiritui Sancto est visum , ubi abstinentia a sanguine , & suffocato nonquam legitus in veteri testamento adimplenda in Evangelio , & duratura per pauca fecula . Forent etiam rei prophetae , & Evangelistae , qui Mysii prohibenti addidere ; imo & ipsi addunt Scriptura verum sensum Scripturae , habitum ab Ecclesia non à Scriptura , & multi alias fatentur tradiciones . Mirum etiam est assertare textus in traditiones , qui à Patribus feruntur pro traditione . Propterea arguit validi Augustinus . *Admonitio Beatissimi Apostoli de vestris cordibus non recedat , si quis vobis Evangelizaverit praterquam quod accepisti anathema sit , non aut plusquam accepisti , sed praterquam quod accepisti . Nam si illud diceret sibi ipsi praedicares , qui capiebat venire ad Thebaalicenenses ut suppleret quae illorum fidei dearent . Sed qui supplex quod minus erat addidit , non quod ineras tollit . Qui autem pratergreditur regulam fidei non accedit in via , sed recessit de via . Alia vel apud ipsos fallacia est , omnia necessaria ad salutem in Scriptura clare inventari , quippe apud ipsos inventitur in una epistola Iude , & tamen alii sunt Scriptorae canonicae . Solvent & ipsi argumentum suum ; ubi Coccojus mox resolvet , & traditiones alias innumeris fatentur , & tamen additiones non vocant , sicut & Patres de symbolo , & de Ecclesia , quod & Hostes nostri confitentur , adeò sunt vel heretici Catholicici confederati .*

*Innumeris textus referunt cum Scheiblero , ubi ex Scriptura resolvuntur quæstiones : at hoc sophisma est manifestum , ubi ex particulis affirmativis , non destruitur universalis negativa , imo hoc argumentum evincere potest traditiones contra Scripturam , quippe innumeris dogmata , cvincentus ex traditione sola , non igitur Scriptura est locus Theologicus argumentorum . Ita ergo sunt consequentiae clarae , & evidentes , quas vel constat novitus Summularius .*

*Elumbes sunt & Hostium rationes , & tanta eos tantum ferentia . Exclamant notvelle*



velle Scripturam insufficientem, at ipsi novum testamentum insufficientem, & Evangelium Matthai imperfectum, fateri omnino coguntur, cum Scripturam quamlibet dicant sufficientem, nos vero perfecta vocamus Evangelia, & post Pauli epistolas, vel Apocalypsim, imo & Scriptura apud ipsos est perfecta, quamvis intelligentiam non largiatur, nec ipsa ex ipsa semper probetur. Exclamemus traditiones servari non posse, at experientia teste cognoscunt, per actas integras servari potuisse, imo impossibile est non servari, cum scripta sine in Patribus, usi continuo comprobatae, & in damnatis hereticis renovatae, ut Aetio, Theobute de Episcopatu, & ab initio secundi seculi, usque ad decimum octavum servatas, & fateatur & probat vel Dalleus, & per milles, & amplius annos Calvinus, in prætorio, & defunctorum suffragiis. Exclamemus dari falsas traditiones, at hoc ipsum ferimus in Scripturis, ubi vera distinguuntur à spuriis, & dari lydium lapidem, ad Scripturas, & traditiones discernendas, constat ex Irenæo, Tertulliano, Lyrinensi & dari in Augustino, Epiphanius, Theodoreto, traditiones ita firmas, & fixas, ut nè una quidem evelli potuerit, nec enim ponimus Philastrium, in heretibus deceptum, ut in Puteoritis, & aliis. Exclamemus proprium esse Hæreticorum, ut traditiones suas abscondant, velut narrat de Basilidianis Irenæus & iterum de Carpocratianis. *Iesum dicunt 26.37.15 in mysterio discipulis suis, & Apostolis servantes locutam, & illorū expostrasse ne dignis de prof.* Et ostententibus seorsim hæreticorum, & de præscriptionibus Tertullianus. Solent dicere non omnia Apostolus scire vel omnia quidem scire, sed non omnia omnibus tradidisse, at Tertullianus assertur in eo loco, ubi ex professo probat traditions, nempe Apostolos Ecclesiis Apostolicis omnia prorsus revelasse, & mox prosequitur. In utroque Christum reprehensioni subiectientes, qui aut minus instruerat, aut quam simplices Apostolos miserit. Quis enim integræ mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos Magister Dominus dedit? ubi vides Apostolos dogmata tradidisse, quod & sèpè repetit, & totus integer liber, ubi hæreticorum morem describit. Scripturas obcedentes, Et mox. Hunc igitur pontificum gradum superstrinximus non admittendis eos, ad illas de Scripturis disputationes, & titulus ipse præscriptionis demonstrat, sic Irenæus millies traditiones ingeminat, & nil est commune nobis cum Capocratianis, quippe traditiones sunt in Patrum libris, in Ecclesiæ usu pro cunctis. Sic Hieronymus loquitur de Scripturis Apocryphis, nec est ad rem & sapientem traditiones admittit.

In Mat.  
24.

Ex his nullo negotio cadunt libri Hunnii contra exorcismum, quem Augustini avolumerit ita tuebatur, ut negantis Caput fandali frigillem, & facillimè solvit Beccaus. Cedit fusa Coceci doctrina, & plus

juvat hostis quam fæderatua. In secunda editione veras traditiones non recusat. Exponit illud Moyse non addetis, ne quid loquamini, quod Deus non fuerit locutus, fatur Deum post Moysem allocutionem plura, vel sine scripto revelasse, non negat plura sine scriptis, ab Apostolis ipsa tradita, evincit ante Moysem extitisse traditiones, & antequam scribere oportet Evangeliste, Chrysostomum, Epiphanium, Augustinum, Hieronymum testes fatur traditionum, assignat pro traditione signum crucis, quod tamen Amici ipsius repudiant, afferit multa sine scriptis, ab Apostolis tradita neminem negare, adeo non solum Hostes nostri, ut in symbolo, Scriptura, ea expositione Ecclesiæ, traditiones ultrò fatentur, sed nemo Coceci teste ignorat, & nos una contenti, habemus innumeratas, afferit apud Ecclesiæ esse traditionem, & Scripturam, illa ut regula, haec ut confessio, & Catechesis veritatis, & alia plura. Apud Valembergios tradit, & simul ipse omnia sua solvit argumenta, de imperfectione Scripturæ & traditionibus à Pontificiis, ut dicunt adjutatis, & de Scriptura suo sensu explicanda, cum sciat ex Rufino apud eum citato *La.* Basilium, & Nazianzenum, juxta veterum sensum exposuit. Cadunt injuria Heideggeri, traditionem esse quicquid Papa vult, cum regula non sit Papa voluntas, sed assignata à Scriptura, & Patribus, etiam libris integris Tertulliani, Lyrinensi, Hieronymi, & ab Ecclesiæ vel apud Hostes vera receptæ. Cadunt libri de sufficientia Scripturæ, ubi traditiones omnes à Sacra Scriptura evincuntur, quod nemo persuadere potuit vel Hostibus vel amicis ipsius, ut in traditione dici Dominice vel Paschæ, in unico clum hereticis baptismo, ubi rebaptizantes milles textus cerebant, & solam traditionem Stephanus, & cum eò Episcopi reliqui, & Gardius id teneant apud Beccanum, faciliè nosset argumenta soluta, & de multis nihil est in Scriptura: quod & fatentur doctissimi etiam Protestantes: Tandem mirum est etiam Modernos, citare textum aliquem Patrum, qui ex professo traditions accumulant, veluti Tertullianus, Irenæus, Vincentius Lyrinus, Augustinus, & alii Patres quamplures. Mirum est eam causam prosequi, à qua todes exciderunt, quoties tueri contalunt, traditiones non scriptas ex Scriptura, quasi ex ea fuerit Ecclesia etiam per Adversarios vera, & sapientia, que ex sola traditione firmavit. Mirum uno verbo est, ejus veritates tueri ex Scriptura, quas contra nos nunquam potuere, & experientia teste contra hæreticos, ut baptismum parvulorum contra Anabaptistas. Adeo & experientia ipsa pingamus.

Scriptit duos libros de usu Patrum Daltonus, qui paucis consulari possunt, & primus uno refellitur verbo, oe scopum quidem attiogere, cum Patres sint apud nos infallibilis, collecti non singuli, quod tandem

dem vel ipse cognoscit. Primo ergo ita eos aggreditur, Inquisitio sensus est factum, in quo errare potest Ecclesia, ita in multis haereticis erravit Philastrius, ita Hieronymus animam credit, immediate à Deo creatam, de quo ambigit Augustinus, qui vel Eucharistiam affirmavit infantibus ipsi necessariam. Nec obediens responsio illa singulos errare posse ooo omnes, quippe idem foret ac dicere singulos Senatores infirmari ooo omnes. Quinimò errauat omnes, ut constat in milenariis, in visione Dei ad extremam, judicij finalis diem protracta, & ipsi Homines sunt qui falli possunt.

Jam sibi respondit Dallius, & fatis intelligit quod quae capiunt, singulos errare posse, non omnes. Id solo sacra lumina Seneca optimè intellexit, singuli fallere possunt, & falli, omnes oeminem felellerunt, nec omnes simul unquam errarunt, & Homines ipsi collecti certitudinem parvunt moralē, obi vox unius vox nullius; quod & omnia iura confitentur. Id milles Scriptura confirmat, que citat majores, & Pastores. Majores tua dicent tibi. Dabo

*Ad E. ph.4.* vobis Pastores. Et ipse dedit quodlibet &c. Alior autem Pastores, & Doctores, & mox.

*L. S. c. 2.* Ut jam non sumus parens fluctuantes & circumseruant omni vento doctrina, Pastores non Pastorem unum. Id Patres omnes Tertullianus, Irenzus, Lyciensis & dicunt, & evanescunt. Quod apud multos invenitor non est erratum, sed traditum. Quod ubique quod semper est creditum, illud infallibile convincunt etiam si aliqui desint ut Cyprianus. Id per omnes Ecclesias, & Auctores certum esse testantur & probant. Id evincit de civitate Augustinus. Ipsi sanè pauci esse debuerant, ne multitudo vilesceret quod eorum Religio esse oportaret, nec tamne issa pauci, ut eorum non sit miranda ronfusio; ubi mirum est Patres two genio, stylo, & in alia diverso, in dogmate unius Iabii & oris. Id fatentur & Hostes ipsi in conservatio & expositione Scripturæ, in consenseru articulorum fundamentalium, ubi Patres fatentur infallibilis ut Dallius ipse per Patres collectos, articulos fidei probat certò, nempe probat certam per incertos. Collecti vero nonquam errauot, nec in Dei vi-  
sione ut cernemas, nec in errore ipso Milenariorum, ubi Dionysius cocontra Milenarios scriptit, & Justinus fatetur plutes existimare librum contrarios.

Validius ut credit Dallius, secundum armat in Patres, & Academiam agit hoc nonum certum credens, quod nihil in Patribus sic certi. Quid enim erit certum in Patribus, ubi ex Dallio plures sunt interpolati, obi nihil agunt de rebus controversiis, veloti confessione, & transubstantiatione, ubi difficile est sensum invenire, ubi falsati sunt ut egit Zozimus Papa, & Paschasius in sexto Canone Niceno, ubi plures corrupti spud versiones, ut à Rufino Origenes, obi dubium est an sententiam mutarint, ut egit in re-

tractationibus Augustinus, ubi nescia a proprio sensu loquuntur &c. At hæc omnia vel apud Hostes sunt nulla, ubi opera certa ab incertis distinguuntur per plura ipsorum cum Cœc volumina, & de multis oœ ab uno quidem, vel in orbe toto unquæ est dubitatum, vel Hostes ipsi linguis calent, & Originali student non versioni, vel ipsi sciunt Zozimum, canones Sardicenses regulisse, & canonem sextum esse legitimum, & in Codice Jutelli ita inveniri, vel ipsi sicut Augustinus, oe unum quidem fidei articulum retractasse, & si aliquis sententiam retractavit velut egit de pudicitia Tertullianus, inter Hæreticos eo titulo est numeratus, vcl ipse nobis & ipse titulus libri, indicat defensorem gratia Augustini, non negasse liberum arbitrium, de gratia, & libero arbitrio, quod & ponit inter calumnias Juliani, vel ipsi oculis vident, & fatentur, ipso agere de nostris articulis, ut Augustinus de cura pro mortuis; Hieronymus adversus Vigilantium de reliquis vel ipsi addidat ipsos, nomine Ecclesiæ loqui, & inter haereses errorem, fideli Catholice contrarium collocare, ut Augustinus, Epiphanius, Theodoretus, uno verbo, nec veteres haeretici, exceptiones istas noncum apposuerunt.

Innumeræ denique pugnant pro Patribus. Pugnat post Scripturas Antiquitas, ut constat ex Tertulliano, Irenezo, Clemente Alexandrino, Athanasio, & Lycensi. Pugnat ex Athanasio Synodus Nicena. Episcopi non

*Ep. ad Apag.*

submeti ipsos adiumentes verba, sed jaben-  
tes ea à Patribus, & de Synodi Nicenæ decretis Syoodus. Patresque qui ante Syno-  
dum fuerū bis vocabulis substantiæ & substi-  
tiali congruentia uti voluerunt, & primam  
secuta tertia. Sequentes igitur SS. Patrum Confessiones, & intentioni eorum aqñis ex-  
stigiis insistentes proficiunt, & quarta. Se-  
quentes igitur S. Patres docemus, & actio-  
ne quinta. Hæc est fides Patron, sic quinta,  
& sexta. Omoiò necesse est non solum  
seafum sequi SS. Patrum Pugnant Patres  
integræ tractibus, Agatho ad sextam  
Synodom, Leo ad quartam & alia episto-  
la, Vincentius Lyrienus pluribus capitu-  
lis, Theodoreus pluribus dialogis, Ba-  
silios de Spiritu Sancto, Augustinus con-  
tra duas epistolæ Pelagiæ, & libro primo, & secundo adversus Julianum  
Pelagianum, & alii Patres Latini, & Gre-  
ci. Pugnat Religio ipsa, & fides, cum in-  
ter haereticos reponantur Sanctorum Patrum  
contemptores, imò appelleout Atheistæ,  
ex Socrate io Historia Actiuš quod Clem-  
entem Africnum Origenem prorsus rejiceret, &  
mox. Ob quam causam Atheistæ vocatus est.  
Pugnant Haeretici veteres, qui suos jacta-  
bant Patres, ut Ariani Dionysium Ale-  
xandrinum, quem libro integro ipsi cri-  
piont Athanasius, Julianus Gregorium Na-  
zianzenum, quem fusæ ipsi criپiont Augu-  
stinos, Donatistæ Cyprianum, quem fusæ no-  
stræ

*C. 14.*

strum septem libris cinctis denique pugnant & moderni ita Confessio Helvetica audit quatuor Concilia, quæ Patres antiquos accumulant, Albertinus libris integris suis clamat, sic Blondellus, & innumeris alii vel Hostes.

## P A R S II.

### De Infallibilitate Papæ in Quæstionibus Juris.

Jura à factis secernere, docent nos optimi Legistæ, cùm legibus judicant non factis, & Oratores cum Tullio pro Milone, ubi factum est an Milo occiderit, jus est an justè occiderit, & Theologi cum iis convenienti.

#### C A P U T I.

*Exponitur quæstio, & deciditur.*



Ntiquissimus, & sibi pars Cyprianus, recentis errantium sententis, & pacuis omnia complexus, eo utitur epiphonemata. Aut falluntur, aut falluntur.

Eo & ego Doce uetus exclamo, quotquot modernos præstant Antiqui, Papam in jure fallibilem volentes, aut falluntur cum Cypriano Catholicæ, aut falluntur cum Donatistis Heretici, ideoque gaudent ultrò se decipi, qui aut deceptum sequitur, aut decipientem.

Agrediuntur Hostes nostri, Caput ipsum Apostolorum, & recentis Christi negotiis, adhuc volunt in legalibus errasse, & à Paulo erroris accusatum. In faciem ei refitti, quia reprobabilitate erat.

Post Præcessorem, & Successores impugnanti, nec parcer potuerunt Pontifici, qui nec parcer potuerunt Apostolo, & primò Polycrates Ephesi Presul, Victoris decreturem de Paschate, divino juri contrarium do-

Ep. ad cœt. Nam diem Paschatis integrè, incorporeum recolimus, neque addendo aliquid, aut

derrabend, & paulo post. Majorum Majorum dixerunt, magis obediendum esse Deo, quam Hominibus; Adeo Deum in se ipso loqui, & Homines Deo contrarios in Vito, & discipulus Joannem, & Christum, in ea re Magistros referebat. Accusant &

erroris Zephyrinum, Artemonis Discipuli apud Eusebium. Ajuns ipsi Majorum suis,

& ipsorum Apostolorum ea, que affirmant, non modo à Domino accepisse, verum etiam eadem aliorum docuisse, & veram predicationis rationem, siveque ad Victoris tempora, qui decimatis tertius ad Petro Romanum Episcopum fuit, integrè servatam illam quidem, verum à Zephyrino illius Successore penitus corruptam, & depravatam; Adeo errantes bene lentiens

tem, erroris à se inventi accusant. Quod & egit Tertullianus, & Ecclesiæ, & fisi contrarius, Montanista Catholicis infensus, Praxcam ut Paracleti Hostem, & Diaboli Procuratorem describit, apud Zephyrinum ea de Hæreticum. *Duo negotia Diaboli.* *Præxas Rome procreavit, prophetiam ex-Prev. pulis & heretum instaurit, Paracletum fugavit, & Patrem crucifixit, ubi à Præxa seductus Zephyrinus, in Patrem, & Paracle- tum insurrexit. Et alibi Romanam Ecclesiam in lunas mutatam describit, ex feda Machorum venia. O' edidit, cui adscribi dic. s.e. non potest bonus fons, & ubi proponeatur li- beralitas ista; in ipsis libidinibus janabit. Ille legendæ est venia quod cum spe ejus intrabitur. Denique Sanctissimus Cornelius Novatianus heresis accusans, ab ipsis reprehendit idolatriæ, ut resert, & confutat Cypri- anus. Sed & quod passim communicare sacri- Ep. 52. ficiatis Cornelius, tibi nuntiatum est, hoc etiam de filiis rumoribus nostrar, ubi pul- chram attexit rationem. Nec expectare de- bonum ut placeat illi, qui nobis displiceat Et. Adeo Hæretici à Papa damnati, ipsum infallibilem non dicent, ne sibi contra se tec- stimonium dicant.*

Notissimum in hac re est Cyprianus, in quo uno & Africa, & Asia pugnant, ex tribus orbis partibus donec. Quia desiderat in notitiam suam afferri, que mihi ad literarum nostrar, Stephanus Papa rescripti, misi sibi rescripti ejus exemplar, quo lecto magis, ac magis errorem denotabis, qui Hæreticorum consensu contra Christianos, & contra Ecclæsiæ Dei afferre constat. Nam inter ce- tera, vel supervacanea, vel ad rem non per- sistentia, vel sibi ipsi contraria, que imper- sis, arque improvidè scripti, etiam illud adiunxit ne dicaret. Si quis ergo à quacumque heresi venerit ad nos, nibil tuueatur, nisi quod traditum est, & mox. Unde ista Ep. 74. traditio? & rursus. Ut nemo infamare Apo- stolorum debeat, quasi illi hereticorum baptis- ma probaverint. Et versus finem concludit. Nam consuetudo sine veritate vetus er- roris est. Quod & repetit ad Jubajanum. Pro- inde frustra quidam, qui ratione nuntiuntur, consuevadit nō nobis opponunt, quasi consue- tudo major sit veritate, aut non fuerit à spiri- tualibus sequendum, si melius fuerit à Spiri- tui Sancto revelatum; & post plura subdit. Quare Ecclesia Catholica fidem, ac verita- tem Frater, & tenere debemus firmiter, & docere, & per omnia Evangelia, & Aposto- lica præcepta, rationem divinæ dispensationis, atque veritatem ostendere. Rescribit & Cy- priano Firmilianus, errans erranti Pontificis, & iratos irato respondet. *Vot plenissime ref.* Ep. 75. *pondit, neminem tam stultum esse, qui cre- spud Cy- das, hoc Apostolorum tradidisse.* Et mox Sto- phanum acriter lacerat. Ad hoc etiam in- famant Petrum, & Paulum SS. Apostolorum, quia si hoc ipsi tradiderint. Et rursus. Atque ego in hac parte justè indigetur, ad hanc tam apertam, & manifestam Stephanii stultitiam, quod

Cat. 2.

Ep. ad

Vit.

cœt.

ulti.

L. 5. c.

ult.

l. 5.

quod qui sic de Episcopatus sui loco gloria-  
tar. Et mox. *Dnas Petras inducas.* Et tra-  
ditionem vertit in dedecus. Et nos pudet  
Stephanum bac afterere? Et mox. Errorem  
suum dogma confessimus. *Nos veritatem, &*  
*confuetudinem jungimus, & Romane confue-  
tudini confundadim, sed veritatem opponimus,*  
ab initio bac tenentes, quod à Christo, & Apo-  
stolo tradidim. Adeò à Christo traditum de-  
cidit. Nec animosè minus Asti loquuntur.  
In Syn. Chart. Monnillus à Girpa dixit. Ecclesia Catholica  
Matris nostra veritas, semper apud nos Frat-  
tres manuit, Privatus à Suisib[us] dixit. Qui  
Heresiticorum baptisma probat, quid alius  
quidam Hereticis communiciat. Horesfanus  
à Laribus dixit. Quot sive baptisimi viderint  
presumptores, o[mn]i Fautores Hereticorum,  
Confessor Hieronim ab Ulinis dixit. Si id est  
Ecclesia hereticum non baptizat, quod dicatur  
jam baptizatus esse, heresis major est.  
Zozimus à Thorafo dixit. Revelatione facta  
veritatis, cedar error veritatis, quia & Pe-  
trus qui prior circameidebat, cetero Paulo ve-  
ritatem predicanti. Confessor Therapius à  
Bulla dixit. Qui heresicis Ecclesia baptismata  
concedit, quid alius sponse Christi, quidam Ju-  
das existit.

Credit eius erroris clade, & plus ve-  
netana plantaria pullularunt, ubi Donati-  
sta Romanos Pontifices, etiam thurificationis  
accusat; ut de unico baptismo habet  
Augustinus. Marcellinus, & presbyter ejus  
Melchior, Marcellus, & Silvester traditionis  
codicum Divinorum, & thurificationis ab  
eo criminis arguantur, ubi Philopolitanum  
Conciliabolum, Julium Papam condemnat.  
Ep. Can. Ut Duxem, & Principem malorum, qui pri-  
mus januam scelerat, atque damnatis apo-  
rait, ceterique aditum fecit ad solvendam jara  
Divina, ubi Rufus Sicrium mortuum  
commendat, & Anastatum viventem con-  
temnit, ut exprobaret ipsi Hieronymus. Siri-  
cius in Domino quiescentis profers epistolam,  
& vivientis Anastasi dicit consenit, ubi Ju-  
lianis Pelagianorum triarius, Romanam  
Ecclesiam accusat. Ut post tota penitus oc-  
cidente, non minus statim, quassim impium  
dogma suscepit, à simplicibus Episcopi sine  
congregatione Synodi, in locis suis sedentibus  
extorri esset subscriptionem, ubi Zozimus à Ce-  
lestio traducitur, peccatum originale dam-  
nasse, ut scribit ad Bonifacium Augustinus.  
L. q. ad Bonif. c. Quoniam tandem epistola V. M. Papa Zo-  
zimi, quia interlocutio reperitur, ubi prae-  
ceris credi aportere fuisse illo vita peccati ori-  
ginis Hominem nasci, nasquam profrus hoc  
dixit, namquam omnino conscripsit. Ubi  
epistola Leonia ab Eutychianis, ubique ut  
heretica promulgatur.

Etiam in quinta Synodo Vigilius, ob  
tria capitula reprehenditur, & scribit contra  
ipsum Hermanensis. Etiam Honorius  
damnatur in sexta, ut scribit Leo secun-  
da. Quod super heresi fuerat acusatus.  
Etiam Graci fatentur Papam, in additione  
Filioque errasse, & Photius plures er-

rores Romano Pontifici adscribit. Etiam  
Nicolaus Patriarcha, quartas nuptias con-  
demnat, à Sergio tertio approbatas, & in  
epistola apud Aloysium Lollinum, vocat  
damnam fornicationem. Etiam Michael Ce-  
rularius, Papam describit errantem, in  
azymis, Sabbato, & barba. Etiam Bar-  
laam Monachus, ita verum credit Papam  
errasse, ac si oculus intueatur. Dicit vive-  
re quoniam mortuum video. Etiam Nilus The-  
ologus, & Papam & Petrum persequi-  
tur. Quoniam etiam sacri illius duodenarii ca-  
tus Praeful, ille in quaenam Apostolorum Cori-  
phanus Divinitus Petrus, etiam se corrigit à  
Paulo patitur, & reprehendi. Et mox. In d  
De pri-  
matis  
Pape.  
Est valde ratione confirmat, ab Apostolo  
ad Pontificem ut credit. Cum justius quoniam  
Papa dicere posset, quia à me facta sunt,  
sacri eatus corriphe declarato, lex fuit alia;  
quod Joannes Cantacuzenus Clementi sexto  
repositum, noniōnem Ecclesiarum urgenti,  
& Papam ad schismata vitanda institutum,  
originem schismatis appellant, quod Ma-  
gister credit omnes discipulos, tempe Græ-  
ci volunt expendere non obediens, convinci-  
ratione non imperio, & Concilia ipsa Lu-  
gdenense, & Florentinum, ut opus so-  
lius Papz recusant, & Concilium post Con-  
cilium expectant. Quod & urget Nicetas  
Paphlago, & Macarius Ancyra Metropoli-  
ta, Barlaamo latè hostis, in hoc uno con-  
federatur.

Sunt & Armeni in hoc Hostes. Dicunt  
etiam & senes, quod Ecclesia Romana non  
est Ecclesia Catholica, & Apostolica, proper  
eadem ratione, quas dicunt de Ecclesi Gre-  
ca, & etiam quia corripit fidem Christia-  
num faciendo, & acceptando Concilium Chal-  
donense ad instantiam B. Leonis Pape.  
Est & Cardinalis Benno, qui Gregorium  
Septimum accusat. Ut Liberii festam cele-  
braretur iussit, & sic ipsius heresim firma-  
vit, & de multis heresibus incutavit. Et &  
Hostis Wiclephus. Decresales epistola fuit  
apocrypha, & seducunt à fide Christi, &  
Hui post Magistrum discipulus. Quod Bal-  
litus Papalibus non est credendum. Quod re-  
petit Hieronymus de Praga. Est & Guliel-  
mus Okam de Joanne Papa repetenti, iste  
hereticus, hic Hereticus, sic Michael Ce-  
sena, & Gulielmus de Sancto Amore. Est  
Petrus de Osma affirms. Quod Ecclesia Sub Si-  
Rome potest errare. Sunt & Patres Pleu-  
dofynodi Bafiliensis. Nulli hominum ne summo  
quidem Pontifici datum est, ut errare in eccl[esi]e  
non possit in rebus fidei. Est & Joannes Ru-  
chardus docena. Quod omnes Presbyteri sint  
Episcopi, & Pape, & mox. Quodque Pa-  
pe Episcopi, Sacerdotes nihil conferant ad  
salutem.

Antiquis Hereticis facedunt, qui er-  
rores hereditarunt, & auxere. Successit  
Lutherus Modernus. Ceterum est in manus  
Ecclesie, aut Pape profrus non esse consti-  
tuere articulos fidei, imo nec leges morum,  
D seu

sea honorum operum. Et mox. Si Papa eum magna parte Ecclesiæ sic vel sic fentiret, nec etiam erraret, nōdūc non est peccatum, ant barefici contrarium fentire, præstissim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium univerſale, alterum reprobatum, alterum approbatum. Calvinus libro quarto institutionum, idem confirmat & addit, C.9.n.9. Papam etiam cum Cardinalibus, animam definiſſi mortalem. Spalatensis de republi- L.7. c.5. ea scribit. Hoc axioma Papam in docenda fide errare non posse exhibendum, & inter flitorum deliramenta censendum, & ante di- xerat. Errori persicidissimo errare, hoc ipsa prætensione non errandi, ubi remittit ad ho- spitalia, non ad scholas, & adducens Ca- L.1.p.2. therium ait. Veb tamen ei qui sub ungui- bus Romane curie hoc diceret. Erasmus super epistolam Hieronymi, id ait, esse senectutem ad perniciens pietatis aperte, qui docens Pa- pam errare non posse, quoties de moribus, & fide decernit. Calvinus Papam asserit nec in Deum ipsam credere ut vidimus.

Post Hæreticos & aliqui Catholici, eam tuentur opinionem. Tuetur Gerlon de ex- Conf.2 mine Doctrinarum. Determinatio ſolius Pa- pa in illa, qua fuit fidei non obligat, ne pra- ciæ eft talis ad credendum, & de ſenſu lite- Con.3. rali Scripturæ. Nec Papa, nec Epifcopus aliquis eft ita conformatus in fide, de lege coiueniunt, quin posſit errare. Tuetur Almai- nus & scribit, de Dominio civili, & Ec- cleſia. Determinatis per Summum Pontifi- cem non eft necceſſari credendum, quoniam non fit oppofitum publicè dogmatizandum, & iterum. Papa ne dum ut priuatus Doctor, sed etiam ut Papa potest errare fententiado in materia fidei. Citant Major, Driedo, Alfonius de Caſtro, & pauci ali, de quibus utraque pars certat. Sorbona in ſexta propositione ait. Non eft doctrinam, nec dogma Facultatis, quod Summus Pontifex, nullo accedente conſenſu fit infallibilis, & quartus articulus Cleri. In fidei quoque que- fitionib; precipue Summi Pontificis partes eft, cuius decretus ad omnes, & singulas Ec- cleſias pertineant, non tamen eft irreformabili judicium, niſi Ecclesiæ conſenſus acceſſerit. In hoc diſſerunt ab Hæreticis Catholici, quod Hæretici Papam fallibilem, etiam cum Concilio volunt, & Catholici cum Syno- dò volunt infallibilem; vel cum acceptatio- ne Ecclesiæ.

Adeo vero Hostes nostri, miferandam credunt hanc infallibilitatem, ut sit à ra- dicibus imis convulta, ideoque coactus sit Alexander octavus, geminos errores dam- nare. Fatisit, & toties convulſa eft afferio de Pontificis Romani, ſupra Concilium Aen- menicanum autoritate, atque in fidei queſtio- nib; decernendis infallibilitatem. Et rufus. Ubi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clarè fundatam, illam abſolutè poteris te- nere, & docere, non refiſcenda ad nilam Pon- tificis bullam.

Certa ſunt à dubiis discernenda, & certa

funt in hac re complura. Certum eft hanc ſententiam non eſſe de fide, nec Parientes vi- tandos ut hæreticos, quod fatentur ultro nostri doctores. Ita Vvalemburgie de uni- tate Ecclesiæ. Respondeunt Capucini de L.3.c.9. Doctrina, ſub anathemate credenda, in Ec- cleſia Catolica, item generatibus Concilii, à Romano Pontifice approbatæ contineri. Ne- que na rem facit, quod ait Crocius, non idem de particularibus Concilii, etiam ut Papa fir- matis doceri, qui enim Catholicus idem tra- dit, de particularibus, ac de examenice Con- cilii? Et in fine capituli eximiè. Si autem ſola membra ſine capite congregata aliquid tradant, vel ſolum Caput ſine membris ali- quid proponat, non inde magis sequitur con- fluere debere, de infallibilitate Capitis, ſi membra tradant, quam de infallibilitate mem- brorum, ſi Caput proponat. Nenrum verò eft neceſſarium, ſed ſufficit membris Capiti uni- tis eft acquiescendum. Etiam Dominicus Gravina scribit. Aliud iudicium fertur de De in- Catholicis Doctoribus, aliud de Hæreticis, falli- Banneis de Romano Pontifice. In hac diffi- De lu- cultate diſſolvenda nobis conſervatio eft, & eis ibi- cām Hæreticis, & cum Catholicis, Canis Pa- pæ. de- po vult antevertere iudicium Ecclesiæ, in alio. Bellarminus non audet ipsam, hæretis nota inutere, ſic nec Stapletonus de relectione principiorum, Sforondratus, Aguirre & aliis innumeris.

Certum eft Papam errori ſubiectum, in queſtionibus puri facti, cùm ſequatur acta, & probata, & nullibi legatur hoc privile- gium. Certum eft Papam falli poſſe in queſtionibus Mathematicæ, & Philosophiae, cùm tantum hæretes nominentur, & porta in- ferri non prævalebunt; niſi clare in Scriptura legantur, tunc etenim ſunt Del verbum. Certum eft Papam eft fallibilem in queſtionibus cauſa incidentibus, cùm in illis fit fallibile & Concilium, ſicut & in rationi- bus decreti, cùm in illis Papa non conſula- tur, & ſcribat decretu non arguēta, unde decretum illud Stephani, fertur quod traditum eft, Apoſtolica traditio fuerat, ratio verò quod idem agerent Hæretici, la- fe certa non erat, & iridentium falibus. Cyprianus eft expoſita. Certum eft Pa- pam falli poſſe, ſi quid ex metu gravi de- finiat, & ratio ex Athanasio defumitur, quod ex fententia non fit ipius, & Patres Pseudosynodi Ephesiæ, in quarto Concilio dolebant. In pura charta ſubſcripſimus, re- fponabant catena &c. Certum eft poſſe Pa- pam errare, cùm Hæretici ſt Catholicos fingunt, cùm parientes, & dociles ſe pre- bant, quod de Apollinaristi narrat Nazian- zenus. Quod in cauſa ſuſiſte reor, cur ipſe Ep.7 ad quoque Damasus, cum recitatis edocet ſuſiſte, Cled. ſimilique in priuatis eorū expoſitionibus per-flare audiſſet, eorū ab Ecclesiæ cauſa abſeccerit, & de Origeniſis Hieronymus. Imperant Ep.27. Ecclesiasticas epistolæ, ut communiant Ecclesiæ difceſſe viderentur, & plures enumera- rat Hermanensis. Certum eft Papam errare poſſe,

posse, cùm apparet sibi discors in eorum erore, cùm decretum claram non exponatur, si-  
cet & accedit notis Colomesii, qui Paulum Jeremias contrarium, Apostolum Pro-  
phetam, & Deum Deo ipsis oppositum, in eo  
textu credit. Qui gloriatur in Domino glo-  
rietur, quod & accidere potest simplicibus,  
2. Cer.  
10. Pro. 26.  
In lis Scriptura sententia respondit stulto, ne  
respondeat stulto. Certum est Papsm esse sal-  
libilem, in libris quos edit in lucem, quippe  
legislator est non Auctor, edit decreta  
non liberos, nisi forte foret libellus, qualis  
est tomus Leonis. Denique credendum est  
Papam, necessaria uti diligenter, quippe  
cùm Deus vult finem, vult media necessaria-  
fini, nisi evidentes apparet contrairem,  
ut vidimus in Capitula Concilii.

Tres remanent dubiae questiones. Prima  
an Papa ut privata Persona, posuit in hæ-  
resim cadere, & affirmant numerosi Docto-  
res, & Luperus in dictato concludit, *Antiqui-  
tatis non dubitavimus*, & Bannez eam appellat,  
omnium Antiquorum sententiam; &  
Scholasticorum, & Romæ Pontificum. Quo  
non obstante aliam recipimus, cùm Pighio,  
Gravina, Bellarmino, Suarez, & aliis erudi-  
tis, & hucusque ut cernemus, nemo in  
hæresim cadere est permisus, non Petrus  
nondum Papa, non Liberius etiam subscri-  
perit, cùm sit tedium virtus exilii, non  
Honorius de quo Agatho, evidenter scribit  
contrarium, nullos Decessores errasse, non  
Mascellinus nec sacrificans, & id agens me-  
tu tormentorum, nec Evangelium hoc di-  
stinguit. Ego rogavi pro te Petre, Tu es

*Petrus & super banc Petram, & passim Pa-  
tres & Concilia, Petrus per Leonus locu-  
tus est, Innocentii litteris quibus dubitatio  
tota sublata est, si B. Innocentium sudire  
voluisse. Nec obstat sapientia compellari Apo-  
stolicam sedem & Cathedram; Ab Apo-  
stolica fede scripta venerantur, & sedem a se-  
dente distinguere in privilegiis Metropoli-  
ticis Leonem, quippe sedes est in gratiam  
fidentis, Beatusdini tua, id est *Cathedra Pe-  
tri*, scribit Hieronymus, communione confi-  
cior, & ad Innocentium Chartaginenses.*

Qui te & regere consulemus, & orantem  
exaudire dignatur, & Leo optimè scribit  
succesorem, ob decefforis culpam non pu-  
niendum, nec alieni delicti reum existere.  
Longè minus obest Clerum Romanum, sed  
dem Romanam celebrare, Apostolica lingua  
laudatum, quippe de Roma Ecclesia lo-  
quuntur, ubi Pastor est Caput, quo absente  
nil agere potuerit. Poffi excessum nobilitissime  
memoria Viri Fabiani nondum est Episcopus  
proper rerum, & temporum difficultates con-  
stitutus, qui omnia ista moderetur, ubi soli  
volutus secundum difficultates, Papam se solo in-  
fallibilem, cui soli dictum. Ego rogavi, tu  
er. Petrus & pasce, & Pastores tribuant Pa-  
pæ non consiliariis, & idem est fides Petri-  
ac Petrus. Tertia quæstio ita deciditur, ut  
nihil Papa queat sine Concilio, nisi in casu,  
quo fore doctissimum, & res decidenda per-

spicua, ut accedit in causa Eutychis, Leonis  
qua neminem utriusque sexus latebat. Do-  
ces hoc Divina Sapientis. Sapientia tua ne  
inniraris, ibi salus, ubi multa Consilia, & 11. 15. 14  
tertio idem ingeminat. Fili fine Consilio  
nibil facias. Docent & Apostoli infallibles.

Cum autem magna conquistatio fuerit, docet Eccl. 52.  
cum Sanhedrio Pontifex vetus, docet Ro-  
mani, Persæ, & alii cum Collegio Augurum,  
& Sacerdotum, cum Druidis suis Galli.

Docet mellifluus Bernardus. Qui se sibi Ma-  
gistrum constituit stulto se discipulum subdit.

Docet antiquus Roma Clerus; scribens Cy-  
priano de Papa. Qui possit cum Antiturista-  
te, & cum Consilio habere rationem. Docet

usus Romanæ Ecclesiæ, ubi vel per Syno-  
dos definit, vel facta Presbyterio, ut

scribit Ambrosius Sicius. Falso presbyterio Ep. 51.  
constitutus &c., & quod mos erat antiquæ mos in Bal-  
etiam est Modernæ Rome. Cum matura de-  
liberatione. Neque urgues Christum, infal-  
libilitatem deditis Pontifici, cùm dederit &  
Apostolis, & antiquæ legis Pontifici pru-  
denter, & sapienter exercendam.

Aggregitus nos animosè Dupinius, Epi-  
logum format in exordio, & ante pugnam  
victorem se jactat. Cum communitate, & em-  
pianum Hominum conditio, ut mutat, ac va-  
rit erroribus sint obnoxii, nullum praefas-  
tius unquam mortali, munere à Deo concedè  
potest, quod ut aliquibus in rebus salvi non  
passe, praesertim vero in illis, quorum cognitio  
necessaria naturæ viribus haberi non po-  
test. Hinc nullum magis, Romanit Pontifici-  
bus privilegium tribuit potest, quod certum  
& infallibilem in rebus fidei definiensit iudi-  
cium. Sed quo magis & excellentius est istud  
domum, ed diligenter covendum est, ne illud  
temerè, & sine fundamento ipsi adscribamini.

Nam præterquam indignum est alieni Au-  
toritatem eam, que ipsi non competit, ad-  
scribere nihil magis periculosem, quam eum,  
qui possit errare infallibilem credere. Si enim  
contingit eum de facto errare, necessariò in  
errorem decutatur, qui eum deficeret minimè  
potest arbitrantur. Hoc fusi prosequitur, &  
subdit. Papam ex Cathedra tantum definiensit,  
non ut privatam Personam infallibilem,  
que vox antiquitati est ignota. Theo-  
logos je se non intelligere, nec explicare posse  
ex Cathedra, quippe Aliqui vocem exponunt,  
ut Papa cùm Concilio loquatur, at hoc est  
Concilium Generale, non Papam infallibilem  
sati. Alii exponunt ut si Papa, ex Scrip-  
tura loquens, & traditione, as hoc quanvoit  
reddas infallibilis, adduc sub Judice his est,  
utrum dicentes, ex Scriptura, & traditione,  
ipse Papa sit infallibilis. Alii contra Alios  
exponunt, cùm Papa decretalem condit, Alii  
cum Bellarmio, Duallio, & Cajetano, cùm  
Papa istam docet Ecclesiam. Alii quo nibil  
inepti, cùm bullæ est palam affixa, ideo-  
que vel ipsorum inconsistitia, consüm prodit  
quam defendit.

Clarissima foret es formula, à Cardinali De pref.  
de Aguirre relata, tunc Papam infallibilem  
Cath.

dici, cùm oppositam sententiam ut hereticam, per suum decretum condemnat; & ita clara est, & perspicua, ut nec notitiam fugiat popularum, & in hoc anno omnes convenient, variis verbis, & uno sensu, & in multis phrasibus mens omnibus una. Eam fuit declarat Gravina, cùm Papa haeresem condemnat, ut Ari, Eutychetius, Diocletius, ut in titulo de Summa Trinitate, & capitulo cùm Christus de Hereticis, Mat. 16. ubi damnatur prò haeresi assertio, Christum ut homo est, non esse aliquid, uno verbo tunc est haeresis cùm ea nota à Pontifice inauritur.

*¶ 21.* qnod & textus Evangelii demonstrant. Et pars inferi non praecalabunt adversari eam, pascere oves meas, quod est ovili, venuatae herbas interdicere, & vetus testamentum.

*Lev. 10.* cum novo. Ut sciat distinguere inter Santam, & pollutum. Ea tamen questionis evidencia est, ut inimici nostri sint Judices, & doceat nos infenissimus Maimburgus; quid sit Papam è Cathedra definire. Accepimus, quod tradunt, nec queri possunt, nisi de se ipsis. Tunc ex ipso Papa docet

*Trull.* è Cathedra, cùm sit Magister, & Christianorum Doctor rem, per plures Congregaciones, in suo Confilio, aut Confistorio, aut Synodo Suffraganeorum, & Cardinalium, consultis universitatibus, & Doctoribus, publicis iudicis precibus, quaesta Spiritus S. Afflitionis, doces omnes Christianos, & aliquis toti Ecclesie per decretum, aut constitutionem doceat esse credendum. Huius doctrinae nemini suspecta, ab Hostibus ipsa donata pro nunc acquisicione, & Hostes experimur confederatos, cùm sit ipsa praxis Pontificis. Ea vero definitione recepta, corraunt multa Hostium argumenta. Corruit Petri lapsus adductus, ubi enim Petrus de Fratrum Confilio, invocata Spiritus Sancti afflitionis, consultis Scriptura, & traditione inventis, Christum esse negandum? Ubi Christus ipse Petri crimen, & quidem gravissimum prædixerat. Corruit Marcellini lapsus, ubi enim proposuerat Ecclesie, thura litanda Idolis, si crimen cuique occulatabat. Corruit error Petri de legalibus, ubi Petrus per decretum suum, ea non servanda statuerat. Corruit vel ex ipso Maimburgo, Gelasii Papæ accusatio, cùm Papa decreta non libros edat. Corruit Zozimi querela, ubi enim decreverat Zosimus, peccatum originale negandum. Corruunt Adriani, & Ianocentii tertii, valida ut credunt arguments, cùm decidentes nondum erant Pontifices. Ita rationes solvimus antequam solvamus, & sumus in scopo ipso fecuti.

Agunt de Papæ infallibilitate, etiam libris integris Aguirre, & defensio Cathedra S. Petri, liber aureus inscribitur, Rocaberti duobus tomis, & tertio in defensione Honorii, Theophylax Rainaudus in libro, antos epha ipse dixit, Luccesinus, & fusilissim Gravina, Cajetanus, Coefetellus, Coquetus, Sfondratius, Author de Liber-

tibus Ecclesie Gallicanæ, Dominicus à SS. Trinitate, Macedo, Marchesius libro pro Honorio, Abbas Redinghius de Cathedra Apostolica, Gonzalez S. J. Generalis, & alii. Agunt & de Papæ infallibilitate libro integro Laplace, Dantes Chamierius, Clerus, Thomas Anglicus, Gardius de Judice controversialium, Michael Devasor de Judice controversialium, dissertatione integra, Vvitacherus, Magdeburgenses, Junius, & Mortnæs, Nilus, & fuscè Richerius, Launo-jus, Dupinius, Natalia &c.

In hac grandi questione, & Hereticis, & Catholicis communis, siccò pede transire non possumus, quin multa maturè reflectimus. Reflectimus Adversarios nostros, hereticorum argumenta referre, & nos venerabilium Patrum responsa. Ita argumentum de Petri legalibus, à perdidissimi Gnofticis mantuantur, à Tertulliano Catholicolo futurum. Vitium suis conversationis, non pre- De predicationis, & reprehensio facta Petro, est sicut iniquissimi Porphyrii argumentum, & Zozimi accusationem Julianus, & Apologiam instituit Augustinus, sicut & Marcellini, & aliorum Pontificum, quos & sine labore tueretur, cùm enim rationem non ferat accusatio, nullam necessè est ferat defenso. Si ergo Hostes nostri etiam Hereticos ab orco revocant, nos è eis Patres advocamus. Reflectimus adduci in hac causa errantes, ut in causa Paschatis Polycrateum, in baptismo cum Firmiliano Cypriacum, & tamen teste ipso Firmilano, Errantes sequi est apud Cypriacum, & Cypriano ipso dictante. An pr.

qua semel erratum est semper est errandum, ideoque Cyprianum sequantur non errantem, qui tunc Papam infallibilem decidit. Reflectimus negantes Papam infallibilem, latè est à Doctoribus reprehensio, ita militie ab Augustino Cyprianus, à Lyrinensi, Hieronymo arguitur, & Nektorius epistola Celestini, & Armeni ab Iacab Catholicolo, vel ut heretici traducuntur. Quod vor, à Adversariis, qui revere Damnam curris estis, sis impiorum acerbolorum discipuli, Christus Dei me. Ep. ad

filius mendax ne videtur nec te? Quod si dicant non esse mendacem, atqui Christus ipse dicit Petrus, Tu es Petrus, & super hanc Petrum adscivabo Ecclesiam meam. Et pars inferi non praecalabunt adversari eam, id est heretici. Reflectimus Hereticos post damnationem, Papam tunc fallibilem docuisse. Ita discipuli Artemonius apud Eusebium, Donatiste à Melchiade damnati: ipsum Melchiadem crimine traditionis accusare exponunt, sic Ariani post Julii reprehensionem, sic Pelagiani à Zozimo damnati, & schismatis recens non vetus opponebant; sic post antiquos Moderni, Hos, Hieronymus de Praga, & alii; ita Hereticis tantum Papa est fallibilis; cùm ipsorum heresim docere non possit. Reflectant testes ab ipsis relatos, vel contra ipsa militare, quippe & Tertullianus contra Ecclesiam, Hactenus guntur in Ecclesia & virgo est? Et Polycrates,

De polycrateis

*In Nisi. tes, & Cyprianus contra Apostolicas traditiones, & Milectius apud Rainaldum extinctam dicens Ecclesiam, contra eas veritates possent adduci. Refleximus innumeratas accusations, esse merae calumnias, & mendacia, ut Zephyrius, Melchiadis, Silvestri, aliorumque accusations sunt impostura, quod passim Mornaus, & Magdeburgenses, & Lausojus ipse frequentant. Denique Multi ex supra adductis, Papam infallibilem docuerunt. Docuit Cyprianus non errans, docuit Rufinus in symboli expositione, ubi Romanae Ecclesiam tinetur, ita in fide Catholica praestantem, ut in ea nulla heresis sumperiret unquam exordium. Do-*

L.3.4. euit per integra capita Hermianensis ; Quod  
frustra Vigilius Pope responsum, expellare se  
dicant, qui à Leonis decessoris sui vestigiis  
minime fit recessum. Docent etiam de Sede  
Romana ; quamvis neget de Persona Ponti-  
fices, sic Michael de Cesena, & Fratricelli.

Dicit Beno ipse Pseudo Cardinalis, quo  
la vita nemo inseparab. Gregorio. Postquam aliunde  
Greg. 7. ascendit in Papatum. Et mox. Ejectus a Consilium, & custodia ejus Cardinalibus, fides,  
& doctrina ejus sine testibus fuit, adeo ex  
eo errantem creditur, quod temerit, & sine  
Concilio defuerit. Docuit ex Rainaldo Hie-  
ronymus de Praga. Indulgentias Pape, &  
1415. s. Cardinalium esse ritus das, & concessos, &  
45. fieri posse, in etiam articulo Papam, si-  
c ut & in aliis voleant infallibilem.

*Epi. ad Eeccl.* **F**acundio ea feges est, innumeros erro-  
tia penituisse, ideoque priora retractasse.  
Ita in causa celebri Paschatis, Asiatica re-  
gio cessit, & quo Princeps fuerat erroris,  
prima facta est in paenitentia, quippe Con-  
stantinus imperator, inter non errantes re-  
ponit. In diacysi Asiatica. Ita Galli ex Are-  
fatiensi Concilio, non amplius Papam mo-

*Epi. ad ponit. In diaceps Asiatica. Ita Galli ex Are-  
Eccl. Intensu Concilio, non amplius Papam mo-  
ment at quiescat, sed rogant ut Quartade-  
cimanos condemnet, & hoc ante Concilium  
*Epi. ad Nicom. Quia deponimus communem Conf-**

*Ep. ad Nicenum. Quia decrevimus communis Confessio-  
nem. Charitati tua significamus, ut omnes sciatis  
quid in futurum observare debant, de obser-  
vatione Pascha Domini, ut uno die, & tem-  
pare, per omnem orbem observasuram, ubi Galli  
& suo Irenio diversi, petunt rem fieri pre-  
ceptam. Etiam in causa baptismi, Afric ex-  
cepit. Hieronymo se retractant. Denique illi ipsi  
Episcopi, qui rebaptizando Hereticos flau-  
turos, & excommunicando, inveniuntur.*

**C.7.** *ratibus ad antiquum coniunctionem revolum novum emisere decretum, & Afri ipsi in Are-  
latensi Concilio, vel contra se ipsos deter-  
munt. De Afribus, qui propria lege sua renum-  
erant, ut rebaptizens placuit, ut eis manus tan-*

*etiam imponatur. Etiam Julianus ex Prospere  
Ep. ad ro., correctionis dedit indicium, Julianus  
Inn. Atheneensis, Julianissimum Pelagiani erroris  
aestor, correctionis spem praeserens, moliente*

*est in communionem irreperere. Etiam Pelagius scribit Innocentio. A te mendacis capimus, Aug. 1.3. qui Petri fidem, & sedem tenet; & Celestius corr. 1.3. non est auctor B. Innocentius literis oblistere.*  
*Epc. 3.*

**Etiā schismatici pro quinta Synodo, ad  
Papam ipsum redire, in ipsa fidei professio-**

*In Natura.* tes, & Cyprianus contra Apostolicas traditiones, & Miletius apud Rainaldum extintam dicens Ecclesiam, contra eas veritates possent adduci. Reflectimus innumeratas accusations, esse meras calumnias, & mendacia, ut Zephyrinus, Melchiadis, Silvestri, aliorumque accusationes sunt impostura, quod passim Morenas, & Magdeburgenses, & Lauvojus ipse frequentant. Denique Multi ex supra adductis, Papam infallibilem docuerunt. Docuit Cyprianus non errans, docuit Rufinus in symboli expositione, ubi Romanam Ecclesiam tuerit, ita in fide Catholica praestantem, ut in ea nulla haeresis sumperit uoquam exordium. Docuit per integrâ capitula Hermianensis; *Quod frustra Virgili Papa responsum, expellere se dicans, qui à Leonis decessoris sui vestigis minimè sit recessurus.* Docent etiam de Sede Romana; quamvis neget de Persona Pontificis, sic Michael de Cesena, & Fratricelli. Docuit Beuno ipse Pseudo Cardinalia, quo nemo inferior Gregorio. *Potissimum aliudq[ue]m ascendit in Papatum.* Et mox. *Ejusd[em] à Concilio, & custodia ejus Cardinalibus, fides, & doctrina ejus sine testibus fuit, ad eum eratramentum creditum, quod temeriter, & sine Concilio defrairet.* Docuit ex Rainaldo Hieronymus de Praga. *Indulgencias Papae, & Cardinalium esse rite datas, & concessas, & fieri possit, in coetaneo articulo Papam, sicut & in aliis volens infallibilem.*

Ecceundio ea leges est, innumeros erroria penitus, ideoque priora retractasse. Ita in causa celebri Paschatis, Astatika re-

*In vita* ne credentes, & Concilium, & Papam infallibilis. Etiam Armeni, & Graeci, errorem in Florentino retrostrarent. Etiam Nicetas Pecktoratus; *Insuper anathematizat eos, quib[us] Romanam Ecclesiam negarent primam esse omnium Ecclesiarum.* & quicquid fidei semper orthodoxam, presumentes in aliquo reprehendentes; ubi Romana Ecclesia vel ex Græcis, semper habet fidem orthodoxam; sic & Nicolaus Myticus, se retractavit. Etiam Okamus, & Pseudominorite, in professione fidei confitentur. Ego *N. ordinis Fratrum minorum Professor, confiteor me tenuisse, & tenere fidem Catholicam, credere & tenere, Quod credit, tenet, & docet Sancta Mater Ecclesie Romana.* Etiam Fratricelli ex Cantipratensi. *Dicit Magistri Fratrum Adversarii beneficis omnibus suis priuatis, donec juarent, & austeris cecinisse palindam.* Etiam Edmundus Richerius ex Spondano, Auctore fidelis, & Gallo. *Lutetiae primo Septembrib[us] Edmundus Richerius declarans, coram dignis reliquo edidit à se scriptam, & signatam, quod se, libellumque suum, de Ecclesiastica & politica potestate, ac quacunquam ejus propositiones Ecclesie Catholice Romane, & S. Sedis Apollonica iudicio insciپre declaravos eam Martens, & Magistrorum omnium Ecclesiarum, & infallibilem veritatis Iudicem agnoscent.* Denique Natalia Alexander, etiam Clementi feliciter jam regnanti, sua scripta submisit, sicut & submisit cum oppugnaret, & errorem de fallibilitate correxit; sibi & factis, & verbis operibus.

*Ep. ad Ecccl.* *Ep. ad Sibiu.* Latissimum appareat campus , cum Hæretici omnes ante Hæretum , Papam infallibilem agnoscunt . Agnoscit Montanna hæriarcha , Legatos Papæ mittens , quem jaet & Prophetias agnoscemt . Agnoscit Præxas ex Tertulliano . *Præxas duo negotia Diabolus procuravit , ita Romanum facit Paraclenum damnamurum , & Pseudoparacletum Ecclesia ejusdem . Agnoscit Tertullianus Catholicus . Si Italia adjaces babes Romanum , unde nobis autoritas prefœ est . Felix Ecclesia , cui Apostolicam Doctrinam Apostoli cum sanguine prouiderunt , at à se ipso diversus libimeti si Hæretici facti & Catholico Montanista .*

**Adu. Ls.** ceptam. Etiam in causa baptissimi, Afr. ex-  
Hieronymo se retractant. Denique illi ipsi  
**C.7.** Episcopi, qui rebaptizandos Hæreticos statuer-  
rant ad antiquam confusitudinem revoluti no-  
vum emisere decretum, & Afr. ipsi in Are-  
latensi Concilio, vel contra se ipsos deter-  
ment. De Afris, qui proprio lege sua nuan-  
cer, ut rebaptizent placuit, ut eis manus san-  
zioni, factus & Catholico Montanista, i.e.  
ipsum sibi ipsi opponens, ponitatem agens  
de virtute, Ecclesiam Romam vocat lupanar;  
Et ubi proponetur liberalitas ista, in ipsis  
ibidinum januis? Agnoscunt Eusebiani Ju-  
lio scribentes, ut Judex esse vellet, etiam  
post generale Concilium, & mox in Con-  
cilio Philopolitan, ipsum Hæretici, ut p-

*Ep. ad Cor. 10, correctionis dedit indicium, Julianus Atbelensis, galantissimum Pelagiani erroris assertor, correctionis spem praferens, molitus est in communionem irreperere. Etiam Pelagius scribit Innocentio. A te emendari capimus, qui Petri fidem, Usquedem texeris; & Celestius non est auctor R. Innocentii litteris ad Gallo.*

Eiam schismatici pro quinta Synodo, ad Papam ipsum redire, in ipsa fidei professio-

*Ep. ad  
Vetus.* ipsos in societatem admittit, haereticus ha-  
reticorum collega, ut acrier ipsum incre-  
pat Celestius; exemplo Antistitum Catho-  
licorum. Agnovit Eutyches ad Papam ac-  
currans, & Pastorem suum accusat de Ne-  
storio, & à Leone ob zelum laudatur. *Só-*

*Ep. ad  
Eutych.* llicititudinem tuam ex hac parte nobis placuisse  
cognoscimus, quoniam vindex est scribo, quem  
sumpsumus, unde non ambigimus, *Auctorem*  
*Catholice fidei Dominum, tibi in omnibus*  
*ad futurum;* & haereticus excommunicat

*Ep. S.* Leonem. Agnovit Dioscorus ad Leonem,  
questiones finiendas transmittens, & haereti-  
cus in Conciliabulo Ephesino, ipsum Pa-  
pam haeresis accusat. Agnovit Philippicus  
Monothelite, sed nondum detectus haereti-  
cus, Papam Judicem certum quererebat, ut

*Ep. apud  
Combes.* scribit Joannes Sextus Patriarcha. *Mitto*  
dicere quod nobis molestias intulerit, celut pro  
veritate sollicitans, quo nosfras, ad vestram  
Beatitudinem quo sua insinu scapo literas  
extorqueret, nempe tunc adhuc non erat,  
in certa esse à Pontifice definita. Etiam Photius  
suum dogma, voluit à Papa firmari,  
& haereticus haereticum vocavit. Agnovit  
& Vvicleph Hæresharcha, cùm vel umbram  
gereret Catholici, & Urbano Sexto scribit.

*Ep. ad  
eund.* *Gaudete planè detegere cuicunque fidem meam,*  
& *specialiter summo Pontifici, quia suppo-*  
*no, quod si sit authentica, ipse fidem meam hu-*  
*militer confirmit, & si sit errorea emen-*  
*dabit.* Eandem Lutherus Leoni scribit.  
*Vocem tuam vocem Christi in te præsidens*  
& loquentis; & Joannes Pezibranus Hu-  
fifa, in ipsa fidei professione. Prostitor fi-  
deli corde, & ore, quia omni voluntate, &  
desiderio sum in spe, & cupio esse in se &  
integro inviolabiliter, & inseparabiliter mem-  
brum S. Mariae Romana Ecclesie Catholicae  
universalis, & Romana per totum orbem dis-  
fusa in Apostolicis Sediibus à B. Petro Apo-  
stolorum Principe fundata, & usque modis  
continuata, & super firmam Petram tam fir-  
miter roborate, quod portæ inferi non posunt  
adversus eam quomodolibet prevalere.

Denique antequam decidatur, jam hec  
veritas est decisa. Jam per caput integrum  
vidimus acceptationem Ecclesie Catholicae,  
ad unam Romanam reduci. Jam vidimus  
de Ecclesie notis unam Pontificum succep-  
tionem, apud Patres certam, & inconcus-  
sam, & unam solam firmam, inter omnes  
Apostolicas Ecclesias; ad quas solas Pa-  
tres provocabant. Jam vidimus per plura  
capita, appellations etiam fidei, à Conci-  
lio ad Papam transmissas. Jam per tredecim  
Capita vidimus, Papam superiorem  
Concilio, quo etiam si non foret prior, sed  
æqualis, adhuc infallibilitatis dono gau-  
deret, & innumeris vicibus expendimus,  
Concilium à Papa edoctum, nunquam Pa-  
pam instruendum à Concilio, ideoque Papam  
vidimus infallibilem.

Una manet brevis reflexio, quæ tamen  
volumina impleret, Papam docere ex Ca-  
thedra, non esse accidente Ecclesie conser-

su, ut vel sibi discors exponit Natalis. In-  
numera sunt que non expectatur, sed ex-  
torquetur Ecclesie consensus, & censuris  
Papæ, & præceptis. Innumera sunt, quæ  
Petri traditiones, & Apostolorum doctrinæ  
creduntur, non examinande sed tenendæ.  
Innumera sunt que præscribuntur Conciliis,  
nec expectantur ab iis decidenda, & in-  
numera in hac quæstione refutemus. Inter-  
im sufficiant quæ scribit Natalis, ubi ex-  
cepta una, vel altera Auctoritate, ut D. Tho-  
mas quamvis millies contrarii, nullibi vel  
innuitur Ecclesie consensus. Imò hic evi-  
denter excluditur, & unicæ sufficeret auctoritas,  
quæm fuisse recitat Hieronymi. *Super Ep. 57.*  
*banc Petram adficatam Ecclesiam scio.* Si  
quis in arca non fuerit peribit regnante di-  
luvio, ubi Ecclesiam cognovit Hieronymus,  
super Petram adficari, ubi comparat Ec-  
clesiam Romanam arcæ, in qua si quis non  
fuerit, peribit regnante diluvio. *Quicumque*  
*secum nos colligit, spargit, & seni Na-*  
*talis legendum est contrarium, super Ec-*  
*clesiam fundatam hanc Petram scio &c.*

## C A P U T II.

### Infallibilitas Pape evincitur ex Scriptura, & traditione.

**M**irabile certè spectaculum, ubi popu-  
lus Israël in Sina, & audiebat vo-  
ces, & videbat, adeò Dei voces audiuntur  
in Scriptura, & in Divina traditione vi-  
dentur.

Præcedat novo vetus testamentum, &  
figura referat figuratum. Si difficile, & am-  
biguum apud te judicium esse, perspexeris,  
inter causam, & censam, lepram, & lepram,  
& Judicium intra portas suas videlicet verba  
variari, surge, & ascende ad locum, quem  
elegeris Dominus Deus tuus, veniesque ad  
Sacerdotes Levitici generis, qui indicabunt  
tibi judicii veritatem. Qui autem superbie-  
rit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui  
eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex  
decreto *Judicis morietur Homo ille.* Hic lu-  
ce clarius constat, non negasse Deum novo  
Pontifici, quod jam concederet veteri, nec  
tradidisset Synagogæ, quod denegaverit Ec-  
clesiæ, melioribus promissionibus firmatae.  
Hic expreſſe à Deo promittitur, in judicis  
Sacerdotum veritas. Qui indicabunt tibi  
judicii veritatem; nec Deus potest esse men-  
dax, nec Scriptura contrariæ intelligi, ut  
dicat, Qui indicabunt tibi judicium falſi-  
tatem, quod in Holtium expositione est ve-  
rum, nec minus indicat fallibilis, falſi-  
tatem judicii quæm veritatem. Hic à multis  
transfutur ad unum. Qui autem non obedie-  
rit Sacerdotis Imperio, & unus iterum ge-  
minatur, qui eo tempore ministrat Domino  
Deo tuo, morte morietur Homo ille, &  
sic ab uno finitur judicium. Hic ponitur  
unius imperium, ideoque aliorum est con-  
ſilium. Hic post Sacerdotis imperium, non  
est.

est appellatio ad Synagogas, multo minus ad Ecclesiam gentium, nec flagitare potest audientiam, sed damnatus subire debet supplicium, morte morietur Homo ille. Hic septuaginta Virorum; & satis est Synedrij judicium, & Papæ satis non erit Concilium, aut nonaginta Præsum sub Damaso, aut innumerabilium sub Leone, ut scribit Theodosius Valentianus, nec occidens totus coetus, & ubi Iudea nec millesima pars orbis, imò Jerufalem sat erat Pontifici, à Papa citandus est orbis, & expectandus omnium consensus; ubi expressè de septuaginta Judicibus. Et facies quodcumque dixerint, qui præsent loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, & docerint te iuxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Adeò septuaginta est sequenda sententia, nec latum unguem ab ea discedendum. Hæc autem ita perspicua sunt, ut Junius nequiviter exponere. nisi textum ipsum mutilando, & inter spuria remittendo, & mutilat ea verba nolens obediens Sacerdotis imperio, contra nostra, & ipsorum Originalia, & orbem totum ita legentem, adeò Scriptura integra est nostra, mutilata, & trunca ipsorum.

Huc spectat celebre argumentum. Si fallibilis est Pontifex in dogmate, cur sub pena mortis quis jubetur Sacerdotis imperio parere, & frustra passim hoc irrident Hostes, imò in nos ipsos retrorquent, cùm Regi inobedient occidatur, nec Regem dicit quis infallibilem, quippe ab inferiori ad Superiore posse, mortis damnatum appellare, & naturalia, & Divina jura permittunt, & ita potuisse inobedienti Pontifici, appellare reliquias Synagogas, & Ecclesiam in gentibus dispersam, quod & ipsi Hostes irrident. Adeò hodie creditur præmio dignum, quod olim merebatur supplicium. Quod si non obediens Sacerdotis imperio, morte morietur Homo ille, nec ita stultus extitisset aliquis, ut mortem appellatione non fugeret; uno verbo qui non obedit imperio, supremi tantum Principis occiditur, sic & Sacerdotis tantum supremi. Frustra reponunt ex Hereticis Vitachterus, Sibrandus, & alii, & ex Catholicis Abulensis, tunc Sacerdotes indicare veritatem, si secundum legem judicaverint, quippe hoc vana reddit judicia, quærendus est Censor Censoris, Judex Judicis, qui decidat, an iuxta legem decidatur, adhuc sententiam relinquit incertam, an iuxta legem sit prolatæ, quisque jaætaret Sacerdotem, contra Dei legem judicasse, nec moreretur nisi stultus, & volens, & hoc est privilegium omnium; ubi iuxta legem decidunt, ubi sermo tantum est de Sacerdote, & superbus quisque, & obstinatus, ne videatur errasse adhuc erraret, Pontificem accusans erroris. Frustra Lutherus ait decerni, de crimini bus tantum non de articulis, quippe lex loquitur de dubio, inter causam & causam,

inter lepram & lepram, & schisma, & heresis sunt crimina, imò criminum omnium gravissima. Frustra respondent ea dogmata, debere ab Ecclesia recipi, quippe nullibi legitur Pontificem, Synagogas omnes consuliisse, longè minus gentium Ecclesiam, & stat firmum lege Divina. Qui non obediens Sacerdotis imperio, morte morietur Homo ille.

Inteueamur & in veteri Scriptura, acta Dei cum Moysi. Austeram de Spiritu tuo, tradamque eis, ut sufficiant tecum onus populi. Et eodem capite subdit. Et locutus est ad eos, austeras de Spiritu, qui erat in Moysi, & dans septuaginta Viris. Jam ergo Moyses solus, Spiritum Domini receperat, & absque septuaginta judicabat, & septuaginta causas decidunt, cum solo Spiritu Moyi, & unus tantum est Spiritus Moyi, ut egregie annotavit Augustinus. Tolum de Spiritu tuo, & dabo illis, hoc est datum illis de Spiritu Sancto, quem jam dedi tibi. Et Spalatenus nodum stringit cùm solvit, datum Spiritum Septuaginta, ubi ipsi recipiunt per Moysen, habet Moses absque Septuagiata, non habent Septuaginta sine Moyse, & à Moyse ut à fonte recipiunt, unum Spiritum non diversum.

Relegant Hostes privilegia, qua soli conveniunt Pontifici, solus fert Urim, & Thummim, doctrinam scilicet, & veritatem; Ad quid in pectora Sacerdotis ponitur imprudenter veritas, si stat in pectora Ecclesiæ? Si Ecclesiæ, & Concilium ostendunt Sacerdoti veritatem, & dogmatum exhibent doctrinam, si Pontifex docetur non docet, tollatur ex pectora ipsius veritas, & doctrina à Deo imposita? Et frustra hoc Junius irridet, quippe & Hæretici cum Tremellio, de veritate, & Doctrina exponunt. Relegant privilegium Hostes, quo solus intrat in Sancta Sanctorum, ut propinquius consulat Dominum, quo solus in rationali, omnes tribus Israel gestat, & totum orbem in veste. In veste enim poderis erat orbis terrarum; Sep. 18. adeò debebat Dominum consulere, & doctus à Domino alias edocere, & orbem edocere non Septuaginta, qui nullum cum orbe commercium gerebant. Hæc omnia firmat Josephus, rerum certè suarum peritus. Post L. 2. con- tñ. App. tñ. ante alios Sacerdotes, Duo sacrificat, leges custodiunt, dijudicat controversias, convivios delicti puniunt, cui qui non obedit panas luit, tamquam in Deam impius. Adeò est ultimum tribunal, ut fit idem tribunal cum Deo, cùm di judicat controversias, & convictus delicti castigat, & in summum Pontificem rebellis, impius est, & rebellis in Deum; quod à Malachia, Joseph est mutuatus. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est, Divina nuntius voluntatis, quam Angelus depravare non potest. Et iterum de Levi exprimitur. Pænūl meum erit cum Levi, lex veritatis fuit in ore ejus, ubi Sacerdos, sibi pænūl mutia de tribu

Malak.

## De Infallibilitate Papæ.

*De vita Moysi.* tribu Levi, & lex veritatis in ore ipsius eu-studente ipso veritatem. Quod & repetit Philo in Moysi. *Ipsum de Confilio Sacerdotum iussisse occidi reum ligna in Sabbatho colligentem.* Adeò consilium est Sacerdotum, & imperium Principis Sacerdotum, & bellè à Moysi ad Petrum, Ephrem Syrus transfert Principatum. *Sicut Moyses societas illius, & conjunctionis Hebreorum, iussu Dei fuit Princeps, ita Petrus Ecclesia Christianorum.* Denique est priuilegium non errandi, Cathedra Moysi communicatum. *Super Cathedram Moysi sedebunt Scribae & Pharisei, quecumque dixerint vobis facite, ubi & trahe docet, & repetit Augustinus. In Cathedra unitatis posuit Deus Doctrinam veritatis.*

*Mat. 23. L. 2. contra Pet. c. 6.* Et validissimè de Cathedra Christis. *In qua utique figurabat suam.*

Elargiamur interim Hostibus nostris, infallibile tantum Concilium, cùm omnium acceptatio Ecclesiarum, ubique altum servet silentium, nec legere detur vel unum exemplum, quo ad fiduci dogmata firmando, Pontifex orbem totum percurrat. Erit ergo infallibile cum Pontifice, unius provinciae Concilium, quod nec Hostes nostri recipiunt. Sit infallibile tantum Concilium, at Pontifex in Concilio est totus. Ipse convocat Concilium, & absque ipso non est infallibile, 1. *Mach.* imò absque ipso nec est Concilium. *Non licet ulli ex populo, & ex Sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, que ab ipso dicuntur, nec convocare conveniunt in regione sine ipso, adeò sine ipso nec est Concilium.* Ipse præfidel Concilio. *Amarit autem Sacerdos in his, que sunt ad Deum præfidebit, & Caiphas præfidel Concilio, & reliqui Pontifices præfederunt, & præsidere, est Concilium dirigere, formamque ostendere decideri.* Ipse confirmat Concilia, dat robur articulis, & tollit. Id ex prefest intuemur in Caipha. *Vos neficiis quidquam.* Adeò Concilium totum ignorat, quod Caiphas solus decidit, quod & de Apostolis omnibus Hilarius, & alii confirman. *Ceteris ignorantibus Petram, divinitatem solum esse confessum.* Etiam solius Pontificis est prophetia. *Expedi ut unus moriatur pro populo, ne eota gens pereat, hac autem dixit non à semetipsum, sed cum eum esset Pontifex anni illius prophetavit.* Etiam in Concilio solus fert Urim, & Thummim in pectore. Etiam Summus Pontifex in Concilio scidit vestimenta sua & ait. *Quid adhuc egemus testibus?* Etiam soli tribuitur Pontifici, quod universum egit Concilium, ut in transmissione Sacrorum voluminum, facta

*Anno m. 3775. n. 34.* Ptolomeo Philadelpho, respondet. *Eleazarus summus Sacerdos Regi Ptolomeo, qui apud Salianum ei scriperat.* Etiam dissidentibus Judicibus jubet Pontifex Paulum cadi. *Intendens autem in Concilium Paulus ait. Viri Fratres Ego omni conscientia bona, conversatus sum ante Deum, utque in biederum diem. Princeps autem Sacerdotum Ananias, præcepit Astantibus sibi persecutore*

*ejus, Tunc Paulus dixit. Perentias te Deum paries dealbate.* Adeò solus Pontifex jubet, & quidem in causa fidei, & morum, & solum Pontificem Paulus accusat. Denique etiam invitit Judicibus, Jacobum morti addixit. *Cum ergo hujus secta Ananias esset, ratus se inventus tempus opportunum, Feso 16. I. 20. mortuo, & Albino in itinere constituto Con-scrips.* *Cilium fecit Judicum, & quodam adducens ad semetipsum, inter quos & Fratrem Jesu, qui dicitur Christus, nomine Jacobum, quae contra leges agentes, accusans tradidit lapidandos. Et mox. Miserrantque latenter ad Regem rogantes eum, ut scriberet Amano, ne talia perpetraret, cum neque prius recte fecisset, ubi vides solum Pontificem invitatis, & accusantibus Judicibus, reos legis morte castigasse, adeò solus omnibus prævalebat.* Denique infallibilis erat Synagoga, cui credita sunt eloquia Dei, depositaria sacrorum voluminum, eorumque securissima Interpres, ut de notis Ecclesiæ ostendimus; ideoque particularis Ecclesiæ, cum solo Pontifice est infallibilis, illi acquiescimus in Scripturis, illam consilium in articulis.

A veteri ad novam legem descendimus, & primò Matthæi textus occurrit. *Tu es C. 16.*

*Petrus, & super banc Petram edificabo Ecclesiam meam, & parte inferi non prevalebunt adversari eam.* Interrogentur vel in urbibus Idiotæ, vel in montibus ipsi Pastores, an firmior sit domus an fundamentum? Et concludant firmiorem Petrum Ecclesiæ, cuius infallibilis est fundamentum; & adversus quam inferi non prævalebunt. Interrogetur ratio ipsa naturæ, & dictabit fundamentum domus solidius, cùm ipsam fundamentum sustinet. Interrogetur experientia ipsa, an aliquando cedicerit fundatum, & domus ipsa stabilis constiterit? Interrogetur vel fundamenti metaphora, & primi, & secundi. *Fundamenatum nemo Epb. 2. potest ponere, præter id quod possum est, & rursus. Fundati super fundamentum Apolo-gorum, & Prophetarum, ipsi summo anguari lapide Christo Jesu, ubi Apostoli, & Prophetæ secunda Ecclesiæ fundamenta, firmiora sunt Ecclesiæ ipsa.* Denique evidens Idæa est, ubi nullus nisi fatuus, fundat domum super arenam. Uno verbo vel Ecclesiæ est infallibilis, & firmo indiget fundamento, vel infallibilis & frustra est fundamentum. Nec obstat exppositio illa in Petro representari Ecclesiæ, quippe Christus Ecclesiæ, super Ecclesiæ fundasset, nec domum à fundamento discrevisset. Ea vero exppositio est solius Augustini, qui millies Papam doceat infallibilem, & plenam ipsam reddit eruditam, hoc unico Matthæi textu. *Numerate In P. 1. Sacerdotes ab ipsa Petra Ecclesiæ, hac est contra quam non vincunt superbæ inferorum portæ.*

Unum est quo triumphat Dupinius, & quadriginta refert Patres, fundatam nempe Ecclesiæ, in ipsa fidei confessione, at innumeris addit ut vidimus, dum quadriginta de-trahere conatur, qui in nostra castra trafiguntur. Jam

Jam vidimus Patres, & Concilia, Petrum passim clamare, & Ecclesias, & fidei fundatum; adeo eadem certitudine, & primatum, & infallibilitatem decidunt. Quib[us] addimus tertium Concilium. Secundis omnibus nostris est quod *Sanctus Beatus Iosephus Petrus, & Apostolorum Princeps, & caput, fideique columna, & Ecclesie Catholicae fundatum,* quod est conforme quarto, & sexto, & Patria passim resonant. Hec autem loquendi formula, ita est Papae propria, ut innumeris Papis utantur, & sermones integros efforment. *Firmatio fundamenti, cui totius Ecclesie superfluitas altitudo, nulla incumbens sibi templi mole lossefit, soliditas enim illius fidei, que in Apostolorum Princeps est lata, perpetua est, & sicut permanet, quod in Petro Christus creditur, ita permanet quod in Petro Christus infititur.* Et mox prosequitur. *Ez firmitatem Petri, qua nullis impulsionebus quateretur accepit. In universa nomine Ecclesie, tunc Christus Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit, & omnis lingua, que Dominum confitetur, magister bujus vocis imbutitur. Hec fides Diabolus vincit, & captivorum ejus vincula dissoluit, bacernos mundo inferit Calo, & portis inferi adversus eam prevalere non posnat. In fidei, & Ecclesie Petri. Et rursus Leo integer de Petro. *Cum ego sum inviolabilis Petrus, ego Lapis angularis, tu quoque Petrus es, qui mea virtute solidaris.* Et mox. *Ecclesie mea Calo inferenda sublimitas, in bujus fidei firmitate confundet, & citat textus Joannis, & Luke. Quinimum Patres adduci, confidati sunt vel in eodem textu, sic Epiphanius. Nihil enim valebit adversus fidem veritatis, nam supra Petram edificata est. Sic Augustinus. Ibi nominavit Petram, & Laudavit firmitatem Ecclesie in ipsa fide. Sic Ambrosius ait. *Ceteros fidei stabilitate fundasse Ecclesie firmamentum,* sic Cassianus, Euthymius, Hilarius, tertia, quarta, & sexta synodus, & tot sunt Patrum textua, ut volumina etiam vafa compleverent.**

Alter rectus textus Joannis, *Ponite oves meas, ubi reliqui prætermis, solum Petrum de amore interrogat, & ter ovium pasturam commendat. Quis autem neciat Pafloris officium, venenatas herbas evellere, ad paucia liga ova deducere, peſtem pecori cavero. Nos olim vel Grammatici canebamus, Incubitum caput ovile Laps. Eos Deus arguit Pastores, & libi, & ovibus deficientes. Quod infirmum fuit non consolidans, quod abiectum non reduxit, quod perierat non quæsivit, & pessime instituit illud ovile, ubi Pastor errat cum ovibus, ubi cœcus eligitus Pastor. Et frustra in nos telum istud retorquent, cum Episcopi singuli sint Pastores, *Ponite qui in obris est gregem,* nec tamen illos sit infal-*

*In p[ro]f. libro de 30. erant Pastores ait Augustinus, & uni dicitur Petri, in p[ro]f. Nullus Apollinaris inquit Arnobius psal. 31. Pastoris nomine accipit, & Apolloli, & Episcopi Pastores, in oves Petri transirent. Si me amas exposuit Chrysostomus Petrus*

*cram fascipulas,* sic Hieronymus, Bernardus & alii; & à quoque tale nomen excludunt, & soli Petro larguntur. Nec invenire

L. 2. de sat. est textum unum, in quo Concilium vocetur Pastor, & quidem Pastor Petri, & Ecclesia nomine ovium exprimitur, pascenda non pascent, sicut & Apostoli omnia, ipsam Ecclesiam representantes; & quod fundatum est in domo, id Pastor est in ovili, utrumque enim consolidat, & multa vidimus in eo

textu libro primo tomis precedentes. Omnia validissimum est textus, Simon, Simon eccl

Lec. 22.

Satanas expeditivit vos at cribraret tanquam criticum. Ego autem regovi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirmo fratres tuos. Hic Christum alloqui folium Petrum, nedum faciet, sed & confirmat Spalatinus, ex eo quod illi dicitur con-

firma, cui dicitur pascere oves meas, cui dicitur tu es Petrus, & addere poterat voces individuantes, Simon, Simon, regavi pro te Petre, & tu conversus confirmo fratres tuos,

& sola sufficeret particula, & tu conversus confirma, quod Apostolos alios excludit.

Hic Ecclesia in Apostolis expressa, hic Apostoli omnes sunt confirmandi, non confitentes, ut exponunt Adversari. Hic fratres omnes cribrantur, & solus Petrus confirmat, hic per emphasis Simon Simon, à multis ad unum transitus, ecce Satanas expeditivit vos, ego regavi pro te Petre. Hic Apostoli sunt Ecclesia, aut eam representant, & Petrus exprimitur confirmans? Evangelium dicit exprest, per Petrum firmari Apostolos, quis legat per Apostolos firmari Petrum? Evangelium dicit orari pro Petro, quis legat oratum ibi pro cunctis. Evangelium monet ut conversus, fratres omnes confirmet, quis legat confirmari conversum? Exponit & urget textum Leo, *Commune erat omnibus Apostolis periculum de temptatione formidinis, & in aliis divine protectionis auxilio pariter indigebant, ignoramus Diabolus omnes exagere, omnes cupiebat eldere, & tamen specialiter, a Domino caro fascipinas, & pro Petri fide propriè supplicauerit.* Adeò clarus est textus, ut responsa velut umbras evanescent. Evanescit responsum Spalatinus, Christum Apostolos omnes allocutum, quippe ab omnibus ad unum regreditur, omnes alias confirmantem, & pro fide unius exorat, quod fai immemor agnoscat Spalatinus. Evanescit responsum Dupinii, non omnes Papas firmatos, ut constat in Papa Honorio, at textus iste in individuo, in sexto generali Concilio, evidenter pro Honorio laudatur. Evanescit multorum responsum. Petrum tunc representasse Ecclesiam, quippe per ipsos in Apostolis representatur, & Simon à reliquis sciungitur, ut reliquos omnes confirmet, nec Ecclesia confirmat se ipsum, nec eadem confirmat, & confirmatur. Evanescit & illud responsum, conversus dicit de Petro non de fide, quippe confirmare est officii non Personæ, & de Pastoribus Ecclesiam est scriptum. *Esto vigilans, & confirma.* Evanescit denique responsum, Papam solum

temerari judicare, quippe vel Hostes sibi contrari, negant cum Papa fatis esse, vel Italianam, vel totum occidentem. Aliud manet Dupinii responsum, Petrum firmasse ceteros, ut Patres docent exemplo penitentie, at Patres ipsi referuntur, qui infallibilitatem convin-

*In Lue.* c. 22. temunt, & in iisdem propterea scripturis, ita Theophylactus. *Petrus conversus bonum exemplum penitentie omnibus erit, quod cum Apostolus fuerit, & regeneretur, iterum recipiente primus.* Ita Leo Magna. *Ob hoc sic nos apparere permisimus, ut in Ecclesiæ Principe remedium paucitatem condenseremus.* Et mox. *Adfuit enim de pessi. duxter Domini Iesu Christi, quem laborem te priusquam delecteremus exciperemus, & firmatos stundi in ipso codicendo pericolo receperisti.*

Serm. q. *Ita Euthymius. Pro triina negatione triunum offert confessionem, ubi penitentis ter confiteatur Ita Chrysolomus. Ad modicum fluctuum in perpetuum inventum est fundamentum fiduciam;*

*Quod rursus Leo bellè concludit. Reddit in soliditatem suam Petrus; & in actis constat Apostolorum, Exsurgens Petrus in medio Fratrum, ubi confirmat eligendum Apostolum, quamvis extraordinarium sit munus, & eligendum unum ex ipsis; ubi os aureum Chrysolomus. Merito primus omnium au-*

*Hab. 3. 4 in alia. Horatianus usurpat in negotio, & quod omnes bateat in manu, huic enim dilectum est & ea conversus confirmat Fratrem tuos, ubi prius per penitentiam confirmat, & mox confirmat per fidem. Et frustra Dupinius exclamat, Chrysolomum vera dicere Rethorice, non vera dicere Theologicè, quia Chrysolomus Rhetor fit medax, quia non loquatur cum ipsa scriptura, & scripture sacra illudat, ubi Deum facaret mendacem.*

Extremum Hostium agmen exclamat, privilegium personale Petri, personam Petri non transgredi, ideoque totis viribus est sustinendum. Cognoscit Evangelii textus, ubi Petra, & Pastor consolidant, & major post Christi passionem, est necessitas Fratres confirmandi, major in Episcopis, quam in Apostolis, major, in milibus, quam in paucis. Cognoscit cum Patribus Bernardos. *Oportet ad vestrum reperi tribunal, pericula quoque, & scandala emergentia in regno Dei, preferimur ea, que de fide contingunt, cui enim alteri sedi dilectum est, & tu confirma Fratres tuos.* ubi sedi dilectum est non Petro, & adhuc vigente tempore Bernardi. Cognoscunt iterum Patres, cum textum Lucei conjungunt cum textu Matthœi, & Joannis, ubi munus illud est ordinarium, ita Bernardus, Chrysolomus & alii. Co-

*Serm. 3. in 4*gnoscunt cum Leone Pontifices. Tantumnam aliorum status certior sit, si mens Principis villa non fuerit. Cognoscit Africa tota, ad Innocentium Papam scribens. Qui te & consulentem adiuvare, & orantem exaudire digneris, & id erat in causa fidei. Cognoscit Ecclesia tota, in sexto Concilio collecta, quia Agathonus epistolam commendat, ex Luce textu locupletem. Cognoscit Ecclesia per orbem diffusa, in solemnis fidei profissione. Quia non potest Domini nostri prætermitti sententia**

*dicensis tu es Petrus &c. Hoc quæ dicta sunt rerum probabant effectibus, quia in sede Apo-*

*stolica, inviolabilis, semper custodiatur Reliquia. Ubi & fidei profilio, & experientia Ecclesiæ privilegium confirmat. Cognoscunt cum Theophylacto Schifinatici. Plausus hujus loci*

*intelleximus est, quia te babeo ut principem discipulorum, postquam negare me fleveris, confirmasti Fratres tace, nec enim te decet, qui posse me et Ecclesia Petrum, & fundamentum ubi Schifinatici Papam non adulantes. Petrum affirmant ceteros firmassis ut potest Ecclesia Pe-*

*tram, & fundatum, & discipulorum Princi-*

*Cognoscunt cum Forbacio Hæretici. Quamvis prim.*

*in atraque Petrus, five Fratres, five Pasto-*

*ri confirmatione praestanda, ut eximius Chri-*

*stianus, ut Apostolus, & Apollinarum primus*

*pro magnitudine dati scandali, & pro sancta*

*persona eminentia præclaro exemplo, aliis pre-*

*lucere debet quod & numero septimo con-*

*geminat. Adeò Evangelium, & ratio, adeò*

*Patres numerosi, adeò Africi: imo & occi-*

*dentes totus, cum Agathone epistolam scribens,*

*adeò Pontifices Sancti, & Magni, adeò Eccle-*

*sia in Conciliis, & extra, adeò Schifinatici &*

*Hæretici, & experientia, munus perpetuuni*

*evincunt, adeò nec amicos, nec Hostes hoc latet.*

*Celeberrimum est Joannis privilegium,*

*quod Patres & Concilia, non ut suum refe-*

*runt sed Christi: *Tene me ut Augustinus in Cont. sp.**

*Ecclesia, ab ipsa fidei Petri, cui pastendas oves funda-*

*juas Dominus commissi successor Sacerdotum,*

*at tenetur quia dubiè, in Ecclesia, an successor haeretica tenet in Ecclesia? an vinculo so-*

*luibili tenetur? & validius si potest esse. Nu-*

*meratus Sacerdos ab ipso Petri Ecclesia, bac-*

*contra quam non vincunt superbi inferorum porti-*

*par. Hæc etiam in hæreticos fulminans synodus Don.*

*sub Menna. Concesserant Romanam Eccle-*

*siam, in quo successor est Apostolorum, que*

*secesserunt contra ipsos tuhi,* adeò facelloci *Ab. 4.*

*ipsa Apostolorum, ipsos hæreticos recidit.*

*Ab oriente clamat Hieronymus, A posse*

*evis peso praesidium, & Papam infallibilis te-*

*stari, concedit vel inimicus Natalis. In occi-*

*dente scribit Ambrosius. Recognovimus liter-*

*ris sanctitatis tuae, bos Pastor excedens, qui*

*fideliter tibi commissam januam servet, & pia*

*sollicitudine Christi ovile custodias, dignas quem*

*evere Christi, & andians, & sequantur, ubi*

*Iovianiani heresim cognoscit, a solo Damasco*

*damnata, & Lupum à Pafore confixum.*

*Et erat ita firmum successionis argumentum,*

*ut eo uterentur Patres, Epiphanius, Augu-*

*stinius, Optatus, & Eusebius vel Arianus, &*

*Irenæus, & dicentes omnes heres confundi,*

*& Parmenianus unus pro omnibus, Donati-*

*stanus nomine pugnans, ultro se vicitum fate-*

*retur. Negare non posse scire te, & Donatilis *L. 2.**

*omnes successionem, suam Roma esse jacla-*

*rent, misso Roman Episcopo Montensi.*

*Omnium locupletissimum est textus, & qui*

*solus sufficeret Matthœi. Tu es Petrus, &*

*super banc Petrum, adificabo Ecclesiam meam, C. 16.*

## Liber I. Pars II. Caput II.

35

*& portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*  
*& in eo tuendo agmina sunt Patrum. Agmen*  
*est Patrum vocantium Petrum, Petram, &*  
*fundamentum Ecclesiæ, & carmen illud Ambro-*  
*siosi hoc ipsa Petra Ecclesiæ canente culpans*  
*diluit, ex Augustino erat in ore multorum, &*  
*Augustinus canit in psalmo numerate Sacer-*  
*dotes ab ipsa Petri Ecclesiæ; & Hieronymus*  
*vel sciens. Super eam Petram edificatam Ec-*  
*clesiam scio & cum evidencia Gregorius. Quis*

*Ep. 57. In hymnis.* *Ep. 57. Ep. 37.* *Nescias S. Ecclesiam in Apostolorum Principis*

*soliditate firmata? quod & innumeri Patres*  
*fatentur, adeò Ecclesiam sustinet Petrus, &*  
*in Petri soliditate firmatur. Agmen est Pa-*  
*trum dicentium, portas inferi nec adversus*  
*Ecclesiam, nec adversus Petrum prævalitu-*  
*ras. Manifestum est inquit Eucherius quia*

*Hom. 2. nec adversus Petrum, nec adversus Ecclesiam,*  
*portæ inferi prævalebunt, quod ab Origene*  
*antiquiore defumpst, & ab Epiphanio in*  
*Anchorato. Et portæ inferi non prævalebunt.*  
*omnibus quippe modis, in ipso fundata est fides*  
*Agmen est Patrum vocantium Petrum, Pe-*  
*tram firmam, & solidissimam. Ita Epiphanius*  
*de Petro factus est firma Petra, fundans do-*  
*mum Domini, & Maximus Taurinensis ap-*

*Ser. 47. Ep. 22. S. Iust. 2.* *Petra illi solidissima, an aliquid est solidissi-*

*mo solidius? & Cyrillus Alexandrinus præfus,*  
*vocabulo ipso commode significans, quod in eo*

*tanquam in Petra, lapideque firmissimo, suam*  
*effet adificaturus Ecclesiam. Agmen est Patrum*

*docentium, Petrum Dei virtute solidari. Qui*  
*mea virtute solidaris ait Leo. Basilis Petra*  
*est, & Petram facit! & in dogmatica Leonis*

*epistola omnium elogii cumulata. Que ob*  
*illa, Principali Petra communionem virtutis*  
*jumperit, & nominis. Denique Patrum agmen*

*evincit, Ecclesiam & fidem firmas, eo titulo*  
*quod eas Petrus sustinet. Nihil enim valebit*  
*ait Epiphanius adversus fidem veritatis*

*nam supra Petram fundata est, & de Petro*  
*evidenter loquuntur, & ratio est nam supra*  
*Petram. Ita Posseffor Episcopus ad Hormis-*

*dam, ita Maximus docet ceteros fidem stabili-*  
*tate fundasse, ejus firmamentum, & Chryso-*

*stomus de Petro ait. Firma fidei Petra, retia*  
*Serm. in fidei fundamentum, & unus pro omnibus*

*SS. P. & G. Gregorius Magnus. Quis nescias S. Ecclesiam*  
*Paul. in soliditate Principis Apostolorum solidatum.*

*Ep. 37. Quid clarius? Venerantur & Patres cathe-*  
*dram, & quidem infallibili doctrinæ. Venera-*

*tur apud Prudentium, vel in hereticos*  
*Hippolytus Martyr. Respondit fugite a misere-*

*ri, excranda Novati dogmati, Cabolicis redi-*  
*cte vos populis, una fides vigeat priico, que*

*condita seculo est, quam resinet Paulus, quamque*

*cathedra Petri, adeò Petri cathedra est regula*

*fidei. Smiliter in Donatistis Optatus. Proba-*  
*tum est nos esse in Ecclesia sancta Catholica,*  
*apud quos & symbolum Trinitatis est, & per*  
*cathedram Petri, que nostra est, adeò Petri*  
*cathedra est argumentum, quo se Optatus*

*probat esse in Ecclesia, sic & exclamat in*

*orientem, in questione hypostasis Hieronymus.*

*Si quis cathedra Petri jungitur meus est; adeò*

*Petri cathedra iungi, manifestus est Catho-*

*lici character. quod & passim urget Cypri-*

*nus, & Centuriatores de Cypriano affirmant. Cap. 7.*

*Simillima loquendi formula est, Petrum in*

*successoribus vivere, & causas fidei decerne-*

*re scribit Arelatense Concilium, ex infinitis*

*pene locis coustum, & Romanam Sedem ap-*

*pellat, ubi apostoli quotidianè, sedent, addò*

*post mortem vivunt, & Donatistarum, & ba-*

*ptismi, & Paschatis causas decidunt. Scribit*

*Ambrosius in ea synodo, quæ secundam ecclu-*

*menicam confirmat, eique Ecumenica tribut*

*T. S. Apolotus sedens non docet, quo-*

*modo Ecclesiæ gubernacula sint tenenda, & Tb. I. 5.*

*hæreses plures configit, & scribunt plures c. 10.*

*Episcopi. Exclamat in tertio Concilio, Phi-*

*lippos Romanæ Sedis Legatus. Seculis om-*

*nibus notum est, quod S. Beatus si quisque Petrus*

*est. In successores suis vivit, & iudicium ex-*

*erit, Et respondet concilii preses. Quodq. Ag. 3.*

*bac Sancta Synodus perspicue percepit, nem-*

*pe Petrum in successoribus vivere, & iudi-*

*cium exercere fidei. Exclamat quartæ Sy-*

*nodi Patres; Petrus per Leonem locutus est.*

*Scribit Eutychi Chrysologus, in materia in-*

*vitissimi dogmatis. Petrus qui in propria Ag. 3.*

*sedie vivit, & praefidet praefat quarennibus si-*

*dei veritatem; quod & alii Patres docent, & Ad Eu-*

*Concilia. An decebit Concilium infallibile, tycb. ep.*

*Petrus fallibiliter decernens? An fidem fir-*

*marit infirmus? An mortalis optimè docuit,*

*& immortalis, & beatus, vendet pro dogma-*

*te falsitatem? An Concilia cum Petrum ci-*

*tant, putant errare se posse? Hæ sit Petri*

*prærogativæ, prosequamur & reliquas ex*

*scriptura, & Petri vestigia inserviamus. In*

*ipsò auctorum exordio Petrus loquitur solus,*

*& Apostolatum cum morte interitum, ad*

*posteros traduci decernit. Viri Fratres ope-*

*ter impleri scripturam, quam prædictis Spiritus*

*Sanctis per os David, & ut ibi notarat Chy-*

*rofostomus causam fidei agit pro omnibus, &*

*notat Euthymius, vel schismaticus, nemo ipse*

*contradicit. Et rursus vos scitis quoniam ab an-*

*ib. 1. tiguis diebus, Deus elegit per os meum, gentes*

*audire, & credere. Ipsa fola dictum est, duc*

*in altum, idest in profundum disputationum,*

*solis navigat securus, ut docte exponit Am-*

*brosius, neque enim turbari poterat navis,*

*cui præserat is, in quo Ecclesia firmamentum*

*est, ubi vides Ecclesia firmamentum nec*

*ipsum turbari posse, nec navim ipsam cui pre-*

*terat. Rursus primus agnoscit Resurrecio-*

*rem, solemnissimum omnium mysterium, sine*

*qua fides nostra est in arias, cuius quingenti*

*sunt testes. Visus est Cepha post bac undecim,*

*ad eos unus omnibus antefertur, adeò maxima*

*solus revelat. Iterum solus agnoscit, revela-*

*tionem orbi gratissimam, qua Religio ex an-*

*gustiis templi, ad universitatē gētium trans-*

*fertur, & Apololi silent, & mirantur, & fo-*

*los Cherintus accusat. Adeò Pastoris est mu-*

*nus, oves in ovile conducere. Denique pri-*

*mus Apostolorum, vel solus ipse cognoscit,*

*mysterium absconditum a seculis. Tu es*

*Christus Filius Dei vivi, solus ex omnibus*

D 2 pre-

præmiatur, & ex persona propria cognoscit cùm nullum ab Apostolis officium, aut loquendi munus reciperet, nec Judam infideliem repræsentaret.

Exultare in ea causa Patres, & uni Petri gratulantur omnes. Plures cum Leone Serm. 3. primum appellant. *At ubi quid babeat sensus discipulorum existitat, primus est in Domini confessione, qui primus est in Apostolica dignitate, sic Athanasius, Hilarius & alii.* Plures dicunt Petrum in Apostolorum silentio locutum, ut Cyrilus Hierosolima, Hilarius, & Chrysostomus in illud restiti. Nonne silentibus cunctis ipse loquebatur. Nilus Petrum appellat, & quidem bellè Ecclesie Doctorem. Innumeris Ecclesiam afferunt, in Petri Confessione fundatam, ob eam Petrum tantum præmiatum, quod & Evangelium confirmat. *Et ego dico tibi, & verisimiles omnes etiam haereticorum, ubi vicissim legitur, & Petri merces.*

Adeamus Paulum Apostolum, Petro quem Gal. 1. & reprehendit non adulantem. *Veni Hierosolimani videre Petrum, & manxi apud eum diebus quindecim.* Et rursus. *Contulit cum illis Evangelium, ne forte in vacuum currerem, aut cœcurrisem.* Aliam autem Apostolorum vidi neminem nisi Petrum, & Jacobum, at Jacobus inferior ei. *Petrus Domini, & Cepha, ubi Paulus distinctè nominat Petrum à Jacobo, & in Consilio Hierosolima, vedit Petrum non Jacobum praesidere.* Et frustra respondet Drejerus, aliud esse conferre, aliud edoceri, quippe dimidiata lectio est ipsius, integra tota nostra. *Contulit cum illis Evangelium, ne forte in vacuum currerem, aut cœcurrisem.* Et Patres Petri Doctrinam agnoscunt, qua Paulus ipse instrueretur, ne Petri autoritate illud conseruit, scribit Augustinus Hieronymus, ut approbaret ab illo, Tertullianus, & Efraimus ipse, ut differat, & de quâdlibet legalium Theodoreus. *Si Paulus pro eo veritatis, & in tua Santissimi Spiritus, ad magnum Petrum occurrit, ut ab eo adferre solutionem, est ne doceri an ferre solutionem?* Et Nazianzenus detulit inquit corrigendum si quid descerit. Et cum Patribus certus infallibilis Paulus & Angelo Beato certior, confirmat. *Nec in vacuum currerem.* Alind est insignis privilegium quo Paulus Romanam fidem commendat, *Fides vestra annuntiatur in nivoro mundo.* Ad eadē fides Romana est infallibilis, ut scribit Cypriano Rome Clerus, & Roma Clero Cyprianos & Cornelio. *Clerus fratres charissimi fides, quam de nobis Beatus Apostolus predicavit Hanc laudem virentis, & roboris firmatatem jam tunc in spiritu prævidebat, & premio futurorum, dum parentes laudat, Filios provocas, & Clerus Cypriano conformis. Antiqua fides, disciplina legitur antiqua, quoniam nec tantas de nobis laudes Apostolus protulit dicendo. Quia fides vestra predicatorum in toto mundo. Quod reputant Hieronymus, & Ruyus in finis semper Hostes in hoc socii, & post Latinos etiam Graci, cum Theodoreto & aliis,*

& cognoscit Rigalius in Cypriano, nec potest Papam deludere, nisi & Patres ipsos deludat.

Hucusque Scriptoram, & traditionem. Interpretes Scripture retulimus, rursus per duo capita referemus, Patres in hac causa secundos, & per integrum Caput Antiquitatem, quæ semper hoc creditit, & est professio, & Haeretici eam traditionem affirmant, Patres exponentes Scripturam, & antiquitatem suam prætendunt. Alterum traditionis genus, est Apostolicarum Ecclesiarum successio, vel omnium vel unius Romanae; quâm sufficientissimam credunt, Irenæus, Eusebius, Optatus, Augustinus, & alii. Altera est traditio, Cathedra & quidem Roma posita, & Cathedra Petri perpetua a; ut scribit Optatus in Donatistis. *Igitur de doti L. 2. bat prima est Cathedra, sed in ea prior Petri, adeò Petri Cathedra est nota, & quidem universalis Ecclesia, & quidem omnium prima, adeoque eum Ecclesia durans, cum Ecclesia sine prima dote, nunquam possit perseverare.*

Extremum traditionis argumentum, præbent Apostolica Ecclesia, ad quas recurunt Irenæus, & Tertullianus, & de Romana apud omnes est certum, cùm Victor, Stephanus, & alii, acceptationem Ecclesia non expectent, & decreta peremptoria ex Tertulliano, promulget in Montanistis Zephyrinus, & Hostes nostri id ultrò fateantur. Id fatetur Ecclesia Alexandrina, ut ex Theophylo, Cyrillo, Athanasio, antiquo Dionysio, & novo Eulogio, & de ipsa scribit Hieronymus. *Sicut nobis nihil esse antiquum Ep. 8. quâm Christi iusta servare, semper memuisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam, cuius se esse participem Alexandria sa Ecclesia gloriatur, ubi Alexandrina Ecclesia gloriatur se participem fidei Romanae Apostolico ore laudatæ, & Marcum repetit Petri discipulum. Tandem Antiochena Ecclesia, eadem fide refulget, quippe cùm exclamaret in Oriente Hieronymus. Si quis Cathedra Ep. 57. Petri jungitur meus est, omnes tibi barere se dicens, Paulinus, Meletius, Vitalis, & pro Antiochiae Patriarchis est lex: *Cunctos populos, quos Clemens nostra regit temperantem, in tali voluntate Religionem versari, qnam Divinum Petrum, reliquistæ Romanis Religioni nique adduc ab ipso infirmata declarat, & Antiochiae Patriarche obedire. Adeò Ecclesia ille tradidere quod ab Apostolis accepterunt.**

### C A P U T III.

#### Papa infallibilis in Antiquitate.

**A**urea illa Celestini regula, à Lyrineni summe celebrata, & Amicis, & Hoc filibus in pretio est. *Definat novitas incassare In epif. veterinatatem, definit Ecclesie quietem inquieti. ad Galdando turbore. Hac Celestinus ab Apostolis mutuatus, femei à Jude Apostolo. Deprecans*

Ep. 9.

In eum  
desc.Ep. ad  
Leon.

Orat. 32.

Gal. 2.

Rom. 1.

L. 1. Ep. 1.

L. 1. in  
Ruy.L. 1. in  
Ruy.

cans supercertare semel traditæ, à Sanctis fidei, & bis ab Apostolo Joanne. *Ut quemadmodum audiisti ab initio, hoc permaneant in vobis.* Et iterum. Quod vidimus, quod audiivimus ab initio. *Quod fuit ab initio.*

1. *Jo. 2.* Eo se se clypeo tueruntur Hostes, quod Romanii Praefulsiis infallibilites, incepit à Gregorio septimo, ut pretendit Christianus Drexerius, & per etatem fuerit ignota, ut animosè jaflat Dupinius, & acriter in antiquitate præliantur, ubi Irenæus Victore representat, ubi Polycrates Victoris sententiam, humanam, vult oppositam Divinæ, ubi seculo tertio Cyprianus in Stephanum acerbè invehitur, ubi Firmilianus errantem accusat, ubi Dionysius apud Eusebium, non audet illos improbare, qui à Stephano Papa disserant, ubi mysterium iniquitatis à Victore, in suo libro inchoat Mornæus, & Stephanum ipsi reum adjungit, ubi Victorem accusant Magdeburgenses, quod consuetudinem Paschal liberam, Ecclesie faceret necessariam, ubi Donatilis adhuc ex Augustino. *Restabat adhuc plenarium Concilium.* Hæc Drejerus modernus cùm Antiquis.

In hac antiquitatibus pugna, Judam Machabæum imitamus. Et accepit spolia eorum, & gladium Apollonii abstulit Judas, & erat pugnans in eo. Eorum spolia sunt Astri, & Cyprianus, qua teste Lyrinensis accipimus. *Tunc B. memoria Papa Stephanus, Apostolice Sedis Antistes, cum ceteris quidem Collegis suis, sed tamen propter ceteros resistit, dignum ut opinor existimans, si reliquos omnes, tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate supererat.* Et rursus. Sed ne longum frat unum aliquod, & hoc ab Apostolica potissimum sede sumam, ut omnes luce clarius videant, ue B. Apostolorum beata successio. Quanta vi semper, quanto studio, quanta contentione desidererit, semel suscepit Religionis integratatem. Et iterum de Africano Concilio, quod est Hostium grande presidium. Postrem Africani Concili, seu decreti quæ viræ, donante Deo nulle, sed universa tanquam fabula, tanquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt. Et ante ista præmisserat. *Quondam igitur B. memoria Agrippinus Cartaginensis Episcopus, primus omnium mortalium, contra Divinum Canonem, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium Confucardotum, contra morem, atque instituta Majorum, rebaptizandum esse censere.* Quæ presumptio tandem mali invexit, ut non solum hereticis omnibus formam sacrilegii, sed etiam quibusdam Catholicis, occasionem præbererit erroris; & aureo demum concludit. *Quis ergo tunc usiveri negotii exitus, quis non nisi usitatus, & solitus; Retensa est scilicet Antiquitas, & explosa novitas.* Quantæ in uno Cypriano sunt spolia. Hic Stephanus cum ceteris resistit, sed tamen restitit propter ceteris, tantum fidei devotione major, quantum loci auctoritate supererat, & laudatur maximè in fide, cùm restitit Africæ non acceptanti. Hic beatam refert successio-

nem, apud ipsum, & Patres invictam; Hic Africanum Concilium refert, non à Papa vulneratum sed extinctum, viribus omnibus spoliatum, vires Deo donante nullæ, in fabulam omnia redacta, antiquata, abolita, calcata; Adeò in nihilum Stephanus, ea Concilii decretæ conjectit. Hic non minus Stephani infallibilitas, quād Ecclesiæ consuetudo impugnatur, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium Confucardotum, contra morem, atque instituta Majorum, & Petri calcatur traditio. Hic universi negotii finis, retenta scilicet Antiquitas Stephani, & explosa novitas Cypriani. Hic traditionem Stephanus inculcabit. *Nihil innovandum, nisi quod traditum est,* & se custodem certum traditionis, & non oneratus ex Mornæo opprobriis, sed honoratus cum Lyreñi elegiis. *In intelligib. Com. enim Vir Sanctus, & prudens, nihil aliud c. 9. rationem pietatis admittere, nisi ut omnia, quæ de fide à Patribus suscepimus forent, eadem fide Filiis consignatur, neque Religionem non quæ vellimus ducere, sed potius quæ illa duceret, sequi oportere.* En vir Sanctus, & prudens, quamvis acceptanceum interdictere, & traditionem vel Hostibus notam præciperet. Hæc Cypriani, & Agrippini non acceptance presumptio, & novitas appellatur. Explosa est novitas. Sed fortè tunc ipsi novitas adinventioni patrocinia defuerunt? Hic in uno duo delicta patruntur, & ferentes Cyprianum bis peccant. Denique qui Cyprianum ferunt, duplice criminis sedantur; Quorum ego nequitiam, duplice odio dignam judico, vel ex eo quod heretos venenum propinare alios non extimescant, vel etiam quod Sancti cuiusque Viri, sopitos jam cineres, profana manu vensilant, & quæ silentio sepelire debuerant, redicivæ opinione infamantur, ubi duplice odio sunt digni, & bis peccant ex Lyrinensi. Quod heretos venena propinent, & detegunt, quod tegere debuerant, ubi in uno Cypriano Lyrenensis, omnes ferentes Cyprianum reprehendit, & malè, & pessimè in eō agentes condemnat.

Eodem gladio pugnat Hieronymus, & Hostium spolia reportat. *Conatus est B. Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena, & idcirco Hereticorum baptisma reprobadis, ad Stephanum tunc Romanæ urbis Episcopum, qui à B. Petro vigesimus sextus fuit, super bac re Africanam Synodus direxit. Sed conatus eius frustra fuit.* Denique illi ipsi Episcopi qui rebaptizandos hereticos cum eo flatuerant, ad antiquam consuetudinem revulsiti, novum emiseré decretum. *Quid facimus ita & nobis Majores nostri, & illis sui tradidere Majores, Adeò conatus Cypriani irritus, & Episcopi ipsi correcti, Petri traditionem agnoscunt, & communem acceptant traditionem; consuetudine Romana convitati, & ante plenarium Concilium emendantur.* Et frustra Launous errans, erroris accusat Hieronymum, discipulus nempe sua

Quid evidenter quam Rome damnatos, mox, per Orbem totum damnari; ita egegi Prosper in Chronico. Concilio apud Choraginem habito ducitorum decem, & septem Episcoporum, ad Pontificem Zozimum Synodaliter decreta perlata sunt, quibus probatis per totum mundum brefe Pelagiana damnatio est, ubi vero totus mundus est Roma sola; apud Historicos prefertim non Panegyristam. Et rursus. Decretis quod Roma probet, quid regna sequuntur. Accedit Possidius Calamensis. At illi tanta Sedit Antiflites, saepe diversis temporibus, Pelagianos notantes, atque a membris Ecclesie recedentes datis Litteris ad Africanas, Orientis, & Occidentis Ecclesias eorū anabemaztaudos, & damnandos ab omnibus Catholicis censurunt, ubi damnant per Orientem, & Occidentem, quod & narrat Gennadius in Catalogo. Innocentius urbis Romana Pontifex, scriptis decremm Occidentalium Ecclesiarum, & Orientalium adversus Pelagianos datum, quod posse suscepit ejus Papa Zozimus latius promulgavit, & post omnes primus Augustinus. Item quod Papa Zozima, de Africano Concilio scriptum est, ejusque rescriptum, ad universas totius Orbis Ecclesias. Et cum Augustino magna Hieronymus. Quid facient Papa Theophylus littere, quid Anastasius hereticos in eom orbe persequuntur; ubi Anastasius non Romae hereticos, sed in orbe toto persequitur. Hoc vel scribit Symmacho Orientales. Non enim ignoratis ejus ingenium, qui quosidem à Sacro Doctore suo Petro docebit, oves Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi posse. Et mox. Non enim dominans vobis in fide, ubi Papa eductos à Petro oves, totius habitabilis mundi, pascit ex fide, & doctrina. Et orant Papam pro omnium salute. Pro amica nobis salute, non Orientium partium tantum, sed trium prop̄ plagarum habitabilitati mundi. Uno verbo Papa ex Prospero. Ad impiorum detractionem dexteras omnium armoris Antiflites, non Antiflites armant Zozimum, sed Zozimum

armat Antiflites, & quidem dexteras omnium impiorum detractione. Ita extintas haereses innomeras agnoscet.

Unicum ictum Papa vibrabat, ut haeresis recisi jaceret, nec patiebatur secundū consultari. Ita scribit apud Theodoreum Damasius. Itaque quid est car abdicationem T. L. 5. c. 10  
motbei, à me rufus requiratis, qui etiam hic iudicio Sedit Apofolica, Petro quoque Episcopo Alexandriae presente, abdicatus est. Et iterum. Sciat velim Fratres, nos Timotheum illum, prophanum Apollinaris disipulum, cum impiis suo dogmate jampridem abdicasse, & ob eam causam credimus, reliquias ejus vobis in posterum momensi habitis. Et paulo ante. Jam enim semel formata edidimus, ne quis Christianam profiteatur illud teneat, quod ab Apostolis traditum est, ubi scribit Damasus non sibi adulans, sed ex Theodoro Magno Historico, omni virtutum genere florentissimus, & cum Damaso scribit Ambrosius, aliquae Sanctissimi Praefuses; & formula fidei id ostendit vel in Oriente solemniter confessā, ubi vides Sanctissimos Pontifices cum Damaso secundū nō confuli, quod & scribit Innocentius & aliis.

Mirantur hodie aliqui, solum consuli Pontificem, & dictieris id prosequuntur, Roma Spiritum S. mitti, at nihil novi est in antiquissimo ofu. In schismate Corinthi folius Clemens primus, reparavit eorum fidem, annuntians, quam in recenti receperat traditionem, in causa Montanistarum folius Zephyrinus in causa Novationis Cornelius, in causa Donatistarum Melchiades, in causa Paschatis folius Victor, in causa baptisimi folius Stephanus, in causa Jovinianii folius Siricius, in causa Pelagii foli Pontifices, quod longa constat inductione. Mirantur aliqui post Papas decretā, non expectari Presulū consensum, at olim, con- trarium erat admirationi, ut peritissimum urgebat Hieronymus. Miror quomodo pro- boverit Italia, quod Roma contempnit, Epi- in Rife- scopi suscepit, quod fides Apofolica con- demnat, adeo miraculo erat Episcopos suscipere, quod fides Apofolica condemnat, quod ajehat, vel admirans Qua, Babylon facta est mihi in miraculum.

Notissimum Ecclesie consuetudinem, experientia teste comprobata, paucis nobis exhibet Augustinus. An vero congregazione L. 4. ad Synodi opus erat, ut aperte pernicias damnatur, quasi nulla barefit aliquando absque Synodi congregazione damnata sit, cum potius rarissima inventantur, ob quas damnandas necessitas talis existet, multisque fini, & incomparabiliter plures, que ubi existentur illi improbari, damnarique merentur. Et certe ex octoginta & amplius duas tantum videntur damnari in Concilio. Nec ejus sententia est Augustinus ut Synodos regionum velit infallibilis, quippe vel ipse retulit Synodus Milevi, ita certus ac se vivere. & aetate con- geminat. Ab Apofolica Sede rescripta vene- Serm. 2. rent, causa finita est. Ap. 1.

Nec excludit tantam Synodos, sed satis esse laesitur regionalis; à Romano Pontifice approbatam. *Hac ostentatione fons ostendit, multò magis suje commemoraturum, si quod de hoc re transmariuum, vel universale Concilium factum esset, ubi satis erat Concilium transmarinum, quod universali opponit, & quamvis universale foret Nicenum, transmarinum certè non est Nicenum, ex orbe toto coactum. Satis esse afferunt Occidentem Julianus. Puto tibi eam parsēm operi sufficiere, in qua primum Apostolorum futrum voluit Dominus, glorioſissimo martyrio coronare. Cui Ecclesiæ præſidentem, B. Innocentium ſi audire voluſſerit, jam periculofam juventutem tuam, pelagianis laqueis exuſſerit, ubi vel Catholio, & Sanctissimo Augustino, vel hæretico, & feocellissimo Juliano, satis erat Occidentalis Ecclesia.*

*L. 2. c. 6. Et rufus Bonifacio scribens. Quid ergo quod faciant rabies, nunc mentis cæcitate, roro penitus Occidente non minus flutum, quād impium dogma ſuſcipit. Quodquidem Dominio miseraue, ſaumque Ecclefiam misericorditer gubernante, ſic vigilavit Catholicæ fidei, as non minus flutum, quād impium dogma quemadmodum Manicheorum. ſic etiōm non ſuſcipiunt istorum, ubi vides nec in Occidente hæſem, vel ſuſcipi poſſe à Domino custoditum. Denique vel collationem ut vidimus, Pelagianis omnibus negat, velut Ecclesia non dedit Maximianilis; & iterum eundem uget.*

*L. 2. c. 4. Et te certè Occidentalis Ecclesia generavit, regeneravit Occidentalia Ecclesia, idem dicant in Occidente manentibus, & singulis, & Te &c. Et eum Augustino eoncursus Hieronymus, ad Papam, vel si velis ad Oecidios scribit. Apud Pos Solos, incorrupta Patrum fervoratur hereditas, ubi Orientem excludit, & Occidentem ſolum appellat, & Damasum per terribilia Sacra menta adjurat, vel per Homounum Trinitatem, & pro ſe, & pro Patriarchis, ideoque pro toto mundo expoſit declinationem.*

Eo titulo credebat Catholicum quod ab Apostolica Sede manaret. Ea phrasis uitius legum Pates & ſuo, & nomine Imperii.

*Ep. ad Hieron. ad Ep. 8. Hoc enim credimus esse Catholicum, quod eftro religioso reſponſo fuerit intimum, ea utitur Ambroſius exclamans. Creſtatur ſymbole Apostolorum, quod Eccleſio Romana interemeratum fervat, & cuſtodiſt, ea Rufinus Hieronymo latè difeſo, in ea tantum re p. ad Leon. ſiſi dicit ſuam, quia Romana pollet Ecclesia, ergo Catholicum ſumus. Ea Galli ipſi de Epiftola Leonis. Ita ut ſymbolum ſidei vocant, certè credendum non examinandum, quod & vidimus in Synodo Alexandrina, ob quam ex Hieronymo necifiam, è Satane fauibus exuptus est per ipsum orbisquo titulo ſchismatis erat, vel hæreticus, qui Romano non obediet Pontifici. Qui eaſedram Petri defert, exelamata antiquus Cyprianus in Eccleſia ſe eſe confidit? Et ſtructa exponunt Hostes, de universalis Cath-*

*dix defortore, quippe loquitur textus de particulari, & nec Asianus, nec Donatilla, nec innumeris alii Hæretici, Cathedram in omnibus defuerunt. Idem doet Celſius in decretis, Epiftolis Galliz scribens. *Sa. Ep. 157. tis ſufficeremus, quidquid ſecundum predictas regulas Apoftolica. Sediſ nos ſcripta docuerant, ut priori non opinemur Catholicum, quod apparuerit prefixis ſententiis eſſe contrarium. Validius feribit Auguſtinus. In veritate Apoftolica Sedi tam antiqua, arque fundata, certa, & clara eſt Catholicæ Fidei, ut nefas fit dubitare Christiano. Si ergo deere ta Apoftoliam Sediſ ſunt ita certa, fundata, & clara, ut nefas fit dubitare Christiano, qui de illis dubitas Christianus non eſit. Idem validissimè Hieronymus. *Quicunque Ep. 174. extra banc domum comeſderit, prophanus eſt, fi quis in arca Nōe non fuerit, peribit regnante diluvio. Quicunque secum non colligit diſpergit, qui Chriſti non eſt Antichriſti eſt, ubi contraria tenens ſentientiam, Antichriſti eſt non Chriſti, quicunque cum ipso non colligit diſpergit, quae de Catholicis nemō dicit Catholicus, & fateur ipſe Natalia in Cypriano, excusans hæretis, & schismatis, eo quod in re disciplina diſſident. Denique cum Catholicis hæreticus Pelagiū. Si autem hac noſtra Confeſſio, Apoſtolatus tui iudicio comprobator, quicunque loſ ſedē me culpo voluerit, ſe imperitum, vel malevolum, vel etiam non Catholicum, non me hæreticum comprobabit, ubi vides & Catholicos, & hæreticos Romanos noſte telleram Religionis, velut Caſar uniuers omnes Romanos, eos appellando Quiritea.***

Viguit olim in Ecclesia vera, caca erga Papam obedientia, non in uno articulo ſed in omnibus; & ſatis extitit Pythagorium illud, Autos epha ipſe dixit. *In omnibus L. 3. c. 1. capio, ait Ambroſius ſequor Romanam Sēde, non utique in aliquibus, ſed in omnibus ſcribit. Statuit in lege peritus Juſtinianus. Hoc enim credimus eſſe Catholicum, quod eftro religioso reſponſo fuerit intimum. Scribat Eutychi erranti Chrysologus. Ep. ad In omnibus boratatur te Frater honorabilit, ut Eutych. bit, quæ à Beatiſſimo Papa Romana civitatis preſcripta ſunt obedienter attendat, quoniam B. Petrus, qui in propria Sede civis, & praefides, praefat querentibus ſidei veritatem, ubi vel Hæreticus Orientis attendere dobet in omnibus Papis. Scribunt in profiſione ſidei Orientales. Promitterent in ſequenti tempore, ſequentior à communione Eccleſia Catholicæ, idem in omnibus non conſentientes Sedi Apoftolica, eorum nomina inter ſacra non eſſe recitanda mysteria, ubi non conſentientes in omnibus Papis, inter ſacra ſunt numerandi mysteria. Denique vel ipſe Anthimus hæreticus. Decepribilibus rationib. nus promiſit ſacre, quacumque ſummit Pontifex magna Sedi Apoftolica deſcreveret. Et ad Sanctissimos Patriarchas ſcripit. Se ſequi in omnibus Apoftolicam Sedem; adeo nec hæretici hoc poterant iniſciari.*

Meminerunt innumeris Ecclesias, at Romanam dixerunt Catholicam. Et hoc ait Possidius in vita Augustini. *Catholicæ Ecclesiæ judicium etiam pliissimum Imperator audiens & sequens, ubi Papa judicium, est Ecclesiæ Catholicæ judicium, & Prosper de Ecclesiæ universa. Quæ Zorimi ore locuta est, adeo sunt labii unius, & Papa, & Ecclesia. Testes sunt Martyrea in Sardinia, fidem non prodituri pro qua paterentur, cum epistolam laudant Hornimis, ubi Romana est Catholicæ Ecclesiæ. De arbitrio tamen libero quid Romano, hoc est Catholicæ sequatur Ecclesia. Testis est maximus Hieronymus. Qui intra arcam non fuerit, peribit regnante diviso, ubi arcam appellat Romam quamvis non foret universalis Ecclesia. Testes sunt in fidei profecione Orientales. Promisentes in sequenti tempore sequestratos à communione Ecclesiæ Catholicæ, id est in omnibus non consentientes Sedi Apostolica, ubi sic in omnibus von confidentibus condemnant.*

Meminerunt innumeris Ecclesias, non roborantis Papæ decreta, sed Papæ decreta roboratae. Hec scribit Agatho Papa in epistola, à sexto Concilio commendata. Beati Apostoli adiuvante presidio, nec Apostolica ejus Ecclesia à via veritatis, in qualibet erroris parte deflexa est, cuius Autoritatem nospote Apostolorum omnium Principis, semper omnium Catholicæ Christi Ecclesiæ, & universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis fecerunt, ubi universalis Christi Ecclesia, ampliæ est Papæ Autoritatem, & in cunctis est secuta, laudante vel Ecclesia, in sexto Concilio collecta; vel contra semetipsum decidebas. Hinc in quarto etiam Concilio, sicut in tertio Petrus in Papa vivena, Ecclesia Catholicæ est fundamentum. Hinc heretici iphi cum Anastasio scribunt. *Christus Apostolos divino sermone edocuit, & maximus B. Petrus, in quo fortitudinem Ecclesiæ sue confitit, ubi Petrus post mortem vivena Ecclesia Christi est fortitudo, solidans non firmatus ab Ecclesia; & suffissime de Papa Hieronymus loquens. Super bone Perram editas Ecclesiæ scio; adeo & arcam vocat Romauam Ecclesiæ, eo titulo quo Catholicam, & Romanam vocat fundamentum Catholicæ.*

Simillimum Romanæ Ecclesie privilegium, est illud quo radix est Ecclesiæ Catholicæ, ut appellat doctrinam Cyprianus. *Hortati sumus ut Ecclesiæ Catholicæ, & gratidem, & matricem agnoscere, quod libro de uititate Ecclesie convincit; & centrum omnium fidelium agnoscimus; & per Caput integrum ostendimus. Torquent se se in omne latus Adversarii, ut viam inveniant effugii, at in mille via omnia via invia est. Afferunt se communicare, cum Papa fallibili, sicut & cum Episcopis fallibiliibus, & in eo non communicare in quo errat, at heretici sunt Papæ non communicautea, & in fide, & in uno fidei articulo, ita Gratianus de Arianis ex Theodoreto. Nec conciliabula*

*corum Ecclesiæ nonen accipere, sic Optatus in Donatistas tonat, sic Hieronymus de voce hypostasia, sic innumeris alii citati. Afferunt pop. Cyp. se uniri Concilio efflagitato, at uniuersitatem Concilio non existenti, & penè certè non extitro, & si hoc sufficiat, & Pelagiani, milles petentes Concilium, & Nestoriani erant Catholicæ. Afferunt se meliorem partem Ecclesie, at hic error est Donatistarum, ab Augustino, libris integra confutatus, & contra Luciferianos à Hieronymo, & salvaret Pelagianos, Donatistas, Nestorianos, & mille hereticos, aliosque omnes errantes; quos peccasse vel ipsi confitentur, & parte se toti sequant, & præponunt. Afferunt se fidem Papæ profiteri, at bulle subscribere non posse, verum & falluntur, & fallunt, cum dicant Papam in eo errasse, & subscribe re nolint fidei, quam ultrò dicunt se profiteri, adeo facta negant quod confitentur. Afferunt se ecclœ communicare, quamvis excommunicatos in celo, at in materia invictæ fidei, ligatur & in celia, quod Papas ligat in terris, nec ista controversia est facta, sed strictissimi iuris, & fidei. Afferunt se stare in uitate ut Cyprianus, quamvis dissentiant in dogmate, at Cyprianus vel Natalis testimonio, & innumerorum Patrum vel defendantium, maculam sanguine eluere debuit, & Stephanus à nemine reprehenditur, sed laudatur, etiam à Donatista ipsius, cum præcipiteret, & vellet excommunicare.*

Denique audiamus Ecclesiæ fidei quæstionæ Papæ referentem. Audiamus Sardiceuse Concilium relationes Papa transmittens, etiam à Generalibus Concilis, etiam in materia invictæ fidei ob memoriam Petri honorandam. *Si vobis placet S. Petri memoria honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinerunt. Audiamus Sanctissimum Cas. I. Julium, apprimè ab Athanasio laudatum. An Apol. 2. Ignari estis hanc esse confessandæ, ut priuatum nobis scribat, ut quod justum est possit defiri. Et mox. Quæ à B. Petro accepit bac tradidit nobis, ubi relationes exigit ab Arianis in Synodo, apud ipsos generali coaftia, ob Petri traditionem servandam. Et videndum caput de relationibus, ubi eo fine causa referuntur, ut ab infallibili auctoritate finiantur. Sic Innocentius ab Africana com-*

*mendatus, ut finiantur causa inquit referri, & ad Perrum hoc est sui nominis Autorem, Apol. 2. sic Julius, & Liberius apud Athanasium Petrum memorant, sic Possessor Episcopus Afer. Decet & expedit ad capitis recurrere medico- L. 2. mentum, quonies agitur de sanitate membrorum. Quis enim maiorem circa subiectos sollicitudinem gerit, quam ille, cuius primus adiicit. Tu et Perrus ubi referenda sunt causa fidei, ad Petrum in successore viventem, sic Petrus Chrysologus scribit Eutychi & Orientali & erranti, referendam ad Pontificem causam, Petrus qui in propria Sede videt & prefides, prefatus querentibus fidei veritatem, sic Bernardus, Ambrosius, Augustinus*

Ep. 57.

Ep. ad Horm.

Ep. 57.

L. 1. sp. 3

Cas. I.

Apol. 2.

Eut.

Ep. ad Horm.

Ep. ad Horm.

Ep. ad Eutych.

stius & innumeri alii referunt Papæ, ut pro te Petrum ipsum representanti, & ad Petrum ipsum recurrentis ad fidem recurrente Apostolico ore laudatam, ut Cyprianus, Hieronymus, & alii. Sic recurrente Concilia generalia, ut eorum decreta firmantur, nec ad anterius tribunal properarent, & libri integræ efformari possent, & iterum eam veritatem ostendemus.

Immensum æquor arandum, & innomera manent innuenda Capita. Innuo decreta Pontificum Divina, id eoque ab Ecclesia ir reformabili, quod docet Innocentius ad Astros. *Patres non humana sed Divina decreverunt sententia, ut quidquid, quavis in disjunctis, remotissimis provinciis ageretur, non prius ducere finendum, quam ad illius Sedis positionem perveniret, ubi tunc finendum censem, cum ad notiam pervenit Pontificis.*

*Ep. ad Cyril.* Docet hoc laudissimum Celestinus. *Quo nostra in dæ Divina Christi Domini sententia pluribus de eo sit manifesta, ubi divina est sententia. Docet peritissimum Justinianus. Sic humana & Divina concurrens, & sexta Synodus literas Agathonis divinè prescriptas appellat, ubi decreta Agathonis sunt divina. Innuo Papam in fidei impenetrabillem errore, quod quartum exelatam Concilium. Unde nobis impenetrabilem, in omni errore propagnatorem Deus providit, & Romana Ecclesia Papam ad viceriorum preparavit, ubi impenetrabilem propaginatores in errore Deus, providit Synodo Leonem.*

*Ep. 75.* Et Leo ipse ad Leonem. Cum ergo universalis Ecclesia, per illius Principalem Petram adificationem, scilicet Petram, & primus Apostolorum B. Petrus voce Domini audierit. Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, quis est nisi sus Antichristus, aut Diabolus, qui pulsore audeat inexpugnabilem veritatem, ubi Petrus est Petra Ecclesia in Leone firmans Ecclesiam, quod & millies evicimus Papam invictum, & in Africa docuerat Augustinus, & didi-

*In P. ad Sacerdos ab ipso Petra Ecclesia, hoc est, quam non vincunt superba inferorum posse, & sextum Concilium apud Hostes optimum, de Agathone altissimè loquitur. Propugnator firmus veritatis, propugnator impenetrabilis, quid fieri & impenetrabilis fortius? Et id testibus Ecumenicis Conciliis, & innumeris cum Evangelio Patribus, vel exponentibus Evangelium, imò nec mutabilem*

*Ep. ad Cencil. voluit Agthonem. Ut nibil de illis que regulariter definita fuisse ministrare, nibil mutatur, & præserbit Legatis. Ut nibil profecto presumant angere, minuere, vel mutare, & eos astringit Synodus Oecidentis. Ut certa, aequa immutabilia, compendiosa definitione preferre, sed nec vult Synodus alterabilem, ubi vult Agthonem adamantem firmum, cuius solidâ mens aggregationibus, atque conflitationibus aliena à fide opinio non est alterabilis.*

Unum Caput & mare est sine littore, Pe-

trum in successoribus docere; de quo privilegio Centuriatores, Pontifices usque ad tempus Petrum resonant; at resonant *Con-Cent. 3. cilia Ecumenica, satis pro nobis nimium 4.7. quæ pro ipsa, Petrus fidei columna, & Eccl. 3. 3. clavis Catholicæ fundatum, in tertio Concilio appellatur. Quæ adhuc usque tempus, Ep. 68. & semper, in suis successoribus vivis, & ad secundum seribunt occidui. S. Ap. Petrus Sedens nos docet. Et in quarto. Una cum ser. *Theod. I. beatissimum Petru? Vociis B. Petri constitutas 5. 6. 10. Interprete, & in sexto. Ac velut ipsam Principem Apostolici ebori, primæque Cathedra Aegab.* Antistitem Petrum intuisti sumus, & iterum. Summas autem nobiscum concordatas Apostolorum Princeps. Resonant Patres eum Chrysologo, Optato, Hieronymo, & alii. Resonant Concilia regionalia, centum & viginti Patrum sub Agathone, sub Julio sub Damaso, sub Bonifacio secundo, & alia, resonant Reges cum Gratiano, Valentino, Julianiano & alia, resonant Catholicos omnes, & heretici cum Anastasio, & Pelagio. Et si quis adhuc vellet Petrum è celo, dictare posse hæresim pro fide, legant in eo Deum loqui. *Dicitur per os Spiritus Sancti, ac B. Petri Principis Apostolorum,* quod legitur in sexta Synodo, & Petrum divinitus eloquentem, & in quarta, Christo ad intelligentiam proficeret dirigente, & Optatus & alii.*

Sileo Apostolicam fidem, à Patribus vel agnoscente Rigaltio laudatam, de qua apud omnes immutabili Hieronymus. Scito Romanam fidem à Apostolico ore laudatam ejusmodi præstigios non recipere, etiam si Angelus aliter annuntias, quād semel prædicatum est Pauli autoritas munitam mutari non posse, ubi immutabilior est vel Angelo immutabili. Sileo Romanorum præsumulam successione, & notam Ecclesiam. Ideoque perpetuum, & à Patribus contra hereticos defendi, & irrideri, volentes posse decidere; ut Epiphanius, Optatus, Augustinus, & Irenaeus. Sileo argumentum innotescit Hieronymi. Fidem suam, quam vocat eam, qua *Ep. ad Romana pollet Ecclesia, an illam, que in Ori- Pamm. genis voluminibus consenserit, si Romanam & Mar. respondet, ergo Catholicæ sumus; ubi erat tell. demonstratio vel apud Rufum, à Papa damnatum, & inter Hieronymum, cur ergo non valet etiam apud Catholicos?*

Hoc exterritum filere non possumus, de quo dissertationem habet Thomasinus, & volumina etiam vasta texerentur Ecclesiæ confessum affixum Romanæ. Remittit Macchia delictum Ecclesia, postea Ecclesia donare delictum, & teste per librum integrum Tertulliano, solus est Zephyrinus qui dimittit. Remittit peccatum idolatriæ Ecclesia, ut sapientia Novatianos scribit Cyprianus, & solus est Cornelius teste Paciano, & Aescio ipso Novatianus apud Eusebium. Prohibet ut millies urget Augustinus, Ecclesia secundum in hereticis baptisma, & solus arguitur Stephanus; Jubent Pascha post lunam deci-

**Decimamquartam**, infinita ex Eusebio Syndo, & tamen solus accusatur Vistor. Totus orbis damnat Origenem ex Hieronymo. **Ergo Beati Episcopi Anastasii, & Theophilii, & Venerius, & Chramatini, & Iuniorum Orientis, quod Occidentis Catholicorum Synodus**, qui pari sententia quia pari & Spiritu illum hereticum damnarunt, & solus Anastasius memoriam Dux; Damnavit Macedonianos Ecclesia, & ante secundum Concilium solus est Damasus condemnans, scribit Capreolus tertio Concilio, Ecclesiam in Pelagianos anathema fulminasse, & sola fuerat Sedes Apostolica, sic in Anthimo, & mille alia. Adeo cum exprimitur Ecclesia, Papa solus intelligitur, longe validius cum Siletur, cum nihil scribitur de Ecclesia, aut Concilio, ut in haeresibus trium priorum seculorum, & in quoniam pluribus sequentium, Helvidii, Joviniani, Vigilantii, Pelagii, & aliis sexcentia.

## C A P U T X.

*Evincitur infallibilitas Papae rationibus.*

**S**Apientissimus Magister Christus docuit discipulos verbo, & exemplo, naturali ut ratione. Omne regnum in se ipso divisum defolabitur. Si autem Satan in se ipso divisus est, quomodo stabit regnum ejus? Eodem utimur argumento. Omne regnum in se ipso divisum defolabitur, & si stare nequit divisus infernus, ubi ordo est sine ordine, quomodo stabit Ecclesia Dei, velut castorum aries ordinata?

Necesse est Ecclesiam dividi, si Papa infallibilis non credatur. Nulla sapè vel spes est Concilii, nulla vel ipsius apparentia, nulla ejusdem possiblitas, ut in primis Ecclesia feculis constat, & sub Constantio, Zenone, Anastasio, sapè non potuit congregari, nec sub Theodosio Catholico, Eutychem, & Diocesorum defendente, & sapè mille obstaculis impeditur. Imo vel existente Concilio, si Papa ipsum non confirmaret, vel omnino cadet invalidum, vel in grande periculum adducetur, ut constat in tertio legitimo, ex solo sparso rumore, quod Xistus Concilio non adhæret, ut bellè scribit Cyrilius Alexandrinus. Quod si quis epistolam, tanquam à Philippo Romana Ecclesia Presbytero scriptam astulerit perinde fonsansem, ut si Sanctissimum Episcopatus Xistus depositionem Nestorii ageret tulerit, eique operi tulerit, me credit hoc Sanctitatem tua scriptum enim consona S. Synodo, omniaque illius gesta confirmavit, & tamen ex Petro de Marca, & Gallo, & in Gallia celeberrimo, unica ficta epistola Legati, vera Conciliis acta subverterat; & veritas confirmationis stabilivit; & innumeris Papæ confirmationem Concilio necessariam docentes, Concilio tanquam invalido renuntiarent. Ad unam Ecclesiam acceptationem velut, ad Sacram anchoram configunt, at ea est quia Papa fallibilis;

tiplicat schismata non extinguit. Quotquot Papam infallibilem credunt, Papam nōdēm sequuntur, qui Papam errasse clamant se ipso à Papa & Episcopis se Jungunt, & bellum nascentis civile, ubi sunchrīs est vel ipsa Victoria. Et hoc nimium docet vel experientia alios Papam credere decretis, & in confessione fidei subscribere, alios bullas errantes contempnere, nec fide humana credere nec Divina. Legimus olim Julianum Papam, in Arianos aculeatè scripsisse. Non sunt pacis Filiū sed perturbationis, & rursus apud Athanasium. Dico enim & plant profebor ea, quae Ath. a dō vōis aet. sunt non esse pacis, sed schismatis, p. 2. Legimus & hoc in Montanistis evenisse, de quibus scribunt Eleutherio Martyres. Usque in Ecclesiis constitueret, cum bellum in Ecclesia arderet; quod & in Acacii schismate, & in trium capitulorum causa est conspicuum. Legimus in ipsa disciplinz causa, ubi vel in discordia stat unitas, grande schismatis periculum, teste Augustino vel Cyprianum tuente. Ea præstare melius est, L. 5. c. 25 que periculum perniciose dissensionis habuerunt, & rursus in causa baptismi. Si se se parasset, quanto latius Cyprianiste, quādā Doxatilia vocarentur, ubi & dissensio, & separatio imminebant. Et in causa Paschatis adiaphora, Epiphanius teste nos infideles, irridentium falibus exponebant. Quando vero Her. 7. ante Constantium dissidia fuerunt, & Iudibrium fuit Gracis proferentibus, ac irridentiibus in Ecclesiis discordium; Et quod antiqui haeretici irridebant in causis meret disciplinis, longe validius irrident Moderni, in causis fidei Catholicae. Ea legimus ista intuemur, ubique magna dissidia, & absque remedio amarē deflemus.

Hix pejora manent, si pejora esse possunt. Si Papa credatur fallibilis nullus in Ecclesia amplius, Controveriarum Judex sedebit. Non Concilium frequenter impossibile. Non Papa errori subiectus, qui stabat Judicandua non Judex; Non Ecclesia in duas Ecclesias divisa, credens simul, & non credens, Ecclesia cum Papa, & contra Papam, quam ne scis in qua parte invenias, qua duobus Dominis servire non potest, & velut ventis oppositis agitata, neficit cui Domino parcat under maria. Uno verbo veluti velum templi, in duas partes rescissum indicat Ecclesiam morientem, & una est columba & sponsa, & simul adultera, & sibi discura.

Quādā valida, quādā proficue, sunt veterum Patrum rationes, Petrum institutum ad schismata vitanda, ad unitatem in Ecclesia fervandam, ad Cathedram unicam erigendam, ad unitatis Originem disponendam. Quomodo vero fallibilis schisma evitabit, alteri errans aliis infallibili? Quomodo unitatem servabit uni regula fidelis aliis erroris? Quomodo erit una Cathedra, ergentibus alias Praefulibus? Quomodo Papa est unitatis origo, si decreta in tot opiniones distabant, quot sunt Episcoporum mentes? Et quādā rationes Patrum validissime, vel Hare-

Hæreticos ipsos superarunt; & id negare non poterat vel Parmenianus, omnium Donatistarum Goliath, unus pro omnibus pugnans, ut testar vel hæreticis venerabilis Optatus. Negare non potes scire se in urbe Romæ primum, Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua federis omnium Apostolorum Caput Petrus, unde & Cephas appellatus est, in qua una Cathedra unitas ab omnibus seruaretur. Et hoc Donatisti verbis fatebantur, & factò verbis validiore firmabant, posita Romæ Cathedra, qua Donatistarum nomen propagarent. Hoc idem testimoniū in Spalatensem, acutissimè jaculator Coeffetellus, electus Massiliæ Præfus. Si è Patriarchia olim tantum tribus, unus tueratur aliquid ut dogma, alter adiaphorum velet, tertius omnino hæreticum, & Concilium congregari non possit, nihil certi potest definiri, & Christi regimen erit Triumvirorum, & tot erunt Judices quot Patriarchæ. Quod telum acrius ferit Parisienses. Si è tribua Patriarchia duo, imò si è quinque quatuor uniantur, adhuc res definiti non poterit, uno tantum cum suis Praefulibus obstante, cùm nondum id Ecclesia reperit, & pauci illi Praefules, puriorē se Ecclesiam inscribant.

Poterant Hæretici veteres in Parisiensium sententia se tueri, & se laudabiles evincere non Hæreticos. Poterat Origenes à Rufino defendi, quod à nullo damnatus esset Concilio, at ea defensio pejor fuit accusatione, cùm & Manichæos, & alios hæreticos, à Synodo Nicena non damnatos, nova metamorphosi faceret Catholicos, poterat ergo validius tueri, quod olim Arabiæ, & Palestinae Sacerdotes in damnationem ipsius non consentirent. Damnatur à Demetrio Episcopo, exceptis Palestinae, & Arabiæ Sacerdotibus; ubi non quatuor vel sex Praefules, sed numerosi sunt Arabiæ, & Palestinae, & tamen hac Parisiensum doctrina, hac invicta apud ipsos Apologia, nec in mentem venit Rufino, & certè qui invalidis armis est usus, validissima, ut credunt Parisienses, impugnasset. Poterat se tueri Nestorius, poterant se tueri Pelagiani, quod ipso non damnasset Concilium, quod ad ipsum appellassent vicinum, ut scribit Celestinus Nestorius. Spem hancisque de Synodo gesserant, & millies ingeminat Augustinus, & quod Ecclesia damnationem non receperit, cùm plures forent ex ipsis Julianus, Orontius & alii, cùm Nestorius Cp. Patriarcha eos ut Catholicos recipere, cùm Joanne alter Patriarcha foveret, & in Synodo tringita Episcoporum, sedissent Judices non judicati & tamen vel agnoscere Natali, Augustinus hæreticos concilamat, Capreolus cum Aphrica tota, ab Ecclesia tota scribat damnatos, assentiente vel tertio Concilio. Poterat se tueri Eutyches, quod Diocorum, & integrum Concilium, & Imperatorum decreta laudarent, & Catholicam ipsius fidem confiterentur. Poterat Constantius Anti-

christus apparere totus Catholicus, cùm Liberum ex Theodoreto urgeret. Communi- L. 2. s. 8. ca cum Ecclesiis, quippe Constantius com- municabat Ecclesiis, & Synodia ex orbe toto coalitis, quales erant Tyria, & Antiochena, & sermo erat de fide Catholicæ. Quamvis solus sim non tamen fides causa sit inferior. Poterat Orientales quamplurimi, Concilium Ariminense laudantes, non recipere decreta Liberii, & tamen magna Basilius distortos, & obliquos compellat; à Legatis Papæ dirigendos: Ipse sua Antiochitate in ista causa usus viros eligat, ad ser- Ep. 52. das quidem itineris molestias accommodat, ut mansuetudine, & societas ingenii eis, quibz distorti sunt, & obliqui apud nos corrigantur. Poterat se se tueri innumeri Hæretici, quod plures haberent Fautores, & Catalogum longum efformare. Poterat Synodua Ariminensis, Antiochena, Mediolanensis, & alia se tueri; quod non quatuor tantum Episcopi, sed centeni, & centeni non recuperent, decreta Romanorum Pontificum. Uno verbo poterat Augustinus, qui septem libros pro Cypriano scriptis, unico verbo egregie tueri, Episcopos, justè, & licetè, Papæ decreta non recepsisse, juxta aufloritatem à Deo datam, & tamen neque hoc in mente venit, sed culpam Cypriani fate- tnr, & Natalis ipse Alexander, culpam minuit non incitatur, & ex eo schismatum negat, & hæreticum, quod in causa disciplina refutat. Et in causa Novati Oriente- 7. 4. talea veniam à Stephano petire. Pro quibus Euseb. I. ut veniam deprecorer scripti. Adeò venia in- dicat delictum. Eo dilemmate bicipiti velut gladio, causa jugulum petimus; vel Ec- clesia in causa fidicæ Papæ decretæ necessariò acceptat, vel pro sua libertate recipit, & ad trutinam ultrò expendit. Si necessariò Ecclesia recipit, necessariò vera sunt, & immutabilia, cùm Ecclesia columna veritatis, recipere non possit errorum in fide, cùm acceptatio Ecclesiæ sit infallibilis, necessariò erit & infallibilis Papa, nec Ecclesia necessitatibus, nisi ad verum. Manet ergo ut libe- rè excipiatur, at hoc in Ecclesia inauditu- tum, & Cyprianus cum Praefulibus non ex- cipienda, à culpa ipsa, nec per Natalem, nec per defensorem Augustinum est immu- nis, & si non recipiat in causa fidei, schis- maticus est, & hæreticus, ut ex facto Pelagi convincit Natalia, & millier Augustinus vetat examen. Non ita sensere Stephanus, & Victor, qui excommunicationem non recipientibus minantur. Non ita Zephyrinus decretia peremptoris. Audiò edidicunt, De pad. & quidem peremptorum. Non ita Celestinus c. ad Legato. Ad disceptationem si fuerit ven- tam eoz de eorum sententiis judicare debet non subire examen. Non ita Agatho. Non tamen tanquam de incertis contendere, & fru- strare Launous non attendit, quæ dicit Stephanus, Victor, Agatho, & superbiam acusant Hæretici, quippe ea verba non tan- quam de incertis contendere, cùm Agathone scri-

sp. ad  
Nest.

Spem hancisque de Synodo gesserant, & millies ingeminat Augustinus, & quod Ecclesia damnationem non receperit, cùm plures forent ex ipsis Julianus, Orontius & alii, cùm Nestorius Cp. Patriarcha eos ut Catholicos recipere, cùm Joanne alter Patriarcha foveret, & in Synodo tringita Episcoporum, sedissent Judices non judicati & tamen vel agnoscere Natali, Augustinus hæreticos concilamat, Capreolus cum Aphrica tota, ab Ecclesia tota scribat damnatos, assentiente vel tertio Concilio. Poterat se tueri Eutyches, quod Diocorum, & integrum Concilium, & Imperatorum decreta laudarent, & Catholicam ipsius fidem confiterentur. Poterat Constantius Anti-

scribunt centum Praesules, Celestini, & Aga-

*L. 2. et  
Euseb. f. c.* thonis epistolas tertium, & sextum Concilium commandant, & de Innocentii literis Augustinus. Quibus dubitatio rata fablata est; & de literis Celestini tertia Synodus.

*Alt. 3.* Coatti, vel compulsi per sacros Canones, & Epistolam SS. Patris nostri, & Commissarii Celestini, & milles etiam integris capitibus vidimus. Rursus dilemma urgamus, vel Ecclesia abique examine recepit, & ita cocam obdientiam exhibuit, & certa ereditid ea decreta, cum in dubiis vel Apostoli examinent.

*Alt. 15.* Cum autem magna conquisitio feret, & satis erat auto epha ipse dixit, vel examini ea subjecit, & hoc examen ostendant primis feculis, in heresi Helvidii, Joviniani, Pelagi, Petri Cnaphei, Anthimi, Severi, Zosiae, & alii. Nec una Synodus invenitur, quae expenderet, innumeris, immensa sunt, quae obedirent, & hoc fatetur in causa controversia, vel Eusebius ipse Ari-

*L. 5. e. 11.* dus, & Papæ parum æquus. Aliorum præcipue infinitorum, qui Victori anathema fulminanti, ultro manus dedere, & infallibilem ultra sunt confessi.

Rem acrio stylo examinemus, ubi ratio nulli facit injuriam, & laruum detrahamus errori. Pauci sunt Papæ decretis responsum, pauci nolunt iis subscrivere, & adhuc ja-

stant Ecclesiam. Est Metropolites Papa contrarius, & in ipso tantum esse Ecclesiam,

*Ep. ad Sareafmis.*, & sibilis ait Hieronymus. As-

*7. e. 6.* tu solus Ecclesiæ es. Sunt unius provinciæ Praesules, & sibi Catholicum tribuant Ecclesiam, & hos libris suis persequitur Augustinus, Ecclesiam in Africa sola non esse, & adversus Luciferianos Hieronymus, irridet Ecclesiam totam, in Sardinia, velut in carcere inclusam, & insula adiusta fluctu conclusam, & datam Christo Orbis hereditatem, ad unam gentem reduci, & angustiorum synagoga Ecclesiam; quod in Ecclesiæ notis est demonstratum. Certe contrariais Papa Præfulibus, ea semper dicta est Ecclesia, quæ Papæ adhererent non resistenter, ut

*Ep. ad* constat in Pelagianis, ex Capreolo. Ne hor-

*3. Conc.* quo pridem impugnavit Ecclesia, bisque temporibus repullentes, Apostolica Sedit Au-

toritar, Sacerdotumque in unum confusus sententia oppresit &c. Ubi Pelagiani nec à

Synodo damnati, nec à totius Ecclesiæ ac-

ceptatione, oppressi dicuntur ab Ecclesia,

*De an.* sic de Novatianis fuit Cyprianus. Quisquis

ab Ecclesia segregatus adultera jungit, & promissis Ecclesiæ separatur, ne periret ad

*Chri*-*fti* præmia, qui relinquit Ecclesiam Chri-

*fti*, sic de Montanistis docet Eusebius, & de

mille aliis annales Ecclesiæ, & in Cypriano ab Hostibus allato luce claris ostendimus,

quamvis centum, & amplius Praesules, Ro-

mano Pontifici repugnaret, & in hoc lib-

ros integras ostendimus, & Augustini, &

Cypriani, de unitate Ecclesiæ loquentis.

Qui Carthaginam Petri deferit in Ecclesia se esse confudit?

Inquit enim ex Patribus argumentum,

se adhuc Romanæ Ecclesiæ, ut ostende-

re se confederari Catholicæ. Ita Rufinus, & Hieronymus latè discordes, in hoc uno

tantum unanimis. Si fidem dicit suam, qua

*L. 1.* Romana polles Ecclesia, ergo Catholicæ su-

mus, que validè à Romano inferit Catholicum. Ita Optatus contra Donatistas. Pro-

batum est nos esse in Ecclesia S. Catholica, apud quorū symbolum Trinitatis est, & per

Cathedram Petri, qua nostra est, ubi Catho-

lici probant se in Ecclesia, & per symbolum Trinitatis, quod tamen multis communem

est hereticis, & per Cathedram Petri, quæ

Catholicos ab Hereticis omnibus discernit. Ita Gregorius Nazianzenus de hereticis.

*Quid* & vel nunc vel ante suscepit sunt, qui *Epi. 2. et  
Cita.* cum a Poltimorio sentiant, hoc ostendant, & nos acquirescemus. Perspicuum enim est eos

reliæ doctrina assentiri, non enim res aliter se habere posse, ubi perspicuum est à Papa suscepimus recta doctrinæ assentiri & remali-

ter se habere non posse. Ita Hieronymus uberrime. Super hanc Petram adiudicatum Ep. 57.

elefum scio, adeò vel fides transierat in scientiam, quod & capite integro de centro com-

unionis tomo precedente convicimus.

Invictissimum est argumentum, ante qua-

tuor Concilia generalia, totidem velut E-

vangelia, veritates in Conciliis expensis, jam certò à Papa definitas, & ante Conci-

liorum examen, multoque magis Ecclesia

totius, certò creditas, & firmas. Coactum

est primum Concilium, pro Divinitate Fili

contra Arianos, & ante Concilium crede-

batur divinitas, ex oraculo Romani Ponti-

ficiis, ut testatur peritissimum Athanasius.

*Porro* ex Dionysii Episcopi Romani volumi-

nibus, clara constat berefim rebellum Aria-

*Dion.* norum, non nunc primum, sed jam olim ab omniis damnataam, ubi non Nicaea primum Arius damnatur, sed ex Dionysii Romani

voluminibus, ad agnominem Dionysium transmissis, & Patres aures clausere blasphemie, jam vel antequam audiretur dam-

natam. Coactum est secundum Concilium, pro Spiritu Sancti Divinitate, & jam ipsam

decederat Papa, & quidem extremo judi-

cio. Si quis dixerit Spiritum S. creaturam esse, an per Filium factum esse anathema sit, I. 5. e. 10.

ideum in professione fidei, que est Evangeliorum non temporum, semper & in æternum irreformabilis, & scribit cum Ambro-

sius Damascus. Jam enim formam edita-

dimus, ut qui se Christianum profiteatur illud temeat, quod ab Apostolis traditum est.

Et rursus clarissime. Sunt porro Macedoniani multiani anathemata, & tam rem finem ha-

bitus, ut Sozomenus ex Oriente scribit.

*Flagrante* apud Orientalem controversia de

Spiritu S. Deitate, & in dies magis magis

adolecentes, Et mox. Episcopus Roma-

nas de ea contentione certior factus, scripsit ad

Ecclesiæ Orientis literas, ut cum Sacer-

dotibus, & Episcopis Occidentis Trinitatem,

& confubstantiam esse, & gloria aqualem

skilissimarent. Quo satis singuli rebus at Ec-

*L. 5. e. 13.*

N

clesia

*ecclæ Romana fœmel judicatis acquieversunt, & hec controversia finem habere vīsa est, ubi ante Concilium secundum, vīsa est finem habere contentio, & majori felicitate post Papam, quām post ipsum Generale Concilium, cū Macedoniani pœnitentes à Liborio, orthodoxis typum reciperent. Coœcum est pro Nestorio tertium Concilium, & Arnobius in confictu, cū Scapione. Apostolica recordationis vir S. Cyrillus Ecclesie Alexandrina Episcopus, cū cognovisset Nestorianum dogma contrarium fidēi pullulare, scriptis per totam Aegyptum, & ad S. Celestini Apostolica recordationis Antifititem scriptis dicens, ad landem suam pertinere; si ab eo qui Pontificatus arcem tenebat suis est aliquid emendandum. Sic vero Celestini ita encimaster ejus existit, ut in Nestorianum damnationis, dīclareat sententiam, & Prosper contra Collatorum de Celestino. Per hunc Virum, etiam Orientalem Ecclesie, gemina peste purgata sunt, quando Cyrillo Alexandriae urbis Antifitissimo fidēi Catholice defensori, ad excrandam Nestorianam impiciatum, Apostolico auxiliariis est gladio, ubi Apostolicus gladius Celestini, Nestorii heresim recidit, & Cyrillos ad Nestorium ipsum. Nisi intra tempora in literis Celestini Romani Episcopi expressum, à stolidis dogmatibus desistat, certò scias nullam tibi cum Episcopis, & Sacerdotibus Dei sortem, nullam denique locum futurum. Sciebat Cyrillos Concilium vicinum, quod ipfmet evocavit ex Liberato. Porro Cyrillos cum suis, babens vites Sedis Apostolicae, Concilio evocato ducentorum Episcoporum; Sciebat Nestorius ex Evagrio, vicinum Concilium & petierat. Poflavorumque ut auctoritate, ac mutu Theodosij junioris, qui sum Orientis administravitis imperium, prius Concilium Epibœ cogenerat, & tamen scribit Cyrillos certò scias, adeo tam validum erat Celestini telum, ut nec à Concilio posset retundi. Ipsi etiam Synodus universa. Collandantes SS. Episcoporum magna Roma Celestini, qui autem nostram sententiam heretica Nestorii dogmata dominavit, & antea nos sententiam in ipsum tulit, proficiens securitatem Ecclesiarum, & pia, sanctaque fidei. Si Papæ judicium est irreformabile poterant ea dogmata Catholica inveniri, poterat vel fidei nocere, & securi non erant Ecclesiae, sic rursus Patres se vocant coactos, & canonicos, & epistola Celestini, sic Theodosius Ancyræ Episcopus. *Instante esse S. Synodi sententiam, demonstravit universorum Deus, per literas Celestini.* Certè vetua hic sermo est Moderno contrario, ubi dicitur justam Papæ causam ostendit Deus per Synodi sententiam, & haec de tribus, & aliis Conciliis, libro sexto prosecuti sumus? Unum est quod libra sexto impleri, quartum Concilium & examen epistola Leonis. Et dubitantibus Illirianis, & Palestinis, at eo facto, id foret extraordinarium, sicut de quarta Synodo est quæsumus, cū epistola Cornelii, Zephyni, Julii, Damasi, Celestini, aliorumque*

nunquam sint expensi, ut constat vel ex Historiis, epistolam tantum urgentibus Leonis; at audiatur de ipsa Evagrius, ubi de Dioscoro Patriarcha, & toto Concilio quanto loquitur. Ex rejectione epistola Leonis L. 2. c. 4. qualis esset deprebensus, ubi totum Concilium Dioſcorum, ex rejectione epistola Leonis Hæreticum, & schismaticum cognoscit, ubi ex rejectione cognoscitur. Et in Concilio ipso perjurum agnoscit. Et sepius M. 11. 1. juravit coram omnibus facere eam recitari, & non est letia, & pejeravit quia iuravit. Et rursus Concilium universum. Emerserunt M. 11. 2. que ad Ecclæabetem pertinebant, & super illi forma data, est à SS. Archiepiscopo Romana urbis, & sequitur eam, & epistola omnes subscriptissimus, RR. Episcopi clamaverunt hæc omnes dicimus. Et antè quoque & Legati, & Maximus Antiochenus ait, S. M. M. 11. 4. Florianus Orthodoxus, & consonanter, B. ac SS. Archiepiscopo Leonis fidem exposuit, & omnes eam prompte suscipiunt, ubi omnes absque ullo examine, & epistolam Leonis suscipiunt, & quidem prompte suscipiunt. Viam inviam tentavit Launoja, afferens heresim ultimò damnatas, in regionalibus tantum Concilis, ut Pauli Samotateni in Antiocheno, Priscilliani in Cæsarauagstanto, Pelagii in Chartaginensi, at se ipsum destruit cùm defendit, & Concilium Ecumenicum relinquit, at relationes ad Papam jam evicimus, nec ipsi negant Parisenses; & Pauli Samotateni causa, Romano Pontifici est delata, ut constat apud Eusebium, fusse de ipsa differenter, immo soli ipsi est reservata; at Aureliano in ea re laudato. Precepit enim, ut domus Ecclesie illis tribueretur, quibus Christiani Italie, & urbis Romæ Episcopi, per literas tribuendam prescriberent, & sapientissimo Epiphonemate concidunt. Sic de manu Paalut, de quo diximus, cum summo dedecore secularis imperii, & postflatis Autoritate, ab Ecclesia penitus extirpatur, ubi evidenter legis demum, & penitus extredi, non à Synodo Antiochenæ, Sed à Papa. Et de Synodis Chartagine collectis, loquuntur integræ relationes, totus Codex Romanæ Ecclesie, Prosper & profa, & verfu, & sexcentis vicibus Augustinus. Adeo quod patet expressè est probare necessè. Evidentius & fertilius est argumentum, quo Ecclesia relationum causam confitetur. Refert Bernardus ad Papam eo quod non possit sentire defectum. Oportet ad vestrum referri tribunal, pericula quaque & scandala emergentia in regno Dei, praesertim eo, que de fide contingunt, dignum namque arbitror ibi resarciri damna fidei, ubi fides non possit sentire defectum, & si reponit Launojus loqui de Sede, & Vvitacherus loqui cum suo seculo, id est quod volumus Petri Sedem, non posse sentire defectum, & Bernardum cum suo seculo, id privilegium ex Luca derive. Refert Damaso Hieronymus; & certus infallibilis fatetur, arcam vocat, extra Ep. 57. quam nou est salus, si iugesseris tres hypotheses dicere

dicere non dubitabo , quicunque tecum non colligunt spargi . Refert Concilium Chartaginense , eo titulo quod à Deo exauditur . Qui te & regere consulentem , & orantem exaudire dignatur . Refert Professor Episcopus , eo quod Papa sit fidei Petra . Docet , & expedit ad Capitis recurrere medicamentum , quoties agitur de sanitate membrorum . A quo enim magis est nutriri fidei stabilitas expectata , quam ab eo , cuius Rector audiret Tu es Petrus . Refert Justinianus Catholicus , eo quod Pape responsa sunt certa . Hoc

*Ep. ad Horm.* enim creditur esse Carbolicum , quod vestro religioso responso fuerit intimatum , refert Anastasius hereticus , eo quod Salvator in Petro fortitudinem Ecclesie sua constituit , & Pelagius ipse Hæretarcha . Qui Petri fidem , & Sedem tenet . Refert Theodoretus Leoni Papæ , ut Paulus retulit Petro . Referunt Orientales ad Symmachum , eo quod quotidie à Petro docetur , sic Tarisconenses ad Hilarium , sic Synodus Arelatensis ad Silvestrum . Referunt Eleutherio Lugdunenses , ut pax in Ecclesiis seretur , Arelatenses Silvestro de Pascha , us uno die , & tempore per arborem observetur . Synodi Chartaginenses acta , quibus probatis per totum mundum heresi Pelagiiana damnata est , decernit , quod Roma probet , quod regna sequuntur . Referunt & Concilia Ecumenica , ut à Papa confirmantur , & innumeris alia clarissima , quae expositione confunderentur , non lucem sliquam acciperent .

*Ep. 52.* Pugnant & invicti rationibus Patres , & ipsam urgent Ecclesie necessitatem . Unus necesse est Pastor , ubi Synodus congregari non potest , qui Synodus spuriam à legitima discernerat , ut in causa Ariminensis Concilio , scribit Damasus Basilius , ut mittat Legatos habiles , Omniaque secum habentes ; qua in Arimino , ad necessariam solutionem gestorum , quae illuc facta sunt , & scribit Siricius Himerio . Post causum Ariminense Concilium , & Damasus cum nonaginta Presulibus apud Theodoretum , in irritum mittit , argumento manifesto Papam , infallibilem magis esse Concilio , & unum certiorum quadringentis Presulibus . Unus debet esse Pastor , ut Ecclesiæ unitas sit in uno , quae est ratio Paciani , & Optati , num debet esse Caput , ut membra Ecclesiæ unita , sapè inter se se divisa , quae est ratio Hieronymi , & Optati , nec unitas est in Pastore fallibili , quem sequi credentium est libertas , & omne caput languidum , membra deserit non regit . Una debet esse Ecclesia , ad quam ut argui Irenæus . Necesse est omnem convenire Ecclesiæ , propter potentiam principaliatem , ubi necesse est non liberum convenire , & Ecclesia velut in centro linea uniuersit . Unus sit qui convocet , praesideat , & confirmet Concilia , sapè sepius fallibilia , velut Antiochenum , Tyrium , Philopolitanum , Mediolanense , Ephesi secundum , & Arimini , & certa ab incertis seculo discernat . Unus sit qui symbolum , qui

traditiones expers erroris conservet . Unus fit in quo Petrus vivat . & dogmata quotidie dicuntur , ut phrasis est omnium seculorum . Una sit Cathedra Petri , qui doceat edoctus à Donino , quae est ratio Cypriani , & Hieronymi . Unum sit fundamentum Ecclesie perpetuum , quod Ecclesiam latè sustinet , quod Patres innumeri convineant . Una sit Ecclesia Apostolica invicta , cum omnes Apostolice errant , quod urgeat argumentum Gregorius , & Tertullianus evidenter confirmat , felicem Romæ Ecclesiam vocans . Cui totam doctrinam Apostoli eius sanguine profuderunt , ubi totam non partem Apostoli dedere . Unus debet esse Pastor , qui eadentibus Patriarchis , & Ecclesiis , solus Ecclesiam totam sustinet , que est ratio Gelasii , Hormisdæ , Simplicii . Unus sit Pastor , qui divisas Ecclesias , vera cogit acceptare Concilia , ut in quinto Concilio instat Pelagius . Et alia passim eruditissimi Patres , usu ipso comprobata .

Vastissimus panditur campus , ubi hæreses à solo Papa damnatae , ante acceptationem Ecclesiæ , vel nullo iphus quæsto consensu , in veras hæreses transierunt . Certè in damnatione Helvidii , nullus memoratur ab Hieronymo , nisi Damasus Ecclesia Doctor . Certè in damnatione Joviniani , nulla est Synodus , nisi Romana , & Mediolanensis , & Hæreticum sibi , Principi , & plebi , doctissimus commemorat Ambrosius , adversus ipsum scribit Hieronymus , ut peccatum hæreticum vult Augustinus , & adversus Julianum scribit ; & nullus vocat ipsum hæreticum , & Pelagianos omnes hæreticos , imò & hæresum inventores . Certè pauci Episcopi Orientis , Petrum Fullonem condemnant , & omnes ut hæretarcham condemnant , & scribit Flaccianus Episcopus Rhodopensis . At enim cribratus et Canonice à Presulibus nosfris , id est à Principe Apostolorum Petro , Ep. ad Petri . Full .

*Ep. ad fin.* In depositionem Anthimi , & Severi , Petri , & Zoara , tanquam olim Petrum Magnum Apostolum in depositione Simonis Samaritani , & Justinianus veris hæreticis censuerat . Et justissimam vocat Agapeti sententiam . Ita in omnibus trium seculorum hæresibus , ante acceptationem Ecclesiæ , hæresis erat à solo Papa damnata .

Una satis est Pelagi causa , ante Concilium , & Ecclesiæ acceptationem . Scribit cum Africo Capreolus . Si quis ea , quæ jam olim Ep. ad judicata sunt denuo in disputationem venire conciliari , sanè nibil aliud sacerdote censabitur , quodam de fide , que batientes valuit judicare , ubi fides hac tenus valebat , & tertium Concilium laudat , acta legi non expedit . Perlektis actis idem tecum omnes statuimus . Idem scribit Nestorius Celestinus . Aliquantus diebus vita nostra post nefandum &c. Catolica fides Ep. ad quicquid habuit . Idem scribit Prosper Celestini .

## De Infallibilitate Papæ.

Audiamus cum tot Gallis & alium, *Petrum* *de* *Mariae Praefulem Parisiensem*, *in to* *tate Gallia celebrerrimum in supremo Navarre* *Senatu Præsidem*, *& in Parisiensi latè* *Conciliarium de concordia Sacerdotii & Im* *perii*, *ubi negat hanc Ecclesiam Gallicae li* *bertatem*. *Primus omnium qui appellatione In casu* *efus est ad futurum Concilium prodiit* *se* *in corda* *apud Historicos* *Fridericus secundus Imperator*. *Quis ad Concilii cognitionem evocans à* *Gregorio nono*, *& ab Innocentio quarto*, *Thaddeum Legatum ad Concilium Lagdunensem wi* *si*. *Hic post exceptione Fridericis propositas* *cum ferendam videret*, *ab Innocentio depositionis* *sententiam appellavit* *pro eo ad Concilium proxime futurum generalius*. *Hoc &* *fusè narrat Raynaldus*. *Iterum de Maria obiter deseripto*, *Philippi Pulchri*, & Boni *dicti dissidio ait*. *Tum Gallicus de Plessisj* *ro*, *ut se etiam à Bonifacii censuris presularet*, *& futurum Concilium Generale appellaret*, *& futurum Papam Catholicum*, *& Sedem Apo* *stolicam*. *Et mox subdit*. *Novam rationem* *in Ecclesiam inveniā ab iis*, *qui se Romane* *curia censuris premi excellimabant*, *felicitate ap* *pellationem à Papa decreto ad futurum Con* *cilium*, *notam dixi*, *quia nomen in Eccle* *sia admissa scit provocatio à Papa ad Con* *cilium*, *ubi ex Gallis ipsi hi sunt Novatores*, *& nunquam Ecclesia id admisit*; *& teste de* *Maria est fuga judicis*. *Et alibi* *(Fueruntque* *in ipso Concilio Parisiensi in Ecclesia B.Mariæ* *congregato publicè objecta criminis ipsi* *Papæ*, *& titulus haeresis nec non pro* *Præ* *celfore vivente*, *& intrusio ad Papatum*, *)* *ubi vides appellari à Concilio ad minus*, *ap* *pellari ad Papam futurum*, *ad Sedem ipsam* *Apostolicam in casu haeresis*, *& intrusionis*, *contra Papam ex D. Antonio fortem & im* *perterritum*, *ex Petrarcha orbis stuporem*, *post tria secula inventum*, *& integrum*, *& incorruptum*, *& Concilii haereticis abso* *tum*, *ab Innocentio undecimo laudatum*.

Ad huc aliud in Gallia est exemplum, & quidem celebre Gulielmi de S. Amore. *Dotoris Parisiensis*, & Sorbonæ, cuius liber ex Ptolomeo Lucensi Alexander, in publico consistorio fecit comburi. Is ad objecta respondet, & quod Concilium Generale appellas. Item dixit, quod super istis petebas Concilium Generale. Respondeo dixi, quod si aliquis velleret se opponere, quoniam debet predicari pericula nocturnorum temporum, & quod non essent illa pericula prædicanda, que dicebant paratus eram super hoc audire definitionem Ecclesiastici iudicij, aut Concilii provincialis, aut Concilii Generalis. Adeo crimen erat Sorbonicus post Papam ad Concilium provocare, ut accusator & defen-

*Hil.*  
*Eccles. e.*  
*303.*

defensor haberent pro reatu. Et post plura  
Liulielmus. Uide si D. Papa modum & for-  
matum illius compilationis reprobarit, &c. Sen-  
tentia sua non resulso sed obediens.

Maximum in Ecclesia schisma, excitavit  
Bavarus, & appellavit, at de sua applica-  
tione Ludovicus. *Ludovicus Dei gratia Ro-  
manorum Rex.* Et post multa. Primo quod  
protestati sumus publice, & exprestè quod si in  
eorum appellationibus aliquid ponetur, quod  
est contra fidem, vel Ecclesia determinatio-  
nem, quod illorum dictis non consentiebatur.  
Et ibi de paupertate Christi profiteretur cre-  
dere cum Papa. Et iterum. *Et super his uos  
excusandi primo, quod exprestè exceptimus, &  
diximus, claus dicta appellatione coram nobis sollo  
suisset.* Et mox. Item quod reperitur quod  
*Notarius, qui hoc fecit, scilicet Utricis Gaul-  
donis malitiosè, & in vindicta contra nos di-  
cendo, per nos suscepit Iesum, istam appellationem  
de consilio aliquorū, cōdēntium talēm  
discretionem feminare; quod nunquam valeres-  
cam aliquis reparare.* Et ibi Michaelem de  
Cesena hereticum vocat, qui damnatus vel  
à suis est conversus, & Dionysius de Sour-  
bach minor juravit. *Ad Sancta Dei Evan-  
gelia juriavit se appellationem, quam interpo-  
lauerat, non profecuratum, adeò errorem suum  
omnes retractant,*

*Hist. Eccl. 1.336.* Triumphans in Synodo Constantiensi Ger-  
sonus, at unus Martinus de omnibus trium-  
phavit, appellationes à Papa ad Concilium,  
decreto & anathemate prohibuit, & Polono-  
nos coram Concilio à tali sententia deterruit.

Fator à Papa ad Synodus appellassem, Sigismundum Regem Austric., ob captum  
Cardinalem, damnatum, Dietherum Mogun-  
tinum Simoniacum, Gregorium Heimbur-  
gensem iniquissimum, at vehementissime re-  
prehendit Pius secundus. *Exercibilis, &  
prisniis temporibus inauditus tempestas no-  
stra inolevit abusus, ut à Romano Pontifice  
& J. Christi Vicario &c. Ad futurum Con-  
cilium provocare presumant, en exercibilis,  
& inauditus abusus, & appellantium mani-  
festa præsumptio. Quod quantum Sacris Ca-  
nonibus adverterat, quantumque Reipublica  
Christianæ noxiun sit, quisquis non ignorar-  
juriarum intelligere potest.* Namque ut alia  
præterreamus, que huius corruptela manifesti-  
simè refragantur, quis non illud ridiculum ja-  
dicaverit, quod ad id appellatur quod nusquam  
est, neque scitur quando futurum sit, ubi di-  
cit manifestissimum corruptelam, probat ap-  
pellari ad judicem non existentem, & mox  
nutrii criminis schisma, & hæreses. Adeò  
hydra est omnium capitum. Ita Mantuanus  
Pater statuunt ex Gobellino. *Concordi coro  
respondentes appellationes bujafundi cum suis  
Auctoribus, damnandas esse, atque ita decre-  
tam est.* Et Historicus ipse narrat. *Irrisper-  
rat jam pridem in Ecclesia Dei exitialis con-  
suetudo, adversus Romanum Pontificem censu-  
ras, cuncti enim, damnataque ad futurum  
Concilium appellabans, ubi haec est exitialis  
consuetudo. Et fortius. *Judicem qui non**

*erat superiorum Romani Procul dabant, qui  
non inventur in terris, & cum ipsi à suis sen-  
tentia appellari non sinerent, à Christi Vicario  
appellantibus esse confessiebant; ubi nec ipsi  
appellant, id probant. Benc ergo appellavit Sigismundus, reus incarcerated Cardinali,  
ex Pio membrum Satanae principale,  
suspectus de hæredi, & hereticus, Dietherus  
palam Simoniacus, Haimburgus ita Catho-  
licus invitus, ut Errorium non Gregorium  
voceant; sicut & diximus de Platina. De-  
nique Sixtus quartus de appellanticis. Te-  
nere non erubuerunt futurum generale appelle-  
lare Concilium, evincit id ex Gelasio illici-  
tum, vocat imaginarium tribunal, & Lu-  
dovicus ipse à Papa laudatus, excommunicati-  
onem iussi promulgari, Innocentius,  
ostavos Venetos absolvit, ut confitit epistola  
integra ad ipsos, apud Raynaldum in histo-  
ria Ecclesiastica. Henricus quartus juvenis,  
& Calvinista appellat, factus vir & Catho-  
licus retractat, & Sorbona ex Vilhelmo de  
Nogaret. Ad Concilium & ad futurum  
verum, & legitimum Romanum Pontificem,  
& ad illum, vel ad illos ad quos de jure ap-  
pellandum. Et rufus. *Appello ad Sedem  
Apostolicam, ad tetram Dei Ecclesiam congrega-  
tam, & ad Sanguinem Pontificem futurum  
legitimum, seu ad queus melius, valeans ap-  
pellare, in chaos, & confuso appellationum,**

Pessimum arguendi genus, quod & con-  
vincit appellandum à Concilio. Ab hoc ap-  
pellandū Fridericus secundus, Eutychiani à  
quarto Concilio, Nestoriani, & Pelagiani à  
tercio, à septimo appellarunt Iconoclasta,  
ab octavo Episcopi Photiani, à Florentino, &  
Lugdenensi Graci, à Tridentino Lutherani  
Germanie, à Lateranensi quinto vel  
Sorbona. Dicant ergo Parisenses Concilia  
fallibili; cum & tot facta & nos afferamus.  
Pessimum exemplorum genus, ubi appellan-  
tes ad Concilium, Concilium maximè  
nolebant, ut Nestorius apud Celestimum,  
Lutherani in Concilio Tridentino, Dona-  
tiste & Alii plures.

Cessent jam appellationes istæ, quot an-  
nis in cena Domini, & tot Pontificum bul-  
lis fulminatae, mille variis notis inustæ om-  
nium Pontificibus non tantum Romanis, sed  
ab universis Ecclesiæ Patribus, et Imperatori-  
bus ipsis Catholicis, & ab hereticis ipsis eas  
erubescientibus, & satis est legere appellationem  
Donatistarum appellationes Pelagianorum,  
ad Concilium, quam Augustinum, &  
Africanos, & Capreolum, & Synodum Ge-  
neralem, & Ecclesiam in eo collectam, cx-  
hortuisse jam satis vidimus, imò hæretici  
ipsi & Hæsiarche Pelagius, Celestius, Ju-  
lianus ad Romanum Pontificem solum pro-  
perarunt, & multæ quas referunt de privatis  
Personis, imò omnes à Parisenibus ipsis  
damnantur, adeò referunt quod & ipsi con-  
demnant.

## C A P U T X V .

*Solvuntur argumenta defumpta  
è rationibus.*

**D**OCTISSIMUS ille & verè Magnus Albertus, Angelici Praeceptoris Magister, innumerorum Auditorum Praeceptor, quos neque poterat schola capere, in ea Christi verba. Rogavi pro te Petre, ut non deficit fides tua, urget. Hoc argumentum efficax est pro Sede Petri, & successore ipius, quod fides ejus finaliter non deficit. An mutatum est lumen rationis, ut quod olim erat efficax, elumbē sit, & infirmum? An ratio quæ Papam infallibilem ostendit, modò ipsum omnino deserit? Sint Latini juncti cum Græcis, sint aliqui Catholici cum Hæreticis, & rationibus Papam aggreditur, adeò efficax est Alberti seu Christi ratio, ut Papæ infallibilitatem confirmet, & innumera Hostium argumenta subvertat.

Primus Hostis & vetus est Nilus, qui post Primum, & infallibilitatem aggrederit, quippè potest Papa, inquit incidere in alia via, cur non poterit, & in humanos errores? Si potest Deum negare factis juxta Apostolum ad Titum. *Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant,* quidni poterit, quod est facilius verbis. Hoc idem à Græcis mutatur Gardiis, qui Papam non vitiosum describit, sed vitium, & miratur verbis dici infallibilem. At prima hac tala sunt ita imbellia, ut revertentia feriant jaculantes. Potest Prophetes in alia via incidere, poterit ergo & in errorem. Possunt Synodi generalis Patres, in alia via incidere, quidni & in humanos errores. Potuit Caiphas Deum negare factis, poterat quod est facilius verbis. Potuit Balaam Deum negare factis, quidni, quod est facilius verbis. Imò non tantum poterant, sed & fecerunt, Caiphas potuit Christum damnare, non tam propterizans mentiri, Balaam extitit Simoniacus, vendidit benedictiones ipsas, alio proprio stolidior, ivit ad maledicendum Israel, & in Israele Deum ipsum, & tamen verus extitit prophetes, & Christum ipsum annuntiavit. *Orietur stella ex Jacob.* Etiam illi, quos in extremo die Sapientia Patris ignorat, prophetæ erant & scelesti: *Domine sonne in nomine tuo prophetavimus;* Amen dico vobis nescio vos. Etiam olim tempore Nod. *Omnis caro corriperat viam suam,* & tamen Ecclesia vigebat vera. Denique quod est argumentum Alberti, & fateri debent vel Hostes, cùm Christus latè, pro sua Reverentia exauditus, oraverit tantum pro si-

*Luc. 22. de Petri, Ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficit fides tua, non pro charitate quam perdidit, & quām neque Christus nominavit, pro ca oportuit Christum exaudiri.*

*Pf. 115. Verum est illud regii Vatis. Omnis homo mendax, at si Deus assistentiam pollicetur, jam natura mendax sit gratia infallibilis, ut in*

prophetis, Apostolis omnibus, & singulis, in Concilio Æcuménico, & Ecclesia, eademque ratione in Papa. Neque minus est negare verbis, quām factis, quippè verbis negatur explicitè, factis negatur implicitè, & factis negans est peccator, verbis hæreticus, vel Hæretarcha.

Urget adhuc nos Nilus, & assert sapientie oraculum. *Sapientia non intrat in animam Cap. 1. coquinaram,* & refert illud Ecclesiastici. *Datur Sapientia à Deo His,* qui diligunt illum. *Ad 1.* At jam jacula in ipsum retrorsum, & Christus ex Alberto arguendo, oravit pro Petri fide non charitate; & adhuc alia tela superfluit, imò in casu individuo Pontificis jam Nilum confutavit Augustinus, scribens in Petilianum antequam audiret. *Si omnes L. 2. c. 51*

*per totum orbem tales esent, quales vanissime criminari Catædram quid tibi fecit Ecclesia Romana, in qua Petrus sedet, in qua bodiæ Anafasius Sedes, quare appellat Catædram pestilentia Catædram Apostolicam?* Si proper Homines, quo putas legem loqui & non facere. *Nunquid Christus Jesu propter Pbarisseos, de quibus ait, dicunt & non faciunt, Catædram,* in qua sedebant ultam fecit injuria! *Ede de Doctrina Christiana pro Phari-* *L. 4. c. 27* *scis.* *Illa Catædra non eorum sed Moyseos co-* *gebat eos bona dicere, etiamsi non facientes.* Horum post defensionem Augustinus, reos esse Pontifices permittit. *Quale scumque sue De un.* *Marcellinus, Marcellus; Silvester nibi bapt. e prefigitat Ecclesia Catholica soto terrarum* *16.* *orbis diffuse nullo modo eorum innocentia coro-* *namur, nullo modo eorum iniuritate damna-* *mur, & in Psalmo contra partem Donati,* *Numerate Sacerdotes ab ipsa Petra Eccles. a?* *hæc est quæ non vincunt superba inferorum* *portæ, uno verbo millies Papa infallibilis,* *ne una quidem vice impeccabilis appellatur.* Ideoque telum est sine ictu illud. *Habenter fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt ex qui-* *bus est Himerenus, & Alexander,* quippè ut arguit Albertus Magnus, non loquitur de iis, pro quibus oravit Christus, nec unquam Prophæte, Concilia, vel Apostoli circa fidem naufragaverunt. Nec est ad rem auctoritas, cùm loquatur Paulus de operibus, ex infidelitate cordis enatis, & se in codem capite exponit. *Finis precepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non fata.* *A quibus quidam aberrantes conversti sunt in vaniloquium,* & Himerenus ex Paulo aliud Evangelium, & cerebro suo prædicabat, afferens resurrectionem jam factam; ideoque conversi illi fallaces, nec Judæi erant, nec Christiani.

Pugnant alii ea ratione. Si Papa esset infallibilis frustranea forent Concilia, & Papa solus sufficeret, at suis armis seruuntur, quippè Apostoli erant infallibilis, Jacobus erat infallibilis, Petrus erat infallibilis, & tamen coegerunt Concilia; Ipsa Concilia sunt infallibilia, & tamen subscriptio-nes Ecclesiæ totius, ab ipsis Patribus sunt



floritatem illorum Ecclesiaram, que ab Apostolica Sede, epistolas accipere meruerunt, tenet credendo, immunitum scismatis crimem, à se propulsare non poteris; & capite à recta, & de Ecclesia Romæ. Illibata fine tenuis manus, & capitulo memori sum Sextus secundus. Memor sum me, sub ihesu nominis Ecclesiæ præsidere, cajus à Domino Iesu Christo est confessio glorificata, & cuius fides nullam barem unquam soviri, sed omnes quidem heres defructi, & capitulo quocties Innocentius Primus. Quoties fides ratio ventilatur, arbitror omnes Fratres, & Coepiscopos vestros, nonni ad Petrum idest sui nominis, & bonoris Autorem referre debere, voluntate nunc retulisse vestris dilectione, quod per totum mundum possit Ecclesiæ omnibus in communione prodeesse, & rursus capite non turbatur. Soli Petri dicuntur duc in alium, id est profundus disputationum, & in causa sequenti capite generali dicuntur. Generali decreto constitutimus, ut execrandum anathema sit, & veluti prævaricator Catholice fidei semper apud Deum existat, quicunque Regum, seu Episcoporum, vel Potentiam deinceps Romanorum decretorum censoriam, in quocumque creditur, vel permisit violandam, ubi fides est Apostolico ore laudata, & Cathedra Petri confutatur, ubi nec gratiam, nec gloriam obtinet, qui ab unitate fidei Petri, se disjungit, ubi ex Augustino, & Pelagio est schismatis, qui contra Papæ epistolas temere credit, ubi Ecclesiæ Romæ in finem est illibata, ubi confessio Petri glorificatur, & omnes heres evertit, ubi ad Petrum fidei ratio refertur; ut omnibus prodest possit Ecclesiæ, ubi solus inter Apostolos Petrus, profundum ingreditur disputationum, ubi anathema est perpetuum, violatio epistoliarum Pontificis, ubi idem dicuntur capite rogamus, & capite eum Beatissimum; quæ vel citat Universitas Parisiensis, & S. Cyprianum iis adjungit. Sunt & alii textus capite non decet. Nulli verò dubium est, quod Apostolica Ecclesia, moter est omnium Ecclesiæ, à cuius vot regnus nullatenus convenit deviare; & in capite sic omnes Agatho. Omnes Apostolica Sedi functiones, accipiente sunt, tanquam ipsius Divisi Petri voce firmata sunt. Et Canone ita Dominus ex Leone. Christus Petrum in consuetudine indevidig unitatis affumperit, id quod ipse erat voluntas nominari dicendo Tu es Petrus, ut sic eterni aedicatio templi mirabiliter munere gratis Dei in Petri soliditate confiseret, & rursus evincent decretales epistolas, & quidem ex antiquis Autoritatem habere. Denique constat ex decretalibus de baptismismo, questiones omnes, referendas ad Petri Sedem &c. Et pro eo Dominum exorasse, ne desierat fides ejus, & de hereticis anathema ei infertur, qui alteri doceat, quam Sacrosancta Romana Ecclesia predicit, & observat, sic de electionibus capite significasti. Ipsi ab Hostibus adducti confitentur. Innocentius tertius ad Episcopum Arlatensem. Major-

ter Ecclesiæ causas, praesertim articulos fidei, ad Petri Sedem referendas intelligit, qui non videt pro eo Dominum exorasse, ne deficit fides ejus, & strustra Launojus ait non dicere certò, nam de fide est Christum Dominum, pro sua reverentia, à Patre exauditus, & aperi-  
tius in consecratione Papæ. Nisi enim ego solidatus esset in fide, quomodo possem altius in fide firmare. Quod ad officium meum noscitur specialiter pertinere Domino protestante. Ego inquit pro te rogo Petre, ut non deficit fides tua, & in aliquando conversus confirmas Fratres tuos. Rogo te & imperatores, quoniam exaudiens est in omnibus pro sua Reverentia. Et idem fides Apostolica Sedit, in nulla unquam turbatione defecit, sed integra semper, & illibata permanuit, ut Petri privilegium persistenter inconcussum. Quis verbi nil evidenter. Clarissime Adrianus secundus hæc firmat, mittens fidei professionem illam. Quia non potest Dominus nostrus Iesu Christi, præternunti sententia dicens Tu es Petrus, & super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam. Hac que dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica immaculata est semper reservata Religio. Denique Leo secundus ipse in confirmatione sexti Concilii, Sedes Apostolica concorditer, & unanimiter his, quæ definite sunt ab eo consentit, & B. Petri auctoritate confirmat, sic supra solidum Petrum, qui Christus est ab ipso Domino adeptus firmigatam, ubi Petrum & Christum conclamat. Et Synodus octava quæ assertur. Itaque Beatissimum Cas. 4. Papam Nicolauum tamquam organum Sancti Spiritus habentes, an organum S. Spiritus, est fallible, sic & Canones præponentes Papam Concilio, manifestè docent Papam infallibilem; phrasè à Paulo mutuata. Licet nos ait Angelus de celo evangelizet vobis preserquam Evangelizavit vobis anathema sit.

Argumenta serunt Hostes innumeræ, quævis non convineant sed convincantur, quævis velut exuvii non ditent. Fert Elieus illud, non esse certum, hunc Hominem esse Papam, at libro sequenti certum apparet, & in Constantiensi Gallis gratissimo, erat solemnissima fidei professio. Fert Gardius Pontifices rudes, at etiam Apostolos, & vates cum Balaam, at Spiritu Sancto assisterent infallibilis, & miraculum Christi est quo Petrus cadens ceteros confirmet; idem urget Sedem aliquando vacantem, & schismam, at suum jugulat Concilium, per tria prima secula non existens, & raro in Ecclesia collectum, cum longè facilius si electio Papa, sitque ut vidimus in schismate ipso, ad finiendas controversias remedium. Fert iterum Elieus cum Gardio, confessionem ipsam Pontificum, de suis, & Praecessorum erroribus, ut Eugenii quarti afferentes subi præferendum in fide Concilium, Innocentii tertii, & aliorum, at cum satcuntur ipsi de Papa, se se supra Synodum extulisse, infallibilitatem aperte coabitentur, & vel Pa-

pam fatentur se dixisse infallibilem. Et hec omnia inutiliter ferunt, & tela recidunt in jaculantes, vel fatentur se dixisse fallibilem, & mole Autoritatum opprimuntur, & Gregorius saepè congeminat, Leo numerosissimus epistolis, & in causa Acacii, & Petri Fulonis centenæ sunt epistolæ. Fert Ivelius rationem, quod haereses ad Romanum Pontificem non sunt delatae, at vidimus omnes relatas, debuisse ex jure Divino deserri, nec alium ob finem ex Patribus, nisi ut causa finiretur ex Augustino, ex Bernardo, ut ad eam Sedem referrentur, ubi fides non possit sentire defectum, quod librum integrum exigere, ex Innocentio primo, ab Angustino, & ab Africanis Præsulibus laudato, rectulere causam finiendam, ex Concilio Arelatenus, innumeris penè Episcopis numero, ut uno die Pascha per orbem totum celebraretur, ex Augustino ut causa sit finita, ex Prospero ut per orbem totum damnetur Pelagius, quod & de Origenis narrat Hieronymus, ita de Actis scribit Innocentius, ut ad Petrum ipsum referant, & ipsi omnes respondent, quod Dominus ipsum exaudię dignatur, & ex haeticis ipsis con-

*Ep. ad stat., ut Pelagius ait, qui Petri fidem, & Sedem tener, sic Celestius non est aufus Innocentii literis resistere, sic Ariani cum Macedonians, & alii sine numero negare non sunt ausi.*

Unum credunt invictum telum. Si Papa foret infallibilis, haeretici forent, aut schismatici, Papa pertinaciter repugnantes, at in Cypriano, & Polycrate est falsum, qui resistentes Stephano, & Victori, Catholici sunt, & Cyprianus est Msrtyr, nec unquam haeresis sunt accusati. At istud pharetra est non telum, & præbet nobis innumera spicula, ctiām Cypriani, & Polycratis, vel ipsa Hostium confessione. Damnat solus Cornelius Novatianos, & Cyprianus, & Præfatis innumeris, etiam ante acceptationem Ecclesia, haereticos ipsos devitent. Damnat Zephyrinus Montanistas, & Ecclesia non expendit decretum sed veneratur, & palam legit, & peremptorium ultrò cognoscit, & haeticum eo titulo Tertullianum, quod ipsi decreto resisteret, cum Hieronymo Historici testantur. Damnat Donatistas Melchiades, & ante Nicenam Synodus sunt haeretici, & Synodo adecti solus Cecilianus, innocens declaratus, & Catholicus. Damnat Damasus vel in Oriente, Arianos, Macedonios & alios etiam ante secundum Concilium, & id agit in professione fidei, quæ Evangeliorum est non temporum, & nullo aeo reformabilis; & Catholici, id ante Synodus conseruent; quod & innumeris constat exemplis. Id sicutem ita & certum, ut Inimici sine Judices, & suo talamo nos tuerant cum Nstali. S. Stephani Romanus Pontifex veritatem sedulo defendit, invictissimo traditionis clypeo, en propositio quam intus repetit, & probat ex Stephano, nihil innovetur nisi quod tradi-

tum est. Et mox Illam vero sic traditionem indicat, S. Augustinus passum in libris de baptismo contra Donatistos. *Conseruentis L. 2. c. 9.* robore tenebatur orbis terrarum, & hec sola opponebatur, inducere volentibus novitatem, & probat ex Cypriano ipso ad Jubajanum. Et rursus. *Quid ergo ante Agrippinum à quo L. 3. c. 2.* ista caput, quasi nova ratio adversus confitudinem dimicari non erat Ecclesia. Et suscit convincit. Et rursus. *Saluberrimum consuetudinem tenebat Ecclesia.* Et mox. *Quādum consuetudinem credo, ex Apostolica traditio-*ne venientem, sicut multa quæ non inventantur in literis eorum neque in Conciliis posteriis, & tamen quia per universam custodiatur Ecclesia, non nisi ab ipsis tradita, & communice data creduntur, & iterum de Cypriani actis. *Nullo modo proferenda sunt adver-*sarii totius Ecclesie confessionem, cuius se illi membra esse gaudebant, & unde neque ipsi se preciderant. Refert & suscit Vincentium Ly-

*rinensem, & ibi vocat, factaque fuisse Religio-*nis *integritatem, & traditionem sepius ingeminat;* & innumeris addere poterat ex Augustino, Escundo, Ursino, & aliis. Addit & alium psraphum, qua momenta S. Cypriani errorem elevent, & citat unum ex il-

*lis. Illum necum in candore S. anima cava-*ritatis ubera contegebant.

Dénique nec Cyprianus, aut Victor, à reliquis unitis queunt se Jungit, ut testis est inimicissimus Natalis; qui & alibi egreditur concludit. In sola causa discipline posse ad *Dicit. 3. fol.* Concilium recurrere, non vero in causa fidei, quod & dicit, & convincit, in una causa millenas includente, nempe in causa Pelagianorum, ubi Augustinus evincit ne-gandum Concilium, poterat dicere & Africa cum Capreolo, & Pelagiani tandem collatione sola, fe se ultrò fatebantur contenti, adeo nec Catholici, nec haeretici Concilium exigeabant.

Rursus nos verbo & exemplo convenienti, fieri à Catholici appelliones à Papa ad Concilium in causis fidei. Invictissimum evincimus veritatem, Lutherum ante Synodum Tridentinam, & Lutheranos jam haereticos, ex Historia omnibus etiam Gallici, quamvis appellarent ad Concilium, quamvis à Synodo nondum dannatos. Andiamne hoc à Spondano Gallo, & dicente & ex Coelzo, id evincente. *Damnarunt an. 1511* etiam illum, hoc eodem anno, die decimo quinto Aprilis Parisienses Theologi, in solemni conventu, cùm post ejus scripta plenè examinata, base censuram adjecterunt. Doctrinam illi contentam, execrandi erroribus scatere, fidem potissimum contingentibus, & mores, simplicis populi seductivam esse, ambar Doctribus injuriam, potestat Ecclesiastica, & ordini Hierarchico, impedit derogavit, aperte schismaticam, Sacra Scriptura aduersam, & ejus depravatorem, atque in Spiritum Sanctum blasphemam, & idem ve-luti Reipublice Christianae permiscias omnium exterminandam esse, ac palam ultricies

flamnis committendam , Auctorem vero ad publicam abjurationem , modis omnibus esse compellendum . Quod tanta schola iudicium , cùm Uxormatiā delatum esset , cām causa Lutheri ageretur , & Fautores ejus , ac Defensores , qui factabantur Parisienses ab eoflare pudore suffisi non amplius haberent , quid opererent . Hoc vel constat ex ipsis Hostibus ,

¶ 4. ubi Melancton apologeticam , edidit hac inscriptione pro Lutherio , adversus furiosum , Parisiensem Theologastrorum decretum , &

Conf. 4. Lutherus ipse vulgariter sermonem , & præter hos constat ex Hadriano sexto , & ex Henrico Anglia Rege scribente . Rursus idem prosequitur Spondanus , inventus in ea re latè

An. 1525 n. 24. fidelis . *Istud virus caput serpere in Gallia .*

*Qua de re cum Aloysia Regina , Mater Francisci Regis , in Hispania captivi , Clementem Pontificem certiorem reddidisset , scripsit ille ad Sevatum Parisiensem , vigesimadie Maii , laudans illum in primis quod sapienter , atque providè quosdam delegisset , qui daret operam tu in eos , qui fidem , ac veterem Religionem oppugnare conabantur animadversio fieret , hos delectos auctoritate sua se comprobare , ubi vides in Gallia everti , & fidem & veterem Religionem , Luthero nonnulli per Pamploniam damnato , & adhuc Synodo non coacta .*

Prosequitur egregiè Spondanus , & hæresis progressum describit . *Cum autem peccatis Lutherana hæresis , inficeret etiam Gallium cepisset , & in conventu Parisiensi , in fine anni superioris , celebrato , regaret Cardinalis Borbonius , nomine totius Cleri , Regem provide-re buic malo , ut Regem Christianissimum decebatur , non solum promisit ipse verbis , sed etiam re executus est , severis in eos promulgatis editiis , & suppliciis in eos irrogatis , qui detegiti effeunt bac labe inquinatis . Et rursus . Ane- nius autem a Prato tituli S. Anastasie , Prebyter Cardinalis , Archiepiscopus Sennonenensis , Galliarum , & Germanie Primas , ac Francia Cancellarius , ut etiam sanctiionibus Ecclesiasticis , Hæreticos reprimere , celebravit hoc eodem anno mensē Februario ibidem Parisijs in Ecclesia Eremitarum Augustiniarorum Concilium provinciale &c. Cujus extans præclaræ acta in tomis Conciliorum , & Separatis etiam excensa . In quibus in primis ostenditur Lutherum , adversus cuius hæreses Concilium celebrabatur , veteres hæretes Simonis , Nicolai , Manichæi , Aerii , Macedonii , Vigilantii , Sociniani , Pelagi , Waldonis , Vigelephi , Marcelli Patavini , Huffi , & aliorum ejusmodi hæreticorum , ab inferis resuscitasse , ubi autem Concilium Tridentinum , non tantum Lutheri hæresis , una hæresis definitur sed numerosa , plurium capitum hydra , & ab inferis describuntur furia , plusquam tres resuscitatæ .*

An. 1535 n. 8. Ad alia nos dicit , idem Spondanus . *Re-spondeo Rex . Ad aliud caput de Hominibus supplicio affectis respondet , audaces quoquam & facinorosæ specie religionis , grandes sedi- tiones excitasse , quibus regni moliebantur exci-*

N. 11. dum , ideoque ne latius ex eo contagio serperet , necesse fuit in eos move majorum , ac legibus animadvertere . Et infra . *Cujus legationis nempè ad Conventum Smalcaldicum , summam , ita Sleidanus libro nono recenset , ut penè velit persuadere justitiam Protestantium , aut Lutheri dogmata Regi placuisse , quem vel ex continua punitione illorum , qui ea scelabuntur constauissimum in fide Catholica , nulli dubium esse possit . Quid clarius quam hæresim Lutheri , & à foro sacro , & Laico , & anathematis & civili gladio percuissam , nec illi remansisse nisi supplicium , & quidem extremum à Rege ipso , non relinante Ecclesie potestate , imò suadente ut aliquo supplicio persegueretur . Extat oratio Petri Danieli Episcopi Vaurenensis , ad Regem , pro conservanda incorrupta in suo regno fide Catholica , & in Scotlandis hæreticis , quales erant apud Gallos tunc Lutherani , quamvis à nullo condemnati Concilio . Hæc omnia vel apud Modernos Gallos , & in lingua Gallica leguntur , & omnium Gallorum eadem vox est , & Moderni eadem narrant que antiqui , & jam hoc supra ex Gallis vidimus , & Ecclesia .*

Adhuc tamen Moderni Galli , infallibilitatem istam non agnoscunt , & extremus Juvenin definitionum Pontificis pretium agnoscit non certitudinem , & ex eo hæreticos distinguit à Catholicis , quod Hæretici definitiones Pontificum , probris , ac diatribis non raro lacestant , cùm è contra apud omnes , tum Orientales tum Occidentales sive Clericos , sive Laicos , magno semper in pretio fuerint . At Juvenin dum nos impugnat tuerit , & jaculorum phrætram suppeditat . *Primi cùm Romanus Pontifex , ut precedentí concusione dictum est , Primate in tota Ecclesiæ divinitutis babet , jus habet docendi eos omnes , quibus à Christo praepositus fuit , seu solvendi dubia , quæ circa Scripturarum sensum nasci possunt , proponendi traditionem Parum , at si infallibilis non est Papa , non magis solvit dubia , quam involuit , non magis errorem proponit , quam traditionem , & apud Episcopos hoc jure erit , qui dubia solvent fidei , & traditionem Patrium proponent . Natum tertio seculo No-*

C. 43. *vianorum schismæ , auctoritate Cornelii Papæ presumptum est ; Decreti quod Roma in Novacianum tulerat , ubique babita est ratio . Cumque ait Eusebius historie libro sexto in provinciis Antistites , quid agendum est , consultasset , bujusmodi decreta cunctis promulgatum est . Eadem Romanorum Pontificum auctoritate , proscripti sunt Pelagiani inente quinto seculo , latini in eos ab Apostolica Sede decretu , omnes orbis Ecclesie , summa cum reverentia amplexæ sunt . Jam enim ait Augustinus sermone secundo de verbis Domini , de hac causa duo Concilia missa sunt , ad Sedem Apostolicam , inde etiam rescripta venerunt causa finita est , uniuscunquam finiatur error . Subsequentibus seculis Damasus Macedonium , Nestorium Celestinus . Leo Eutych-*

2.4.

EP. 57.

AB. 1.

Difert. 4  
de loc.  
Tb.Dif. 4-  
n.2.

C.3.

Eurycheteus, Monobelitus Agarbo damnatur, damnationique omnes orbis Ecclesie subscripterunt. Et mox, Majores nostri in causis dubiis, Romanum Episcopum consilere solebant, ejusque responsis omnius flore. Mirari non possumus, inquit Innocentius Papa primus, dilectionem tuam sequi infinita majorum, omniaque quae posse aliquam dubitationem recipere ad nos, quasi ad Capte, atque ad apicem Episcopatus referre, ut consuls videlicet Sedes Apostolica, ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronosticavit, & refert Hieronymum. Si quis Cathedra Petri jungitur meus est, & correctioni Papa scripta supponit, ubi inde rescripta venerunt, causa finita est, ubi Innocentius certum facit, quod erat dubium, ubi Cornelii decretum rem definit, ubi Hieronymus Cathedram Petri, non consensum Ecclesie requirit, ubi Damasus, Celestius & alii subscrivenda decreta, non examinanda latè misere, etiam ante Synodus tutissima vel in fidei professionibus confessa, nec heretici dileti sunt veteres, quod Papæ decreta probreis cumularentur, sed quod is non obedient, nec sequerentur, ita Nestorius Papam consulit, an communicate possit Pelagianis, & ab ejus ore totus pendet, & tamen Celestinus haereticum ostendit, ita Pelagiani audiuntur petunt à Papa, à Papa ad Papam recurrent, & tamen veri heretici promulgantur, ita Dioscorus epistolam Leonis, iuravit seipso legere, non confitat in actis quarti Concilii, & tamen Leo haereticum declarat, ejusque Synodus haereticam condemnat, & alii innumeri, imò & aliqui sua scripta Papæ submittunt, & tamen ut errantes damnantur, & heretim ipsam tuentes, & Juvenin ipse testatur de Janienio, ut ipsis responderet Cardinalis Paulutius. Ceterum quæ subdit de maximo piorum doctorumque Virorum plausu, quo Apostolica constitutio novissime edita, ad quæcumque Janenistarum effugia sollella illi excepta est &c. Id vincit, & Autet non necessaria Concilia, & hereses extintas à solo Papa Novatiani, Vigilianti, Origenis, Pelagii. Id evincit ex Concilio Tridentino. Nota petitioni de petendo à Summo Pontifice confirmatione Concilii Granatensis Archiepiscopus Palavicino teste contradicit quidem, sed tamen decretum unanimi Patrum consensu promulgatum est, ubi non tantum Papa firmat Concilia, sed & ipsa confirmationem exposcent; sic citat ut certas Leonis decimi definitiones, contra Lutherum promulgatas. Idem evincit Joannes de Paris, de potestate regia & Papali. Post corporalem substractionem prefensione corporalis Christi, convenit interdum circa ea que sunt fidei questiones moveri, in quibus propter diversitatem opinionum, vel sententiarn divisionem Ecclesia, quæ ad sui unitatem requiri fidei unitatem, nisi per unius sententiam Ecclesie unitas servaretur. Hic autem principiis hujusmodi habent est Petrus, successusque ejus non ex Synodali ordinatione, sed

ex ore Domini, qui Ecclesia sua nolne defere, in necessariis ad salutem, & infra. Ne propter diversitatem controversiarum unitas fidei destruantur, neceste est unum esse superiorem in spiritualibus, per cuius sententiam controversia terminetur, ubi unus debet esse Judex, per quem controversiae terminentur, & hoc est in Ecclesia necessarium, & hoc evinebat sub Philippo Pulchro, ubi ex contrariis appellabatur ad Concilium. Denique Petrus de Aliaco auctoritate Ecclesia, ex Concilio Chalcedonensi evincit, ubi Leo deposit, Eutychetem, una cum Beatisimo Petro, & libelli porrigitur Leoni non Concilio, & ex relatione ad Leonem.

Tandem ubi probabilitas intrinseca deest, ad extrinsecam auctoritatem confungiunt, at jam nem eripimus, nec est iporum Doctor Alphonfus à Castro, quippe probat infallibilitatem ex Luca, & subdit. Ut aeneum Petrus posset officium, sibi communissimum exercere Christias promittit, illi se rogaturnum patrem, at non permittas fidem illius querere, & citat Theophylactum. Quia te habeo ut principem discipulorum &c. Confirmo easter, & post plura. Omnia Concilia quae aliquid valuerunt illius auctoritate sunt firmata. Et evincit longa inductione; sic de Adriano Papa jam vidimus; sic de Sorbona; sic de Joanne majore, & Gersonc ipso; sic Maimburgus ante extremos errores, totus est & numerosus testis, ut sapè illum citat Sforzatus. Ab eo tempore quo Seepbanus reprobazari hereticos vetue error Cyprianus in beresim transit, sic Victorem vocat admirabilem, sic Papam supra Concilia evincit, ex Synodis Symmachii, ex Ennodio, & alia.

P. 1. c. 2.  
A. 3. 3.EP. 365  
nomine  
Pietatis  
Rom.

## CAPUT XVI.

Defenduntur Pontifices trium primorum seculorum.

**Q**uis innocens esse poterit, si tantum accusasse sufficiat, respondit olim Julianus Caesar Cephalio causidico, & calumniatori, in Numerianum Narbonensem peroranti, cùm documentis, & testibus destitueretur. Et validius Augustinus in Parmenianum, Romanos Pontifices accusantem. Vult nihil probans sibi credi. Sapè Accusatores, ut notat Rhenanus, cùm vera crimina non possint, falsa Accusati opponunt, ut confusere Gentiles Christiani. Sapè ferunt manifestò falsa, ut Christum censem Cæsari negasse, qui ipsum palam præcepserat, Date quæ sunt Cæsari Cæsari. Sapè Accusatores sibi discordes, condemnant simul, & absolvunt, & destruunt simul & adiungunt, ut Trajanus noverat Christianos, simul innocuos, & damnundos. Sapè Accusatores Susanus, vitii sui innocentem accusant. Sapè incredibilia fingunt, velut amputatam ab Athanasio tertiam Arsenii manum, & Eustathium filios invenientem, quos nunquam luci generat; Sapè Papæ literas,

Mat. 22.

literas, & accusati corrumpunt, ut jure possint accusare, & tandem sibi optima Doctrina apud Accusatores hæretis nuncupatur. Quæ omnia in Papæ accusatione cernemus.

Terrentur aliqui numero accusationum, at unus Christus multas audiit, unus Athanasius innumeratas, & phrasis est Cypriani de Hæreticis. Cum mendaciorum merce navigaverunt, adeo navis mendacis impleverant; & veritatis lux mille tenebras dissipavit. Metuunt Alii & credunt se vinciri, si Papa etiam non errans, cedatur aliquando posse falli, at pessimum hoc est fallacia genus, accusati sunt in fide Apostoli, accusatur iporum Caput Petrus, accusatur hæretis Ecclesia, accusantur hæretis Concilia, accusatus est Christus ut seductor, & tamen hi omnes neque cecidere, nec unquam caderre potuerunt, & Deus ipsi sone sanctitatis, ex Calvinis Auctor est peccati.

Primus omnium accusatur Petrus, & quod

*Nat. 26.* fidem abnegari in passione. Antequam Galatas casset ter me negabis, & quod à Paulo se reprehensum, eo quod erraverit in fide. In faciem ei restituisti quoniam reprehensibilis erat.

*Gel. 2.* At primum telum extra scopum vibratur, nec questionem accusatores advertunt, ubi de Christo abnegando lex nulla, aut judiciale decretum inventitur, ubi nondum erat Pontifex Petrus, ut optimè advertit Hieronymus, cùm Petrum Christus Satanam vocaret. Claves de futuro promiserant, ubi in ipso Petri privilegio, vel peccatum negationis memoratur. Et tu conversus confirma Fratres tuos, ubi metu id egit non consulta scriptura, ubi denique Patres agnoscunt, fidem intus servasse cum Prudentio.

*Ser. 9. de pref.* Cùm mens maneret innocentia, animusque servaret fidem. Et iterum cum Leoncino Magno. Videlicet te Dominus non solum fidem, non dilectionem eversauit, sed constantiam suffici turbatam, & post Ambrosum; Theophylactum, & alios unum pro cunctis Augustinum, qui stultos vocant contrarium sententes. Quis ita evanescat ut existimat Apostolum Petrum hoc habuisse in corde, quod in ore quando Christum negavit? Quis autem nisi stultus crederet Pastori labii tantum aliiquid loquenti?

*L. contra mund. 6.* Alterum credunt validius telum, at jam à multis Hæreticis vibratum, multi Catholicos Patres retudere, & miror Catholicos nostros, arms uti Hæreticorum damnamus. Vibravit olim Porphyrius iuratus Christianorum Holtius, & respondit ipsi Hieronymus.

*In pref. Ep. ad Gal.* Ego, inquit & alii ante me exponentes causam, quam patoverant non officiosum mendacium defendant, sed offendentes honestam dispensationem, ubi cum Hieronymo & aliis, honestam dispensationem defendant, & Augustinus in eo contrarius cum aliis.

*Ep. 19.* Negue enim negamus in hac sententia suffici Petrum, quo Paulus fuerat, adeo discordes Patres in eo convenienter, ut Petrum, & Paulum in doctrina concilient. Vibarunt Hæretici apud Tertullianum, qui aureo de praesci-

ptionibus libro, jaculum illud nervosissimum repellit. Et si Petrus à Paulo reprobatur, De prænon tamen ob aliam doctrinam à Paulo super-fer. c. 2. 3. iudicium citra eam, quam præmisserat Paulus, & alii. Et infra. Ceterum si reprobatur est Petrus, quod convixisset Ebionites, posse ea de convictu eorum separares, personarum respectu antiquæ conversationis suis vicium, non predicationem. Et mox. Ad eos pro temporibus, & personis, & causis quedam reprehendebant, in qua & ipsi quod pro temporibus, & personis, & causis committebant, ubi & dicit, Tertullianus & convincit, vitium conversationis non fidei, cùm & ipso Paulus circumcidit Timotheum, & caput in Cen-chrii totundit. Iterum ex Tertulliano Mar-cion pugnat. Reprobavit Petrum non retulit L. g. contra ambulantem ad Evangelii veritatem. Planè tr. Mar. reprehendit, non ob aliud tamem, quidam ob inconsistentiam vitias, quem pro Personarum qualitate variabat, timens eis, qui erant ex circumcisione, non ob aliquam Divinitatem per-tentiam, ubi si Hæretici gladium petunt ad Hæreticos, nos Catholicorum clypeum assumimus & reprehendo ipsa manifestat. Cum gentibus edebat, cùm astens veniente subtrahebat se. Et mox. Cum Iudeus fit gentiliter viris, ubi edere & vivere non est decernere, est factum non lex aliqua, conversatione est non doctrina; aut predicatione, & sequendos in doctrina Pastores, non in moribus docet Evangelium, quamquam & Græci, nullam culpam agnoscant, & Latinæ vel levissimam, vel nullam. Pugnat ad-huc Maimburgus, & ter gravissimum errat, nec timet Academiarum censuram, illamque præcipue Parisenis, errorem illum in Spalateni damnantis, errat credens solum errari in fide, cùm de facto Theodosii dicat Ambrosius, qui secutas es errantem sequere parentem, & crimina passim errores vocantur, Errat, & errantem fecit Tilemontium, cùm credit Augustinum, comparare in fide Petrum, & Cyprianum, cùm Cyprianum ea dicat definisse, & libris integris solvat argumenta, & Petrum idem sensisse cum Paulo; Errat cùm credit inter Hieronymum, & Augustinum, eam credit de fide intercessisse questionem, cùm omnes ejusdem sententias, uterque Ecclesiaz Doctor esse sentire. Denique vel Hæretiarcha Beza ait.

Petrus hoc loco non peccat in doctrina, sed in Coll. 3. certe sôlo quod videlicet, dum Iudeorum infirmitati cupit consultum, Evangelicam li-berteratem adducit in discrimen. Adeo minus Hostes, quām Amici sunt Hæretiarcha. Quis etiam Apostoli ex quinto Concilio, & ut Scriptores Canonici sunt infallibles, & Petrus ex Hieronymi argumento. Petrus Att. 15: autem fuit hujus decreti Princeps, legem post Evangelium non esse servandam. Et Scriptura ipsa ostendit. Cùm autem magna conquestio fieret, surgens Petrus dixit ad eos. Viri Fratres vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Dens in nobis elegit per os meus audire Gen-tes verbum Evangelii & credere; & surgens Jaco-

Jacobus Petrom citavi. *Simeon narravit, quemadmodum, &c.* Et primus Petrus Gentiles aggregavit. Et Tertullianus ipse de Petro, *Latus aliquid Perrum edificanda Ecclesie Petrum dicitum, & de Romana Petri Ecclesia. Cui Apolloli doctrinam cum sanguine profundere. Adeo ne pareant Papas, Pe-*tro iphi Apostolorum Capiti non parecunt.

Post Praecessorem & Centuriatores, Lignum Successorem persequuntur, quod decreverit sciminas in templis, operto capite versari, & ipsum Junius irridet, quasi memoriā fūi perpetuam, in sciminarum capitibus stabilit̄, dignum Pastorū vigilantia munus. At acusati non potest Linus, nisi accusetur & Paulus ea decernens; dignum Apostoli vigilantia munus. *Omnis autem Muller orans, aut prophetans, non velato capite deturpat Caput suum.* Et frustra Damoxus respondet Paulum id liberum reliquise, & Linum praeceptis alligasse, quippe idem vult Linus, ac Paulus, & Linus id defussum à Paulo. Quid si turpe est non velati in plateis, cum non erit in templis, ubi Domini Majestas templum implet, ubi tempore Sacrificii sunt Angelī, Stans à dextris altaris incens, ubi in domo orationis preces audiunt, & Deo exhibent Spiritus ministran-tes, ubi specialiter Deo assistunt, & testes sunt reverentiz, & pudoris propter Angelos, inquit Apostolus, ne venus intempio Christi versetur, cuius Helena abstulit Simulachrum. Docent Patres ubique Virginē velandas, Cyprianus de habitu Virginum. Si te sumptuosus coscas, & per publicum notabilit̄ incedas, oculos in te intuentes illicias. Et mox. Et velut gladium te, & venenam evidenter prebeas, excusari non pos-tes, quasi cōfus, & pudica, ubi velatam cupit Cyprianus si pudicam, & oculos fa-scinantem appellat; Urget & Tertullianus Pauli praeceptum, imò & arguit tenui velo utentes; quod illud irritamentum magis sit libidinis, quam tegumentum pudoris, & de corone militis urge videas. *Indicabunt eis Arabia scimine Ebnica, urget plus Corona militis, qua non tantum caput, sed faciem quoque in tosam regnat, ut uno oculo liberato contenta, sint dimidia luce frui portias, quam totam faciem prostituere, adeo Ebnici judicant Christianos, ut Ninivitas surgent in iudicio; quod potest ex Valerio Maximo firmari; ubi narrat Cajum Sulpitium, uxorem suam dimisiisse, quod illam Capite aper-to, foris versatam novisset; Ac preter Gentiles historias, vel nimium abundamus Sa-cri, & nimium Sanctitatē funestis, ut in antiqua Dyna, & recentiori Davide, homine secundum cor Dei, & infinitas velo te-etas ex Ambroſi libris, evincit Rhenanus, Virginibus, si non iniquus eert parum sequus.*

*De vel. Virg.*

Hoc Patres rationibus confirmant, & rationem assignat Tertullianus. *Pura enim Virginitas, semper timida, oculos fugit, ad velamen capitis, quasi ad galeam contra ieluz*

*tentacionum, contra jaenia scandalorum, contra suspiciones, & infurios, ubi vides a velo indiget. Et validius. *Muram sexu twostru, qui nec nos emitos oculos, nec admittat alienos, & pericula oculorum, vel nimium experientia demonstrat. Denique validiori ratione, haec arceri debent à templis, quod olim iussit Romulus ex Plutarcho, & ad tantum periculum adducunt, ut Tertullianus & alii crediderint, Angelos ex aspectu sciminarum lapfos. Debet ergo admirari facies, que agn̄e ad calum scandala jaculata est, adeo nec calum ipsum eo alpecti, veluti fulmine incensum, vacuum à culpa eredere potuit. Plura congerit præter Tertullianum, libro integro, Rhenanus ipsius commentator, & Rocabertus tomo de infallibilitate. Pontificis, ubi Pontifices ipsos defendit, & cum Pontificibus Paulum ipsum, qui majora his addit, velandas virginē propter Angelos, quod abfundit in Papa crederent Centuriatores, & si Paulum nolunt, & variet, & experientiam consulunt. *Utrique Georgi* 3 *videndo scimina.***

*De vel. Virg.*

Tertium aggrediuntur Clementem Aliqui, quod communitatē docuerit uxorum, apud eos illud Nicolaitz adscribunt, & Amici nostri, & Hostes, nec Clemens ea scripti, nec scribere potuit, & Sanctus, aut non scripti aut retractavit, *Cum Clemense.* *Ad Pht. ceteris Coadjutoribus meis, quorum nonisa 4. sunt in libro vita, duo arguit in veris epistolis Photius, quod adhucserit Philolophorum opinioni, plures orbes docentium, Oceanus hominibus impenerabilis. Et qd trans ipsam sunt mundi, eisdem mandatis Domini gubernantur. Et quod fabulosum Phoenicis mendacium, ut veram historiam docuerit.*

*Contemplum signum mirabile, quod in partibus Orientis, scilicet in Arabia sit. Avis est que Phoenix vocatur, bac sui generis sola, & unigenita existens, annos quingentes vivit, & cum morte dissolvenda est è thore, myrra, & reliquis aromatibus, loculam sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur, & vitam deposita, ex corne vero ejus patrescalla, vermis quidam nascitur. At jam Clementem vidimus ex Irenio, traditiones certò annuntiantem, *Sub hoc igitur Clemente, diffusio ne non modica inter eos, qui Corintbi essent Fratres scilicet scriptis, que est Roma Ecclesia, potissimum literas Carinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians, quam in receiptu ab Apostolis receperas traditionem. Cognovit ex Irenio vel Hitigius. Clementem, traditiones Apostolicas, vel ante oculos habuisse. Cognoscit Eusebius certam; Clemensis una ferunt esse L. 3. c. 3. epistola, omnium iudicio probata, illastris illo quidem, & digna admiratione. Et mox. Hanc sancitam veterum, tum nostra ipsorum memoria, plurimi in Ecclesiis publice leitam, usurparatque cognovimus. Et rursus. Ho-**

*l. 4. c. 22 die sacrarum diem Dominicum celebravimus, in quo vestram epistolam legimus, quam semper, sicut etiam priorem à Clemente missam, ad nos- tram*

*Ep. 1. ad Cor. 1. 12*

*stram infestationeus legere solemus, ubi Romani Pontifices epistolas dogmaticas, & traditionem annuntiantes mittebant, & Hieronymus in catalogo credit, ejusdem characteris cum epistola ad Hebreos, uno verbo antiqui Patres, ut certam ex traditione proponunt. Quinimodo Clemente Ebionitas ex Epiphanius profutus evertit. Ipse Clemente omnibus modis illos redarguit bis epistolis circularibus, quas scriptis, quaque in Sanctis Ecclesiis legantur, ubi supremus haecrum judex apparuit. Et Photius ipse qui reprehendit commendat. Scriptis idem magnificientibus*

L. 3. c. 16 dit commendat. Scriptis idem magnificientibus ad Corinthis epistolam, que à pterisque in pretio est habita, adeoque laudata ut etiam publicè legi soleret; & certè in Ecclesiis nec fabula, multò minus hæreses legebantur, nec apud Ecclesiastis habebantur in pretio.

In 6. Pe-  
stare. Eam ergo epistolam exposuit Origenes. Me-  
nunisit fāmē Clemens, Apostolorum Discipulus  
eorum, quas Anticithēbūnos Graci nominant,  
atque illius pars orbis terræ, ad quos neque  
Nostrorum quisquam accedere potest, neque ex  
illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos,

*queos & ipsos mundos appellant. Et creditos  
Antipodas docet Seneca. Venient annis se-  
cula seris, quicis terris non erit ultima thule,  
docet de Pythagora Laertius. Mundum  
rotundum efficiunt, qui terram & ipsam  
rotundam, in qua circa habentur, medium*

*completatur, Atque etiam Antipodes esse.*  
**Epi. 112.** Docet Seneca Moralis cum Virgilio. *Qualis illorum conditio dicuntur, quos natura ut sit, Virgilius pedibus nostris subditos, è contrario posuit. Nos ubi primus equis Orient afflavit aubelis, illis fera rubens accendit lumen Vesper, Docet Macrobius de somno Scipionis, Nec metueris, ne de terra in eclipsi decidant, cùm níbel unquam possit ruere fursum. Docet & de sū & de aliis Augustinus, ut etiam ostendit Cardinalis de Noris. Veteres eūim supra & infra, propter cyl̄ terraquei distin-  
tiam contrariaum sibi esse dixerunt. Et mox. Nam & Antipodes nostri, qui nobis dicuntur figere adversa vespigia cælum super se habent, uno verbo multos in eo errantes docuit Cle-  
mens. Ad alij reponet vel Hollis Itieius,*

*De cat. Quantum ad Pheniciis fabulam attinet, quant à Viro Apostolico, in argumentum resurrec-*

*Etonis Dominica adductam. Nonnullis minus  
conveniens videtur. Damalavetus & ali ob-  
seruant, nequamquam absorum videri cuiquam  
dabere, quod Clemens Alianus Parcer ex re-*

*De P.P. baverint.* Et certè validissimum est argumentum, id fieri posse quod sicutum creditur,

& quidem à doctis, ut ostendit Roccabertus. Fortius tamen urgendus est Photius.

*qui & Patres omnes condemnat, & Spiritum  
Sanctum ea citantem. Ita Cyrilus Hierosolimitanus*

*Catech.* <sup>18.</sup> *Imæ , citat ipsa verba Clementis . Ita Tertullianus de Resurrectione . De Phœnicie Deus esiam in Scripturis suis . Et florebis in-*

In Au-  
chor, quid velut Phœnix, id est de morte de funere.  
De re- Ita Epiphanius aves resurgentēs enumerat.  
fere Ita de origine anima Aegyptius. P.C.

*tionem quippe illa significat corporis, & Ambrosius ipius Magister. Docemus hujus avis exemplo resurrectionem credere. Quod & alii manifestant, & Christum resurgentem comparant Phoenici. Et verius renasci docent eos bombix, & alii vermes, & maximè ex aromaticis nasci vermes, eruditè oftendit Valiferius, & sic ex aromaticis Phoenices nasci possunt.*

Gravissimè Anacletum arguant Centuriatores. Hic memoriam B. Petri opus oppidò memorabile, & necessarium construxit, ob id addit etiam Danæus, idolatrie semina jecisse, & Coecius idololatram appellat, & omnes tempora Sanctorum arietant, ut omnino à fundamētis evertant; at tempa hæc firmissimè nituntur fundamētis. Primum fundamētum illud est tempora Sanctorum extitisse, in vera vel apud Hostes Ecclesia. Meminere et tempora Historiorum innumerū, Eu-  
frasius in vita Constantini. Ubi haec perafia L.7.c.24  
fuerunt omnia, Apostolorum templum in urbe  
sui cognovisse, ad perpetuam illorum memoriam  
conservandam, edificare capi, & ter  
fuso calamo describit, meminit Sozomenus  
templo Praetorioris. Theodosius egressus Cp. L.8.a.18  
eum ad septimum milliare pervenisset, Deo  
preces nuncapostis in Ecclesia illa, quam in  
honorem S. Joannis Baptiste construxerat, &  
alibi. Imperator eum effet certius iustificans L.7.c.24  
est Edeff Ecclesiam D. Thomæ nomine nun-  
patam, ad eam ejisdem se contulit. Memi-  
nit templorum Procopius Cæsariensis, ora-  
tione ad edificationem Justiniani. Dei Genitrici Or. 1.5:  
passim per Romanum Imperium multas ades  
Cic. <sup>Or.</sup>  
Justinianas consecravit, & multas numerat.  
S. Anne, Zoe Martyri, Michaeli, Petro,  
& Paulo, sic & multa in oratoribus. Nico-  
lao, Cosma & Damiano; Meminit Evagrius  
templum Ignatii. Tempula augustinus ad  
Ignati memoriam celebrando faciunt est, & L.5.c.21  
alibi. Iulta suadimur templo sanctæ, &  
castissima Virgini Deiparae dedicatum. Me-  
minit Theodorus Lector. Sub Constantio.  
Reliquia Andrea, & Luca Cp. venerant col-  
locate sunt, in consecrato magno SS. Aposto-  
lorum templo. Meminit Victor Uticensis,  
duarum Cypriani Basilicarum, Socrates Ec-  
clesia Apostolorum, Nicephorus templi  
S. Basilici, Theodoretus Ecclesia Hiero-  
philis dedicatione, & si ista neges actum est  
de omnibus Historiis. Referunt tempora Ec-  
clesia Doctores, referit Chrysostomus ad  
populum. Ad veras regias Ecclesias, dico &  
pratorias ades, & tempora Martyrum, & alibi  
Constantinum appellat Janitorem Piseato-  
ris id est Petri, in cuius templi foribus quie-  
sebat, Resert Athanasius templum S. Qui-  
rini, Basilius in psalmos appellat; *Sacrum* Ep. ad  
*Martyrum templum*, Nazianzenus oratione solit.  
prima tempium referit Juliano constructum  
Ambrosius ad Felicem Comensem, *Oris* est  
fermo de Basilica, quam condidit Apostolorum  
nomine dedicanda, Hieronymus adversus  
Luciferianos. *Ingrēdere* Basilicas Martyrum,  
Augustinus de civitate Dei. *Testantur* hoc  
Marti-



## De Infallibilitate Papæ.

*Basilica nra Deo, tico & verò est dedicata.* Sic S. Hieronymus & Ambrosius, abique reliquias, non dicabat Altaria; & ita loquitur Pontificale Romanum. Quot fulmina in Hosties jacunt Patres; ubi Sanctissimi Patres laudant idola, ubi reprehendunt Julianum cum Naziazeno, non sinecerè Basilicas edificantem, quem ex Hostiis laudare debuerant, ubi Deo ipsi idololatriam, & laudatam, & acceptabili tribunt, ubi populum Christi faciunt idololatriam, ubi generalia Concilia apud ipsos Sancta, sedent in loco idolorum, vident, & tacent, & venerantur, oculis & toto corpore fuscipiunt, ubi piissimi Reges venerantur, ubi Roma piissimis suis superberit, & Theodoreutus cum aliis sepulchrum Petri, Romanæ magnificenter proponit, ubi mutatis rerum omnium vicibus, olim haeretici fuerant, qui spernerent, nunc haeretici sunt qui venerantur, ubi Haereticos veteres & Paganos superant moderni Haeretici, ubi Diabolus credunt, & contremiscunt. Quod si Diabolus induratua ea res convertit, quid agit in Homine docili, & Viatore? & cujus argutias millies solvunt Patres.

Quem non accusabant Centuriatores, si

*V. Rec  
caberti  
e.3.*

*Offit. 4.  
Heb. 13.  
T. I. 1.5.*

*A. 20.  
T. 20.*

Evaristum accusant et scribentem. *Laici in accusatione Episcoporum audiendi non sunt, quia oppidò eis quidam sunt infesti, cùm Hostium ab Holte accusari omnia jura, & ratio prohibeat;* & Centuriatores eas epistolatas citant, quas spurias, & adulterinas cognoscunt. Quid non opponent cùm Papam arguant, quod à nemine possit accusari, cùm in haereti & accusari posse, imò etiam damnari Papa fateatur, & nemo vel ex Amicis, vel ex Hostiis, huic sententie vel appareat contrarius. Quem non accusabant dum acclamat Thelephorum, Sacerdotem supra Laicos effrenentem? Annon docet id totum vetus testamentum, Pontificem supra Sacerdotes, & Sacerdotes supra Laicos effrenentem? Annon penale est, & horrendum; *Sicut populus sic Sacerdos.* Annon in novo testamento iuhetur, *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, & rufus. Presbyteri qui in vobis profunt duplice honore digni sunt.* Et iterum, *Attende vobis & universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit vos regere Ecclesiam Dei.* ) Et rufus. (Accusationem noli recipere, nisi sub duobus, vel tribus testibus,) & alibi. *Pascite qui in vobis est gregem, & milles & Ministri ipsi volunt honorari, tanquam Dei ipsius Ministros.* Sumus quidem invicem membra, at Nazianzenus jaculum retinet, cùm inter membra sit caput, nec pedes capiti sunt æquales, & de jejuniijam dictum, & factis est Ecclesia apud Tertullianum, in heresim Montanistarum jam lapsum. Annon cùm Missas auget, ante ipsum jam erant institute, & olim plures missas celebrari compertum, & missa apud antiquissimos Patres reperitur, in antiquissimos vel apud ipsos liturgias, Origenes contra Celsum, ipsum vo-

cat juge sacrificium, Ignatius Apostolis conservus. *Nos licet sine Episcopo neque offerte* <sup>70.8.</sup> neque sacrificium immolare, neque agapem <sup>Ep. ad</sup> celebrare, ubi vetus translatio missam legit, eam Justinus indialogis, sic Tertullianus ad Scapulam, & integris epistolis Cyprianus, & passim aperiè resonat.

Mirabile est Modernos Victorem argueare, quod Christum purum Hominem assertaret, cùm calumniam evicerit vetus Eusebius. *Ajant ipsi Majores nostros & ipsos L. s. c. a. f.* Apostolos ea, que ipsi affirmant non modo à Domino accepisse, verò etiam alios eadem docuisse, & veram predicationis rationes, usque ad Vicitoris tempora, qui decimus tertius à Petro Romanus Episcopus fuit, integrè servantes illam quidem, veram à Zephyriño ilius successore, penitus corrupsan. At maxima nequit arguit Eusebius. *Quomodo non pudet eos, hac tam salvi obstellare, praesertim cùm tam exploratè cognitum habeatur, Vicitorem Theodotum illum Coriarium, qui primus Christians, solum hominem dicebat, Duxem, & Parentem hujus impie ficti, & execrando à fide defectionis, Christianum Deum negantis Christiana communione interdicuisse.* Si ergo pudore debuit antiquos, validius pudore debet Modernos, post manifestam evidentiā, & exploratam, adhuc accusantium innocuum Victorem, de quo iterum Eusebius, *Adversari Arsenonem ejusq[ue] successorem, Theodotum Byzantinum Coriarium, qui illius errore multitudine processit Vicitor pugnavit.* Et iterum tertio, *Vicitor Theodotum Byzantinus ab Ecclesia ejecit.* Potestne bene urget Eusebius, dari major haereticorum impudentia, quām haereticis Ebionitarum triumphatorem, Ebionitam impudenter conclamare? Ut qui ab Ecclesia Theodotum ejecit, ipsum in illam introduxisse dicatur.

Si hæc ita se habent, possunt omnes referre Pontifices. Una honesta est Magdeburgensis potestitia, qui Victorem validè commendant, qui Theodotum variè ut loquuntur, De Christi humanitate disputantem, Roma primum confutavit, & ab Ecclesia ejecit ex Eusebio. Constat ergo ex omnibus non errasse, at constat etiam supremum Judicem, extremam manum haereti imponere, Christiana communione interdicuisse, Theodotum ab Ecclesia ejecit, ubi de solo sermo est Vicitore, nec Ecclesia acceptans vel innuitur, imò errante Vicitore Ebionite, lapsum clamabant Ecclesiam, sicut cum Novato, & Tertulliano alii, & nondum inventum erat refugium, cadente Papa franci Ecclesiam.

Parcunt Vicitori in hoc Magdeburgenses, at acrius insurgunt in causa Paschatis, Vicitoris imperium, & terrorem, quo Ephesus opprimit, describant, unde audaciores facti Pontifices, novas ceremonias condiderunt, & Ecclesiis obruerunt. Etiam Mornanus à Vicitore, mysterium inchoato iniquitatis, & Calvinus arguit, quod temerè Ecclesiam, ob rem nihil totam discinderet.

Etiam

Etiam Catholici post hæreticos, Viñorem fallibilem evincunt, ex Polycrate, & Ireneo, utroque Victorem reprehendente, & rem tantum ajunt Nicæam finitam. Certè veritatem scimus à Victore defensam, ut conflat ex primo, & tertio Concilio, solum queritur an fuerit infallibilis. Certè Victor tuebatur, & Apostolicam traditionem intuligebat, & testem ex Eusebii oratione acceptabat. Et quod jam in more positum erat ceteris Ecclesiis, per universum orbem terrarum dispersus, quæ consuetudinibus ex Apostolica traditione, ad hoc usque tempus continuata tenebant, nimirum us non alio die, quam eo, quo Salvator ex mortuis resurrexit, ieiunia solverentur, istum modum observare, Victor ergo jam erat ob traditionem, jam per orbem totum dispersam, Victor erat & conjunctus Ecclesiis, & quidem per orbem totum dispersis, idedque apud omnes infallibilibus, Victor ex consuetudine totius Ecclesiæ, contra quam vel disputare est insanus. Certè sciebat traditionem unius Ecclesiæ, cedere debere traditioni totius, & totum partibus præponendum. Certus erat ob Synodos innumeratas, ex orbe toto coactas, quas loco Synodi generalis, antiquitas, & Ecclesia novere, & agnoscunt Centuriatores coegerit, ubi libellus Synodus eius Polycratii Synodus simplicem, neque exquisitam appellat. At religio omnes pro Victoriis partibus Synodi Divina, & Sacra; & Eusebii. Alterum propæ infinitorum, adeò infiniti in unum pugnabant. Novit Tertullianus Victorem infallibilem, (Est præterea his omnibus Blasius accedens, qui latenter De pref. Judaïsmum vult introducere. Pascha enim dicitur non aliter confessi diendum, nisi secundum legem Moysi decimaquarta mensis, novit & Hær. 30. Epiphanius. Ab his duabus scilicet Pbyrgorum, ac Quintillianorum seu Priscillianorum emerit rursus mundo alia heres Teßarecescætacitarum appellata, quæ quartadecimanos quidem appellant. Et frustra reponunt loqui de introductione Judaimi. Et bi quidem omnia habent sancti Ecclesia, sic Augustinus ponit post Montanistas, in gravissimum hereticum caulus. Novit Athanasius de Synodis. (Syri enim, & Cilices, & Mesopotami in causa festi claudiebant,) ubi Ecclesia non acceptans claudicat, & Alexandrit Doctor id propositebatur. Novit Synodus Caesariensis. Ep. ad Galatas illorum, qui temerè & inconsultè omnes suos ignoramus animas erroris provitate insciunt in nos ullo modo transferunt, ubi animas insciunt non acceptantes. Novit Eusebius appellans morbum. Alius antiquior subterat e. 8. de morbus longè gravissimus, ac morbus longè gravissimus, est sanitas. Novit Synodns Arcatiensis ex infinitis locis coacta. De observatione Pascha Domini, ut uno die & tempore per totum orbem observaretur. Novit Constantinus Nefas est, ac nefas aliquando licet? Novit Asia quæ ante Synodus Victori Ep. ad Papæ cessit, & Cilicia. Vix videlicet, quod Eccl. in urbe Roma Eccl. In diecessi Aſſutico, & Pan-

tica in Cilicia una, Et conscientie sentientia observasur, & regulam credendi Romanam, proponit securi sunt Romanos. Novit Epiphanius scribens Graecos, irratisse eam dissenzionem. Quando vero ante Constantium Hær. 70. dissidio fuerunt, & Iudibrium fuit Graeci proferentibus, & irridentibus, discordia in Ecclesia. Si autem licita est dissensio ante acceptationem, non poterant, quod licitum est irridere. Novit infallibilem Ignatius. Si quis cum Iudeis Pascha celebrat, aut simbola eorum recipit parsiceps est eorum, qui Ep. ad Cibylam occiderunt. Novit Imperator & reprehendit, cum turpislimis Hebreis faciem, dissensionem in primo omnium facto, latam simul & tristem Ecclesiam, quæ licita, & indecora esse non possunt. Norunt cum Acephio Novatiani? Imperator scifatur ab 1.5.e.21 Acephio utrum ipse eilem fidei, & decreto que Secr. que de fessi Paschatis observatione constituto astinenter. Nihil novi inquit Imperator Constantium decrevis, placuisse. Nam antiquitus à primis Ecclesiæ initis fadata, & ab Apostolorum temporibus quidem, fidei decisiones derivatae fuisse, & idem tempus fessi Paschatis celebrari obseruantur accepi, ubi constat Victorem cum Apostolis tempore suo Pascha celebrasse. Denique alii Hostes Victorem commendant. Photius Inter errantes Pontifices non ponit. Breelegius asserit Victori, Ecclesiæ omnes obediens, Magdeburgenses cum Synodis Pascha, Ecclesiæ necessarium esse, Maimburgus vocat mirabilem Victorem, adeò reprehendunt; quem & ipsi commendant, & Victorem verè victorem ostendunt.

Eodem fate natus est Zephyrinus quo Victor, ubi Montani Hostis est Montanista: ex Tertulliano adversus Præcam. Nam idem sicut Episcopus Romanum, agnoscens Præcam. jam Proprietat Montani, Præcam, Maximili & ex ea agitione pacem Ecclesiæ Africæ, & Pbyrgia inferentem, falsa de ipsa Proprietate, & Ecclesiæ eorum adficerando. & Præcessorum ejus Autoritates defensando coigit, & literas pacis revocare jussu emissas, & a proprio recipiendorum charismatum concepsisse. At integrum dissertationem feri Natalis, ubi Zephyrinus Montani hostem ostendit, quippe in Montanistis edidit decretum. Pontifex De pscilicet Maximus quod est Episcopus Episcoporum edit; Ego & Machia & fornicatiois delicia penitentia sancti dimitti, ubi Montanistas revertit non sovet, & doctrinam dicit in Ecclesia defensam. Sed hoc in Ecclesia legitur, & in Ecclesia pronuntiantur, & Virgo est? Et rursus. Sed cedarem tibi, si Scriptura Paſtoris, quæ sola mebas amat, divino instrumento meruisset incidi. Porro vel in Ecclesia Chartaginensi, vigebat error vel in Romana, si Romæ cam citasset Tertullianus, ut siq[ue] citat de prescriptionibus. Si Italic adjacebat Romanum? Felix Ecclesiæ fer. de Sc. Quin & sub Zephyrino Cajus Tholologus contra Proclum Montanistam disputa- L.6.e.14 vit,

vit, ut testantur Hieronymus, & Eusebius, nec Montanistas Romæ profligati, Zephyrinus Montanista permisisti; & Natalius à Zephyrino ad veniam est admissus. *Natalis &c.* Cineribus aspersus cum lacrymis ad pedit Zephyrinus Pontificis se suppliciter abjecit, & sic tandem in communione Ecclesiæ receptus fuit; & Hæretici à Zephyrino evertuntur, telle Optato Milevitanus. *Marcios, Præreas, Sabellius, Valentinus, & ceteri temporibus suis à Zephyrino arbico, & Tertulliano Cartaginensi usque ad Cataphrygum, & à ceteris Afferitoribus Catholica Ecclesiæ superati sunt.* Ex quibus arguit Natalis non credendum Tertulliano Montanista, in re Montanis favente, cùm & Viætorem Artemonis discipuli, suum esse strenue contenderent. At demus id egilis Zephyrinum, error est puri facti, ut erravit in Celestio Zozimus, in Rufino Papa Siricius, in Apollinaristis Damafus, quippe Præreas fallit de Prophetis, eorumque Ecclesiæ patet, de prophetis non de dogmatibus, de Ecclesiis non de fidei articulis, quos Præreas Papam non docet; & nec docere poterat contra Præcessores Zephyrini. Uno verho nec libi constat Tertullianus, nec mendax fui est memor. *Novitatem igitur objecunt, de causis illicito prefabricatis, aut hereticis judicandam, si humana presumptio est, aut Pseudoprophétiam pronunciandas, si spiritualis indicio est, dum quaqua parte anathema audieras, qui aliter omnianitiam, an savit Zephyrinus, anathema undequaque contorquens.* Tres accusant Papas Centuriatores, Urbanum Papam, quod instituerit confirmationem, & blasphemè dicat dari Spiritum Sanctum. Pontianum ultrò blasphemantem. *Sacerdotes ore Corpus Christi confidere, & Cornelium sola aqua utentem in Missa, at Centuriatores sui immemores, docent Confirmationem à Tertulliano memoratam, idèque Danus, & à Tertulliano, & à suis Centuriatoribus id ediscat.* Altera est veritas Catholica, & à Patribus passim doceatur. Hieronymus epistola ad Heliodorum.

*Fp. 112. Absit ut de his quidquam sinistrorum loquar, qui Hom. 60 Apostolico gradu succedentes, Christi Corpora Sacra ore conficiunt, Augustinus de Iemini captis. Sicut nec ista vel ferre possunt oblationem ad altare Dei, vel inventire ibi Sacerdotem, per quem offerant. Sic Chrysostomus. Verum tu Laico non Sacerdotem videns offrentem, ne ut Sacerdotem esse putas hoc faciem tem, sed Christi manum invisiibiliter extensem. Ita Ambrosius, ubi venitur, ut conficiatur V. Sacramentum, non sicut sermonibus Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi, sic passum. Extremus est error mentis & oculorum epistola est ad Ceciliū non ad Cornelium, & docet, vinum mixtum apponendum. Precedit imago sacrificii Christi in pane, & vino ubi panis nominatur & vinum; & epistola tota repetit, & sacrificium memorat, quod ipsi exhortent.*

*Violentissima est Stephani aggressio, quem*

tergeminio fulmine adoriantur, & Catholici hæreticis aciores, altero quod in baptismo decreto, Cyprianus cum Firmiliano non obedierint, quod baptismum validum, crediderit in nomine Christi collatum, & quod Hæreticorum omnium baptismus, nullo profus excepto approbarit. Jam primum telum est sine iœtu, ne idem quod sèpè accidit repetamus, & in antiquitate retrosum telum. Pugnabat Stephanus armatus traditione, quam certam Episcopi omnes ex Vincentio lyreni agnoscabant. Stephanus clavis ceteris C. 19. Collegit sibi sed tamen propter eius refutis Pugnabat pro Ecclesiæ consuetudine, quam noverant Episcopi pro Stephano, & Africani contra Stephanum, vel in suis Conciliis geminabant; & consuetudinem illam irridebant, quam Apostolicam milles evincebat Augustinus. Pugnabat cum Ecclesia universa ante Agrippinum unanimem, & infallibilem; Stephanum ipsum confiiciente. Demus ex contradictione Cypriani eadere, Papam infallibilem, at cernemus cadere, & traditionem Apostolicam, & Ecclesiæ consuetudinem, cadere Ecclesiæ ipsam unanimem, ubi vides omnes concuti, uno, & eodem ariete, & omnes perlare immotos; imò cadunt eo telo, & Parisiensis, & Hæretici ipsi contrarii, quippe acerrimi ex Scriptura convincent, hæreticos rebaptizari non posse, & Catholicæ traditionem sententur, Cyprianus ergo Scripturam evertit, vel Apostolicam traditionem impugnavit, quomodo ergo contra Papam assertur, si contra Scripturam militat, & traditionem? An quia semel erratum est, urget Augustinus semper est errandum? Annoq; est ridiculum ex Cypriano ipso, errantem sequi ductorem? An credendum magis erranti, quam recte sentienti, aut correcè? Certè bene sentientem Cyprianum, jam totum nostrum vidiimus, & Centuriatores multis convincunt, cùm vocant Ecclesiam, Petri Cathedram à qua omnia De similes Sacerdotalis sit exorta, & radicem Ecclesie pl. Præf. Catholica. Et rursus. Ibi vero passus dicit super Petrum fundatam esse Ecclesiam, sic & librum integrum nobis largiuntur, & passum alias epistolæ, ubi Petrus est fundamentum Ecclesie ideoque Ecclesia ipsa validior, ubi Cathedra Petri docet Ecclesiam, & passum Romanorum fidem, immobilem appellat ab Apostolo laudatam.

Denique Natalis Papæ Hostis concludit. Si res fidei visa esset, non sufficeret necessarium Aff. 3. f. universa Ecclesiæ Concilia, ut inexcusabili cultu let effici Africani, & Orientales, qui hæreticos rebaptizabant. Si quidem non excusat, qui errorem contra fidem, à Sede Apostolica datum, per vituperaciter propagnant, etiam ante Conciliū Nœcumeni celebrationem, ut in causa Pelagianorum videare est, quibus spem Conciliū generalis addunt. S. Augustinus, ubi totus noster est Natalis, & constitutus, & validis firmat argumentis, citato centies Augustino, Alterum negat Stephanus errorem, integra dissertatione Natalis, &

- Epi. 75.* ex contrario Firmiliano depellit. *Illi* quodque absurdum, quod non putant quarendum esse, qui sit ille qui baptizaverit, eo quod baptizatus gratiam consequi poterit, invocata Trinitate nominum Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Tum constat Scriptura & traditione, Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sic Justinus de Christianis enarrat. Deinde ducuntur a nobis ubi est aqua, eo quod regenerationis renovationisque modo, quo etiam nos ipsi renovati sumus renascuntur. Ita enim omnium Dominique Dei & conservatoris nostri Iesu Christi, & Spiritus S. nomine aqua abluantur & expiantur. Sic Tertullianus in Præcam de Christo. Nobilissime mandant ut tingerent in Patrem, & Filium & Spiritum S. Sic Cyprianus ad Jubatanum. Iesu Christi mentionem facit, non quasi Pater omisteretur, sed ut Patri quoque Filius adjungatur & citans Matthæum adiungit. Quando ipse Christus gentes baptizari iubet in plena, & adunata Trinitate. Sic Basilius de Spiritu Sancto, & solvit auctoritatea ex Actis. Vos autem baptizabimini in Spiritu Sancto. At non ideo quis dixerit, perficium est baptismus, in quo solum Spiritus S. nomen invocatum est; Et concludit sicut enim creditur in Patrem, & Filium, & Spiritum S.; sic & baptizamur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ubi trea persona audiuntur. Sic Augustinus contra Maximum. Si autem non nominatis Pare, & Spiritu S. in nomine Iesu Christi iussi sunt baptizari, & tamen intelliguntur non baptizari, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Cur &c. & libro sexto de baptismis. Quia faciliter inveniuntur heretici, qui omnino non baptizant, quam qui non illis verbis baptizent. Sic & Gaudentius tractatu nono. Neque enim baptizaris quis potest, nisi in integrum, atque inseparabilem Trinitatem, sic & Damascenus libro quarto de fide. At qui in sanctam Trinitatem minime baptizati sunt, si denud baptizentur neceesse est, sic Ambrosius: de iis qui initiantur mysteriis, & de Sacramentis idem docet, sic Nazianzenus, Nyssenus, Tertullianus apud eximium Suarez, & Cypriana de Christo locutus, sic & Basilius de Spiritu Sancto subdit. Oportet enim inviolabili manere traditionem. Incredibile faret opponi Stephano, quod hereticorum omnium baptismus nullo excepto approbat, nisi proponeret inter Hereticos Blondellus, & Launoja inter Catholicos, inaudito ab Ecclesia condita paradoxo, at Natalia seculo tertio, integra dissertatione confutat, & citat Firmilianum mox relatum, & citat Cyprianum ad Pompejum. Asas effectus maiestatis nominis tribunus. Etiam Eusebium testatur, Stephanum antiquam consuetudinem vindicasse. Cum ex antiqua consuetudine ab antiquis dubia temporibus in huiusmodi Hominibus in Ecclesiam recipiens dicta prece cum manuam impositione adhiberi solerent, Adest & Concilium Arlatense, quod cum Afro rebaptizantes singulare Canone percellat, Romanis minimè pepercisset, in eodem errore verfatis. Constat ex Augustino consuetudinem, & traditionem Stephano vindicantem. Constat ex Vincentio Lyrinensi de Stephano. Retenta est Antiquitas explosa novitas. Constat ex Facundo contra Mocijanum. (Et Stephani potius quam Cypriani sententiam tenet Ecclesiam non solum de non rebaptizandis hereticis, verum etiam de rebaptizantibus non serendis,) denique si lapsus fuisset Stephanus in errorem, incidisset Ecclesia, ipso adhaerens, & sequens. Mox solvit illud Stephanus, si quis à quacumque hereti venerit nihil innovetur, quippe eo pacto loquitur Hieronymus. Si heretici baptisia non habet, & Concilium maximum Nicenum, quod hereticos omnes suscepit, exceptis Pauli Samosatei disciplis, & Benedicti duodecimi auctoritatem, utpote tunc Cardinalis non curat. Et frustra plus Sanctum Launoja Cyprianum pro Stephano contendit, quid enim facit cum sanctitate doctrina? & errantem Cyprianum omnes, errantem Stephanum nemo cognovit & Stephanum illibato gessisse Episcopatum, Donatista, summi calumniatores fabebantur. Quia crederet odium ita exicum, ut haec evidentissima non videret. Adeo integer Ursini Monachi liber, Stephani sententiam defendens, adhuc septem libri Augustini, ubi sententiam Stephani tueretur, milles appellat traditionem, & consuetudinem, quam cognoscunt vel Asti irati, per integra Capita id evincit Lyrinensis, Historici, & Patres omnia confirmant, & duo contra omnia errorem inveniunt, ubi Stephanus sapienti infallibilis predicator, etiam à rudibus disciplulis, ab Augustino Magistro edocitur.
- L. 2. c. 27.* Ultimus trium seculorum est Marcellinus, quem idolis sacrificasse constat ex Pontificali, & Concilio Sinuessoano, Martyrologio, & breviario Romano, at extra scopum refertur, cum nunquam decreverit in Ecclesia, thus adhibendum Idolis; imò crimen prius negaverit, mox & penitentia, & lachrymis lavarit. Vel ergo verum est Concilium Sinuessoano, & sic Papa est supra Concilia, & prima Sedes a Nemine judicatur, vel falsum & falsa robur non habent. Jam de hac re alibi egimus.
- Epi. 73.* Uno verbo poterant haec ognia solvi, trium horum seculorum Patrea, etiam apud Hostias nostras sunt Catholicæ, ut constat ex Eusebio, Iræneo, successionem ipsorum enumerante, ideoque heretici non extitere, & ex successione constat esse infallibilis. *Ad L. 3. c. 2.* *Ut supr.* banc enim Ecclesiæ, necesse est consecuire omnem Ecclesiæ necesse est non liberum, aut adiaphorum, nec Patrea bona fortunæ tribuunt, sed aeternæ Christi promissioni, haec est quam non vincunt superba inferorum porta, Per haec semper Claritas ostenditur, & ad Ecclesiæ Apostolicæ maximè Romanam, recurrent Tertullianus, & Irænæus,

*De præscriptis.* eo quod Ireneus, ait authenticæ eorum Epistola frvante, quod sanguinem & doctrinam fuderint Tertullianus, non quod Scripturas non admiserint Hæretici, sed quod pessimè sint interpretati. *Ago* nuuc ownererraverint Ecclesiæ, nullam respexerit Spiritus Santus, ut eam in veritatem dedoceret adhuc miseri à Christo, adhuc postulatus de Patre ut esset Doctor veritatis, neglexerit officium Dei vtilissimæ, Christi Vicarius finient Ecclesiæ alter intelligere, aliter credere quidam ipse per Apostolos predicabat, ubi aliter intelligunt Ecclesiæ, aliter intelligunt Hæretici. Denique traditiones Petri annuntiat Sanctissimum Clemens, & statim à Corinthiis auditur, annuntiant Stephanus, & Victor, & statim audiuntur à recte sententibus, & docum ab errantibus correcsis. Adeò traditionis veritas fatigari potest, vinci non potest.

## C A P U T XVII.

Defenduntur Liberius, &amp; Felix.

**F**ortissimus ille Sampson tandem & ipse cecidit, & vietus est Heros invictus. Talis est ex Baronio Liberius, vel in exilio invictus cecidi, & se stabilem cum Poeta denegavit. Qui cecidit stabili non erat illa gradu. Labitu inquinque Hostes innumeræ, qui lapsum negat Liberii, fletu indigentis non apologia. Cecidit Confessor illæ, & penè martyr, in primo prælio Victor, in secundo milierium Vietus. Eum lapsum his describit Hieronymus. Liberius tadio Vietus exili, in hæreticam proueritatem inscribens Romanæ quasi Victor intravit, & libro de Scriptoribus in Fortunatino. In hoc habetur detestabilis, quod Liberum Romane urbis Episcopum, ad exilium purgentem, primus sollicitauit, ac fregebat, & ad subscriptionem hæreticos compulit. Lupet lapsum Athanasius.

*In Chr.* Liberius deinde post exilium in exilio benni-  
ficia adiuuia est, minisque mortis ad subscriptionem adductus. Tertius est numerolus Hilarius. Veristi nomen ad Romanum bellatum, & nescio an maiore impietate relegaverit ad refluxuerit, & in fragmentis acriter scribit. Anabema tibi a deo dicunt Liberi, & socii tuis iterum tibi anabema, & terribilis prevaricator Liberi. Et ruris. Hec ergo no-  
tavi non apostata Liberius. Triumphantibz  
Auctoribus Hostes, & que nvis Magdeburgenses ab initio, metuans Liberium hæretis  
damnare, polles facili ex metu audaces.

*Cens. 4.* Scribunt. Roma Liberius Episcopus à Con-  
fessio urbem ingresso perfusus, Ariana hæ-  
reti subscriptis etiam omnibus exarata. Eamden-  
sem tamenter innumeræ Tilmannus Hes-  
ibus, Danus, Chamierus, Sutilius, & Tilenus Petro comparat, sed Petro Christum neganti, & Hespalius de Ecclesiæ dicit claram, Ariana ipsius hæreti infeluum. Cum Hæretici & Aliqui Catholici fentient, ut  
*L. 3. c. 1.* Petrus Damianus. Liberius perfidia deceptus  
errore, Ariana hæreti subscriptisse dignoscitur,

Platina in Liberio scribit. Liberius Pontifex tametsi cum Ariani fentiebat, Ecclesiæ Dei, quæ diligenter ornatis, sic Petavius scribit Liberium, Ariana formulæ subscriptisse, quod & breviarium olim signahat. Dolebat Liberium Ariana perfidia confusione. Præter hæretum Ariam duo criminis, & quidem gravissima opponunt Liberio, quod Athanasium Patriarcham damnavit, & quod communicaverit cum Ariani, & cum Petro ter negaverit Christum. His omnibus confessis ut veris, quæ falsa statim evincemus, uno verbo solvimus argumenta, Liberium hæreti subscriptisse, ob metum viri constan-  
tis, Liberius tatio viuers exili, inquit ob timorem Viri Constantissimi, ut testis est Ma-  
gnus Athanasius, minime mortis ad subcri-  
ptionem induitus, ubi Libertas, ut vidimus necessaria est, decreto etiam Generalis Con-  
cili, ideoque Athanasius ipsius decretum, bellè negat ejus esse Sententiam, nempe à contrarium sentiente extortam.

Sejungamus mox lucem à tenebris, & cer-  
ta separamus à dubiis. Certum est etiam post  
Liberium, Petri Cathedram, & Sedem, im-  
munem ab hæreti extitisse, ita nos docet  
Magnus Ambrosius. Credatur symbolo Apo-  
Ep. 3r.  
stolorum, quod Ecclesia Romana, intertra-  
num semper cufodit, & seruat, ita Hieron-  
mus urget adversus Ruinum. Fides Roma-  
Ep. 3.  
cam præstigias non recipere, ita Augustinus  
contra Pelagium clamat. Prædicandum in  
Domino Romanorum fidem, ita Theodore-  
tus ad Renatum scribit. Romana Sedes em-  
bonif. 6.7.  
per hereticæ sectoris experti maneat. Ita Palladius in vita Chrysostomi. Theodorus Tyra-  
nus Episcopus ad finem usque, in communio-  
ne perficit fidem Romanorum, de quibus  
Paulus testatur, fides vestra annuntiatur in  
universo mundo. Ita Primatius in epistola ad  
Romanos. Vero ubique fidelis clara est Roma-  
Ep. 175.  
norum, Ita Procopius de bello Gothorum.  
Christianæ fidei disciplinam, si uti unquam Ep. 73.  
Romani præcipue sunt venerati. Ita Balbus  
Magnus ad occiduos. Cuiculis mortalibus  
predicamini quod in fide illibat permaneat. In  
Nazianzenus docet Romanam conservasse  
veram de Deo fidem, ut decet urbem, quæ  
orbis presidet, & favet quod respondent Ho-  
Dona. p.  
Doctorem esse Gregorium non Pro-  
phætem, loqui de præterito, non de futuro,  
hoc enim evincit, vel post Liberium puram.  
Ita ex profeso Lyrinensis, Ita Ruinus in  
symbolo, & mille alii. Certum est in suc-  
cessione Pontificum, cui portæ inseri non  
prevaleat ex Augustino, ubi claritas latè  
ostenditur ex Epiphano, expressissimè no-  
minari Liberium, & solum id nocet Felici;  
quem & dicti Patres, & Optatus con-  
fitecentur. Certum est hinc accidisse sub Lib-  
erio, celebratum Alexandriae Concilium  
ex Hieronymo. Affensus est huic sententia Aco. Lu.  
Occidens, & per tam necessarium Concilium,  
et Satana fascibus eruptus est orbis. Et in Con-  
cilio ipso concluditur. Quemadmodum & fuit. A-  
Ep. ad  
Rosiam scripta sunt, Romanamque Ecclesiæ ib.  
omnia

*sunia comprobasse constat, respondit Liberius Constantio ex Athanasio. Non ita se habet Ecclesiastici Canon nec talem accepimus à Patribus traditionem, quam & ipsi à B. Petri accepimus, & rursus apud Theodoretum commendatus.*

L. 2.6.16 *Quarevis solus sim non tam  
causa fidei sit inferior, Concilium Ariminense in iritum mittit, Macedonianis regulam  
dat fidei, quam secunda Synodus etat ex*

L. 4.c.11 *Socrate. Eumque non solus legationis, quam  
Eustathius, & alii cum illo, eorum nomine  
apud Liberium, jam dudum Romanum Episcopatum obseruant, in memorias redigerant;*

Ep. ad *Him.* *& de ipsius decreto Siricis. Quod tuis occi-  
denti, orientisque custodit, aded probat regionalia Concilia, & reddit necessaria, & in-  
fallibilita, aded Petri traditio fidei est regu-  
la, aded solus non officit fidei, & generales Synodos invalidat, & fidei decreta consti-  
tuit, que absque infallibilitate non constat. Certum est Patres, Petri Sodis infal-  
libilitatem pro tempore quovis professo, idoque & sub Pontificatu Liberii. Certum*

Ap. 2. *est Liberius ab initio Catholiceum, ut ma-  
gnus scribit Athanasius. Si quales sunt Eu-  
sebianorum Scoprantia scire velint, legant  
scripta nostra defensantes, summatique testes  
Episcoporum multitudinem, & inter eos Li-  
berium, & Hosium cum suis. His cam vi-  
derent ea, que inter nos agerentur, omnia  
pati maluerunt, quādānt veritatem, aut can-  
sum nostram prodere, idque bono & Sancto con-  
suio fecerunt. Praterea vir illa, quam sancti  
Viri passi sunt iudicio est, quod alii toleraver-  
int, ubi Librius pro veritate est passus, &  
bono, & Sancto Confilio. Idem rursus exag-  
gerat. Nam cām Liberium vidissent, orto-*

Ep. ad *follit.* *dixi, & oforem quidem Ariana scēle flu-  
diestim verb in hoc, ne carulos ab eu retrabre-  
ret, & secum impī cogitoerunt. Si Liberium  
in nostram sententiam traxerimus, annes bre-  
vi superabimus. Extat & integer dialogus  
inter Constantium, & Liberium, ubi Theodo-  
rektus ipsum mirabilem appellat. Extat &  
Liberius contra Constantium, Canones &  
traditionem opponens, est & epistola inte-  
gra ad Constantium. Illam fidem servauit,  
qua per sucoffiones tantorum Episcoporum ca-  
cerit. Extat & altera ad Eusebium, extat  
& altera pro Macedonianis, queis fidei tra-  
dit confessionem, est & altera ad Athanasium  
Anathema igitur Talibus, & eorum dogma-  
ti &c. Et Marcellinus, vel Ethnicus agno-  
scit, Concilia Generalia Arianorum, fir-  
menda fore in Liberio. Autoritate quo po-  
tiusut aeterna arbitrii Episcopi, desiderio firmari nitebatur ardentē. Et Hostes ipsi ea ci-  
tante, radio vietus exili, minisque mortis  
ad subscriptionem inductus. Certum deniq̄ue est post mortem Liberium, & Catholi-  
cum, & Sanctum extitisse. Narrat Epiphanius de Hær. 75. *Eustathius ad Liberium B. M. Episcopum, uia cum multis Episcopis Legamus ogebat. Narrat id & Magnus Basilius. Quadam preparta sunt eo à Beotissimo Liberio. Narrat Ambrolius de Liberio, al-**

loquens sororem suam Marcellinam. Tempus est foror Sancta B. memoriae Liberii pra-  
cepta revoluere, ut quo vir sanctior, eo ser-  
mo accedas gravior; & loquens de sermone

Nativitas Domini, quem integrum reci-  
tat Ambrofius. Hectenus S. memoriae Li-  
berius, quis apud alios majora verbis, apud  
te minora exempli. Hunc immediatus Suc-  
cessor Damasus, in eo maximē commendat,

quod Ariminense Concilium annularit, ut  
scribunt nonaginta Presule ex Thodoreto.  
Si quidem numerus Episcoporum, qui

L. 2.6.16 erant Ariminii in unum congregati prejudicium  
sim babere non debet, praefixum cām formu-  
la illa composite fu, neque Episcopo Romano

&c. Neque alii eidem conscientibus; &  
epistola est apud Socratem integra. Et quam-  
quam nequam, & celebrati Ariani effecere, ut  
omnes Episcopi Occidentis Arisint, in unum  
congregati quarandam, vel ut verius dicam  
Imperatoris Autoritate illud quod erat ad  
funerem cantionem, in fidei formula possum,

aut tollerent, aut pervertē insciaverunt nibil  
bac fraudulenta molitione omnino profererunt.

Et mox Nobiscum jam uā communicant  
omnes illi iniquam in p̄femia maxima ira-  
cundia astu contra dogma Ariū usque disci-  
pulor exardebant. Et secundum Generale L. 4.c.11  
Concilium, Liberium Macedonianis oppo-  
nit, velut vindicem Catholicae fidei, & Ha-  
reticorum judicem supremum.

Evidens & illud est, quod si subscriptis  
Liberius secunda formula Sirmium, ubi  
substantia nomen est rejectum, & similitudo

Filli cum Patre, nullo pacto subscriptis  
se, sed prima, & tertia Omouion silenti, &  
similitudinem per omnia exprimenti, &  
quamvis Baronii rationibus, non ceperit

ex Tilemantio Petavius, alias inventi robu-  
stissimas, quicis respondere non potuit; imo  
& retractare sententiam est coactus. Evi-  
dens est formulam, cui subscriptis Liberius,  
ex eodem Hilario in fragmentis subscriptam

à Narsiso, Theodoro, Basilio, Eudoxio,  
Demophilo, Cicerio, Silvano, Valente,  
aliisque viginti duobus, qui certè secundam

formulam non dictarunt, quippe memora-  
tus Basilius Ancyranus, illius formula nec  
auctor est, nec approbator, cū illam in  
Ancyra Synodo, diro anathemate configat,  
nec subscriptis Silvanus Tharsensis,  
Anomozorum, & Arianorum ita Hoskis, ut  
confusionalitatem in Synodo Seleucensi

teste Theodoreto tueretur; nec adiutus Theodo-  
rō Heracleensis jam mortuus. Evidens  
est ex Sozomeno secundam formulam, edi-  
tam ab Episcopis oceiduis, idōque non edi-  
dere Eudoxius Germanicus, Cicerius Ni-  
comedius, Macedonius seu Cp. seu Mopsve-  
nitus, & Marcus Aretholus Orientales.

Evidens est inter viginti duos Episcopos, ab  
Hilario exp̄s nominatos, testibus ipsi-  
met oculis, nec Geminum legi, nec Po-  
tassium, nec Oslum. Evidens est velut ut  
get Tilmontius, Oslum, Potassium, &  
Geminum, vel eam formulam dictuisse, vel  
sub-

subscriptisse, ubi nec in ea uero pacto subscriptibunt. Evidens est ea formula subscripta, Liberum ab Imperatore liberatum, at epistola ejusdem ad Orientales exorat, ut ipsi impetraret regressum. *Dignissimi communis confilio, ac studio laborare, quatenus de exitio dimittat, & ad Sedem que nibi diconit credita est revertar.* Evidens est Liberum

Soc. 1.4.

e.14.

*Vicissim autem confessionis fidei formulam à Liberio adduxerunt, quod ilitis, qui Filium Patri non substantia, & similem carnis rebus omnibus asseverarent interdixit Ecclesia, quomodo ergo potuit Liberius, substantias nomina tollere, & similitudinem Patris cum Filio? Evidens est secundam formulam confessionis, ita impian, & blasphemam, quæ & mox Ariani pudori extitit, ideoque illam non esse subscriptam, à Liberio Papa, cui juxta Hilarius in fragmentis subscripta viginti duo Episcopi, quorum aliqui, ut Sylvanus Tharsensis habiti sunt pro Catholicis. Evidens est ex antiquitatibus monumentis, editioni secunda formulæ, vix alios Antistites adfuisse præter Ursacium, Valentem & Germinium, quibus etiam solis Eudoxius teste Sozomeno gratias egit, ideoque impossibile est Liberum, alioisque viginti duos subscriptisse. Evidens est ex ipso Hilario, vocante perfidiam Ariana, confessionem à Demophilo oblatam. *Hec est perfidita Ariana, perfidiam illam Sirmientum, esse Hosii & Potamii non Demophilum, ex eodem Hilario Semianum, Ariana perfidiam detestantis.**

Syn.

L.4.5.11

Evidens est ex Sozomeno, inventa Hosii epistola quod Ariani, rumorem disemingerant Liberum quoque verbum consubstantiale, recreasse. Evidens est eam formulam, vel Ariani ipsius pediori extitisse, & iisdem mox damnatae, & deletae, ut scribunt Epiphanius, & Athanasius de Synodis; ideoque nec à Liberio subscripti potuisse.

Hier. 73.

L.4.5.14

Primam, & tertiam formulam, ut Catholicas, tuerunt Hilarius de Synodis, & Epiphanius, & tanti fidei Duces, & defensores, & primi heretici Hostes, heresim non dicere veritatem Catholicam, nec perfidiam Ariana approbarent. Idem scribit Vigilius Tridentinus, alversus Eutychetem decertans, nec heresim stabiliter dum evertit. Idem epistolis suis scribit Liberius, se Orientalium fidem amplectum, eo quod reperiret Catholicam. Idem constat ex Sirmensi Concilio, ubi Omousion ex ratione reticetur, quod apud aliquos heresim soveat, nec in Scriptis Sacris inventiarum. Idem de Hilario sentit Hermianensis. *Hilad est multo amplius quod idem Sanctus Hilarius, quem defendit Sirmiensis Concilium, in eius decreto dictum est, ut quis &c. Quin etiam in his Synodis, non unum est malum, quod vox omousion conticeatur, ut hoc excusabile est, & licitum.* Exclusus à Theophane in Cronographia, & ab aliis Cyrillus Hierosolymæ. Quod consubstantialis vocem in Catechesibus contineuerit. Oportebat con-

substantialis vocem silere, qua plurimos offendebat, & Adversariorum conversos à Sarco baptizauit, multis determinauit erat. Excusat Athanasius de Synodis, tantus Omousion Patronus. Ceterum qui omnia Synodis scripta recipiunt, de sola autem consubstantiali ambigunt, non ut adversarii inimicos offici nos decet. Et mox. Non longe absunt ab hac voce consubstantialis receptienda. Talis est Basilii ex Aneyra, ubi vides Basilius Aneyranum, unum ex Sirmiensibus Patribus excusari. Excusat ipius Hieronymus, tantus Synodii Ariminensis Inimicus. *De Ufficio eccl. nomine absciendo, verisimili ratio praeficitur.* Quia in scripturis ajebant non inventi, & multos simpliciores, noctivitie sua scandalizant. Non erat circa Episcopis de vocabulo, cum sensus esset in toto. Excusat Sozomenus & tueritur. *Parvus imperii ad solem L.3.5.15.* orientem porrecta est post Cancilium Antiochenum diffidere & à fide Concilii Nicenii palam iam diffinire caput, tamen meo quidem iudicio si compluriam mentem species in eamdem revera sententiam, quasi pedibus itam est concessumque Filium ex Parvis effectu confolare. Excusat Augustinus Arianorum Hostis. Ep. 174. & Pascientium diceret Catholicum, si solum taceretur nomen Omousion. Denique licetum est in fidei confessionibus, in confessione Urfacii, & Valentini Julio Papæ exhibita, in apologia secunda Athanasii, de Omousio verbum nullum, in confessione Palladii, & Secundiani expressæ contra Arianos facta nulla est mentio consubstantialis, sic in aliis multis approbat, & in symbolo ab omnibus recepto, vel Athanasii Omousion propugnant, vel ejus nomine ab Ecclesia propositi, ne verbum quidem consubstantialis. Illud etiam est omnibus exploratum Ecclesiam Romam extitisse, ab Ariana heresi innumen. Ita præclarissime Sozomenus. Ecclesia scribit solem ostentem sita, quoniam L.3.5.12. *Patrum decretis ritè gubernata erat, omnibus à contentione, & capioliis verborum arguit, que inde nasci solent libra & vacua sunt.* Ita Basilii ad Neocæsarienses. *Tetius orbis Episcoporum, qui gratia Christi conjuncti nobis sunt.* Et mox. *Tota simul Italia.* Et alibi, *Ariani sursum, & deorsum verentes anathematizant, adeo millies fulminaverunt Arium.* Ita Athanasius ad Jovianum. *Hoc omnes Ep. 75. ubique Ecclesiæ confessientes sunt.* Et mox. Ep. 52. *Italia totius.* Et innumeris aliis ut norunt, vel Hostes, & Centuriatores ipsi confirmant. Item quod eorum recte sententia acquiescebant etiam aliis pīl Dolores, quod videtur innere Socrates. Inde supremum Judicem enarrat. *Qui Filium Patris consubstantialem putabant unus de Spiritu Sancto id ipsum censebant.* Et mox. *Zan controvergia contendunt stolidi,* L.6.5.20 *uti credibile est in dies magis, magisque cresceri Episcopatus Romanus ex re certior fatus.* *Scriptis ab Ecclesiæ Orientis literas, ut und cum Sacerdotibus, & Episcopis Occidentis Trinitatem consubstantialem crederent.* *Zan fallo singuli rebus ab Ecclesiæ Romana, semel iudi-*

*judicatis acquiescere, eaque controversia finem  
babere visa est, ubi non errans nec erroris capax est Papa, & totus judicatis acquiescit orbis, & controversia finem fortuit.*

Restat hie ut argumenta solvamus, & quidem epistola Liberii sunt in contrarium, ubi fidei ait se subscriptisse Catholicam, & id congeminat, & evincit. Restat Athanasius qui excusat, & sententiam negat esse Liberii, & crimen in cogentes transfert, & bene Liberium accusat, cum Sirmensem formulam reiciat, quamvis alibi ut vidimus excusat. Restat Hilarius verus, qui nullius criminis Liberium accusat, sed Constantium maximum reprehendit, eo crimine maximo maculatum, quod & per se, & per suos fit cognatus, Liberium ad Arianismum reducere, utque Omouion non modo fileret, sed & condemnaret, quod ex Historicis mox intelligemus. Hilarius vero in fragmentis, vel est falsus, vel ex omnium sententia interpolatus, nec est admittendus Hilarius dubius, contra Hilarium omnino certum, ut dicat perfidiam Arianam, quod certò exposuit ut Catholicum, & cum ex Dupinio contrario, Hilarii fragmenta omnia, ex Hilarii operibus constent, non possunt Hilario vero esse contraria; eo præcipue quod illi voces, ab Hilarii Clementia, & gravitate toto celo distent, excusante Hilario vel Semiarianos, & cum eò tempore Liberius fecet immaculatus.

Restat Breviarium ipsum antiquum, ubi dicitur, dolebat Liberius Ariane perfidiam consenseris, at evidenter est falsum, cum sit correctum, Ecclesia etenim ut hellè Charlas advertit, acta ponit ad edificationem, & evidenter falsa emendat, ut in vita Ambrosii, Catharinae Senensis, & constat in lectione utriusque Breviarii. Unus est quo triumphant Hieronymus, & struxa vel mea sententia Roccahertus, velut interpolatum accusat, exemplo epistola ad Demetriadem, quam constat esse Pelagi, quippe optimum est factu epistolas, ea de re agentes ibi collocare, at fidem detrahere veris est rhetorendum. Melius est Hieronymum dicere ab Hæreticis, quos legebat deceptum, omnibus, & sibi ipsi esse contrarium. Est sibi ipsi contrarium cum ait. *Fortunatus in hoc babetur detestabilis, quod Liberium Romanam urbis Episcopam ad exilium pergentem, primus sollicitavit, ac friget, & ad subscriptiōnem hereticos compalit.* Et cum narrat. *Liberius rēdītū exilii, in hereticā prævītatem subscriptibens, Rosam quasi Vīctor intravit; ubi subscriptiō pērgens ad exilium, & rēdītū vīctū exilii, semel Liberius subscriptiō, idque ante & post exilium, subscriptiō ne eāt in exilium, & subscriptiō rēdītū exilii.* Concedet quia haec, & erit magnus Apollo. Est omnibus prorsus contrarius, cūm dicant post biennium restitutum; & exulasse Berez in Thracia. Manifeste despūlit à Faustino, & Marcellino Roma Presbyteris & Luciferianis, Damaso, & Li-

berio infamissimis, ob lapsos in communione receptos, & passim de re visa mentientes; in libello precum ad Theodosium dato. Post annos duos venit Romanus Constantinus, pro Liberio, rogatus à populo, qui mox annuerit, ait *Habebis Liberium, qui qualis & probis profectus est melior revertetur.* Hoc autem de confessis ejus, qui manu perfida derat indicabat, ubi idem dicit Hieronymus, in exilium pergentem subscriptisse, & rēdītū exilii vīctū. Quot autem mendacia coacerent Alii, infinitū esset describere, molta hie duabus lineis transferunt, Constantium mox annuisse, contra alios Historicos, nec populus rogasset Constantium, si jam Liberius subscriptiperat perfidias, & apud Constantium erat melior.

Aggregiamur tandem partem alteram, quam evidenter falsam & Eruditū concilant; cum Hermantio, Christianus Lupus. *Liberius fuisse hereticum, nemo Eruditus L. credidit, quia tamen Ariane communione contagio se sedaverit, nemo posse dubitare,* & certum fidei corruptiō confirunt. Et Liberius nec subscriptisse formula Sirmensi, nec Athanasius unquam damnasse, nec eum Hæreticis communicasse, omnium Historicorum dictis evincemus. Nos brevissime docet Severus Sulpicius. *Liberius urbis Rome, & Hilarius P̄titorum Episcopus, datur exilio, sed Liberius paulo post urbi redditus proper Seditiones Romanas, ubi ciuitatis rem vides unitam, Liberium urbi reddi, propter seditiones Romanas, ubi causam exp̄s̄ legimus. Fūsus rem narrat Theodosius, post narratum Liberius in Constantium pugna. Athleta it quidem veritatis, Vīctorie compos hic in Tauriam, ut imperatū fūrū venit. Post annos autem daos, cūm Roma esset Constantius, Magistratū, & Primariorū Cives Conjuges, obsecrant Matritos, ut supplicent Constantius pro Paſtore, quo reficiantur Ecclesie sue, sequi nisi impetrarent desertis ipsi, ad Magnū illum Paſtorem ituras minantur. Qui responderunt se formidare iracundiam Imperatoris, sibiique non magnam esse spem venire, quod Vīti effent. Vos autem si supplicatis illi non lades, & borum alterum consequemini, ut non admissis supplicationem vestram, aut certe nullo malo effectis dimittet. Hac via demonstrata, accedunt landabiles Matronae ad Imperatorem, prestitissimis vestibus ornatae, quod magis Imperator nobilis ratus, precibus, voluntarie ipsarum morem gereret. Erat autem deprecatio talis, misereri vellet, tanta civitatis spoliazia Paſtore suo. & expedita Latorum infidili. Et mox. Itaque feliciter se passi, iussa optimū quidem Liberium, de exilio revocari. Et post diētas plebis preces. Post has amanissimas Christi plebis voces reverenter admirabilitas Liberius, cui cedens Felix in aliam urbem se conculit, ubi clarissime narrat Theodosius Constantium felici se passum precibus Matronarum, iussisse Liberium ad exilio revocari, & rursus Liberium revocatum,*

post amantissimas Christi plebis voces. Evidentissimus est Socrates; & evidentissime rem enarrat. *Liberius autem non multò post ab exilio revocatus, sedem Episcopatus propere recuperavit, quod populus Romanus seditione confitata, Felicem ejecerat, & invita animo Imperator confessus, ubi Sedem Liberius recuperavit, quod populus Romanus seditione confitata, Felicem Roma ejecerat, ubi subscriptionem expresse excludit, & in invito animo Imperator confessus, quod post subscriptionem libens egisset, ut Gaustinus, & Marcellinus Ichismatici, mendacia hendi colorantes enarrant, Imperator mox annuntiavit. Adeò verò ab hac falsitate absit Sozomenus, L. 8. c. 18 ut narrat Liberium idē exulasticum, quod Concilium Ariminense restiterit.*

lici Parisenses, ultrò id allegantes etiam ex Cathedra Honoriū errasse. Sunt & alii Auctores facientes Honoriū errasse, ut privatum Doctorem, veluti Canus, Bannez, Combechius. Præter hos & Concilia, & Pontifices satentur, & sexta Synodus de Honorio decidit. Similiter & epistolam ab isto rescriptam ad eundem Sergium, banque invenientes omnino alienum existere, ab Apostolicis dogmatibus, & definitionibus SS. Conciliorum, & cunctis probabilibus Patrum, sequi verò falsas doctrinas hereticorum, et omnino abiciunt, & tanquam anima mortis execravimus. Et mox de Honorio ipso. Quorum impia execrati dogmata, heresi & nomina à Santa Dei Ecclesiæ projici iudicavimus, id est Sergii, Cyri, His verò simul projici à Sancta Dei Catholicæ Ecclesiæ, simulique anathematizari prævidimus, & Honoriū, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, ex quod inventus per scripta, que ab eo facta sunt, ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem fecerat eis, & impia dogmata confirmavit. Et iterum alibi clamant. Honori heretico anathema. Et rursus in definitione fidei. De mon plenitudini Ecclesiæ errores scandala suscitato per Theodorum Episcopum Pharan, Sergium, Pirribum, Paulum Petrum regie baniū urbis Antistites, insuper & Honoriū, qui fuit Papa antiquæ Romæ. Et post subscriptio-  
nes iterum. Sergio, & Honori anathema. Post sextum, & septimum Concilium,

idem omnino confirmant, in octavo Adria-  
nus secundus scribit, Honoriū ab Ori-  
entalibus hæresis accusatum. In qua licetum Ep. ad  
est minoribus de maioribus judicare; Idem Leo secundus confirmat. Anatematizamus novi erroris inventores Theodorum, Cyrus &c. Nec non Honoriū, qui banc Apostoli-  
cam Ecclesiam non a Apostolica traditionis do-  
ctrina lustravit, sed propriae traditionis im-  
maculatae fidem subvertere conatus est, &  
rursus ad Episcopos Hispanie scribit. Theo-  
dor, Cyrus, Sergius &c. Cum Honoriū, qui  
flammarum heretici dogmatis non ut deinceps,  
Apostolica Autoritate incipiente extinxit,  
sed negligendo confossi. Si. Beda de sex eta-  
tibus, sic liber Pontificalis in Leone secun-  
do, ubi affirmat ipsum suscepisse Synodum,  
in qua condemnati sunt Cyrus, Sergius,  
Honoriū, & Pyrrhus.

Huic hæresi veneno dant antidotum, etiam voluminibus integris Auctores, ut Franciscus Torrensis in actis sextæ Synodi, Roccaberti libro integro, & susc. de infalli-  
bilitate, Marchefius in clypeo fortium, Anonymus cuius nomen est Tamagninus, alter Anonymus incertus, & suo calamo Combechius. At videndum est an antidotum sit potens; veneno enim potentissimo, validissima sunt antidota adhibenda, & aliqua sunt ita debilia, ut tres solutio[n]es ad li-  
berandum Honoriū, Bannez sophisticas appelle[nt], & clypei aliqui jaculis non resistant.

Primum Antidotum & clypus est, quo morbum, & bellum finiunt, is est acta sextæ Synodi falsata. Ita Pighius, Hofius, Baroniū, Bellarmineus, Laurea, Spondanus, Andreas Scottus, Ignatius Fiume, Marchefius, Roccaberti, Joannes Horatius, Gabriel Bisciola, Sursus Roccaberti, Brinius, Pater Libellus, & alii. Verum pace tantorum Sapientum invenimus est clypus iste, ut advertunt Thomasinus, Pagius, Macedo, & alii Catholicæ, & acutissimis tellis configit, ubi viam inviam tentavit Baroniū, nec à Maximo, aut Joanne quarto, aut Anatasio, aut Humberto tentata, qui tamen doctissimi sunt & vicini. Poterat Græci acta falsare, at quis Adriani, & Leonis epistolas, in fernio Romano falsavit? Et quidem à Synodo Toletana recepta? Poterat Leo in confirmatione Concilii, imo debuit acta consulere, & Legatos ipsos audire, ut testatur ultra se fecisse, & Legato[r]um Originale persolvere quæ Græci vitiare non poterant. Poterat Theodorus sua falsare, non in manibus quinque Patriarcharum. Piffinus Imperator exempla definitio[n]is cum subsignatione mansuetæ ejus Serenitatis prebuit quinque Patriarchalibus sedibus. Poterat Theodorus facile nomen Honoriū suo substituere, at falsare plures actiones fingere duas epistolæ, & ipsarum examen in Concilio, & tot loca vitiare impossibile. Fato[r] Græcos falsare consuetos, ut Nicolaus primus testatur. Si tamen non est fal-  
lata

sata more Graecorum , sed sicut à Sede Apostolica missa est conservatur , ut constat in Photio , & sexta Synodo , at ista conjectura est non solida ratio , & debet epistole iste ostendi falsata , ne & falsatum deducatur Concilium . Poterat falsati unum , vel alterum exemplar , at omnia fuerat impossibile , cum quilibet Episcopos suos serret Notarios , ut constat ex Concilio Chalcedonensi de Dioſcoro . Eſcienſi enī omnium Notarios fuit ſedē ſcribere . Et mox Dioſcorus . Cuiqueſque per ſuos Notarios ſcripsit . Et iterum . Universa notariis meas excipient cum aliis Notariis , & ibi ſep̄e congiuntur Notarii , Juvenalis , Thalesii Dioſcori &c.

*Aff. 1.* Tuentur quamplures cū Bellarmino , Honorium in sexta Synodo damnatum , ex non intellectis iphis epistolis , & in quæſitionibus ſati volunt , poſſe Synodum Aëcumenicam errare ; nec Leo nec alii hoc ely- peo ſunt uſi , & mox cernemus Synodum in- telleſtice , qua in quæſitionibus puri ſaci potest errare , non in quæſitionibus eūm jure connexis , qualis eſt epifolarum reuifio , & examen . Tuetur Anonymus Honorem , & aſcrit preces non interpoſuſe , at innumeræ ſunt Pontificum decisiones , etiam ad fidem ſpectantes , ubi altum de preciis eſt silentium , quod nunquam in decretis Pon- tificum Zephyrii , Cornelii , Damasi , Leonis , vel ſemel memoratur . Tuentur aliqui Honorium cum Lupo , & diſtinguant Ca- thedrām à ſedente , at jam hoc vidimus fal- sum , & infallibilitas data eſt Petro , Ego ro- Differ. gavi pro te Petre . Tuentur aliqui apud Thomafinum , Honorium ideo damnatum , quan- vis Catholicè ſcrihentem , quod Monotheliſti ſcripſit ejus abuterent , cū in Ro- mana Synodo ſub Martino , legator epiftola Pauli Cp , abutentis Honorii auctoritate , cū Mæciarius Monothelitarum maximus , nihil à ſe innovatum diceret , ſed predicare que hauiſſet à Sergio &c . Nec non & Ho- norio qui fuit Papa antiquæ Romæ ; at ne- mo uſi eſt hac apologia , iphis Pontifices in Honorio , negligenter crimen cognofcent , iphis Patres tueri dchuerant , non innocentem proſuſ dammare , nec unquam Synodi Ca- tholicos , eo titulo ut hereticos dammarunt , quod & Hincmarus acutissimè advertit , poſt Iudeo-damnationem Honorii memoratam . Na- trino dicit ſe ideo Honorium hoc in preſenti ſeculo non meriſſet , & cum ipſo merito de hoc ſeculo non exiſſet ſibi poſitus quād illi nocerent mole- diſtum jaculanteſ , non iudicio iuſtitie , ſed li- vore , vel ſeneritate , ubi non eſt diſpenſatio ſed livor anathema immerenti inſigere . Tuentur aliqui Honorium , quod ut priua- tus erraverit , veluti Marcellinus ait Com- beſius , aut veluti Petrus ut alii clamant , at illi facto erraverunt non verbo , quod Evangelium ipsum diſtinguit . Super Cathe- dram Moysi fedentis Scribi . & Pharisei , que- camque dixerint vobis facire , ſecundūm verō opera eorum nolite facere .

*Aff. 27.* At illi clypeum nobis exhibet Thomafinuſ , integra diſſertatione de Honorio ; epiſtolas Honoriſ non extiſſe Synodicas , ideo- que Honoriū errasse ut privatum , ubi nulla Synodus memoratur , ſicut in Joanne quarto , & primo Martino , & in Sergio , Cyro , & Pyrro , ubi nullus Occiduſ quoc- ſtuſ eſt de Honorio , ubi purgatur ex Ama- nuenſis confidenſia , ubi privatæ ſunt ad Ser- giuſ epiftole , at clypeus hie eſt vitreus , quippe innumeræ Pontifices , abſque Syno- do res fidei deciderunt , ut conſat in Ste- phano , Zephyrii , Leone , Petro , non Cle- ro Romano , infallibilitas à Christo dona- tur , & Clerus infallibilis eſt ex Papa , & Caput conſirmat non membra . Adeo iis li- teris Pontificem confuli , iſpum agere Ponti- ficem , epiftolam ad tres Patriarchas trans- miſſam , Ideoque ad totam Orientis Eccle- ſiam , in Occidente ut cernemus notiſiſſam , & quod opponit alii Thomasinuſ , nec Leo nec Agatho nec alii , illa apologia ſunt uſi , nec unquam Synodum deſſe vel muſita- runt ,

Paucos clypeos abjecimus , at integrum teſtudinem efformamus , quæ tela irrideat non metuat . Invicta eſt Apologia illa , ubi non tantum reliqui omnes , ſed accuſatores iphis , & dannantes Papam infallibilem con- fitentur . Jam vidimus ſextam Synodum , Septimam ſimil , & octavam , infallibilitatem Papæ conſiteri , & ex Evangelii textibus de- rivare ; adeo crediderunt anathema illud , Romano Pontifici infallibili non obſeffe . To- tus Occidens Orienti ſcripsit , Agathonem infallibilem ea ſcribere , totus Oriens id in- geminavit , & Ecclesia in generali Concilio collecta , & eo titulo ſcripsit , quod Beatus à Christo vocatus eſt Petrus , quod oves Christi paſceendas fuſcepit , & pro Petro Christus rogauit , ne deficeret fides ejus , at haec omnia dicta de Petro , & ſucceſſoribus , evidenter conſat ex iphis Conciliis , & non minus dicta Agathoni quām Honorio , uou- quippe facilē cognoſſet , Ideoque infallibili Agathone non poterit falibilis eſſe Hono- riū . Et ſi infallibilis eſt Agatho , infallibi- lis extat Honoriū , quippe de prædeceſſoribus ſuis , omnino infallibilibus Agatho ſcribit .

Addite in quatuor Romæ Synodis , dam- natos extiſſe Monothelitas , & in tribus Africa Conciliis ; nunquam vel una vice Honorium , damnatum typam Constanti , nunquam epiftolas Honoriū , quo nil per- verius extiſſe , ſi aquæ hereticus Hono- riū , aquæ epiftolæ iphis damnanda , nec Perfonarum acceptionem , iphis Oriens op- poſuit , nec ab ipſo ut hereticis communia- cant , unquam Orientales diſcrederunt , ino quod plus eſt Occidens Honorium , & exi- miē defendit , & laudavit , cū multis Ro- mæ Pontificibus , ino non tantum Concilia , ſextum , ſeptimum & octavum vel in fidei profesſione Papam infallibilem profitentur & nunquam errasse , verū & innumeræ Pa- tres

tres fatentur, post sextum ipsum Concilium, ut videre est apud Iwonem, Bernardum, omnibus plurium seculorum Gallos, & apud alios omnes ut evidenter constat, & per quadraginta annos Honorium, nec ab Occidentalium, nec ab Orientalibus, vel accusatum, vel in suspicione adductum, & si fallibilis est Honorius, & Ecclesia tota quia non damnavit, quia sibi notas Epistolas excepit.

An. 8. Illa est apologia & simul panegyris, Agathonem Papam clamans infallibilem, cuiusque epistolas decidens. Tamquam ex Spiritu Sancto dictatas per os S. & B. Principia Apostolorum Petri. Et rursus Macarium condemnat. Postignare non consentit virtuti orthodoxorum &c. Et rursus recipit Concilium, & laudat epistolam Papae Agathoniae, & centum vigintiquinque Praesulum, ubi Papa infallibilitatis definitur, & in Agathone ex Evangelio derivatur. Si ergo ex Concilio est Agatho infallibilis, certe est eodem titulo Honorius, ex eadem Petri successione, ex eadem Christi oratione, ad Petrum, & successores, vel commandante Concilio extensa.

Eadem tot Praesulum epistola, à Concilio toto commendata, infallibilem decidit Pontificem. Hec est perficia nostra scientia, ut terminos Catholicos, atque Apostolicos fideli quos adhuc Apostolica Sedes nobiscum tenet, & tradit rosa mentis custodia conservemus. Et iterum ait Legatos debere. Non solum tangenti de certis contendere, sed uscera, atque immutabilia compendiosa definitione profere. Et iterum. Hoc enim creditur, quod per traditionem Apostolicam acceptum. Et mox. Hanc igitur veram Catholicam, atque Apostolica confessionis regulam, & S. Concilium quod in base Romanam urbem servilem, vestri Christianissimi Imperii, sub Apostolica memoria Martini Papa convenit praedicasse Synodus, ac eunquam defensisse omnes nos quisquis abique est bummilis Ecclesiam Christi Antiscriptas cognoscimus. Et rursus eximie scribunt. Nec vera fides imitari non potest. Adeo ante generale Concilium, fidem servat Apostolica Sedes, & quidem tota mentis custodia, non contentitur in Synodo de certis, sed Legati ferunt certa, & immutabilia, adeo credunt ex traditione Apostolica, & habent veram confessionis regulam, & certum est Martini Concilium.

Iudem numerosissimi Patres, Sedi Apostolica traditionem, constanter annuntiant Concilio; per Legatos ad id agendum instructos. Sed traditionem hujus Apostolicae Sedis, ut à Predecessoribus Apostolicis Pontificibus instituta est sinceriter enarrare. Et post aliqua. Ut autem vestra dominatus instruam Pietati, quid Apostolica nostra fidei vigor contineat breviter intinemus, quam percepimus per Apostolicam, & Apostolicorumque Pontificum traditionem. Et post plura. Hec est Apostolica atque Evangelica traditio,

quam tenet spiritualis vestri felicissimi imperii Mater Apostolica Christi Ecclesia. Hec est vera confessio pietatis. Hec est Christiana Religionis vera, atque immaculata professio, quam non humana admixtae veritas, sed Spiritus Sanctus per Apostolorum Principes docuit. Hec est firma & irreprehensibilia SS. Apostolorum doctrina. Et mox. Porrigere dignam Clemensissimum dexteram Apostolice domitiae, quam Cooperator piorum labrum testorum B. Petrus Apostolus tradidit, non ut sub modo condatur, sed tuba clarissima in toto orbe prædictetur. Et rursus. Hec est Apostolorum Christi viva traditio. Et repetit, & de tomo Leonia. Quem B. Petrus Apostolus verbis ejus ediderat, ubi Romana Ecclesia traditionis, à Petro recipit securas, ab Apostolis, & successoribus Apostolicis, ubi est Evangelica, & Apostolica traditio, vera confessio pietatis, viva Apostolorum traditio, quam Petrus & tradidit, & plantavit, ut in orbe toto prædictetur, quo nil ad salutem securius declaratur.

Claudius adhuc Agatho & Patres à sexto Concilio recepti, repetunt Romanos Praefules nec errasse nec in fide Catholica errare posse. Profitentur scilicet nihil recipere. Nisi quod que regulariter à Sanctis, atque Apostolicis Predecessoribus, & V. quinque Concilis definita sunt. Et post multa de Petro decidunt. Vera confessio à Patri de celis est revelata, pro qua à Domino omnium Beatis esse pronuntiantur est Petrus, qui & spirituales eves Ecclesie ab ipso Redemptore omnium, terra commendatione pastendas suscepit, eajus admittente prefigio, hac Apostolica ejus Ecclesia, nunquam à viva veritate, in qualibet erroris parte deflexa est, eniā Anteorientem utpote Apostolorum omnium Principi, semper omnis Catholicam Christi Ecclesiam, & universales Synodi fideliter amplectentes in canitis secuta sunt. Et post aliqua. Hec est enim vera fidei regula, quam & in præsterit, & in adversis vivaciter tenuit, ac defendit hac spiritualis mater vestri tranquillissimi Imperii Apostolica Christi Ecclesia, qua per Dei Dei omnipotentis gratiam à trame Apostolica traditionis nunquam errasse probabitur, nec hereticis noritatis depresso suenit, sed ut ad exercitio fidei Christiane percepit, ab Anterioribus suis Apostolorum Principibus liberata sine tenas permanet, secundum ipsam Domini Salvatoris directionem pollicitationem, quam suorum Discipulorum Principi in Sacris Evangelii statu est. Petre Petre inguiens Ecce Satan expedit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticam. Ego autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma Fratres tuos. Consideret itaque vestra tranquilla Clementia, quoniam Dominus, & Salvator omnium, eniā fides est, qui sedem Petri non defecularunt promisit, conformatre Fratres ejus adiutorius, quid Apostolicos Pontifices mea Exiguitatis Predecessores confidenter fecisse semper cum illis est cognitum. Et frustra Nilus nunquam exponit pro aliquando,

do, vocibus omnino oppositis, & apud Logicos, & apud Grammaticos, & Patres deprivat cùm interpretatur, nec valet quod affert omnes peccaverunt, quippe verum id est ex Joanne. *Sed dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est; nunquam verum est de fide, quod & terminis negativis exprimitur.*

*Matt. 16. Et porta inferi non prevalebat adversus eam, nunquam à via veritatis deflexa est, quia tempus omne excludit, & Christus ipse promisit, ne uno quidem momento errori expositus; & Agatho Honorium ipsum, ut mox videbimus evidenter includit. Ex tursus post aliqua. Unde & Apostolica memoria mea Parvotiti Prædecessores, Domini nictis doctrinis iustrificati, ex quo novitatem hereticam in Christi immaculatae Ecclesiam Cp. Ecclesia Presulei introducere conabantur nunquam neglexerunt eos bortari. Et in fine. Indefiniebatur ab Apostolicis mea humilitatis Prædecessoribus exhortari, atque communiti. Et cum Agathone centum & amplius Praesules. Credimus autem quia quod paret ratione concessum est, à Deo coronato vestro Interio divinitus concedetur, ut per ipsum Catholicæ, atque Apostolice vera nostra fidei splendidissimum in omnibus mentibus emicet lumen, quod ex verò lumini fonte, tanquam de radio vivisici fulgoris, per ministros B. Petrum & Paulum Apostolorum Principes, eorumque Discipulos, & Apostolicos Successores usque ad nostram Parvotitatem Dei operatio[n]e servatum est, nulla hereticorum erroris terra caligine tenebratum, nec falsitate nebula confundatum, nec intermixtia hereticorum prouerbitibus, veluti caligine nebula perumbra sum immune, atque sincerum, & suis radiis perlnstratum, p[ro]fundi conatus conservare cupit à Deo coronatum solitum. Et iterum. In hoc enim tam Apostolica Sedit, quam nostri famulatus Prædecessores usque adhuc non sine periculis desudarunt. Et in fine. Ut in unitate vera & Apostolica confessionis, quam nunc usque nobiscum S. Romana servat Ecclesia. Sic Nicolas à Conciliis celebratus de Præcessoribus. (Hos enim nec tenuis saltem rumor alpergit aliquando cum prava sapientibus sapere,) quod & alii omnes unanimes fatentur. Quid ergo clarissi esse potest, quam Romanos Praesules nunquam defecisse, nunquam potuisse delere, id esse omnibus notum, nec rumorem vel tenorem sparsum, id fateri Occidentem totum, id ex Evangelio, & Petro deducere, id constantissimè scribere Concilis.*

Quis non crederet sextum Concilium epistolas tam falsas tam mendaces irridentibus salibus exposturum? Et tamen & ante, & post damnationem Honori, eas summè veneratur, & commendat. Adeò vel Judices absolvunt d[omi]nū condemnant. Quia præsent[er] Sancta, & universalis Synodus fidelizer suscipiens, & expansioni manibus amplectens tantum suggestionem, qua à SS. & B. Agathone Papa antiqua Roma s[ecundu]m est ad Constantinum p[ro]fessi-

num, atque fideliissimum nostrum Imperatorem. Et mox. Adaq[ue] amplexu est alteram Synodalem suggestionem, qua missa est à Sacro Concilio quod est sub eiusdem SS. Papa 125. amabilium Episcoporum ad ejus à Deo instruam tranquillitatem, utpote consonantes S. Chalcedonensi Concilio, quod & rufus congettumat Agathone, & Synodo centum viginquaque Episcoporum.

Iterum Agatho Honorium commendat, de Cp. Praesulibus locutus. Nunquam negligenter eos bortari, atque obsecrando componere, ut à præci degnatus heretico errore, saltu[m] tacendo desisterent, unam voluntatem, unamque operationem duarum naturalium aferentes, in anno Domini Nostro Iesu Christi. Hoc autem literarum evidenter demonstrat. Et fructu Thomassinus queritor uno verbo rem peragi, nempe tacendo, at paucimulta concludit, & saltu[m] facendo silentio, alias causas & reticet, & pandit, & de prædecessoribus latissimè loquitur; nec sua ratione tantum est in uno verbo, sed fecundissimæ in duobus, quippe saltu[m] tacendo indicat, alii modis Honorium providisse, & se unum manifestum indicare, quod à nullo poterat negari, saltu[m] tacendo repugnasse, & Romanos Pontifices summa laude, altiorique parti imposuisse silentium, cùm postea successores eos dammarint, constat & antiquis & modernis exemplis.

Hanc silendi Æconomiam egregiā, urget Christianus Lupus. Ex quo vides falsissimè hallucinati, qui volunt Honorium suffit hereticum Monothelitam, aut hereticis colloisse, quidquid statutum Honorius approbavit, vita & h[ab]e dignissimum S. Sophronius. Neque vim declinant argumenti dicentes, Honorium à Sergio deceptum, quippe de fe non à Sergio sed à Honorius. *Quamquam his quos ad nos prædicti Frater, & Steph. Coepiscopus noster Sophronius misit instruxit.* Et iterum. ne duarum operationum vocabulum deinceps prædicare innitantur, quod inflatissime promiserunt, prædictum circum esse facturum, ubi vides Sanctos approbare, cùm omni Occidente Catholico, aliisque Sanctorum Viris. Imò & Sophronius Honorium dicit infallibilem. (De finibus terra usque ad terminos ejus ambula, donec ad Apostolicam Sedem, ubi Orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt, pervenias.) Et Stephanus ip[s]i Legatus, testatus est in Concilio sub Martino, & ex Mattheo, Joanne, & Luca Papa infallibilitatem evincit, & immobilem in Petro fidem, & ad successores derivatam.

Validius adhuc Honorium commendat S. Maximus Martyr ubi ait. Honorium Romanum Papam non diffiteri naturaliter in Christo voluntatum dualitatem, sed potius constitutam. Et quidem voluntatum dualitatem fateri, epistole ip[s]i demonstrant, & Judices ipsi damnantes agnoscent, dum, unam operationem condemnant, ut mox in Principis decreto cernemus. Nunc videamus voluntatum

**A. 12.** tum dualitatem, in epistolis Honori con-  
flabili. Et in prima citata à Concilio.  
*Confiteutes Dominiūm Jēsum Ch̄ristam me-  
diatorem Dei, & Hominium operatum Dicī-  
ta, media Humanitate verbo Dei naturali-  
ter unita, enīdemque operatum humana infi-  
fabiliter, atque singulariter assumpta carne,  
discretè, inconsūte, atque inconvertibiliter  
plena Divinitate, &c. Et mox expōnens il-  
lud Joannis. Nullus ascendit in celum, nisi  
qui de cælo descendit Filius hominis, qui est in  
celo. Profec̄t̄, inquit nos instruens quod Di-  
vinitatis unita est caro possibilis ineffabiliter,  
atque singulariter, ut discretè atque inconsūte  
sic indivisiū videtur conjungi, ut nimis flu-  
penda mente, mirabiliter manentibus utra-  
rumque naturarum differentiis cognoscatur  
unū. Et rufus. Num quia Dominus Jēsus  
Ch̄ristus filius, ac verbum Dei, per quem sa-  
lia sunt omnia, ipse sit nūs operator Divinitati-  
tis atque Humanitatis plena sum Sacra li-  
tere luculentius demonstrauerit. Et intrā.  
Communione utriusque natura concedet ope-  
ratum. Et paulo post. Simpliciter atque ve-  
racemente confiteutes D. J. Ch̄ristum nūnū ope-  
ratorum Divinorum, & humanae nature. Et in fi-  
ne Seigium instruens de fide. Unum nobis-  
cum Dominum Jēsum Ch̄ristum Filium Dei  
vici Deum verissimum in duabus naturis ope-  
ratum Divinitas, atque humani fide Or-  
thodoxa, & unitate Catholicā predicitis; ubi  
expresē definitur ab Honorio, manentibus  
utramque naturarum differentiis, ubi com-  
munione utriusque natura concedet Chri-  
stum operatum, ubi in duabus naturis, pre-  
dicandus est Christus, divinitus atque hu-  
manitus operatus. De Sergio Martino primus loquitur.*

**A. 11.** Eadem similiter nūm operationē sc̄ipient, & inīca, Dico autem  
confirmatam ab eo in scripto nūm operatio-  
nem, ubi est in Honorio una operatio? In  
secunda palam & manifestè, dualitatem vo-  
luntatē exponit. Utrosque naturas in uno

**A. 13.** Ch̄risto, unitate naturali caputatis cum alterius  
vniuersitate operantes, atque operatrices  
confiteri debemus, & Divinum quidem que  
Dei fūs operantem, & humanan que carnis  
sunt exequentes non dīcī, neque confundē,  
aut inconvertibiliter Deum naturam in Hominem,  
& Humanam in Deum conversam edocentes,  
sed naturarum differentias integras confitentes.  
Et apertius mentem pandit. Praesua, quam  
quidam dicunt operatione aportet non unum  
operatorem Ch̄ristum. Dositum in utrisque  
naturis veridē confiteri, & pro duabus ope-  
rationibus, ipsas duas naturas idest Divinitatis,  
& carnis assumptas in una Persona uni-  
geniti Dei Patrii inconsūte, indivisiū, atque  
inconvertibiliter nobiscum predicare propria  
operantes, & intrā. Unum Ch̄ristum Domi-  
num, in utrisque naturis Divina vel humana  
predicent operantes. Ubi naturalum differen-  
tias integras, & naturas operantes agno-  
scit. Imo a Sanctissimo Flaviano ea verba  
acceptit. Operatur enim utriusque forma cum  
alterius communione, quod proprium est,

*Verbo quidem operante, quod Verbi est, car-  
ne autem exequente quod carnis est, quod ju-  
stæ Echo redit. Divinam quidem, quæ  
Dei sunt operantem, & humanam quæ car-  
nis sunt exequentem, & clarus loquitur  
Honorus Flaviano, cūm Flavianus dicat  
formam, quam prō natura, exponere debuit  
Martinus primus; sic in Leonis epistola ad  
Imperatorem. Secundum quidem Seni for-  
matu non venit facere voluntatem suam, sed  
voluntatem ejus qui misit eam. Et ante. Se-  
cundum quidem formam Dei ipse & Pater  
nūs suū, quod & repetit in suis epistolis  
Honorus, denique Roccaberti alias Patres  
adducit, contra Monothelitas arma moven-  
tes, & ostendit Honorius cum iis loqui, &  
etiam stylo clariori, quod expendere quis-  
que valebit.*

Sunt & alia Honori elegia. Est elegium  
celeberrimum Agathonis de Roma Ecclesia  
locutus. *Quæ per Dei omnipotētis gratiam, Fb. ad  
de transīte Apololice traditionis nūnquam Petrum.  
errasse probabitur, ubi scribit generali Con-  
cilio, & de futuro loquens constantē affir-  
mat, nunquam errasse probabitur; et que  
magnum argumentum, & testimonium.  
Est Elogium S. Maximi qui Honorium, non  
tantum defendit, sed & appellat. Illustrē  
Magnum hunc, & Divinum an ista hereti-  
cūs designant? Est Elogium S. Martini  
quod & Agathonis contra Theodorum, Cy-  
rūm scribens, (Catholica recordationis Ante-  
cessores nostri Pontifices non desisterunt ad-  
monentes eos, & conservantes recedere à sua  
hujusmodi hæresi, & sanam Doctrinam com-  
pletū, quod de Honorio intelligi necesse est,  
Et Theodorus sit ejus tempore sublatuſ; si  
ergo contra Monothelitas effrenuſ & Di-  
vinus ut ait Maximus. Quid autem & Divi-  
nus Honorus? Quid vero & post illum severi-  
nus senex, ubi laudat pugnantes in Monothe-  
lismū. Est & elegium Joannis quarti. Quan-  
sum enim ex diversis suggestionibus, quæ ad nos  
catervatim venerant quinimodo & ex ipso quoque  
andita didicimus occidentales partet scandaliz-  
zate turbantur, fratre nostro Pyrrho Patriarcha  
per literas suas hoc, atque illuc transmis-  
sa nova quadam & præter regulam fidei præ-  
dicante, & ad propriam sensum quasi S. M.  
Papa Honoram Decepcionem nostrum astrabere  
fessinantes, en totus Occidens accusatione  
scandalizatus, sic Orients cum Principe &  
Patriarchis, ipsum absque quæstione in  
dyptricis retinuit, ne uno quidem de ipsis  
dogmatibus dubitante.*

Hucusque panegyres nunc apologeti suc-  
cedunt. Has prosequitur Natalis Alexan-  
der, certè Pontificem non adulatus. Hou-  
norius justè, & piè defendit potest, nam defendit  
S. Maximus, S. Joanne quartus; addε  
S. Agathonem, Nicolaum primum, innumer-  
osque aliū Pontifices. Defendit ipsius  
Amanuensis Joannes Abbas à Maximo com-  
mendatus, Anastasius Bibliothecarius &  
alii. Defendit validè Adrianus secundus.  
Si quidem Romanum Pontificem de omnibus  
Eccle-

Ecclesiæorum Presulibus iudicasse legimus, de eo vero quemque iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus, post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est quia scors super bereri accusatus, propter quam solam sicutum est minoribus Majorum suorum motibus reflexandi, vel pravos sensus liberè respondendi. Quamvis & ibi nec Patriarcharum, nec ceterorum Antistitum Cniciam de eo quamlibet ansus fuerit proferre sententiam, nisi ejusdem prima Sedis Pontificis confessus præcessisset Autoritas, ubi paucis verbis multa scribit, dictum anathema ab Orientalibus, nunquam vel uno occiduo damnante, immo accusatum stupente Occidente, à nulla Synodo Occidentis damnatum, à pluribus in fide laudatum, Occidentem Orientalibus oppositum, & semper in pugna Occidentem viciisse, ubi affirmat Legatos confessisse; contra propriam instructionem, in qua Honorius commendatur, extrema ignorantia excusat, de qua scriperat Agatho Imperatori. Nam apud Homines in medio gentium positos, & de labore corporis quotidianum vivium cum summa beatitudine conquisentes, quemodo ad plenam poteris inveniri scripturarum scientiarum ubi manus ipsis ligat? Autoritatem dedimus apud Tranquillissimum versus Imperium dum jussit ejus Clementia simpliciter satisfaciendi inquantum eis injunctum est, ut nihil profectio augere, minuere? &c. & ante nec verba poterant mutare. (Ut nihil de eis que regulariter definita sunt minuator nihil mutetur, vel ageatur sed eadem & Verbis, & sensibus illibatae confodianter,) unum autem erat Honorii defensio, ubi Legati nec defensionem Maximi, aut Agathonis, nec verbum pro Honorio insinunt, ubi Orientales contra Occiduos obstinari, cogunt periculo schismatis & heresis, Occiduos eam damnationem recipere, quamvis Leo secundus exponat. Defendit ut rem adiaphoram Pagius, quod constat ex verbis Honorii. Non oportet ad dogmata hæc Ecclesiastica retrahere, que negat Synodales apices, super hoc examinantes, neque Authoritates Canonieq; viva sunt explanare, ut unam vel duas energias aliquis præsumat Christi Dei prædicare, ubi vides rem adiaphoram, & liberam, que poterat in sua relinqui libertate, velut de verbo Omousion jam diximus, & de voce hypostasis variè est scriptum.

Extremi sunt qui Honorium condemnant; Condemnat Leo negligentia non heretici, ut notat Papæ Hostis Dupinius, Anathematizamus novi erroris inventores Theodorum Pharanitanum Episcopum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Cyp. Ecclesiæ infideliatores magis quam Presulés. Nec non & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiæ non Apostolice traditionis doctrinam illastravit, sed proponit, non traditionem immaculatam maculari permisit. Et rursus ad Hispanie Presulez. Eterna damnatione nullati sunt Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrenus &c. Cum Honorio

qui flamman berericu dogmatis, non ut decuit. Apostolicam Autoritatem incipientes extinxit, sed negligendo conservit. Et ad Eru- gium Regem Hispaniarum. Et und cum eis Ep. r. Honorius Romanus, qui immaculatam Apo- stolica tradidit regulam, quoniam à Presulibus suis accepit maculari permisit, ubi videlicet solam negligentiam condemnari, ubi scire poterat Synodi confirmator. Et quando Concilium aliter damnasset, eo tantum pacto Leo confirmat. Idem Diurnus Pontificum in eorum professione confirmat. Honori- rum, qui pravis eorum erroribus favorev im- pendit. Hæc eadem negligentia, sedulitas ab Agathone, & centum Occiduis appellatur, & negligentia est utpote male cessit, nil mali factura si Cyrus parvusset, caret successibus opto quisquis ab eventu facta notanda putat, cum experientia docebat Ovidius. Condemnat Honorium Imperator in ea Synodo pars magna, novus David appellatus, in editio cunctis promulgato, ideoque maximi spud omnes momenti, & Concilium ipsum inclidente, & Honorium ex preso nomine reprehendit, at magnam apologetis partem reddit, nullo enim interpolito verbo addit. Qui etiam sui existit oppugna- tor, vel ut alius verbia exprimitur. Qui etiam sibi non constat, adeo Catholicum dogma Imperator, in damnatis Honorii Epis- tolis editio publico comprobavit, nec potuit heresim solam invenire, sed & Catholicam veritatem cognolit, quod & Adria- nus secundus adnotavit damnatum Honori- um post mortem, cum vivens ostendisset sibi constare, nec sibi fore oppugnatur, quod etiam ostendere multi Romani Pontifices, Joannes quartus, Martinus, Agatho, & Princeps sui oppugnator, & sibi non con- flans, nolens Vitalianum è Dypticis eradi, sicut & servabatur Honorius. (Sed ad hoc non acquievimus hoc quidem utpote omnem æqualitatem servantes, & utrosque ortho- doxos habentes,) ubi Honorius est orthodoxus non hereticus; qui & jam scripserat jam erat Defunctus; & hoc cum Imperatore vel Patriarche recipient. Uno verbo condemnat Honorium sexta, septima, & octava Synodus, Thrasalus Patriarcha, & aliqui alii, & tamen hi omnes Papam infallibilem, ex Cathedra docentem, in iisdem Conciliis definiunt, & liber integer post Honorium ferri potest, de infallibili Papæ Doctrina, & quod Ecclesia Romana nunquam cecidit aut cadere poterit, & de ipsius succes- soribus.

Urgit hic Anastasius de Honorio in col- lectaneis apud Sirmundum. Verum si omnia exaggerare volumus, que in Honorii Papa excusationem colligere possumus facilius charta quādū sermo deficit, & interpretandi proposi- tū ad dictationis prescelē vertentes eloquimus. Urgit amplissima Martini primi acta, que volumen implerent Roccaberti, & ostendit Honorium contrarium Monothelitis, nobis fat est tam Synodus Honorium commenda- re, in

Ep. ad  
damn.

re, in Monothelitas insurgentem, & armatum. Claram est Honorium non definitio, sed suspendisse definitionem, & unam operationem etiam reprobasse, quomodo ergo definitivit aliquid hereticum? Urget & Maximus verè maximus. *Quis fuerit fidei, & Auctoritate dignus epistole hujus Interpret, qui eam ex persona Honori scriptis, adhuc superfluer, & qui totum Occidentem cum aliis virtutibus sum dogmaribus fidei Cibiranum illustravit, an it qui Cip. qua ex corde erant loquebantur?* Qui hanc compulxit. Is igitur ipse cum ad D. Constantium Imperatorem ex persona rursus S. Papo Joannis de hac epistola scriberet dixit, *nunquam voluntatem diximus in Domino, non divinitatem ejus & Humanitatis, sed solum Humanitatis.* Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent, diximus Christum non duas voluntates habuisse carnis inquinam & Spiritum, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, que naturaliter humanitatem ejus signabat. Hoc autem ita esse argumentum evidens est, meminisse membrorum, & carnis, que quidem de Divinitate, illa accipi non permittunt, ubi est Scriptor ipse qui compositus; ita certus ac sciret vivere, & ipse testatur, & convincit, suadet auctoritate & persuadet ratione, & scripsi ex persona duorum Pontificum. Claram est litigatum de voce, cum sensus vocis stataret in tuto, & Honorius Catholicus haberetur, & ita scribi inductam vocis notitatem, & rursus. *Reliquentes Grammaticis.* Et si potius Basilius per Economiam, vocem Dei in Spiritu Sancto filere, quod

*Orat. 20* tuctur Gregorius Nazianzenus. At ille in aliis quidem vocibus à Scriptura petitis, testis monisque minime dubius eamdem vim habentibus adversarios comprimebat. Sed tamen propriam vocem interius usurpare differebat. Et mox. Neque enim salutem nostram in verbis portus quidam in rebus confidere, quod validius militat in Honorio, nil revelatum relinquente cum scribit. repudiandam stramque vocem. Ne parvuli aut duarum operationum vocabulum offensi, Nestorianum non evaniam sapere arbitrentur. Certum est plenum esse Honorii sensum. Unde & unam voluntatem fateretur D. N. J. C. quia profectus à Divinitate assumpta est nostri natura non culpa, illa profectus que ante peccatum creata est, non que post prevaricationem visitata est; quae ratio validissime probat, non esse in Christo voluntates contrarias, insulsa ad unam voluntatem evincendam. Tandem Sophronius potulit ab Honorio, ut Cyrum admoneret de fervendo silentio, de una voluntate & operatione, & scripsisse Honorium constat ex eodem Honorio, & literis in sexta Synodo recitatis, ideoque sensisse omnino constat cum Sophronio, & si Honorius est ob eam causam Hæreticus, erit & Sophronius ejusdem omnino sententia patronus.

*Aff. 13.* Unum retinere non possum, Ecclesiam totam seu in Conciliis collectam, sive per or-

bem totum dispersam, & Orientem Occidenti juncitum Honorii fidem approbasse & defendisse. Jam de Occidente constat, ad Honorii accusationem scandalizatum, accusatum toto stupente Occidente, Martinum primum defendisse, cum Synodo centum Episcoporum, & Honori fidem commendasse. Jam Joannes quartus cum sua Synodo apologiam formavit Honorio, Jam Agatho Caput Occidentis, Honori fidem laudavit, & centum viginti quinque Patres, ab omni hæreti exactissime purgaverunt. Hoc egit & Concilium sextum, cum epistolas recipit Honorium laudantes, & milles Papam decidit infallibilem, & epistolam Agathonis à Deo dictatam per os Beatisimi Petri. Hoc oriens occiduis junctus fatetur, hoc Sophronius cum omnibus Catholicis Orientis, contra hæreticos Orientis pugnans, per Oratores suos approbatur promisit. Hoc scripsit, ad omnes fideles Martinus, vel in professione fidei receptus. *Catholicæ recitationis Antececessores nostri Pontifices non deflerunt admonescentes eos, & Theodorum monere potuit solus Honorus.* Hoc scripsit Imperatori Agatho ab Oriente laudatus & receptus; & Honoriorum indicat. Saltem fiendo; omni hæreti ohfisticis, & præcipue Monothelitarum. Hoc scripsit Joannes quartus ad Constantium Imperatorem Heraclii filium, ut constat in collectancis Anastasi ex Sirmondo, epistolas Honori esse Catholicas, & fraude Monothelitarum in alienos, & perversos sensus expunetas; Nec scripsisset nisi certus veritatis, cùm potuisse iti epistolis convinci. Hoc scripsit S. Maximus Martyr non proditus fidei, quam sanguine tuebatur, & perpetuus Monothelitarum malleus, & pro fide Pyrrhi ejusdem Victor, in publico congressu & disputatione, & ipsi Pyrrhus acquiecie nec habuit quod reponeret, & ita Catholicæ, & martyrea ultrò fatentur, & Hæretici evidenter convicti fatentur, quod & verbis ipsius constat Maximi, & Pyrrhi & Honori, scribente in dialogo Pyrrho. Ut sit carnis quidem passio Dei autem operatio, scribente in epistolis Honorio. Ita Divina que Dei sunt operatur, humana quæ homini; ubi sunt evidenter illa opposita; ideoque vel Hæretici sedum Catholicæ aquefiscunt.

Manet nodus gordius extricandus quomodo Honorium alii commendant, quomodo innumeris defendant, & sexta Synodus condemnat vel hæretis? An Sancti Patres hæretis commendant? An Synodi Patres hæretis non discernunt? Facillimum est nondum solvere, quippe usus est Honorius *Æconomia*, & silentio male feriato, & nocio.

Hoc ex ejus epistolis evidenter constat. *Frat. 14* teritatem nostram ea scripsisse laudamus non laus, uitatem vocabuli anterentem, quod possit scandalum simplicibus generare. Et rursus. (Utrum autem propter opera Divinitatis & Humanitatis una an geminae operationes debeat derivatae dici vel intelligi ad nos Aa ista

ista peccatoe noa debent relinquentes ea Grammaticis,) iterum ait repudiandas vo-  
ces unius aut duarum operationum, sic re-  
petit sic scribit Sophronio, & Sergio. Hinc  
simile silentium aut dispensatio, aliquibus  
laudi est, aliquibus vitio. Ita Econiam  
Basilii, Spiritum S. Deum silenti laudat &  
defendit Nazianzenus, & ex eodem multis  
aliis. *Impium illi videbatur, quoniam aqui-  
valenti voce uteretur, sicut & Honorius re-  
cens os est verbis, & certe gravis erat si-  
lere Deum, quam unius vel duarum vocem  
operationum. Ita vocem Omouion silentes  
Ariani sunt vici ex Hieronymo, Catholici  
ex Augustino, & aliis. Ita Papam invelli-  
tur damnamen; alii cum Ivone defende-  
runt, alii eximiè commendarunt, alii heretis  
accusaverunt, ita accidit in Patribus Arimi-  
nenis Concilii, ab eodem Hieronymo, &  
accusat, & defensis. Hoc Leo secundus ex-  
presè dicit, immaculatam fidem maulari  
permisit, & aliis epistolis congerimat, quod  
ignem incipientem non extinxit. Sic Imper-  
ator quod aquivocè loquuntur, cum clare  
loqui debuerat. *Qui sui etiam exitiis oppugnator.* Sic conclamatum est de Honorio,  
Simulque anathematizari previdimus, &  
Honorium qui fuerat Papa antiqua Romæ,  
eo quod invenimus per scripta, que ab eo  
facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus  
mentem fecutus est, & impia dogmata con-  
firmavit, nempe silentium vicius præcipiens,  
unius aut duarum operationum, quod &  
Sergius ab Honorio petuerat, sic actione ult-  
ima, & decima sexta anathema dicitur Ho-  
norio, Sergio, & Honorio anathema, Ho-  
norio heretico anathems alioquin oinno,  
à Sergio distabat, quippe Sergius ut vidi-  
mus, unam voluit operationem, Honorius  
dicit id ad se non pertinere, & uni opera-  
tione etiam bellum indicit, Sergius semper  
constans exitit in sua heresi, Honorius ex  
Imperatore sui exitit oppugnator, ideoque  
impia dogmata non firmavit, nisi negligen-  
tia, & jussi silentio; quod tamen Agatho &  
centum Episcopi commendant. Nec obstat  
aliquos in epistolis illis, Monothelitarum  
errorem invenire, quippe & Moderni inve-  
niunt & heresim, in duodecim Cyrilli ca-  
pitulis, quæ Concilium tertium commendat,  
impugnat illis & Monothelitas, advertent  
cum Imperatore & condemnantes, & evi-  
dencia ipsa confirmat.*

Superest expendere post damnationem  
Honorii, an is hereticus & Papa fuerit fal-  
libilis. Certè fuita sexta Synodo ex Ana-  
stasio damnatorum nomina, & imagines sunt  
ab Ecclesia sublata, superstite illa Honorii in  
templo S. Agnetis via momentana. Si vero  
damnatus aut hereticus foret Honorius, si-  
gnassent digito præterentes, en ille dam-  
nata hereticus, Monothelitarum affecta  
& confirmator, stat in Ecclesia quæ apud  
omnes est Catholica. Certè Nicolaus scri-  
bit octavo Concilio, ab eoque laudatus lau-  
dat Honorium. Certè Synodus actione de-

cima tertia, & in extrema Honorium con-  
demnat, ibique approbat epistolas Agatho-  
nis, Martini & duarum grandium Synodo-  
rum, Honorium eximiè collaudantes. Cer-  
tè sequentes Pontifices cum orbe toto latè  
dixerunt Catholicos Prædecessores. Certe  
Pontificale in Adriano primo instauratum  
ab ipso Honorio Monasterium. Quatenus  
pili laudibus pariter psallentes, hymnus erit  
choris fatti responsum causus redentes Domino  
glorijs melos persipius memorantes V. Po-  
nuntur nomen in seculo memoriale ejus pan-  
gentes cornuibus, & hæc de heretico &  
damnato non scribuntur. Certe scribit Pla-  
tina, Romanis Pontificibus parum æquus.  
Honorius è rebus externis aliquantulum quie-  
tit adeptus, doctrina & moribus Sanctissimus  
omnem propè Clericorum renovavit. Morier ut  
Sanctissimum &c. Et mox subiit Roccabertus. L. 3. ap.  
Idem tenet alii Latioi Authores antiqui-  
tare præclarí, ut Khegino Prumiensis, Hu-  
go Floriacensis, Marianus Scotus, Otto Fri-  
elingensis, Gottosredus Viterbiensis, & Con-  
radus Urspergenensis, qui de Honorio primo  
vel Monothelitis sermonem instituentes, non  
quam eum inter illos recensent, nec de illo  
tanquam heretico, sed potius seu Catholico,  
honorib[us] loquuntur, egregijs pre-  
dicant encomiis; ubi ex antiquis Historicis  
validè tuetur, & de Occidente toto jam con-  
stat. Sed & Græci ipsi confentur. Emma-  
nuel Caleca in libro, quem contra Græcos  
scripsit, Joannes Abbas Honorio coeuvus scrip-  
tor hoc clovio gravi condecorat. Erat  
Venerabilis Praeful Honorius, sagax animo,  
vigilis doctrina clariss & vel alii.  
Concludamus hanc tem duobus Historicis,  
utrique Gallis Papæ non adulantibus, &  
altero infallibilitatis Hoste. Primus est Epis-  
copus Spondanus, qui probat epistolas Ho-  
norii, & evincit ex Joanne Damasceno, ubi  
doctet non dici posse ratione unius Personæ,  
nam voluntatem, sed unum volentem, si-  
cūt nec unam operationem, sed unum op-  
erantem in duabus scilicet naturis, quod &  
Roccabertus de aliis Patribus confirmat.  
Alter est Natalis Alexander, Honorius ab  
heresi tam verè excusat, quam p[ro]te. Et <sup>Dr. de.</sup>  
de epistolis inquit. Honorii Epistola Ca- <sup>612</sup>  
tholico sensu explicari possunt, prout eas  
exposuere Viri maximi, quorum in Eccle-  
sia veneranda est Authoritas. <sup>Sacra.</sup>

## C A P U T X X.

*Defenduntur reliqui Pontifices.*

B ELL cum experientia scriptis Tertullia-  
nua. Qui redundant sellis aurig-  
nant, amara sunt omnia, ita Centuriatores  
est Heretici omnia in Pontificibus accusant,  
ubi Catholici vel hostes, cum Natali, mi-  
noris sella aliqua defendunt, & ex accusato-  
ribus transeunt in Apologistas, & profiant  
ciam cum nocent Pontifici.

Accusant Centuriatores Martinum pri-  
mum,

mum ; quod Novatianos ex ore revocavit, nullam tribuens delinquentibus veniam. Nullatenus in ejusmodi peccato delinquentibus ad defractiōnēm Canonum compunctionem exhibeas, ubi loquitur de Diaconis, & Prelibeteis carnis lapſu post ordinem fadatis. At Martinus se ipsum tuerit, & sati erat ipsum legere. Qui semel post suam ordinatiōnem in lapſum ceciderit deinceps iam depositus erit, namquam gradum Sacerdotis poteris adipisci, sed iustitia ē lassationibus. Selenisque affidis, quosque viseris in eadem penitentia perdurare, ut commissum delictum divina gratia extinguiere valeat. Et ex eo probat quod polluti non ordinantur. Et mox. Ut ab illo qui mentis interiora seruitur, nullumque de peccatis errore congađet, dum appeteris faceram penitentiam in terribili iudicio habeas reconciliationem. Quis ibi non videat gradum tantum denegari. Et frustra in eo lacerant Magdeburgenses, & Canones citat Sibrandus, & Dananus Martianum vocat Vercordem, & verbi Dei profus ignarum, quippe Apostolos, & Patres contemnit, id in canonibus Sanctè statuentes, & verbi Dei reddit ignatos. Si quis presbyter, aut Diaconus &c. in aliena Parochia commovetur hunc ulterius ministriare non patimur, ubi Danaus Caesares Ap. Apostolicos, & cum illis Nicenam Synodus reprehendit, totius orbis reverentia consecratam. Si qui sine examinatione promoti presbyteri sāni? bas Ecclesiasticus eredo non recipit, reprehendit Canones Antiochenos, a quarto Concilio sapient laudatos. Si quis Presbyter &c. ulterius ibi non ministret reprehendit, & alios Patres, & Concilia. At si Centuriatores nec epistolam quam citant, legere integrum volueret, longe minus aliam sole clariorem. Poteſt enim Deus eos rursus, in admirabilem lucem suam adducere, quia facit. Et immutat propterea usum est. Et rursus. Resipicentibus ex heresi dandam est restitutio nē, imo quod plus est ipso depositus post penitentiam ad gradum suum revocat, adeo Novatianus est Martinus, totius orbis testimonio Sanctus, & oculari inspectione ipsa Novatianorum Hostis & expugnator.

Non minori felicitate Magdeburgenses, Gregorium tertium in eo accusant, quod reordinari jussit Presbyteros, à Romano Pontifice non ordinatos, & permisit aliam duci, infirma propria uxore, quippe prima Ep. et manifesta calumnia. Presbyteros quos ibi Bonifac. dem reprefit, si incogniti fuerint Viri illi, & quibus fuerint ordinati, & dubium est eos Episcopos sint, annos, qui eos ordinaverint, conscretis, ubi livor videt ea que non existunt. Alius textus loquitur de sponsa, que ob infirmitatem supervenientem solvere potest matrimonium & nomine infirmitatis venit frigiditas, namvis Maceo nomine infirmitatis, dubitet arctitudinem appellare, ut constat titulo de frigidis, qui maximē indigent Medico, & longa annorum docet experientia; & morbos esse qui curantur nemo

ignorat, & Medici libros implent remedii, quamvis ob vereundam non ita notos.

Validus accusatur Nicolaus primus, non à Magdeburgensis hereticis tantum, sed à Catholicis Natali Alexandro, quod baptismum in nomine Christi collatum, validum esse dehincit canone à quadam Iudeo, & fortius ad confutat Bulgariam. Hi pro C. 134. felici in nomine S. Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in aliis Apostolorum legitur baptizati sunt, unum quippe idemque est ut sancti exprimit Ambroſius, rebaptizari non debent. Ipsum descendere non potuit Natalis, imo erroris crassi reprehendit, additum que ab ipso non intellectum Ambroſium. Ipsum defendit Bellarminus, quod privatum egerit Doctorem, at respondere gentium confutis, est maximē agere Pontificem, quod nondum fuerat decisum, at hoc eximere Papam ab heresi, non ipsum infallibilem constitutere. Ipsum tuerit Gravina, prudentiale donasse responsum, ne praedicatione Evangeliū impeditetur, at non sunt facienda mala ut eveniant bona, & imprudentia maxima loget, nullum præbere baptismum. Ipsum defendit Marilius, ex revelatione validum cogitare, at responſio ut benē Vasquez reflectit, liberta est, & absque ulla ratione, & si forma valida non erat, valida fieri non poterat ex revelatione. Ipsum tuerit Cajetanus affirmans, validum esse baptismum, in nomine Christi collatum, at Pelagius Papa, & Synodus Anglicana, contrarium expreſſis decidunt, & post decisionem Nicolai, Theologi, contrarium omnino decidunt; & Bellarminus eam sententiam, ab heresi non ab errore excusat. Dux placent defensiones, Nicolaum obiter ea tantum docuisse, nec de illa questione confutum, ut verba indicant contra Macedo. A quadam Iudea necisit utram Christiana, an Pagani multos in patria vestra baptizatus asserti, & quid de sis sic agendum confutatis, ubi consulitur de Ministro non de forma, & Papa infallibilis tantum est in ea questione ubi consulitur, & ratio ipsa demonstrat, cum eam tantum expendat, & examinet, in ea tantum Spiritum Sanctum exoret, non in illi ubi obiter definit, & hac est prima responſio, quæ & Generalibus Conciliis tribuitur eaque utitur etiam Natalis contrarius quippe de re ipsa non interrogatus, respondent inquit ipse ut privatus Doctor, sic vidi mus in ipsi notione questionis, vel Concilium errare posse, cum in re non qualita, non ponat examen, nec adhuc invocet Spiritum Sanctum, sic in septima Synodo ea non contradicente dictum est Angelos pingendos, utpote corporeos, sic aliqui Theologi cum Vasquez, putat nondum id definitum in Lateranensi, cum per transiit hoc definit, & obiter. Quam responſionem tradit, vel in ea re infelissimum Natalis, in Theologia dogmatica de baptismō; cum alia quod sit deciſio privata.

Aliud est responſum Nicolaum decidisse

A a 2 vali-

validum baptismum in nomine tantum Christi collatum, in primitiva tantum Ecclesia, ideoque & in Ecclesia nova Bulgarorum. Hanc tenet Theologorum Princeps. *Quod ex speciali Christi revelatione Apostoli in primitiva Ecclesia in nomine Christi baptizabant, ut nomen Christi odiosum dulcesceret.* Hanc innuit Catechismus Romanus à Summis Pontificibus approbat. Si aliquid tempus suisse dicendum est, quod Apostoli in nomine tantum Iesu Christi baptizarent id quidem Spiritus S. afflau fecisse exploratum vobis esse debet. Hanc tenuit Beda, S. Ambrosius Magister ex Vaquez ipso contrario. Hane Hugo de S. Victore, & fuit sententia veterum Theologorum; & antiquo Theologos rem certam reddere, evincit de fidei deposito Gravina, erroremque Spalatenensis condemnat, & Leo Byzantinus contra Nestorianos. Eos conari Theologos ad contradictionem adducere, & dicere a se ipsis dissentire. *Hic conatus suscepit non est contra nos sed contra illorum gloriam, jam verò contra Paulum, & adloc contra Spiritus Sancti auctoritatem & Christum qui in Paulo loquebatur, post enim Apostolos & Prophetas ID posuit in Ecclesia Deus, & Gregorius in moribus illud citat.* *Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filii;* denique sunt Magistri quos discipuli audimus. Qua verò feruntur in contrarium rationes sunt ita debiles, ut ex se corruant, baptizandos in actis respondisse, neque si Spiritus Sanctus est auditivus, cùm ante ex Christi præcepto docentur, Canonem esse Apostolicum. De baptismō quod dari videtur in Domini morte datur, non enim dixit, nobis Dominus in morte mea baptizare sed euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris &c. ibi enim Canones condunt perpetuos, sicut & Christi præceptum, quod nec dispensationem excludit, nomen Christi reddi amabile, si dicitur in nomine Christi Filii ejus, quippe addititum videretur, ut videbatur Arianis, Paulianis, Hebonionis, sicut cùm additur B. Virginis ex devotione non ex præcepto, sic Thomasinus. Nam multorum Patrum, sententia est etiam in foliis Christi nominis invocatione perfici baptismū posse, aut saltem aliquando potuisse, & citat Firmianum, id repetenter, & plures citat Sirmondus, cum Hermianensi, Ambrosius de nomine Christi, non de causa efficiente latum. Eam verò extensionem ad Bulgarorum, docet eadem & par ratio, ut Christi nomen amabile reddatur sententia est, etiam in foliis Christi nominis invocatione perfici baptismū posse, aut saltem aliquando potuisse, nempe ut primò auditum sit venerationi, & sic in novitia Bulgarorum Ecclesia cùm sit eadem ratio reddendi Gloriosum Christi nomen, & Ecclesia semper in novis missionibus, licet permiserit, non dubias ceremonias. Ad huc Nicolao non parcunt Magdeburgenses eo quod contra Dei institutum matrimonium Lotharii & Theutbergæ dissolverit;

quod est mendaciorum omnium maximum. In hac re dissertationem scribit Natalis Papæ certè non adulator, & Nicolaum haec in re indefessum in pluribus epistolis evincit. Scribit Nicolaus Adoni Vicenensis. Requiristi si dimissa uxore quam legitimè sponsatum quis duxerat quia nomen malum postmodum ei imponit, abfque decreto Generali Concilii licet ei, aut aliam accipere conjugem contra auctoritatem Evangelicam, aut illa superstite pro uxore concubinam habere. Quibus nos Apostolica Autoritate fulti secundum Evangelicam Sanctionem omnino refutimus, & nec alia uxoris copulam eis, qui talia agunt dimissa superstite habere concedimus, neque concubinam habendi dicentiam tribuimus; imò nec Ep 59. divortium permitti prius corrupte, ut constat ex tomis Gallie Conciliorum. Iterum in commonitorio Legatorum, Lotharii effugia solvit, & confusat. Iterum Annales Fuldenses de Nicolao. Qui convocato Romana Sedit Episcoporum Concilio, & Metensem anathematizavit Synodum, & ad se missos Episcopos deposuit; Sic Annales Bertiniani, Guntharius, & Theutgandus Romam perver- An. 863. menies, primam in Synodo & poftea in Eccle- an. 863. sia S. Petri sicut babetur in subditis ab Apo- & 863. stolico sunt dannati, idem referunt Annales Metenses, & praecario epiphonemate conclu- dent. *Statuita elogio denotanti qui illam Petri Sedem aliquo pravo & dogmate fallere posse arbitrati sunt que nec secessit, nec ab aliquo heresi unquam falli potuit;* Sic & Regino Abbas Prumiensis, sic & Anastasius ipso calamo, damnationem Synodi Metensis, & Theutgaudi & Guntarii depositionem. Et idem Spiritus S. iudicio, & B. Petri per nos Autoritate omni Episcopali exutus regimine consistere definimus. Iterum ob eorum degradationem profugus Nicolaus biduo stetit sine cibo. Kursus epistolam scribit Nicolaus Adventio, ubi inter cetera docet. Ergo Regi quasi præcellenti virtutibus felicit, & non vitiis subdit efflore, & pacem largitar ea conditione, ut Theutgando non communicet. In ea causa scribit Lotharius Nicolao, se paratum hostium calumnias refellere, se exercari Guntharii rebellionem, nec missam ipsius audire voluisse. Kursus Nicolaus Arsenium legat, literas ferentem Lotharii Præsuiibus, ut adulteram à Lothario separarent. Jam nominatum Regem frequentius adeatis, & tam ex auctoritate Dei, quam etiam ex nostri Apostolatus injuncta vobis præceptione quansque, si non obedierit hanc, quam nunc habet adulteram mulierem projicieus, finitiam, permanens rumpque deus super eam sententiam. Kursus scribit Carolo Calvo, & Ludovico Germaniæ Regi pro integra securitate Theutbergæ, In ea causa Nicolai Legatus totum induens Pontificem Lotharij & factores excommunicat, Regem Sacramento constringit, ut conjugem legitimam recipiat, Engeltrudem excommunicatam promulgat, quod brevibus narrant Annales Fuldenses. Theutber-

C.5.  
C.11.L.36. c.  
12.

C.49.

Difert. 2.

Apud Cypr. ep.

75.

pon Reginam à Lothario dudum dimisissam, sicut ei ab Apostolico iunctum fuerat eidem restituens Valdradam concubinam ejus in Italiā duci praecepit. Iterum scribit Nicolaus Episcopis Italiae, Germaniae, Galliae, Neustriæ, de sententia excommunicationis Waldradæ. Iterum cum Regina peteret à Nicolaio, veniendi Romam permissionem, & spondeat cessionem Regnum. & divortium à se facienda, dure increpuit Nicolaus, quod contra se ipsam scriptisset, & si studio id ageret continentiam Rex quoque celibem vitam sponderet. Porro si amore pudicitie, ut afferis solutionem matrimonii quaris hanc ribi nullo pasto novoris tribuendam, nisi Vir tuus eadem pdicitiam non scire fecit extiterit, & ante omnia effugia praeludit. Et tertio ad Episcopos Lotharii summam notans negligentiam scriptis. Scribit iterum Carolo Calvo pr̄ Teutberga, & de Monachia, quam Lotharius subire volebat. Monachiam vero in legem assimi susquam preceptum fuisse reperimus, quam licet quoddam iniuste legerimus, sicut S. David, & Goliām sacra prodit Historia, susquam tamen ut pro lege teneatur alieni divina sanctis Autoritatibus, cum hoc & buſuſmodi ſeſtantes Deum ſolūmodo tentare videantur, ubi vides Pontificum Doctrinam, nec Roma, Monachiam & similia doceri nisi per inspirationem in aliquibus, contra ea quæ opponit Laplace. Iterum scripsit tres epistolæ ad Ludovicum Germaniæ Regem, pro Theutberga contra Valdradam. Scriptis demum ad Episcopos in regno Ludovici constitutos, & acerrimè reprehendit, quod peterent Theutgardum & Guntharium restitui, Lotharii repudium approbarent, & hortatur ne amplius pro ipius intercedant. Et hic est ille qui divortium approbavit, libris epistolaram confutans, tot censuris etiam approbantes fulminans, Legatis Synodis jumentis convincens, & haec narrare possunt historici Magdeburgi. Hæc paueis de Nicolaio multa, qui tamdiu scripsit quamdiu vixit, in ipsis initis validissimus, dans in commonitorio Legatis ea. Scelus quod Lotharius Rex si tamen Rex dici potest, folus stetit contra Reges & Pastores, Legatis suis negligentibus non pepercit, robustiores are substituit, volente & Regina nolue divortium, & vivus & mortuus hac egit, quippe Lotharius ab Adriano est sciscitatus. Si mandato Pii Patrii Domini Nicolai cum omni vigilancia custodiatur. Haec sunt hotiū bellæ accusations. Eodem & pejori vicio laborat Stephani sexti reprehensione, quod capitulu enim vero decernat statuta Pontificium observanda, quippe possunt omnes accusare Pontifices, & se ipsos oblitus cognoscunt, id à Victore, Pio, Stephano peractum.

Adducunt post sextum septimum Stephanum, qui Formosi cadaver in tiberim projectit, & teste Luitprando id accusante. Cuiusflisque quos ipse ordinaverat gradus proprio de-

positos iterum ordinavit. His respondet Natalis errasse factō non jure, cùm dubium foret an irrita, degradatorum efflenti ordinationes. Citò se se expedit Bellarminus, ea omnia per violentiam facta, nec urget instantia Macedo, ea pœræcto cum Romæ Concilio, quippe nil decrevit nisi factum, ut vel generalia decernant, sicut Viennense de templaris, & quinta Synodus de Personis, & certè nullum extat decretum Synodi, siue extat de non reordinandis ordinatis in Synodo Romana successoris; & quando ad eßet decretum, per violentiam factum non obserret. Foret facilis, & obvia responsio, si vera esset sententia Morini, Ecclesiæ posse ordinationes irritare, quando contra Canones fiunt, exemplo matrimonii & penitentia, at matrimonium contrarius est, qui ut legitimus extet pendet à Principe, & penitentia requirit jurisdictionem, nec Sacramento ut est Sacramento conditio irritans valet opponi, alioquin posset evenire ut excommunicatus validi vetante Papa non consecraret, quod Theologis repugnat & ratione, cum Papa in ordine fit per Episcopis, & par in parem non habet imperium. Hoc & constat ex tertio Chartaginis Concilio, constat & sep̄ ex Augustino & Ecclesia, idem de baptismo & ordine dictans. Ideoque in Catholica utrumque non licet iterari. Hac de re vidē libros duos Auxili. Denique Siegherthus in Chronicō tuetur. His uenit Theodorus Papa contra Stephanum An. 903. Papam sentient reconciliabit ordinatos à Formo quos Stephanus per vim Roma intit & non foris exordinaverat, nec tamen presumperat eos iterum consecrare, & Luitprandus reordinationem accusans, eam tribuit Scrio Antipapa non Stephano.

Sequitur horrendum illud crimen à Magdeburgensis, & aliis inculcatum Joannem nempe decimum tertium iussisse campanas baptizari, horrende scelus omnibus sacrilegio; at non solum baptizavit campanas, sed ex præcepto Christi eruditivit, necessarium symbolum edocuit, carum intentionem exploravit, interrogavit an ex corde crederent, & similia. Nos quatuor annorum pueri, nec verum esse baptismum credebamus.

Miserandnm illud est à Bennone narratum, Pseudo Cardinali Schismatico & mendaci Silvestrum secundum Necromantie ad dictum, Dæmonem familiariter adiisse, de vite duratione consultasse, ab eoque responsum tulisse, non moriturum donec in Jerusalem celebraret, miserandum inquam creditum à multis, à Siegherto quamvis habitanter loquatur, Martino Polono S. Antonino, Malmesburiensi, Platina, & aliis. At fabulam hanc destruunt coevi Scriptores, qui Silvestrum magnis laudibus exornant.

Narrat de ipso Ditmarus Merseburgensis Episcopus. Erat is natus de occiduis regionibus à puerò liberali arte nutritus, & ad ultimum Regensem, urbem ad regendum iusſe pro-

*promotus. Optime callebat astrorum cursus discernere, & contemporales suos urbis artis notitia superare. Hic tandem à finibus suis expulsi Otonem petit Imperatorem, & cùm eo diu conversatus in Magdeburg borologum fecit illud rēlē constituent, considerata per fistulam quadam stella nautarum ducē. Post bac p̄dīcio Papa defunctū ī gratia Imperatoris eidem succēsſit. De ipso Helgaldus Floriacensis Monachus, in vita Christianissimi Regis Roberti. Fuit idem Rex sapientissimus literarum, cuius sapientissimo cordi iusta erant à Deo data perfecta scientia dona. Nata à piissima Matre Schole Remensi traditus Domino Gerberto ad erudiendum est datus, qui eum sufficienter liberalibus instrueret disciplinis ut in omnibus Deo omnipotenti complaceret virtutibus almis. Factumque est. Et quippe Gerbertus pro maximo sue sapientia merito, quato radiabat in mundo donariq; Regis Hugo-nis munere Pontificium adeptus Rhenensem non multis annis illud adornavat splendide in his quo forent necessaria S. Ecclesia. Eo namque derelicta Ravennam factus est Rector ob Ottone III. De quo ad Apostolatum Petri Apostoli Sanctissimi festinus concendens, multa in ea virtutum operatis est insignia, & prae-cipue in elemosina sancta quam forisiter ten-tuit, dum fideliter vixit, An Necromantia est multa operari virtutum insignia, & elemosinariū esse & fidem? Idem narrat in historia Glaber Rodulphus. Idem in decreto electionis enarrant Episcopi Provinciae Rhemensis. Eligimus nobis Archiepiscopum Abbatem Gerbertum, atate maturum natura prudentem docibilem, affabilem misericordem... Hujus vitam ac mores puer novimus, studium in divinis, ac humanis rebus experti suntus hujus confitili ac magisterio informari quāri-mus ejus electionem subscribendo confirmamus. Id firmat Gregorius quintus Ecclesiastice studioissimus disciplinæ, Ravennam ob ejus merita grandia, multis privilegiis exor-nans. Id confirmat epitaphium Sergii quarti, interque summa hac scribit. *Iste viceni Perri postquam suscepit abegit, Lustrali spatio seculi morte sui.* Id firmat Wilhelmus Mal-mesburiensis, & objecta ipsi dispergit. *Hac vulgariter ficta eo quod soleat populus literatorum sanctam latere dicens, illum loqui cum Dēmone, quem in aliquo viderit excellenteem opere,* imò nec apologia opus est in artificiis istis cum lanternas magicas omnes appellent; & Magia naturalis inscribatur, liber ignavis absconditus & Sapientibus ob-vius & manifestus; Eum collaudant Otto Imperator & Augusta, denique fabella Auctoris se prodit, quod iverit Hispalim studiorum causa, cum tunc Hispalis sub ju-go gemit Saracenorū.*

Omnium arma unum feriunt Gregorium, Centuriatores, & Tilmannus Hesbulius, Necromantie ipsum accusant non Gregorium, sed Gog, & Magog appellant, non Hildebrandum nomine ipsius, sed Hellebrandum inscrubunt Diaboli semper titionem, ejus-

que seculum Hildebrandicum vocant; quasi totum seculum infamasset. Accusant de ha-reſi Berengarii, accusant quod Sacerdotes concubinarios nec voluerit esse Sacerdotes, quod Liberii haeretici festum institueret; at Liberium Sancte defunctū, & Patres, & Historie conveniunt; aliae sunt manifesta calumnia, quas vita à Benno scripta nar-rat, plus secunda mendaciis quā verbis. Et primò constat Gregorium Hostem Beren-garii non discipulum, cùm ante Pontifica-tum damnavit, & Leoni nono, & Nicolao secundo ipsum damnantibus communicavit, imò in Concilio Turonensi Legatus, & ite-rum in Romano condemnat, ut affirmat Guimundus de Eucharistia. Iterum constat L. 3. anno sexto in Berengarium sententiam di-stante quam fūs citat Waldensis de Sacra-mentis. Iterum extant acta Concilii Roma-ni sub Gregorio, ubi Berengarius convictus abjurat, ejusque doctrina anathemate per-cutitur. Iterum Gregorius septimus ad Ma-thildim exp̄s̄ scribit de Eucharistia. *Ubi* L. 2. quotidie immolatur, ejus quippe ibi corpus sumitur, ejus caro in populi salute partitur, ejus sanguis non jam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur; & ibi probat ex Ambrolio, Joanne Chrysostomo, & Gregorio Magno. Veh vobis dicit haereticis Propheta, qui dicitis bonum malum. Aliud est Sanctissimum decretum; & Sanctissimu-m Romanum Pontificum. *Ad hoc Prædece-sorum nostrorum Gregorii V. Urbani, & Pa-schalis vestigiis inherentes præcipimus;* ubi in uno Hostes plures condemnant, & om-nium miserrima est oppositio, quod missa damnentur cum non audiuntur, quippe non communicamus cum excommunicatis, nec cum haeretico in Sacramentis, nec tamen Sacra-menta damnamus. Hæc de heresi de San-titate innumeris, apud Bellarmīnum, Gret-serum, Coccium, Roccabertum, ejusque Biblio-tecam, ubi Sanctus est apud plures Sanctos, Sanctissimus apud innumeros Au-tōtōes, ex miraculis, inscriptione; & corpori, incorruptione.

Eadem ratione decreveram omittere con-troversiam de Christi paupertate, ubi con-trario visos Pontifices conciliant Turrecre-mata latè, Bellarmīnus, Sotus, Nitela Fran-ciscana, Vvadingus Giballinus & alii. In qua re mirum est Dupinium docere contra-rios in fide Pontifices, cùm ipsi exp̄s̄ ne-gent de fide. Profecto decidit Joannes di-recte, *boc non ad fidem pertinet, cùm de hoc articulus non sit aliquid sub quo valeat compre-hendī, ut patet in symbolis in quibus articuli fidei continentur.* Hæc defendit Natalis Ale-xander, & tota Universitas Parisiensis. Uno verbo tuerunt Lessius, Macedo, & Turrecre-mata alios loqui de usu facti alios de usu ju-ris, & id constat ex definitione usus apud ipsos; nec respectu diversorum est oppositio. Imò textus Evangelii conciliari non pos-sunt, nisi teneatur Pontificum varia decisio. Hinc Joannes vigesimus secundus constitu-tione

<sup>7o. 14.</sup> <sup>7o. 15.</sup> <sup>7o. 4.</sup> <sup>C. 8.</sup> <sup>C. 10.</sup> tione cùm inter nonnullos statuit Christum, & Apostolos habuisse bona in communione. *Discipuli abierunt in civitatem ut cibos emerent, & ante. Emere ea, quae opus sunt nobis ad diem festum, & ut egenis aliquid daret dixit Iudeus loculos habenti, & ante fuerant discipuli ad emendos cibos, & habuit aurum à Regibus. Alii sunt textus ubi nihil habuit. *Vulnus per se oves habent, & volucres cali nidos, Filius autem Hominis non habet ubi reclines caput suum. Et apud Lueam Sathanus & alias multas, quae ministrabant & de facultatibus suis. Et rursus apud Matthæum. Nolite possidere aurum neque argenteum, quod in actis repetit Petrus, argenteum & aurum non est mihi. Unde bene Joanne dixit hæreticum dicere, Christum non habuisse bona, quod & Emericus dicit hæretum Fratricorum, & aliis dicunt non habuisse, & verbo, & exemplo paupertatem docuisse, haec sunt Evangelica non hæretica. Quia autem contradicatio est exclamat Doctissimus Charles, alios Pontifices voulisse Dominum, alios noluisse rerum Minorum? Denique utraque paupertas meritoria est, utraque fulget in Ecclesia, & in membris sicut in Capite. Pudet denique defendere Bonifacium octavum, acculatum hæretis à Philippo Pulchro, quippe absolutus à Concilio Vienensis, laudatus ab Innocentio undecimo, à Gallis cùm Spondonno defensus, calamiti Petri Flotus detectis.**

Nondum arma deponunt Magdeburgenses, & accusant Alexandrum tertium de testamentis, ubi decidit alienum à lege Divina, plures in testamento requiri, quām duos vel tres testes. *Cum in ore dñorum vel trium flet orare verbum. Tuetur Papam Macedo non errasse, cum legem sibi libram serihere posset, populis sibi temporaliter subiectis, at manet integrum argumentum, cum dicat à lege Divina alienum, plures testes requiri. Alli melius de causis pīis exponunt, quod & confonat textus menti. Repugnat Ecclesia consuetudo, & indicat Parochi praesentia, in prophania causis inutilis. Alii cum Engel eximiē alienum exponunt pro diverso, quod est in eo texto manifestum, cum præter duos testes, jure Divino requiritos, Parochi praesentiam exposcat, & deficiente Parochio duos alios testes, & ita quatuor testes requirit, quod est à lege alienum divina, & ita destrueret, quod adificat, cum præcipue & ius Canonico doceat, in aliquibus causis duos, vel etiam tres testes non sufficere. Mihi tamen titulum totum legenti, nulla unquam apparuit difficultas, quod & postea in glossa perlegi. *Decretalis ista intelligitur per sequentem. Relatum est quod cum ad nostrum fuerit examen deductum super rebelliis Ecclesie causa deductur; vos nisi septem vel quinque idonei testes intervenirent inde postponitis judicare. Et infra. Mandamus quatenus, quando causa talis ad verstrum fuerit examen deducta eas non secundum leges, sed secundum decretorum statuta**

*transficiat ut tribus aut duobus &c. Ubi gaudente debet Deus privilegio, quod habent milites, Patresfamilias, Princeps &c.*

Accusat iidem Celestium, & Innocentium tertium. Accusat primū & Alfonsum de Castro, quod senserit matrimonium Catholici dissolvi, si unus conjugum habet hæreticus, & quamvis amplius decretalis non extat, ipse videt, sicut & Henriquez; & asserit ex Tridentino hæreticum. *Si quis tenet proper hæretim, ast molestem coabitationem, ast officiatam absentiam a conjugi dissolvi peccate matrimonium anathema sit. Respondent alii tunc id nondum definitum, at Papam non tantum Catholicum, sed & infallibilem comprobamus; Alii Doctores in eo volunt privatum, at publicè instruit in doctrina. Respondeat Henriquez id judicatum de sponfaliis, vel quod consultus eximeret à pena, vel quod accidente Papa conuenit primū matrimonium ratum, & dissolvetur & valeret secundum. At facilis est textus expōitio, nomine hæretis vel Turcas intelligi, quod in jure, & Historiis constat, & titulus universalis ostendit de conversione infidelium inscriptus, nec loquebatur de hæreticis baptismali charactere insignitis, sed de infidientibus valori baptismi. Accusat & Innocentius tertius; titulo qui filii sine legitimi, ubi docet legem veterem non abrogatam, cùm Deuteronomium lex secunda dicatur. Ut quod ibi discernitur in testamento novo debet observari; at ibi arguit à figura ad figuratum, à veteri Pontifice ad novum, quo argumento utitur & Paulus, & validum agnoscit Spaniens. Et hoc evidenterissime constat, cùm etenim Innocentius doceat, innumera deuteronomii non obligare, certe non dicet debere observari. Simile est quod ipsi opponuntur, instituisse auricularem Confessionem, qua per Hostem à Nectario est abolita, pēc oītingentos & amplius annos, Innocentium tertium precedente, & sub Tertulliano ex Jacobo Rege, jam erat consueta, & nota.*

Alli duo accusant Pontifices, & Gregorius nonus & Urbanus quartus. Hic extremus quod instituit indulgentias, at jam sub Cypriano, & Tertulliano vetustas, quomodo post milie annos instituit Urbanus. Accusat à Magdeburgensis primus, quod antiphonam salve regina invenerit, plenam contumeliam in Christum, sic Marcius Calvinista, & Lutherani, at illa institutio antiquior est Gregorio, quām S. Bernardus sermonibus illustrat; ille Bernardus ex Calvino Sanctus, ex Calvinista Christi contemptor, at epitheta illa sunt veterum Patrum. Sunt Epiphanius de laudibus Virginis. Mariam interpretari solemus Dominam atque etiam spem, peperit enim Dominum qui est spes totius mundi. Sunt Irenæi utriusque Ecclesie Doctoris. Ut Virgini Eve Virgo Maria fuerit Advocata, ubi legis spes, & advocata nostra; & Augustinus contra Julianum textum illum pendetur trans-

transcribit. Et Epiphanius ipse solvit argumenta, agens in Collyridianos hereticos veteres, eadem opposentes quo novi obiiciunt. *Honoratur sancte Maria, Pater verò Filius, & Spiritus Sanctus adoratur.* Quod integra disputatione tuetur Natalis, & liberos integros completere potest, Deiparae numerosis encomiis. Cyrilus coram tertia Synodo etiam apud Hostes Ecumenica, velut unum ex Evangelii celebrata. *Salve à nobis Deipara Maria.* Equis Hominum laudabilissimam illam Mariam pro dignitate celebrare queat, ipsa & Mater, & virgo est observans admiranda. Miraculum hoc in stuporem rapit. Et rursus Litanias ineohat, & laudem cumulat elegia. *Sit etiam sibi Sancta Dei mater laus.* Tu enim es preicta Margarita orbis terrarum, tu lampas inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum orthodoxa fidei, templum indistrubabile, continuo eum, qui nasquam contineri potest, mater & virgo per quam benedictus qui venit in nomine Domini in Sanctis Evangelii nominatur. Per te Trinitas glorificatur, per te crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum. Per te exultat celum letantur Angeli, & Archangeli fugantur Demones, & homo ipse ad cœlum revocatur &c., ubi longe majora encodia traduntur Virginis, à Patribus antiquis, & Coneulis, quam largiatur Ecclesia moderna, & tamen haec excedit illi non excedunt, illi sunt Catholicis haec heretica. Legatur de Virginitate Ambrosius, de symbolo ad catechumenos, Augustinus de expositione Iesu Ioseph Basilii, adversus Jovinianum Hieronymus, Irenaeus, Tertullianus, & alii innumeri, & de Virginis laudibus impares factentur, ubi Ecclesia post Salve Regina subdit, ora pro nobis Sancta Dei genitrix, & post illud. *Ave, Solve rei, vincula summat per te precies qui pro nobis natus tulit esse tuus.* Uno verbo honorant, & beatam dicunt, Elisabet, *Tonnes generationes, quod & factentur cum Jacobo Rege vel Hostes quamplures.*

Acerrimi sunt contra Joannem vigilissimum secundum & Catholice Hostes, & fortius Hæretici. Is à Calvinio erroris arguitur, quod affereret animas Hominum, cum corporibus ipsis interrituras, usque ad resurrectionem mortales, & proprieas à schola Parisiensis refutatum, & à Gersoni qui tunc vivebat, & Illyricus addit Geronem referre, errorem de visione Dei dilata, & Mornanus addit duos Fratres missiles, unum Dominicatum Francicum, qui opinionem illam docerent, & hortarentur ad eam sequendam Sorbonistas. Acedit & Gerson concludens.

*S. R. Ex quo apparet falsitas sententia Joannis vii. f. 70 gesimi secundi, & Okam in eam totus inventior. At Calvinus mille mentor de Gerson tunc vivente, qui ex Joanne Villano nondum erat natus, de palinodis, de buccina de fratribus missis, de prædicatione, & de ipsa sententia, ut enim suum tueretur errorum, quo post definitionem Ecclesia tenet,*

animas nostras nondum Deum videre, inexcusabili calumnia Joannem exagitat, à se solo vel inter suos confitit. Verum quidem est eo tempore questionem, inter Theologos Catholicos agitatum cum videretur esse Patrum sententia. Ita narrat Albertus Krantius. *Hoc erat illud tempus quo sub Joanne L. 580. hujus nominis vigesimo secundo scindebatur c. 8.* Ecclesia de visione separatarum animarum, cùm nonnulli ex Fratribus minoribus pertinaciter tuerentur illam differri nsque ad novissimum diem, quibus malum inhibere videbatur Pontifex, sed Fratres ex adverso Predicatores docebant mox resolutam corpore animam justos, celos ad beatam vitam penetrare, ubi tunc hic inter duas Religiones agitabatur, & successor Joannes affirmit, Theologos quamplures eam defendidisse, idoneaque Thomas de Valo Dominicanus, publicè clamans heresim est punitus, & à Recaberto Dominicano reprehenditur, quod rem non definitam privatus definiret. Hoc scribit Universitas Parisiensis, & refert Natalis ipse Alexander. Quod quiequid in hac materia sua Sanctitas dixit, non afferendo seu opinando protulit, sed solummodo recitando, unde Sorbonici Moderni contra Pontificem id est Patrem præliauit, & contra Universitatem Matrem. Scribit itaque Joannes ipse. *Cum hanc questionem B. Augustini 11. scolius in scriptis suis reputaveris validè dubiam, & circa eam varia dicatur et ne dum ipse, sed & multi Doctores alii, circa istam materiam variant, propter hoc ne veritas possit melius aperiri.* *Nos interdm in nostris sermonibus mentionem habuimus non profereamus alii.* Rog. quid de nostro Capite, sed dico Scriptura Sacra. & Saviliorum principiū illorum, quorum Scriptura ab Ecclesia sunt recepta. Multique tam Cardinales, quād alii unam nobis, & alii in suis sermonibus pro & contra de ista materia sint locuti, & ne duni in sermonibus, ius publicè Prelatis, ac Magistris in Theologia prefessibus. & in curia plures questiones busfusione ut sic plenus posset invenientur veritas disputata. Et mox. *Et quia Amantissime Fili scimus, quod in his vel aliis &c., ut encidetur veritas intenderet.* Et dicit quemlibet liberè loqui debere. Sic enim ad veritatem questionis prædictæ poterit promptius perveniri. Sic scripsit Joannes lucefstor, & Durandus contrariam defendens judicatus est dignus censura, à successore Joannis defensus. Et iterum Joannes scribit Reginæ. *Quid circa questionem visionis animarum ordinaverimus ad Regalem nobilitatem credimus diu est perveniente.* Infunctius quidem Fratribus nostris S. R. F. Cardinalibus, ac Prelatis aliis, & Doctoribus Theologie, ac Iuris Canonici presentibus in curia, ut super illa cum diligenter stabant, nobisque quid eis videtur exponant. Idem testatur ipsius successor, idem epistola, verum si sermo Papalis p̄t, & sane intelligitur non proprii sermo nec definitio nec determinatio. Seu prædicatio, sed magis quedam scholastica disputatio, aut

aut disputantium collatio aptius esse perpenditur. Parva sunt hæc post has disputaciones, certus factus est de veritate Joannes. Ita claret Paulus Langius testatur. *Joannes Papa moritur, & antequam migraret è vita, revocavit errorem suum super dictum de animalibus justis.* Et constat ex M. S. *Siforsan L. 241.* in predictis sermonibus, vel collationibus aliis, quæ vel Scriptura Sacra, vel fidei Orthodoxæ quovis modo essent, vel videveneret obvia ipsa præter intentionem à nobis suisse prolatæ dicimus, & assertimus, eaque revocamus expressio, non intenderem illis adhaerere, nec ea in presenti defendere, nec etiam in futuro, quod & facetur Bonagratia Pseudomorita. Idem confirmat Ptolomeus Lucensis. In consistoria protestatus fuit coram Cardinalibus, Praelatis, & Capellaniis, quod in predicta questione nihil definiens, sed recitando dixerat, & quod paratus esset revocare si quæ enormia dixisset. Extat & oculatus teitis, & immediatus Joannis successor. (Volens idem Prædecessor verbis & linguis malignantium obviare anno à nativitate Domini 1334, indictione secunda die tertia mensis Januarii S.R.E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, multisfice Prælatis, & in S.Theologia Magistris alisque Personis, & Tabellionibus publicis in Consistorio Apostolico coram eo personaliter constitutis dixit auctor, & protestatus exitit, sub hac forma. *Ne quis sinistre interpretari posse nos sensisse aliquid aut sentire, quod S. Scripturæ obvies, aut fidei Orthodoxæ dicimus, & protestamus expressio &c.*) ubi vides, & audis testes innumeros, eosque præsentes, & audientes, & omni exceptione majores, & orbi toti promulgantes. Hoc idem constata ex bullis Joannis. Constat in bulla Sol oriens, in Canonizatione S. Ludovici Episcopi. *Huc cali prestante bispicium celi civis, ut sibi consorem, & comparem ad sumum huic confortum admittunt in supernis &c.* Et rursus. *Ceterum quia convenit, ut quem Dominus in celo magnificat.* Constat ex bulla S.Thomæ Herfordiensis Episcopi. *Letentur celi sibi summi, qui banc Sanctum gloriosum in se suscipiant &c.* Constat ex bulla S. Thomæ Aquinatis, in cuius proemio ita loquitur. *Pater ergo celum credentibus.* Et post plura conclamat. *Asumptum in celis sanctificatum.* Et iterum. *In celestibus agminibus positum Deo glorificante cognoscimus, & hoc est authenticum Papæ testimonium.* Denique extat Joannis confessio. *Futemur si quidem & credimus, quod anima purgata separata à corporibus suis in celo cælorum regno, & Paradiso & cum Christo in consortio Angelorum congregata, & vident Deum, ac Divinam essentiam facie ad faciem inquantum status & conditio patitur, anima separata, & Benedictus duodecimus testatur, Joannem id voluisse veluti testamentum.* Nec his obstat Adrianus sextus, qui assertus dicitur, fertur. *Nec Germanus sua universitatibus contrarius, & falsa de Pontifice credens, ut vidimus agentes de*

Concilio. Longè minus obstat Okamus Ludovici Bavarii stipendiarius, Joannis vigesimi secundi inimicus, excommunicatus, schismaticus, hereticus de quo Paulus Aemilius de geltis Francorum. Okamus Theologus minor non criminibus modo sed & maledictis Jo: Papam lacerat, & Trithemius succos. Vir doctus sed temerarius nimium, de quo S. Antoninus docet, ad nihilum Papæ potestatem reduxisse, & addere poterat Concilii, quod non Catholicè fallibile credit, & Goldastus hereticus citat ut fratrem. Ex his vides mendacia, Calvini, Mornæ Dupontii & aliorum.

Major lis est de Joanne vigesimo tertio, quem sèpè Constantiense Concilium, schismatis, & hæresis reprehendit. Criminibus hæresis sautoria bñjuscæ presentis schismatis. Eius recessus à Concilio vocatur nefandissimus schismatis nutritivus, & suspicionis hæresis sensitivus. Et Gulielmus Cardinalis S. Marci assertus in sententia ipsius contineri, quod Joannes ob hæresim à Papatu suspenderetur. Et iterum in articulis criminalibus legitur. *Dixit & pertinaciter credidit vitam aeternam non esse, & animam Hominis cum corpore humano mori & extinguiri ad instar animalium Brutorum, dixique mortuum semel in novissimo die minime resurrecturum, contra articulum de resurrectione mortuorum.* His reponit Bellarminus Joannem non extitisse indubiatum Pontificem, at non placet Macedo, cum successerit Alexandro legitimio Pontifici; verum pace tanti viri ita est dubius, ut nescierint Sancti, & docti discernere. Brevis responsus est nil probari, & Cardinalis ingeniu est confessus hæresim de ipso non probari, & tamen probatio illa tanti valebat, quanti quies Ecclesia. Parvi refert quod opponunt Benedicto, Pseudo Papæ à fætiosis electo, sibi tantum Papæ ab omnibus relatio, & intra rupeis insula Penitcolæ latenti. Maximi momenti est accusatio Eugenii hæretici, quod noluit obediere Concilio, quippe Sanctissimum extitit Eugenius, cuius Rainaldus virtutes enumerat, qui prædixit sibi mortem, & Nicolai quinti assumptionem, quem & tandem vel Hostes, & Concilium ipsum Basileensem est veneratum.

Lepidis est accusatio Innocentii octavi, qui ex Volaterrano permisit Norvegis, ob inopiam vini à Sacerdotibus solum panem consecrari, quippe tanta vini copia est, ut vel laici vini speciem velint, & irridenda est ratio ibi non nasci, cum nec in Anglia nascatur & sit abundans, & quod magis est festivum scribit Auctor, Innocentium Norvegis injunxit, ut nudum calicem offerant, ut uvam forsan è terra promissa expectarent. Festiva est accusatio Julii secundi à Duplicio acriter intentata, quod simonianum hæresim vocat, cum ipse probet ita à Patribus vocatam, & cum neque id oculo teste sit verum, quippe vult tantum puniri hæreticum, & si eo nomine compellat erit Simoniacus Ethnicus, & publicanus, cum dicat.

dicat. Sit tibi velut Ethnicus & publicanus.

Triumphant in Adriano sexto Moderno, quod Papam tenuerit fallibilem, nec se in Papatu retrahit, & infallibilitatem quam auferunt Papæ, Adriano non Pontifici penitenti, at illi triumphi coronati non possunt, quippe laudandi non sunt, qui citant errantes, ut eis Adrianus de Ministro confirmationis, contra Concilium Florentinum. Legitur tamen aliquando per Sedit Apostolica dispensationem ex rationabili, & urgeente admodum causa simplicem Sacerdotem Christianum per Episcopos conselio administratissima Confirmationis Sacramentum, Inuit hoc etiam Synodus Tridentina. Si quis dixerit Suntla confirmationis ordinarium Ministerium non esse solum Episcopum, sed genere simplicem Sacerdotem anabemo sit, ubi cum Episcopus est ordinarius Minister, extraordinarius insinuat Sacerdos, quod & alibi fuisse evincemus. At reliquo Adriano privato Auctore, qui dissentit bellia, & heretibus errore que sciat emendare non potuit, sumamus eundem Ecclesie Magistrum. Is Romanum Pontificem infallibilem, ad Fredericum scribens acriter evicit. Illumine esse Antichristi Apostolum exigue obscurum esse poterit. Et mox. Qui Apostolicam Cathedram, in qua presedit Caput Apostolorum Petrus, cui presuerunt sancti Pontifices, quam Ecclesiam principalem, unde sit exorta unitas Sacerdotalis Sanctius ille, & gloriatus Martyr Cyriacus non dubitas assertere, impio, ac pestilenti ore Cathedram pestilente, anti-christianam, Diaboliceam, & si que potuit exagitare nefandiora toties appellare non cessat, ubi Roma est Ecclesia principalis, unde unitas Sacerdotum est exorta, quam os propheta, & pestilens, Cathedram pestilentiae tantum appellat, & Catholicus non est qui eo patet compellat. Et in Legati contra Lutherum instructione. Tum quia ipsi, vel major eorum pars ediculum imperiale in execusione sententia Apostolica contra Martinum Lutherum, & suos late factum approborunt. adco Imperator, & Lutheri fructores, sententiam Pape approbarunt, in Lutherum ut hereticum prolatam. Et rorsus. Quid si quis forte dixerit Lutherum inauditum, & iudecens suisse per Sedem Apostolicam condemnatum, propterea audiri eum omnino debere, nec antequam convictus sit condemnandum esse. Respondeo, quod illa qua Dei sunt proper Divinam Authoritatem credendo sunt non probanda, Ausus inquit Ambrosius argumenta, ubi fides queritur, pescatoribus credidit non Dialeticis. Et certè fatetur eò defensione negari non debere in his, que sunt facti, hoc est utrum dixerit nec ne, utrum prædicaverit, vel scriptiverit nec ne, super diuino jure verò, & materia Sacramentorum standum Authoritatis Sanctorum, & Ecclesie, ubi taliter est hereticus Lutherus ut nec audiendi amplius possit, in materia juris jam decisæ, & in materia tantum facti sit audienc-

dus, ubi manifestum hereticum hic, & sapientia convincit etiam à Synodo non damnatum, & ita loquitur. Per eum Fratriculum, qui à Catholicæ fide, & Religione, Christiano &c. non solum infeliciter oportavit, ubi vides perfectum Apostolam, etiam Principem nondum damnati faverent. Addimus vel Adrianum Privatum Doctorem, resolutiones suas ne erraret Romano subjecisse Pontifici, quod indicat credidisse infallibilem, & in statu de confirmatione, ut paucum veteres credebat, posse Papam ut privatum doctorem, non ex cathedra docentem errare. Uno verbo ex Cypriano, & Tertulliano, ipsaque ratione & experientia, errantem sequi est ridiculum cum ergo vel academia ipso Parisiensi teste, Natali Alexando integra dissertatione, Maimburgo ipso insensim, falsum sit fundamentum quo nitorit Adrianus sextua, errantem necesse est dicant non docentem.

Agreditur Sextum quintum Launojus, in emendandia biblii excantem. Illud sane certum, aique exploratum esse volumus hos labores è nunguam specie, ut nova editio in lucem exeat, sed ut vulgata vetus ex Tridentinae Synodi prescripto emendationi, priusque fusa puritate, quod primum ab Interpretis ipsius manu sylloque prodierat quoad fieri possit restituta imprimatur. Super quæ verba Launoja commentatur. Hæc verba Virum sibi presidensem, & de bibliorum emendatione perfeliximo fecurum obiciuntur, sed nec bibliorum editio, necque Xisti diplomata suppressa essent nisi erratas. At commentum est hoc Launoii, non Xisti quinti textus, & ea non sunt verba vertentis, sed evertentia, quippe qui spectare se dicit, se pervernit non dicit, & qui aperta verba proponit, quod fieri possit, indicat se non omnino fecurum. Iterum qui novam editionem refusat, veterem cupit emendatam, quæ nunquam aliquo contra fidem errore, utpote in Ecclesiæ letta maculetur. Iterum non causa supponendi error non fuit, sed status Scripturae emendarior, & ab errore Amanuensium mage purgatus, quippe in novam lucem exiit præfixis Xisti, & Clementia nominibus, ut vel in Gallia oculis constat.

Ad extrellum & perorationem ventum est, ubi compendio uti est necesse, & successio anaccephalosi utendum, ut paucis ictibus hydræ capiti refecemus. Accusatur hic in Papa fidei constantia, & fideles hereticæ declarantur, ita Linua qui feminas justit in Ecclesia velari, ita Anacletus memorias erigens Apostolorum, Telephorus Laicos Clericis postponens, & Missas geminari permittens, Evaristus prohibens Hoffem, ab Hoste ipso accusari, Siricius cum Virginica uxoratis præponit, Innocentius cum Sacerdotem uxorum, ab officio Sacerdotis repellit, Gregorius cùm Reliquias venerat, Bonifacius quintus cùm immunitatem decernit. Accusantur ut hereticæ hæresum Victor, ita Victor Theodosi Coriarii fit discipulus, qui hostis est, & excommunicator,

Cele-

Celestinus fit Nestorianus, cùm solus Nestorium domuerit, ita Zozimus Celestium condemnans, Celestii commendator inscribitur, & qui ab Augustino defenditur, & laudatur, à Modernis & spernitur, & reprehenditur. Accusantur Pontifices nunquam audit, ut Leo primus ante Leonem Magnum, Cœcilius nunquam Papa, & reprehenduntur definitiones nunquam factæ, ut Petri de negatione Christi, de nova resuscitatione legalium; sic Formosi, Honorii, Liberrii, Stephani de rebaptizatione prohibita, in omnibus probris hereticis, Sixti V. de purgatione Scripturæ. Accusantur Pontifices testimonio errantis; ut Stephanus testimonio Cypriani, Viénor testimonio Polycratii, cùm uterque Apostolicam traditionem, & baptismi, & Paschatis tuerentur. Accusantur heresis S. Etatissimi, ut Stephanus, Leo, Sicius, Gregorius septimus & alii, & innumeris errores sunt calumniae, ut quod Clemens primus Sanctissimum communiaitem doceat uxorum, quod Zephyrinus Montanista extiterit, & Joannes vigesimalis lecundus, nec vitam eternam crediderit. Accusantur aliqui heresi irridendæ, quod baptismum docent campanarum & similia; sic à Graecis de barba, tantum barba pilisque potest, ut de Catholicis reddat hereticum. Adeò è tot accusationibus una, vel altera, speciem habet accusationis, & confutavimus eo titulo, quod sumus & Sapienti, & insipienti debitores, & ne credant respondere non posse.

Una manet Clementis Undecimi extrema bulla Unigenitus, quæ modò Ecclesiam conturbat, & de ipsa aliqua dicere, temporum necessitas nos cogiti.

Illud accedit in hac quod in causa Paschalis, id enarranti Eusebium de vita Constantini. (Alius antiquior subherat morbus longè gravissimus.) Et mox. (Mortalium quidem nemo erat, qui huic mili remedium posset adhibere,) & clarius scribit Epiphanius. (Jam pridem enim, & à primis usque temporibus varia in Ecclesia de hac solemnitate controversie, ac dissensiones existerant, quæ quotannis risum, ac ludibrium afferebant &c. præfertim Polycratii, ac Victoris atate.) Idem nostra atate legimus in libris recentibus hereticorum, quotannis risum, & ludibrium affere; quod Catholici ferre non debent. Idem nos rursus irsident, controversiarum Judge destitutos, Pontifice infallibili destitutos, qui item moveat non resolvat, & nil decidat etiamsi deciderit, Concilio generali destitutos, ad quod appellare non licet, ex ipsis Conciliorum decretis, ex obedientia Papæ debita, & quod helli temporibus, & aliis de causis, modò congregari non possit, & si congregetur iidem subsercent, qui ante Concilium subscrifere, ideoque res est decisæ ante Concilium, destitutos acceptatione Ecclesiæ, cùm innumeris rem ut certam accipiant, & pauci respuant velut incertam, & unusquisque fiat Judex,

& Frater in Fratrem infurgat, & Pastor quilibet oves suas, in devia rapiat & diversa. Rem posset quis brevibus definire, cùm nunquam paucorum repugnantia, obliterit definitioni Pontificis, ne dum quatuor vel paulò amplius Praefulum, sed neque si centenario numero, & longè amplius forent numeri. Reliture Cornelio ducenti, in numeri Praefules, & Ecclesiæ, ut apud Euzebius scribit, Dionyssius Alexandrinus Stephanus Papæ. Scias autem Frater cuiuslibet per L. 7. c. 4. Orientem, & ulterius postas Ecclesiæ, quæ prius erant diffise nunc tandem ad unitatem reveras esse. Et omnes Ecclesiæ ubique Antistites, unius idemque sentire, & ob reditum inferiore pacem incredibili gaudio exultare. Demetrianum felices Episcopum Antonios, Theodosium Cesareum clia post mortem Alexandri Mazabonem, Marinum tyri, Laudiceam verò post Theodosii obitum Heliadorum, Helenum Tauri, cuiusque Cilicia Ecclesiæ, Firmilianum denique eum usque Cappadocia, ubi videt innumeris Ecclesiæ, decretum Cornelii non recipere, & De un. tamen sub Cornelio ipso, Novatiani schismati fuerant, & heretici, ut constat episcopis, & libro Cypriani, sic Henotico Zenonis apud Evagrius quingenti & amplius Praefules subscrifere, & tres Patriarchæ Orientis, & hereticum solus Papa declarat, sic in causa Montanistarum, Ecclesia Alia, & Phrygia periclitabantur, & solus Zephyrinus Montanistas, editio pereemptio reedit, quod quidem in Ecclesia legebatur, narrante vel irato Tertulliano? Hæc leguntur in Ecclesia, & Virgo eit? Sic in causa Acacii, & Petri Fulonis, sic in causa Athanasii & Arianorum, urgebat Liberum Constantius, communica cum Ecclesiæ, & i se à Theodoreto laudatus, intrepidè pectora reponchat. Quamvis solus sum non tamen causa fidei sit inferior, sic in aliis centum fidei causis. Quod & accedit in generalibus Concilis, in Concilio Tyri, & Antiocheno, in Concilio Ephesino Diofori, in Concilio Arimini, & Seleuciae, ubi penè sexcenti numerantur Praefules, solus Papa in irrum misit, & ipsis decreta Fidei non excipientibus, solus Papa coegerit accipere, ut exorat ipsum Basilius Magnus, sic in Epi. sa. Pseudosynodus Photii, & Orientalium contra imagines, ut constat in septimo, & octavo Concilio, ubi utraque Synodus illegitima est, ob solam Pontificis recusationem.

Pauci sunt qui reculant, & ipsi cognoscunt, & alias Ecclesiæ conciliant, at alias Ecclesiæ reclamarunt, & præclarissime Hispaniarum Ecclesiæ, responderunt etiam typis Romano Pontifici oblati. Ad articulos sibi falsi impositos; ut constat in scriptis Ecclesiæ Hispalensis, cui alia piissima concordant. Si ergo multi non possunt, Pontificum definitiones rescindere, quomodo poterunt pauci Praefules? Imitantur potius magnum Dionysium apud Eusebium, pro cunctis deprecantem. Atque ut pro omnibus L. 7. c. 5.

*Episcopos illum deprecarer epistolam scripsi,*  
non ergo multi resistunt definitioni, sed ve-  
niunt petunt, & assentuntur.

Quod si nomine Ecclesiæ acceptantis,  
quatuor vel paulò amplius Præfules, intel-  
ligi jure possunt, Novatiani, Montanistæ  
Ariani, Pelagiani, & innumeris alii, etiam  
apud Gallos Præfules jam heretici, poten-  
terant se jure tueri, Pelagianos extitisse penè  
viginti, imò tempore tertii Concilii triginta,  
longè plures Novatianos, & validissimè tue-  
ri se poterant Ecclesiæ non acceptasse,  
quod tamē nec ipsi in mentem venit, imò  
cum Africa tota scribat Capreolus, ab  
Æcumenia Synodo laudatus, *Quod batte-  
nui in Ecclesia valuit.*

Ex quo solvitur liber apud P. Dechristianum, qui citat Episcopos decem & octo Pe-  
lagianos, Concilium Generale appellantes  
contra Africæ sensum, & Ecclesiæ, confixi  
calamis Augustini, Prosperi, Possidii, Ca-  
preoli, qui & Collationem negarunt, & de-  
dere Donatistis nolentibus ex Augustino li-  
bro primo de baptismo. Et nec veritatis mani-  
festanda causa sermonem nobiscum conser-  
vignantur. Refert idem Nestorium, at à  
Celestino Damnatum, & ludibrio habitum,  
& Concilii petit inimicum. Refert Donati-  
stas ex Oprato, diabolo ipso pejores, & rab-  
idos, Gentiles in appellatione. Refert appella-  
tiones ab initio Ecclesiæ, quarum ne-  
nomen quidem per tria secula, auditum est  
appellationis ad Concilium. Refert appella-  
tionem à Bonifacio octavo, & citat Na-  
talem Alexandrum, at pudenda est ipsi ea-  
res, ubi vel Natali teste calumnias adversus  
eum Pontificem sunt innumeræ, intrusi,  
Simoniaci, heretici, at vel Hostem & dam-  
natum accipimus. (Passus enim Christus non  
est qui Ecclesiæ suam regit, nec patiatur  
unquam, ut à Sede Apostolica & Ecclesiæ  
Romana, quæ fidei Magistra est Interpres,  
& Vindex definitur error, en non solum  
æqui Scriptores Galli cum Spandonio, sed  
parum æqui ne dicam iniqui fatentur Papam  
ut Papam errare non posse, & solum ut pri-  
vatum Doctorem.) Quam propositionem  
contra Gregorii septimi, Bonifacii octavi  
aliorum Pontificum non definitiones quidem.  
Et mox, Sed privatas opiniones as-  
serere, ac propugnare non veremur.) Ea tege-  
re charitas jubaret, vel in sui præjudicium,  
sicut & nos turris Babelis non describimus,  
opus vastissimum, & in nostram utilitatem,  
Extat liber ita inscripus. Epistola Docto-  
rum, eloquentiorum, & Catholicorum Vi-  
rorum, ad varia membra & supposita Sacra  
Facultatis Colonensis, pro congratulatio-  
ne & aliis materiis, seu subjectis supra de-  
clarationem prælatae Facultatis circa con-  
stitutionem SS. D. N. Clementi XI. contra  
P. Quiescl Aquisgrani, In tertia profert  
Duacensem Academiam, Papæ infallibilitati  
desfensatricem, in quarta profert audacis  
simia verba. Sufficit quod Papa loquatur &  
Ecclesia taccat, & refert illud auctorum.

Judico, quippe in Concilio Episcopi sunt  
Judices, & Papa loquitur etiam cum Eccle-  
siæ, ibique in actis Petrus questionem de-  
cidit, in quinta Quenellum vocat Virum  
admodum pium, cum tamen multas hære-  
ses docuisse, vel ipsi fateantur Adversarii,  
in sexta scandalizari ait plurcs, quod tot illi  
bulla subserbant, & tamen in septima re-  
fert Augustinum, Roma rescripta venerunt  
causa finita est, & causam Pelagi clamat,  
à Concilii ubique damnatam, cum vel Na-  
talis ipse fateatur & probet, à solo Papa de-  
cifam, & Augustinus ex professo evincit,  
Concilium non esse ipsi necessarium, imò ne-  
que collationem ullam, & Africa tota cum  
Capreolo, & ibi fatetur se nolle, Augusti-  
num vel legere minus defendendum citat li-  
bro secundo ad Bonifacium, ubi Clericis Ro-  
manis notam inurit, at nec Zoënum no-  
minat, nisi ut Ecclesiæ Magistrum, eundem  
citat de unico baptismo, in causa Stephanii, C. 14.  
& Cypriani. Multi cum illo quidam cum  
isto etiam sentiebant, utriusque in unitate exi-  
stentes, at parum lucratur is Author subdit  
etenim ab Augustino. Quorū Stephanus  
baptismum Christi in nullo iterandum esse cen-  
sebas & hoc facientibus graviter succensebat,  
en libertas quam dederat Stephanus, ibi à  
Donatistis ipsi commendatus, & rursus eo  
capite acriter reprehendit, quod via tan-  
tum in Heroibus imitentur, & similes fe-  
credant Petro, quod Christum cum ipso ne-  
gaverint. Denique refert jam totus de Ho-  
norio, Bonifacio VIII., ut item de Minorum Ep. 12.  
paupertate, & Leonis epistolam ad Flavia-  
num, quæ omnia millies nostra sunt, sicut  
& juris textus allati, & vanum est quod de  
acis campi Flora, novitiam rem esse, nec no-  
stras negare potest Academias Colonensem,  
Lovanensem, & Duacensem, & numerosas  
alias addere poterat.

Jam satis superque de infallibilitate, quo-  
ne crescat in imensum, modos aliquos ex-  
ponemus, libros integros exarandi. Exponat  
Author hæreses, à solo Pontifice dam-  
nata, & ostendat hæreses verè creditas, ut  
Joviniani, Helvidii, Pelagii, & alias, quod  
vastissimum volumen implebit; ne quidem  
semel nominata, Ecclesiæ totius acceptatio-  
ne. Exponat Graecos hereticos, etiam ante  
Generale Concilium, & absque Ecclesiæ  
acceptatione, cum repugnant innumeris Præ-  
fules, & citent Autiores cum Bernardo de  
consideratione. Quamvis in fide claudica-  
verint, & Anselmum Graecorum malleum,  
& Apostolum, ex professo contra Graecos  
agentem, & inumeros alios Doctores. Ex-  
ponant consensum Papæ, & Ecclesiæ pro Pa-  
pa infallibilitate militantem, ut scribit Ni-  
colaus octavo Concilio. (Quapropter, sicut  
divinitas inspirata Sapientia vestra novit,  
cunctarum Christi ovium cura constringi-  
mur, cum vices illius per abundantiam co-  
lestis gratia gerimus, cui specialiter à Christo  
dicitur Pasce oves meas.) Et rursus. Et  
tu aliquando conuersus confirma Fratres  
tuos,

tuos, quod & scribit Agatho Adrianus, & alii, easque epistolas Concilia, vel in fidei professione recipiunt; & profesiones reputant antiquas. Prima salas est recte fidei regulam custodire &c. & experientia ipsa veritatem confirmant. Exponat pluribus vicibus Episcopos aliquos Papas, & Cathedra definiti rellitisse, etiam in magno numero collectos, quorum immensum habebit Catalogum, eosque velut haereticos damnatos, vel receptos ut paenitentes, sicut accidit innumeris Conciliis, & quingentis etiam Praefulibus, Zenonis Henoticon amplexis,

cum Patriarchis etiam reliquis. Exponat ipsas Holtium objectiones, & tela Holtium in ipsis jaculetur, ut Cypriani, Polycratis, & contra Pelagianos, dicat cum Augustino de Zozimo. Et tamen ejus successorem criminis pravaricationis accusas, quia Doctrinæ Apostolicae, & sui Decefforis sententia noluit refragari, sic de Cornelio in Novatianos, de Leone in Butehem insurgente, adeò vel accusati haeresis, Catholici sunt & Ecclesia Doctores, & Leo columnæ Ecclesie appellatur.





# P A R S T E R T I A DE INFALLIBILITATE PAPAE

*In Quæstionibus Modernis.*

Post Universale Diluvium Tandem requievit Arca Noë, at Petri  
navis nunquam requiescet, donec ad portum pervenerit  
securum; & loco cynosuræ hilaris, invenit sydera  
errantia, Bajum, Jansenium,  
Quenellum &c.

## C A P U T I.

*Exponuntur, & confutantur errores  
Moderni.*



De Ba-  
pt. s.

A de primis Ecclesiæ tem-  
poribus, scribebat in Do-  
natistas Augustinus, quæ  
& verò nostris conve-  
niunt. Et plerumque Do-  
ctoribus mènus aliquid re-  
velatur, ut eorum patiens,  
& humili charitas, in qua  
fructus major est, comprobetur, vel quomodo  
teneant unitatem, casu in rebus obscurioribus  
diversi sentiunt, vel quomodo accipiunt veri-  
tatem, cùm contra id quod sentiebant decla-  
ratum esse cognoscant. Hæc omnia in Bajo,  
Janstio, Arnaldo, Quenello, nemo est  
qui impleta non intueatur.

Exitit primum in Lovaniensi Academias, Catholicus, & pius Doctor, cuius nomen  
silentibus Romæ Praefilibus, & nos liben-  
tissimè taceremus, cùm velimus Autores  
monere, non damnare, nisi ex aliorum li-  
bris, & scriptis notus ubique foret, Mi-  
chael Bajus. Is acer ingenio, sed novitatis  
cupidus, non tantum in publicis disputatio-  
nibus, sed in libris de charitate, & aliis  
quæstionibus, variam inter Eruditos famam  
acquirit, apud Alios subtilis ingenii, apud  
Alios temerarii, & audaci, quod celeberrimus  
Roardus prædixerat, nil aliud à Bajo,  
quam schisma præstolandum, quod & ver-  
bis, & factis est professus, laurea illi Do-  
ctoris retardata. Ea sententiarum novitas  
multos illexerat, Atheniensibus antiquis  
conformes, qui nova tantum audirent, aut

dicerent; At Franciscani Ordinis Aliqui,  
vcustatem novitati præferentes, censuram  
à Sorbonæ Academia impetrarunt, decem,  
& octo articulis comprehensam. Accurrunt  
in defensionem Præceptoris Discipuli, &  
censoris apologiam opponunt, & ita Do-  
ctores in diversa dividunt, ut Alii censuram  
ipsam censurarent, alii è contra elogiis cu-  
mularent. Eum ignem opportunus extin-  
xit, Franciscus Commendonus Papa Nuni-  
tius, silentio cunctis imposito, & iterum  
indiscerto zelo accensus, iterum est ope Gu-  
bernatrixis extinctus, unde Bajus Theolo-  
gus Regius, ad Tridentinam Synodum per-  
rexit, ubi in majoribus occupati Patres, si-  
lentium Sanctissimum servarunt. Crescenti-  
bus deinde iurgiis, Sanctissimus Papa Pius  
Quintus, ad tribunal suum causam evoca-  
vit, eaquo magno examinò considerata,  
Bullam edidit, *Ex omnibus afflictionibus,*  
septuaginta novem thesibus conibis, absque  
ulla distinctione censuræ, securus in ca-  
re Leonem decimum, in bulla contra Luthe-  
rum, & Concilium, Constantiense in Wic-  
lephum. At nondom cessante tumultu, Gre-  
gorius decimus tertius eam bullam, altera  
bulla confirmat, quæ Academias Lovaniensi  
præsentatur à Toletu, tunc Apostolicu Se-  
dis Prædicatore, mox S. R. E. Cardinali,  
cui se ultrò submisit Bajus, protestans se  
male fues pacere, quam Pontificis manda-  
tis non obediere, filio prodigo similiis peni-  
tentia; retractatis omnibus suis thesibus, &  
retractationi ipsi subscriptis, Augustinum  
in retractationibus imitatus. Ego Michael  
de Bajo, Cancellarius universitatis Lovanien-  
sis, agnoscō, & profiteor me ex variis collo-  
quiis, & communicationibus habitis, cum  
R.P.D.

R. P. D. Franciso Toletto, Concionatore sue  
Sanctissatis, & ad hanc rem specialiter nusso,  
super diversis sententiis, & propositionibus  
jam olim à S. D. N. Pio V. F. R. sub data  
Kalendas Octobris anno 1567, & super à  
Gregorio XIII. Moderno Pontifice Maximo  
sub data 4. Kalendas Februario anno 1570.  
securè damnatis, & probibitis ita morum, &  
eo perduclam esse, ut planè mibi habeam per-  
suasum, earum omnium sententiarnum domna-  
tionem, atque proibitionem jure, meritoque,  
bonijs matre iudicio, & diligentissima ex-  
cussione premisis, factam, atque decretam  
esse. Fator insuper plurimas ex iisdem sen-  
tentiis, in nonnullis libellis oīm, & ante ema-  
nataam Sedit Apostolica, super iū censuram  
compositis, & in lucem editis consimili, &  
defendit, etiam in eo sensu, in quo repreben-  
duntur. Denique declaro me in presentiam ob  
iū omnibus recedere, & damnationi à S. Se-  
de satis acquiescere, neque posse hoc illas do-  
cere, afferere, aut defendere velle. Datum  
Lovanii die 24. Martii anno 1580. Eam bul-  
lam ita Academia Lovaniensis exceptit, ut  
in perpetuum Laureando omnes, eterno  
vinculo, & Sacramento devinciret.

Excepta obique bulla, qua apud Bail,  
Suarez, & alios extat, mox sinistra inter-  
pretatione vitiat, quippe legentibus penè  
cunctis. Quas quidem sententias stricto cor-  
ram Nobis examine ponderatas, quamquam  
nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, in  
rigore, & proprio verborum sensu ab Affer-  
toribus intento, hereticas, erroneas damna-  
mus. Janonius Lovanius Doctor, allato ipso  
Pii originali virgulam irreplisse firmabat.  
Quas quidem sententias stricto coram Nobis  
examine ponderatss. Quamquam non-  
nullæ aliquo pacto sustineri possent in rigo-  
re, & proprio verborum sensu, ab Auto-  
ribus intento, hereticas, erroneas damnamus.  
Ex quo inferhat ipse, multas theses defen-  
di posse, in sensu ab Auctore intento.  
At si deest in bulla Pii virgula, non deest  
in bulla Gregorii, & si Pius theses conden-  
nat, non potuit easdem abolire, & bulla  
tradita Toletto erat impreßa, & Originale  
Pii M. S.; ubi nulla ex more virgula re-  
periuntur.

Volum Aliqui non omnes damnatas, at  
evidens est oppositum ex bulla. *Quamquam*  
*nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, in ri-*  
*gore, & proprio verborum sensu, ab Auto-*  
*rite intento damnamus*, ex quo vides om-  
nes damnatas. Addit & Papa, tales, &  
tales, quod expresè omnes significat; &  
subdit. *Quacunque super his verbis, aut scrip-*  
*to emissa damnantur.* Ex istis injustum foret  
thesimus damnosus, quia nullam prorsus mere-  
retur censuram. Etiam inutilis foret dam-  
nationis, cum licet ea quicquid exceptio, quod  
graves Doctores eam tuerentur. Etiam  
Doctores bullas utuntur, idèoque theses omnes  
credunt damnatas. Denique & Bajus  
ipse damnavit, in sui præjudicium locutus,  
& nemo seit magis scelum hominis, Homi-

ne ipso sui interprete, & mentem suam ex-  
plorante. Nec obstant aliqua theses Catho-  
licæ, quæ censuram subire non possunt, quan-  
tis est vigesima tertia. Cum Pelagio fensi,  
qui locum Pauli ad Romanos secundum, intel-  
ligit de gentibus nondum ad fidem Christi con-  
vertiti, quæ est ipsi Augustini sententia,  
qualis est vigesima octava. Liberum arbitri-  
um sine gratia Dei non nisi ad peccandum  
valet, qui est canon Araucanii Concilii,  
sicut est vigesima nona. Liberum arbitrium  
non valet ad aliquod peccatum viandum, quæ  
est Innocentii primi sententia, sicut & illa  
damnatur Innocentii. Homo potest resistere  
alicui temptationi sine gratia Dei, quæ est &  
Prosperi contra Collatorem, assertus etiam  
leve tentationem sine gratia vinciri non  
posse, tandem illa est ab Ecclesiis permitta.  
Nemo preter Christum est absque peccato ori-  
ginali; bine B. Virgo est mortua propter pec-  
cam ex Adam contrarium, omnesque ejus af-  
flictiones in hac vita, sicut & aliorum justi-  
rum fuerunt ultiores peccati originalis, vel  
actuali. Prima itaque damnatur & merito,  
Pelsgianos vocans Catholicos esse tenes-  
tes. Secunda in sensu Baii damnatur, lo-  
quentis de opere naturali, ut constat ex  
theisibus ipsius; & precipue sexagesima se-  
cunda. Illa quoque distinctio, quæ opus di-  
citur bisariam bonum, vel quia ex objecto, &  
omnibus circumstantiis rectum est, & bonum  
quod naturaliter bonum appellari consuevit,  
& mox. Aejicienda putatur, sic & alias se-  
quentes demonstrant, ubi in Araucano  
contrarium affirmatur. Si quis per naturam  
vigorem bonum aliquod, quod ad salutem per-  
times vita eterna; & teatia ut jace optimè  
damnatur, & in quarta respondet Juvencus  
vel contrarius de gratia. Ratio est quia iurius *Dives*  
aliqua opera, quæ per se facilia sunt, eo quod  
inclinationi nobis induta conformia sunt facile,  
est v. g. matri curare filium, aliamento nece-  
ssaria si presto sunt ei tribuere, quibus addo  
alia faciliora, ut sunt conservare se ipsum,  
declinare noctitura, imò vim ibi inferi si non  
faciat. *Nunquid potest oblivisci mulier in-*  
*fantes suum us nos misereatur filio uterū*  
*sui*, adeò nec Mater potest filii oblivisci. Ex-  
tema thesis damnatur ob modum illum, &  
particularas, omnesque ejus afflictiones in hac  
vita, sicut & aliorum justorum fuerunt ultio-  
nes peccati originalis, vel actualis, quæ  
Scriptura Sacra opponuntur, sicut de To-  
bia simul & Job legitur. *Hanc autem senten-*  
*ciam idem permisit Dominus evenire illi, ut*  
*postea daret exemplum patientie ejus, sicut*  
*& Sancti Job.* Et de cœco nato interrogatus.  
*Respondit Jesus neque peccoris hic ne-*  
*que Parentes ejus ut cœci nascerentur, quod*  
*a fortiori dici debuit de Viejine, sicut etiam*  
*testavit Deus Abraham, & de martyribus*  
*scribit Doctor gentium.* Tentati sunt &  
Sapientia ipsi testatur. *Quoniam Deus tem-*  
*toris eos, & invenit illos dignosse, en digni*  
*Deo ipso denique damnari non poterant, ob*  
*pravas Hominum consequentias, quippe*  
*dam-*

damnantur in bullâ articuli, & nonnisi ob errorem doctrinam, & ipsis affixâ inveniuntur censuræ.

Jam Bajum filium damnaverat Mater, reprehenderat tota Sorbona, condemnarat Papa Pastor, & censuraverat Academia Lovaniensis, qua & prædixerat theses renovandas, & reviviscentia capita amputata; nec augurium triste fecellit eventus, quippe Bajo successit Jansenius; ab ipso venenum mutuatus. Is vitam habens in opere suo descriptam, natus Ierdati, modico Batavie oppidulo. Ultrajecti litteris humanis eruditus, Lovanii in Collegio Adriani Sexti Philosophia operam infunspit moderator Jacobo Jansoni. Post aliquorum annorum studium solum vertere coactus, Lutetiae ad dissentium studia rexit, in Cantabriam mox venit, ubi Sanctos Patres, & præcipue Augustinum, nocte, diuque revolut. Inde Lovanium revocatus novo præfuit Collegio, cujus pene fundator dici potuit. Inde cùm cerneret studia, ex juventute regimine deperire, soliditudini totum se dicavit, uno tantum usus Doctore. Mox à Catholica Majestate ad S. Scripturæ expositionem, à lectio Theologiz electus, commentaria typis expressis in Ecclesiasticum, Evangelia &c. Electus Irenensis Episcopus, pefte tandem obiit. Edidit inter alia vastum volumen, cui titulus est Augustinus, quod turbas innumeræ excitavit, & sanguinem reddidit pro atramento. Excitatæ sunt in Belgio tumultus, & oppositum est libro Concilium Tridentinum, visum è diametro ipsi pugnare, ideoque vel Auctor ipse librum Apostolica Sedi submisit. His & Galliæ Præfulum epistolis Innocentius decimus permotus, bullam edidit in quinque propositiones. Cùm vero adhuc lis esset, Alexander septimus, aciorem bullam promulgavit, & damnatas afferuit theses, in sensu ab Autore intento, & formularium edidit subscriptendum. Obluctati sunt qui librum Irenensis ab omni censura liberum optabant, at plus repugnantes primi cessere, & facta subscriptione quieterunt. Quibus Clemens non ut est gratulatus, in bullâ Venerabilis Fratres. Ei sunt damnatae Jansenianæ theses. 1. Aliqas Dei præcepta Hominibus iustis, volentibus, & contentibus secundum presentes, quas habent vires sunt impossibilia, deest quoque gratia, qua illis possibilia sunt. 2. Interiori gratia in statu naturæ lapsæ unquam refluerunt. 3. Ad merendam, & demerendam in statu naturæ lapsæ, non requiruntur in Homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coalitione. 4. Semipelagiani admitebant prævenientiam gratie interioris necessitatem ad singulos attulit, etiam ad initium fidei. Et in hoc erant heretici, quod vellentes eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, seu obtemperare. 5. Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino Hominibus mortuum esse, aut sanguinem judisse.

Adhuc ea peccia visa est serpere, ideoque

ferrum, & ignem adhibuit, etiam Alexander octavus. In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum, sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sui peccato Originali, & libertate Adami peccantis. Et rursus. Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo non pro foliis electis, sed pro omnibus, & foliis fidelibus. Et iterum. P. 5. Paganus, Inde, Hereticus, aliquis hanc gentem nullum omnino accipinat à Jesu Christo inflatum, adeoque binè rectè inferes, in illis est voluntatem nudam, & inermem sine omni gratia sufficientem. Et rursus. Gratia sufficientem statu nostro, non tam utilè quam perniciose est, sciat proinde merito peccatum peccare, & gratia sufficientem. Libera nos Domine.

Rursus occasione dissidiiorum circa formulari subscriptionem, duo Brevia ab Innocentio XII. prodierunt. Primum sexta die Februario sic. Quare præcipimus, ut quemadmodum in qñ ad juramentum adiungendi sunt illud præstare debent sincerè, absque alia distinctione, refractione, seu expositione damnando eas propositiones, ex libro Jansenii excerptas, in sensu obvio, quem ipsam propositionum verba præferunt, prout sensum illam damnantur Summi Pontifices Prædeceßores nostri, damnantisque baberi voluerunt, à Christi fidelibus. In altero dicitur vigesimalia Novembri, jubet ut executioni mandetur, cùm nulla indigeat explicatione. Tandem Clemens undecimus contra Quenelium ait. Variasne heretæ, & peccatum illar, que in famosis Jansenii propositionibus continentur.

Hinc Sole clarius appetet Jansenium, ubi que terrarum fulminatum, de quo geminas epistolas ad Innocentium, Episcopi Galliæ collecti scripserunt, cuius formulario subscriptere, & iterum Brevia Innocentii duodecimi à Clero Gallicano in comitis dicta sunt sequissima, & ab omnibus approbata, imò Papæ exhibente collecti, oris, & mentis obsequium ut vidimus; & duas Episcoporum Galliæ epistolas referunt integras Natalis Alexander, in Belgio condemnatus est, & Jansenistæ aliqui etiam rebellerunt rectè damnatas eas theses, & obstinatè solum assertas, eas non inveniri in Jansenio, de Hispania vero, Germania, & Italia jam nulla est lis, & difficultas.

Arnaldus Doctor Sorbonicus alter nostrorum temporum Origenes, ubi bene nemo melius, ubi male nemo pejus scriptit. In libris de perpetuitate fidei in Eucharistia, vel à Summis Pontificibus elogia meruit, in morali Zelum ostendit, at in multis operibus venenum effudit, & Rome, & Parisis est damnatus Scripterat librum evincere conantem, Petrum id est Christum negasse, quia ipsi defeccerat gratia, à Parisiensibus in eo reprehensus, errorem stabilivit non retractavit, illis utsus Danicis vocibus, redite ad judicium, eo tamen discriminare quod Iudea Israelites sunt decepti, Sapientissimi Sorbonæ Judices, judicium sapienter firmarunt. Scriptis

psit & liberum alterum, Irenaeus pacis scientie studiosus, qua pax bello quovis est deuterius, scriptif de duplice Ecclesie Capite, Petro scilicet, & Paulo, quod monstrum duorum Capitum, Petri gladio recidit Innocentius decimus, & plures Alioq[ue] nostra in bibliotheca positi, & nos ipsi libro primo confutavimus Scriptis & de frequenti communione, titulo omnino à materia diverso, dum communionem dicit frequentem, & innumerous ab ea deterreret. Jansenii non occultus, sed manifestus discipulus, plures reliquit discipulos Magister, inter quos egregius Jansenista mox describendus, & ad vitam mortuum restitutus, & defendit post mortem intrepidus, & quasi ipsius locum teneret, Magistri Doctrinam, & Se-  
dem suam effecit.

Pater Paschalias Quesnellius, sermone Gallicum imitante Quenellius, nomen dedeat Congregationi oratorii à Cardinali Berulo instituta, sed ob turbulentum ipsius ingenium, à Supremis Congregationis Moderatoribus, in comitis generalibus ejectus, etiam accidente Christissimmi Regis imperio, cùm parere nollet, metu recessit è Gallia. Inde in Belgio, & in Hollandia, tantas novitatem feminavit, ut quæ media multas uvas reddiderat, inumeras fecerit labrastas, & pessimi exierint libri, qui in damnatione Vicarii Apostolici enumerantur, cùm ipsius negligenter taxatur in elevendis inimici Hominis Zizaniis. Scriptis moralem Jefviticam, commentaria in S. Leonem, ubi magnum Pontificem infallibilitatem Pontificis, & Superioritatis Pape ad Concilium defensorem, sepius armat in Pamam, & Sedem Romanam, & ubi Hæretici Hostem fatentur, & vocant Leonem predatorem, Quenellius Pape contrarium vult demonstrare, & quod longè deterius est tex-  
tum ipsum corruptum, ut bene advertit

*Epi. 89.  
antiq. ed.  
pag. 29* Philippus Anafastus Surrentinae Ecclesie Archiepiscopus. Ut ab eo veluti quodam Ca-

pite in corpus omne diffundentes, de Sacramen-  
ti munere in Petro sic vertit. Et ab ipso  
quasi quodam Capite, voluit in corpus om-  
ne manare, & in eo opere Christiano Lu-  
pua plures detegit errores, quam lincas. Tri-  
giota & amplius annos contra Hostes, &  
fusos, & Jansenii pugnavit. Interea Alexander octavus, triginta, & unam propositio-  
nes condemnat, & statim Pontifice major-  
eas defendit, & Cardinales Judicea, & consiliarios,  
convictorum plausis onerat,  
quorum multa refert eruditus Fontana, &  
scriptis epistolam Abbatis, ad quemdam Ro-  
mane Ecclesie Praelatum, & in Belgio pro-  
positiones Aegydiis de Viriis auctoritatibus  
Pontificis adversas, & ab Academia Lovanieni-  
ensi damnatas, scripto Anonymo suscep-  
tuendas, mox proscribente Senatu Hannoni-  
ni, libellos quosdam Jansenianos, vel famo-  
los, vel pravi dogmatis suscepit Quenellius  
defendendo libello, qui iustu Magistratus illius non aliam lucem recepit, quam

ignis, manu ipsius carnificis combustus. Post hec apud Mechlinensem Archiepiscopum, Episcopi aliqui cum Vicario Apostolico, & Theologis modis querentibus, quæ novitates ortæ suffocarentur, casum à Quenellio propositum audiere, an possit aboliri qui negaret, eas theses in Jansenio inventi, qui casus à quadraginta Doctoribus subscripta pro parte affirmativa, excitavit Spiritum Pontificis, ut ipos ad palinodium canendum reduceret. Dominum Arnaldum ut Ducem, milie omni opera defendit, in opere cause Arnaldinæ, & eo mortuo Ducem elegit se Jansenistrum, Breve Innocentii duodecimi, & bullam Clementis Undecimi, Viner Domini accusavit, & censura inussit, & bullæ Innocentii edidit apologiam, quam melius Satyram inscripsit. Ab Archiepiscopo Mechlinensi, quem acri stylo confederat, in carcere mis-  
sus suo bono, imperante Philippo quinto, è carcere fuorum auxilio fugit, & ita edidit observationes moralea, que non minus ac Jansenii theses, Ecclesiam uni-  
versam turbarunt, & reliquos deceperunt Episcopos, ut opus illud & permettent-  
rent, & laudarent, quod in hæreticis non raro accidisse ostendit Fontana, & in Summis etiam accidit Pontificibus, ut in Siricio, Damaso n[on] s[ed] sinistrum de viris Catho-  
licis suspicante; Rufino, Vitale, & siliis. In iis autem Clementem Undecimum damnatis ad novam vitam revocantur errores Baji, Richerii, Jansenii, & eorumdem Hæretico-  
rum. Mortuus est Quenellius anno hujus seculi decimo septimo, nec cessarunt cum mor-  
tuo hæresa, & errores.

Eas theses in sex classes dividimus, & ante Clementem XI. evincimus, ab universa Ecclesia damnata, & invicto Ecclesiæ arguento prejudicatas. Prima classis est earum, que Christi gratiam semper efficacem, nec ullam cui refisti possit, affirmant. Ita se explicat Quenellius in secunda. *Iesu Christi gratia principium efficax boni cuiuscunque generis, necessaria est ad unum opus bonum, absque illa non solum nihil sit, sed ne fieri potest.* Et in tertia, quarta, & quinta. *In unum Dominus præcipit si tu ipse non das quod præcipis.* Ita Domine omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo. *Quandū Deus non emollit cor per interiorē uncionem gratia sue, exhortationes, & gratia exteriores non inferuant, nisi ad illud magis obdurandum, sic & nona citriua.* Gratia Christi est gratia suprema, sine qua conficeri Christum sunquam possumus. *& cum qua sunquam illum abnegamus, & undecima.* Gratia est operatio manus omnipotens Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare; & ita usque ad vigesimam sextam prosequitur, & trigesimam primam adjungit. Hac ante Clementem omnia damnantur. Hæc est sexta ab Alexandro octavo damnata. *Gratia sufficient fleti nostro non tam utilis, quam perniciosa est, sicut proinde merito*

possunt petere; à gratia sufficienti libera nos Domine, imò & quinta. *Paganī, Indai, Heretici*, aliquæ bujor generū nullum omnino acipiunt, à Iesu Christo inflatum, ad eoque binc rectè inferes in illis esse voluntatem nuditum. *& inermis* sive omni gratia sufficienti, Et damnata in Tridentine sessione sexta.

*Qui per peccatum à Deo aversi erant, per ejus excusatam, atque adjuvantes gratiam, ad converendum sibi ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratia liberè offendendo, & cooperando disponuntur, ita ut tangentे Deo cor bonis, per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspiracionem illam recipiat, quippe qui illam, & abhincere potest, neque tamen sine gratia Dei, movere se ad iustitiam coram illo, liberè sua voluntate potest, unde iu sacris literis cum dicitur, convertimini ad me, & ego convertar ad vos libertatis nostrae adiuvemus. Et rursus. Disponuntur autem ad ipsam iustitiam dum excusatā dicens gratia, & adjutū fidem ex auditu concipientes, liberè moverentur in Deum. Et iterum. Hanc fidem ante baptismū sacramentū, ex Apostolorum traditione, Catechumeni ab Ecclesia petunt, cùm petunt fidem, vitam eternam praestarent, quam si ne spe, & charitate fides praeflare non potest; Unde & statim verūm Christi audient. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, & rursus. Si quis dixerit liberum Hominis arbitriū à Deo mutum, & excusatam nihil cooperari Deo existenti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationem gratiam se disponat, ac preparat, neque posse dissentire si velit, anathema sit; ubi vides peccatorem & Hominem liberè assentiri & cooperari, inspirations liberè recipere, & quod evidens est posse abhincere, movere se liberè ad iustitiam, idque ex sacris literis confitare, generali definitio Concilio, & iterum liberè moverentur in Deum, & interrogatur Catechumenus si vis, & iterum perspicue in Canone, neque posse dissentire si velit anathema sit. Hæc est secunda Jansenii toties damnata; & Concilio Tridentino, ut constat adversa, ex testimonio vel Episcoporum Gallie, ut ostendit Natalis Alexander, etiam cum Pa-*

*Dixit.* *Sec. 13. C. 14. c. 15.* *Prædictum* impugnat. *Tum quia sensus decretorum quorundam Concilii Tridentini, in dubiis vocabatur, quorum interpretatio Sedis Apostolica referenda est.* Hæc est in Concilio primo damnata, totius orbis reverentia recepto. *Si qui vero per Dei gratiam vocati, primò quidem ostenderent fidem suam, deposito militi cingulo, post hec autem ad proprium Vomitum reverti sunt, ubi gratiam obtentam rejecerunt.* Hæc damnata est à Concilio Araucano, ab Ecclesia universa recepto. *Si quis ut a peccato pargetur voluntatem nostram Deum expellere contendit, non autem ut etiam purgari velimus per Sancti Spiritus infusionem, & operationem in nos fieri confitetur, restituit ipsi Spiritui Sancto, ubi vides resistentem Spiritui Sancto, & Ucum voluntates nostras expellan-*

tem. Rursus in Concilio Chartaginensi generali, ab Ecclesia tota Venerato; ubi definiti gratiam Iei nos adjuvare.

Altera classis est Christum, pro solis eleis sanguinem fudisse; estque thesüs trigesima secunda. *Iesu Christus se morti tradidit, ad liberandum pro semper, suo sanguine priuogenitoris, id est electos de manu Angelii exterminatoris.* Et trigesima tertia. *Prob quantum oportet bonis terrenis, & fibimetipso renuntiante ad hoc ut quis fidicione habeat fibi, ut ita dicam appropriandi Christiani ejus amorem, mortem, & mysteria ut facit S. Paulus dicens. Qui dixit me, & tradidit semetipsum pro me.* Hac est ultima damnata in Janfe-

C. 6.

C. 7.

Cap. 4.

C. 4.

C. 3. C. 4.

nio, hæc est contra Concilium Tridentinum de Christo. *Hunc proposuit Deus proprietatem per fidem in sanguine ipsius, pro peccatis nostris, non solita autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi, & rursus. Verum C. 3. Si ille pro omnibus mortuus est, ubi Concilium generale verbis Scriptura, non suis veritatem decidit, Et sic damnata quarta Alexandri octavi. *Dedit semetipsum pro nobis, oblationem Deo, non pro solis Eleélis, sed pro omnibus, & solis fidelibus, longè melius damnatur Quenellius, qui mortem Christi confirmat, solis elelis profutram. Unus verbo quod falcatem ponit ad radicem, extat symbolum Nicenum, à reliquis Conciliis confirmatum, sicut exemplar pro Ecclesia. Qui propter nos homines, & propter nostrum salvum descendit de Celsis, & incarnatus est, & bono factus est, passus est, & symbolum secundi Concilii, Crucifixus etiam pro nobis.* Et Concilium tertium Generale de Christo. *Oblitum enim semetipsum pro nobis, in odorem fluoritatis. Et mox. Aut qui dicit, quod pro se oblatissit, semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis (non enim egredi oblatione, qui peccatum omnino negavit) anathema sit, ubi solum excludit Christum, non infideles, & peccatores, imò exclusio Christi est inclusio peccatorum, quippe Christus innocens non indiguit, & peccatores maximè indigent hac oblatione.**

Amplissima est tertia classis in peccatore nihil esse boni, eaque prima thesüs est Quenellii. *Quid alid remonet anima, qua Denū, atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, & peccata confessiones superbi, paupertas, & segnis indigentia, hoc est generalis imponentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum.* Transit à prima ad trigesimam octavam. *Peccator non est liber nisi ad malum, sine gratia Liberatoris, & sequens. Voluntas quam gratia non prævenit nihil habet immunit, nisi ad aberrandum, ardore, nisi ad se precipitandum, Virtutum nisi ad se unirendum, est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum, & sequitur. Sine gratia nihil amare possimus, nisi ad nostram condemnationem, & prosequitur usque ad sexagesimam octavam.* Intucamus Doctrinam hanc prædamnatam. *Intucamus Doctrinam hanc prædamnatam. Et genuinatis vicibus in uno Bajo.*

Bajo. In eodem libro saepius repetit, quod non est vera legi obedientia qua sit sine charitate. Est & alia. Liberum arbitrium sine gratia, & Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet. Est & quadragesima. In omnibus suis artibus peccator servis dominantis cupiditatis. Intuemur ab Alexandro octavo damnatum. C. 8. 11. Omnis humana actio deliberata est Dei dilectionis, vel mundi, si Dei caritas Patris est, si mundi concupiscentia carnis, hoc est mala est. Et alia. Necesse est infidelem in omni opere peccare, & rufus. Omne quod non est ex fide Christiana supernaturali peccatum est. Et iterum. Quando in magnis Peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides, & etiam si videantur credere, non est fides divina, sed humana. Intuemur damnatum in Synodo Tridentina. Extuemur damnatum in Tridentina. Et seorsim sexta de peccatoribus ait. Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitata divina gratia & adiutio fides ex auditu concipientes liberet monitum in Deum, credentes vera esse, que divinitas revelata, & promissa sunt, atque illud in primis à Deo iustificari impium per gratiam ipsius, per redemtionem, que est in Christo Iesu, & dum peccatores se eis intelligentes à divina iustitia timore, quo utiliter concutuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo in spem eriguntur fidentes Deum sibi propter Christum proprium fore &c., ubi peccatores se tales intelligentes, à timore Dei utiliter conueintur, & in spem venient eriguntur, & ibi toto capite prosequitur Concilium, imò & in sequenti capite congeminat. Hanc dispositionem seu preparacionem, iustificatio ipsa consequitur. Et rufus. Nam fides nisi ad eam spes accedit, & charitas, non unita perfectè cum Christo. Extat & Canon cum anathemate. Si quis dixerit opera omnia, que ante iustificationem sunt, quacunque ratione facta sunt, verè esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto verberentur quia nimirū se disponere ad gratiam, tanto cum gravissimi peccare anathema sit. Extat & integrum Caput ubi fides, solo amittitur infidelitatem peccato, estque Canon. Si quis dixerit amissa per peccatum gratia, fimal & fidem semper amitti, aut fidem qui remanet non esse veram fidem, licet non sit viva, aut cum qui fides sine caritate habet, non esse Christianum anathema sit. Extat & caput integrum de lapis, & reparatione. Qui verè ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderint, rufus iustificari poterant, cùm excitante Deo per penitentie Sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procurarentur, ubi peccatores gratiam amillam, per penitentiam recuperare procurant, ibique ex Patribus penitentiam voeat, secundum post naufragium tabulam, qua rufus ad portum dicimus, & penas, jejonia, eleemosinas enumerat, quae penas temporales imminuunt, ubi ista peccata non sunt quia peccata tollunt, & penas, & reliquias peccatorum. Extat & vari Canones. Si quis dixerit Hominem suis operibus, que vel per humana natura, vel per legis doctrinam sunt, absque Divino per Jesu Christum gratia, posse iustificari coram Deo anathema sit, ubi dantur opera humana natura, & legis, que bona sunt at non justificant, ubi irridendum talibus exponeretur Concilium, si definiret per peccata Hominem non iustificari; non ergo peccaminosa sunt ea opera. Et rufus. Si quis dixerit genitissa metu, per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimas, vel à peccatores abstinentias, peccatum esse, aut peccatores pejores facere anathema sit. Quod C. 9. 11. idem repetit de fide, & fiducia, quas definit solas non iustificare. Extat & penitentia tota de penitentia fesso, ubi necessitas & virtus, & Sacramenti, tribus integris capitibus demonstratur, & in quarto de contritione agitur, & atritione, & de hac extrema evidenter definitur. Illam verè contritionem imperfectam, que Atritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gemitu, & penarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spes venie, declarat non sollempniter Hominem hypocritam, & magis peccatores, verum etiam dannum Dei esse & Spiritus Sancti impulsu, non ab aliis quidem inhabitantibus, sed tantum moventis, quo penitentis adjutur, viam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis sine Sacramento penitentiae, per se ad iustificationem perducere peccatores negant, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Penitentiae impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter concuixit Nirvosa, ad Ione prædicationem plenam terroribus penitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrabant, ubi præter contritionem perfectam, qua satis le ipsam commendat, atritio est impulsus Spiritus Sancti, & divina motio non peccatum, misericordiam invenit non supplicium. Hæc & mille alia sunt in Tridentino. Ante Tridentinum est Constantiense, heresies Vvicioles condemnans. Oratio precitis nulli valens, Et in Joanne Hus condemnat. Quod C. 16. nulla sunt opera indifferenta, sed bæc sit droitissimum immunitum humatorum operum, quod sunt vel virtuosa, vel viciosa, quia si homo est virtuosus, & agat quicquam tunc agit viciose. Ante definit Concilium Araucananum. Si quis C. 3. invocationem humanae gratie Dei, dicit posse confessari non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur a nobis contradicere Esiae Prophetam, vel Apostolo idem dicenti. Inventus sum à non querentibus me. Et rufus, Si quis sit à peccato purgetur, voluntatem nostram Deum expellere contendit, non autem ut etiam purgari velimur, resistit ipsi Spiritui S. Et alii canonibus ubi Deus, vel peccatoris preparat voluntatem. Antiquius est Neoecclesiastice Concilium. Si quis concupisca muliere, C. 4. etiam si concubitus ejus desiderium habeat, non autem subsequatur effectus manifestum est hunc per divinam gratiam liberatum, ubi ille peccator est decidente veritate. Si quis videtur Matt. 5. mulierem ad concupiscendam eam iam mecha-

- C. 11.* *ut est in corde suo*, & tamen divina gratia opus peregit. Denique Nicenum primum statuit. *De his qui praeceps necessitatem prævaricari suu*. Et mox. *Placuit Sancte Synodo licet indigni sint, misericordia tamen aliquid circa eos humanitatis ostendit*. Si quos ergo ex animo peccates, ubi S. Synodus bonam pœnitentiam, in iis lapsis confirmat, sicut & tempore Cypriani in lapsis.
- C. 79.* Quarta classis est de prohibitione Scripturae. *Utile, & necessarium est omni tempore omni loco, & omni Personarum generi studere, & cognoscere Spiritum, pietatem, & mysteria S. Scripturae*. Et rursus. *Lettio Sacra Scriptura est pro omnibus, & iterum. Obscuritas Santissimi Verbi Dei, non est laicis ratio dispensandi se ipsos ab ejus Lettione*. Et mox. *Damnum est velle Christianum ab hac lettione retrahere, ubi in eos dixerat. Dies Dominicus à Christians debet sanctificari lectionibus pietatis, & super omnia Sanctorum Scripturarum*. Et rursus. *Est illud fieri persuaderi, quod notitia mysteriorum Religionis non debet communicari scismaticis, &c. Estque octuaginta sexta extrema. Ex ipso simplici populo hoc solitum jangendi vocem suam, socii totius Ecclesie, est usus contraria praxi Apostolica, & intentioni Dei*. Qui non videat bac omnia militare, contra consuetudinem universalis Ecclesie, adversus quam porta inferi, Christo teste prevalere non possunt? Qui nesciat nec Apostolis, nec aliis Apostolicis hominibus, unquam imperatum, ut lingua vernacula sacra biblia transferrent, ideoque usum esse Apostolis conformem, non contrarium praxi Apostolica, & ipsi Divina intentioni? Qui ignorat Sacra biblia, prioribus Ecclesiis seculis, dilatato, vel ad Indos Evangelio, non nisi Hebraicè, Græcè, Latine, in puris Ecclesiis temporibus lecta? Qui invenit unquam Dei præceptum, ut scripturas legere discenter, eoque fine ut scripturas perlegerent? Qui mandatum ad minimum invenit, ut scripturas legere audirent? Qui vidit generalem iussionem, legendi biblia vernacula sermone? Qui tempore ipso Christi, & Apostolorum, ignorat ea verba Scriptura. *Legiſtis, audiſtis, ubi alii legebant, alii ab aliis percepérant*. Et haec non sunt decreta Pontificum, que olim veneratione maximam, nunc contemptui sunt Quenellio, sed Ecclesiis universa mores, & praxis. Quid quod Quenellius, saltem apud suum Juvenin, regulam quartam indicis; in disertatione quarta legere poterat. *Cum experientio manifesterit sit, si Sacra biblia, vulgari lingua, possit sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem detrimenti, quoniam utilitatis, oriri, hoc in parte judicio Episcopi, aut inquisitoris fuerit, ut cum consilio Parochi, vel Confessoris bibliorum à Catholicis Anglicanis versorum lectionem in vulgari lingua ei concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione non damnum, sed fidei, neque pietatis argumentum capere posse*. Hinc cernimus Anonymum, à Kemnitio & hec refutim, & rationes accepisse. Uno verbo etiam synagogas in fallibilis, eam certissimam proxima adhibuit; quod sine fundamento negat Anonymus. At firmat egregius per excellentiam Theologus, & Ecclesia Doctor Nazianzenus. Enim vero Hebraorum Sapientes, hanc alim Hebreis legem suisse narrant, in primis reclamans, & laude dignam, qua non cuiusvis etati quovis Scripture liber concedebatur, quod Hieronymus hebraicorum peritis enarrat.
- C. 80. S. 81. 82. 83.* Quinta classis est de excommunicatione iniusta. *Excommunicationis iniustice mentis* *nuquiam debet nos impeditre ab implendo debito nostro, & iterum. Pati potius in pace excommunicationem, & anathema iniustum, quam prodere veritatem est imitari S. Paulum, tantum absit ut si erigere se contra Authoritatem, aut scindere unitateas*. Et rursus. *Iesus quandoque fuisse cultuero, quo precepit Primorum Pastoram festinatio infligita, sine ipsius mandato*. *Iesus restituit quod ipsi inconsiderato zelo rescinduerat*. Has est alias inuit Papa ipse. *Nec sunt panca sub imaginario quodam, veluti graftantis bodie persecutionis obtenta inobedientiam, & perversionem nutrientes*. Et hoc Ecclesia tota uia est stylo. Ita Lutherus ut vidimus anathema iniustum, contra Papam, & Ecclesiam clamabat. Ita est heretica Vviclephi thesis. *Natu. Cat. Ius Prælatus* debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat esse excommunicatum à Deo, & qui sic excommunicari est hereticus. Et mox. *Illi qui dimisunt predicare, fave addire verbum Dei, proper excommunicationem bonum sunt excommunicati*. Haec est vox Hæreticorum contra Ecclesiam, que sanans abscondendo putre membrum, hæreticos compellit ad clamores, ita Donatistæ se martyres appellabant veritatis, cum martyres esse non possent charitatis, ita Orientales à Julio excommunicati, Julium ipsum excommunicarunt, in PseudoSynodo Philopolitanæ, ita Eutyches persecutionem simulans, ob quam à Leone fore excommunicatus, in Synodo latrocinali Dioſcori, Leonem Papam excommunicandum curavit, ita Petilianus Donatista milles se pati persecucionem, & quidem ob veritatem exclamat, & passim inanes haec voces audiuntur in hæreticis. Extrema tandem classis varias amplectitur theses, hic brevi stylo configendas. *Alia sunt de gratia data per fidem*. *Nullæ* *adantur gratia, nisi per fidem*. *Et rursus*. *Fides est prima gratia, & sors omnium aliorum*. Et iterum. *Prima gratia, quæ dicitur concessit Peccatori, est peccatorum remissio*. Tandem. *Extra Ecclesiæ nulla conceditur gratia*. Et haec sunt contra Synodum Tridentinam. *Declarat preterea ipius justificatiōis exordium in adultis, à Dei per Christum Iesum præveniente gratia suendum esse*, hoc est ab ejus vocatione, que nullis eorum existentibus meritis vocantur, ni qui per peccata à Deo averfi erant, per ejus excitatem, atque adju-

*adjuvantem gratiam ad convertendum se, ad suam ipsorum justificationem eidem gratia liberè offensando, & cooperando disponentes.* Et mox citat illud. *Convertimini ad me, & ego conseruant ad eos, ubi ante fidem in peccatore, sunt Divinae inspirationes, quibus liberè homo consentit, & ad eorū tangentem Deum se convertit.* Itas theses sunt contra Arausicanum, & Ecclesia universa receperunt. *Si quis sine gratia Dei creditur, voluntibus desiderantibus, & paucantibus uobis misericordiam dicit confiri, non autem diximus, ut credamus, velimmo, vel hoc omnia sicut oraret, agere valeamus.* Et mox. *Resistit Apostoli dicenti. Quid habet quod non acceptisti?* Et rursus. *Si quis per natura vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vita eterna &c.* Et convincit ex illo Apostoli. *Non quod idonei sumus cogitare aliquid à nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ubi nos sumus idonei vel aliquid cogitare.* Aliz sunt theses de gratia Adami.

*34-35-36 Gratia Adami non producebat nisi merita humana.* Et rursus. *Gratia Adami est sequela creationis, & era debita natura sua, & integræ.* Et sequens. *Differentia essentialis inter gratiam Adami, & statu innocentie, ac gratiam Christianam est, quod primam unusquisque in propria Persona receperit, ista vero non recipitur, nisi in Persona Iesu Christi resuscitati, cui nos uniti fuimus.* Et rursus. *Gratia Adami Sanctificando illum in semetipso, erat illi proportionata.* *Gratia Christiana nos sanctificando in Iesu Christo, est omnipotens, & digna Filio Dei.* Haec sunt theses sunt contra Arausicanum.

*C.18. merces bonis operibus si faciat, sed gratia que non debetur precedit ut si sit, neminem nisi Deo misericante salvari, ubi nemo nisi Dei, gratia salvatur, & gratia præcedit mercedem.*

*C.19. Et iterum in specie de Adamo. Natura humana etiam in illa integritate, in qua est condita permaneres, nullo modo se ipsum, creatore suo non adjuvareret. Unde cim fine gratia Dei salutem non posse custodiare, quoniam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit, ubi Dei gratia extitit in Adamo, & condi in ea integritate & permanere, & gratiam illam tantum custodiare. Et est ipsa gratia notio, quam negat Gentium Doctor. Si gratia ex operibus jam gratia non est gratia.* Denique frustra laboramus in hac gratia tuenda, cum Januenlius, & Quenellius ipse gratiam in Adamo confiteantur, & pluribus evincant autoritatibus, sed in eo à nostra dissimilem, quod illa relinquat liberum arbitrium, & sit illi proportionata: *Differentia essentialis inter gratiam Adami, & statu innocentie, ac gratiam Christianam est, quod prius*

*unusquisque in propria Persona recipiet, ista vero non recipitur nisi in Persona Iesu Christi resuscitati, cui nos uniti sumus.* Et in proxima thesi incidit. *Gratia Adami Sanctificando illum in semetipso erat illi proportionata.* *Gratia Christiana nos sanctificando in Iesu Christo est omnipotens, & digna Filio Dei.* Adeò Quenellius gratiam & admittit, & negat, sibi non felix contrarius.

*Alias sunt theses de Ecclesia. Nota Ecclesia Christiana est, quod sit Catholicæ, comprehensio, & omnes Angelos celi, & omnes electi, & iustæ terra, & omnia seculorum.* Et rursus. *Quid est Ecclesia nisi catus Filiorum Dei, momentum in ejus fini, adoptatum in Christo, quod per septem theses ingeminat.* Et haec Canone Tridentini feruntur. *Si quis dixerit amissu per peccatum gratia simili, & fidem semper amitti.* Et mox. *Aus enim, qui fidem sine caritate habet non est Christianum auctoribem fuit.* Iterum in Constanti fulminantur, contra plures Joannis Hus articulos. *Unica est sancta universalis Ecclesia, que est Prædestinorum universitas.* Et mox. *Præficiunt non sunt partes Ecclesiæ, cum nulla pars ejus ab ea finaliter excidat, & quod prædestinationis charitas, que ipsam ligat non excludit, sic repetit in quinta, & in sexta ait.* *Sumendo Ecclesiæ pro concocatione Prædestinorum, five fuit in gratia, five non secundum presentem justitiam isto modo Ecclesia est articulus fideli, sic est alia.* *Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesiæ, & quodlibet ejus membrum jungitur Christo capiti iedisolidabiliter.* At jam de notis Ecclesiæ evicimus, contra Hæreticos negantes Modernos, & contra veteres Donatistas Ecclesiæ confitare malis, & bonis, & reprobis, & electis, imò in Ecclesia vera extitere Reges damnati, inter quos primus ipsorum Saul, & inter Pontifices fuisse aliquos damnatos, qui non tantum membra extitere Ecclesiæ, sed & Presbites, & Capiti, imò & Judæus Apolstolum, & in Ecclesia & in Apostolatu vixisse.

*C.21. Paucæ manent evidenter damnata. Manet illa in Bajo fulminata. Nunquam Deus a fugit innocentem, & afflictiones semper servavit, vel ad puniendum peccatorum, vel ad purificandrum peccatores, & damnatur exempli B. Virginis, & iustorum Job, Tobit, & aliorum. Manet illa de Ecclesia Christi. Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per Primos Pastores, de consensu sultus presumptu totius Corporis, at hoc nullus est damnatum in Lutherio, Calvinio & aliis, & si excommunicare non possunt Presbyteri, ut constat in Acri, & Colutho, & Theobute, ob id specialiter damnatis, quid fieri de potestate populi? imò & potestatem excommunicandi, ut vidimus, à Regibus ipsis populi Principibus, ablegant Hostes ipsi & Hæretici. Manet illa contra experientiam. *Primus effectus gratie beatissimalis est facere, ut moriamur peccato, aded ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vice pro**

*C.20. C.22. C.23. C.24. C.25. C.26.*

*Et Rom. 11. C.27. C.28. C.29. C.30. C.31. C.32. C.33. C.34.*

*pro peccato, quod homo mortuus habeat probatus mundi, & opponitur est diametro Synodo Tridentina. Si quis dixerit baptizatus non posse, etiam si volit gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi volit credere anarbitrio sui. Et per tria integra capita evincit confessionis sexta. Manet indiscretum charitatis elogium. Deus non coronat, nisi charitatem, qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo in vanum currit; & rursus. Deus non remunerat nisi charitatem, questionem charitas sola Deum honorat, & opponitur integris Tridentini capitibus, de perseverantia numero, de penitentia, & lapsorum reparacione, & quintumdecimum est totum de bonis operibus. Manet illud inauditum a seculis. C. 12. & Homo ob se conservationem potest se se dispersare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem, cum Patriarche ipsi dispensare nequierint in jure humano secundus Sedis, ut constat ex secundo, & quarto Concilio, & cum viderimus Papam ipsum, in iure Divino dispensare non posse. Manet illud de penitentibus effatum. Ignoramus quid sit peccatum, & vera penitentia, quando volumus statim resitimi possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, & detrellamus separationis istius ferre confusione, & sequens & ter damnatur ab Alessandro octavo. Denique manet ultima. Nibil Spiritus Dei, & doctrina Iesu Christi magis opponitur, quam communia sacre juramenta in Ecclesiæ, quia hoc est multiplicare occisiones pejorandi, at hæc est recentium hæreticorum cantilena, Episcopos jurare in Papa favorem, & dari occasiones pejorandi, & veterum Origenistarum querela, quo tandem Ecclesia universa damnavit. Facili dicitur, ex Hieronymo ad Pammachinum, quod postea alio solonunt perjurio. Adeò præjudicata sunt theses omnes, adeò est ista vetustas erroris, adeò in Clemente Synodi, & Ecclesiæ loquuntur.*

## C A P U T I I.

*An natura para sit possibilis.*

**I**Nstum nobis genium illum, quo beati esse volumus, & ratione, & experientia Philosophi, & Theologi, & Patres convincent, idèque possibile demonstrant, cum nullus sit impossibilis appetitus naturæ.

Primo ergo natura pura, unum includit positivum, quidquid sibi neme est naturale, essentiam, habitus & proprietates, aliud habet negativum sibi non debitum, ita carer Originali peccato, & panis ipsi debitis ex justitia. Is vero status nunquam extitit, nam in Angelis ex Augustino de civitate.

*Erat Deus in Angelis clementia uirorum, & largiens gratiam, & de Homine loquitur Ecclesiasticus. Fecit Deus hominem reflam.*

Negat Jansenius per tres integros libros, natura pura possibiliter, & Magistrum discipoli aliqui sequuntur. Unde hac in re

triplex est sententia. Prima Jansenii constanter affirmat, naturam puram vel divinitus repugnare. Alia Dei potentiae possibilem affirmat, impossibilem Dei providentia, & suavitati. Tertia pend communis, possibillem etiam Dei providentia largitur.

Hujus veritas sententia constat, ex variis propositionibus contra Bajum à Pio V. Gregorio XIII., & Urbano VIII. damnatis. Octo sunt, & prima est hujusmodi. *Dens non potuisse, ab initio talen creare hominem,* quibus nunc nofitur. 2. *Humanae nature exaltatio, & sublimatio in consortium divine natura debita fuit, integratæ primæ conditionis, & proinde naturalis est dicens non supernaturalis.* 3. *Absurda est eorum sententia, qui dicunt hominem ab initio, dono quodam supernaturali, & gratuita, supra conditionem nature suisse exaltatum, ut fide, spe, & charitate Deum supernaturaliter coleret.* 4. *A vanis, & otiosis hominibus, secundum insipientiam Philosophorum excogitata est sententia, Hominem sic ab initio constitutum, ut per dona nature superaddita fuerit, largitione Conditoris subtilitas, & in Filium Dei adoptatus.* 5. *Integritas prima conditionis non fuit indebita nature humana exaltatio, sed naturalis ejus conditio.* 6. *Distinctio illa dupliciti amoris naturalis videlicet, quo Deus amat, ut Angelus nature, & gratuitu gao Deus amat ut glorificator, vano est, & fictitia ad illudendum sacram literis, & plurimit Veterum testimoniis excogitata.* 7. *Amor naturalis, qui ex viribus nature exoritur ex sola Philosophia, per elevationem presumptiuit humanæ, cum injuryia crucis Christi defenditur a vanis Doctoribus. Octava concludit. Falsa est Doctorum sententia, prius Hominem potuisse à Deo creari, & instituit sine justitia Originali, ubi constat possibilem naturam puram, absque ullo dono gratuito, cum solo naturali amore, & qualis nunc nascitur, excepto peccato.*

Reponunt aliqui eas theses damnatas, co quod tenentes oppositum, Bajus hæretis Pelagianæ accusaret, idèque damnata sunt ob censuram non ob Doctrinam, at hoc responsio viam aperit, ad omnes hæretes execufandas, imò etiam ad ipsas defendendas, nec sustineri potest, cum Pontifices declarant, eas theses errore, scandalos, hereticas, non ergo ratione censuræ sed doctrinæ. Reponunt alii Papam solam definire, de sola gratia sanctificante, & de habitibus fidei, spei & charitatis, non verò de integritate naturæ, ut etiam respondet Gonet, quamvis nostram teneat sententiam, at in primis multi ex Hostibus, id affirmant de gratia sanctificante, quorum aliquis refert Aguirre, & constat ex propositionibus damnatis, & ultius effugere non possunt octavæ propositionis censuram. Falsa est Doctorum sententia prius Hominem potuisse à Deo creari, & instituit sine justitia Originali. Reponunt alii hæc esse supernaturalia naturæ, debita tamen providentia Dei, ex superposi-

quamvis fides nuda sit sine charitate, quia vestis nuptialis merito nuncupatur.

Habent in Scriptura & Patribus amplissima elogia virtutes, & Scriptura distinctissima virtutes. *Etenim benedictionem dabit legislator, ibus de virtute in virtutem, & per omnes libros enumerat, & Philosophi, & Patres libros edunt. Tradit octo beatitudines Christi, & plures sunt de aliis virtutibus quam de charitate, & ibi prosequitur tractatus Nysseni, & Augustini libro de sermone Domini in monte. Tradit Ecclesiasticus plura capita, & laudat viros gloriosos, ex mille virtutibus propter charitatem, & si Apostolus habet integrum Caput de charitate, habet & integrum caput de fide, & totus liber Job est de patientia. Tradit seriem iudicij Christi, & de sola tractat misericordia, *Efurici, & dedidisti mihi manducare, sicut & dedidisti mihi bibere* Ec. Et si per integrum Caput ostendimus virtutes, vel à Charitate separatas, longè fortius ostendemus conjunctas; cum validior sit oratio iusti, quam peccatoris, Sancti quam schismatici &c. Habet librum ad Quirinum Cyprianus, & è centum viginti capitibus, duotantum sunt de charitate, & inchoat. De bono opere, & misericordia, & finis est orationibus insistendum. Habet librum aureum Bernardus de modo recte vivendi & ibi virtutes omnes enumerat. Habet libros officiorum Ambrosius, ubi iustitiam fortitudinem & alias virtutes commendat. Habet ducentas beatitudines Ephrem. *Beatus qui sponte se offidet banalitatem* (*Beatus qui virtates excusat*) Beatus in cuius peccato semper Dei memoria, insederit, & propter paucas amoris, centum, & amplius insumit, in aliis virtutibus recensendus. Habet libros integros Augustinus, de sermone Domini in Monte, ubi milles regnum celorum promittit ex evangelio, & persecutionem patientibus, & spiritu pauperibus, & pacificis. Habet octo beatitudines Chromatius, & Nyssenus, ubi corona datur aliis, quam habentibus charitatem.*

Propter hos & praecedentes vastos libros, alios aggredimur recensere, & plures. Aggredimur primò Virginitatis encium, de qua libros integros scripere, Augustinus de Sancta virginitate, Hieronymus adversus Jovinianum, Cyprianus tractatu de habita Virgininno, Basilicus de vera Virginitate & Ambrosius plus omnibus laboravit in libris de Virginitate & aliis, audiamus alta scribentem. Invitat nunc integratam amorem, ut aliquid de virginitate, dicamus, ne veluti transitus quadam prescripta videatur, que principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis Virginitas, quia in martyribus reperiatur, sed quia ipsa martyres faciat, ubi Virginitas principalis est virtus, & martyres facit hahentes. *Quis autem bamanum eum posset ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusus legibus. Aut quis naturali voce complebit, quod supra usum naturae sit?* E

calo accessivis quod latitaretur in terris. Nec immorari vivendi fibi usum quas fecit è calo, quæ sponsum fibi iuventis in calo, ubi millies celi primum, & corona, Virginitati domanda proponitur, & ita Deus remunerat non charitatem tantum sed & Virginitatem ipsam. Et si placet propter sensum Quencllio, & nomen audire coronæ, idem Ambrosius de Agneta, certare difficultas coronari, & rufus de Virgine alia & militie. *Hodie autem martyr, aut virgo, alteri altera nobis insidentur corona, ubi duplex est corona, & addit. Sed illa sane felicissima, & beatissima, quæ propter coronas proprias, per singulas earum quæ, quantum ex imitatione sua proficeret coronantur, ipsa quoque post mortem in eterna vita coronis semper uocis redimitur, an Deus solam coronat charitatem, non coronat virginitatem, ubi coronas habet proprias, & coronas acquirit earum, quæ ipsas imitantur, & novis semper redimitur coronis. Legamus S. Maximum verè Maximum. Felix catervarum Virginum, quibus flumen est tunc sequitur confessio vestigia. *Habebant enim tecum coronam in calo, quæ secum superaverunt inimicum in mundo, & premia in calo describunt Autores illi, & quidam in Virginibus singularia, quod agnum sequentur quocumque erit, ex Apocalypsi, quod ob Virginitatem plus exteris cum Joanne dilexit, nomen eternum à Deo habitu &c.**

De S.

Excellentius virginitatem sacram defensimus, & quod plus harcetici ipsam impugnant, eo plus cum Sanctis Patribus tuerimur. Eam tuerit acerrime S. Augustinus, & in exordio hereticos non allicit, sed terret. *Quibus autem dictum est qui potest capere C. t. re capiat, exhortandi sunt ne terreatur, & mox in prima Virgine omnes commendat. Ipsa C. 4. quoque Virginitas ejus Deo gratar, & acceptior, quia non easi conceptus Christus viro violatori, quam conficeret ipse præparans, sed priusquam conceperetur jam Deo dicatum, de quo nosceretur elegit. Hoc indicant verba, quæ fibi satum annuntianti Angelo Maria reddidi. Quonodo inquit fiet istud, quoniam Virum non cognosco. Quid proscilid non dices, nisi Deo Virginem se ante convixisse, en Virgo super omnes electa, en Deo accepta, & grata, en Virginitas possibilis, & observata, en falso in sacra Virgine illud. *Hoc C. 6. mirabile in omnibus conjugiis. Rursum. Fideles feminæ & Virgines Deo dicatae, sanctis moribus, & charitate, de corde paro, & conscientia bona. & fide non ficta, quia voluntate Patris facta, Christi spiritualiter Matrem sunt. Que autem conjugata viro corporaliter pariant, non Christum sed Adamum pariant, ubi Virgines Deo Sacra Christum ipsum pariant, & conjugata pariant Adam. Adcō Sacras Virgines tantum præstant, quantum celestis Adam terrestri. Iterum Sacras Virgines exaltat. *Nec nos hoc in Virginibus C. 8. predicavimus, quod Virgines sunt, sed quod Deo dicata pia continentia Virgines, ubi Augusti-***

gustinus commendat Deo Sacras, & Hæretici commandant, quod Virgines, & quod Deo dicatae sint reprehendunt. Rursum in hostes Virginitatis invehitur, & ipsos appellat vesanos. *Hanc tunc dementi quam est contrarius veritati, ut in carne fatus Eunuchus meliorem, quād conjugatus locum in domo Dei babere credit.* & pio propenso continentem, corpus usque ad contemptas nuptias castrigant, se ipsos non in corpore, sed in ipso concupiscentio castrantes, cœlestem, & angelicam vim, in terrena mortalitate mediantes conjugatorum meritis pares esse contendit, & Christo lassanti eos, qui se castraverunt, non propter hoc feculum sed propter regnum cœlorum. *Christianus contradicit affirmavit, hoc presenti vite utili esse non futura.* Et concludit præmia Virginitatis insolita. *Sequimini agnum quocunque jerit.*

C. 24. Et mox. *Potum eum ire, in quo salutis, & præsa?* Vbi credo fuit gaudia, qualia non gaudia bujus seculi, vano, infanice, mendacio, nec gaudia quæda in ipso regno Dei ceteris non Virginibus sunt, sed à ceterorum gaudiorum forte distincta. *Gaudium Virginum Christi de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, propter Christum,* ubi præmis Virginum singularia sunt, & Christum totum quasi sibi afflunt. Hinc solvit illud Hæretorum, hoc donum non esse in manu nostra, quippe comparat reliquias Dei donis, ex gratia Dei nobis possibilibus. Si quis indiges sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluentem, & non impropetas, & dabit ei. Sapientia autem esse Virginis decet, ne lampades eorum extinguantur. Rursum solvit illud Hostium, & exemplo, & verbo nobis oppositum, Virginitatem esse liberam. *Hæc ergo & si qua alia sunt, que restringim vocentur, cum Homines voverint multa conditione rumpenda sunt, que sine illa conditione voverunt. Quia & hoc Domini præceptum intelligendum est, ubi legitur, votive & redditæ Domino Deo vestro, ubi votum est Apostolo de quibusdam, que continentiam vovent, & postea nubere volunt, quod eis antequam vovissent, utique licet;* *Habentes, inquit damnationem, quoniam primam fidem irritant se ferunt.* Loquitur hic Augustinus Lutheri Doctor, loquitur totum Concilium Chalcedonense, & Ecclesia tota, si omnes hos contemnit, contempnere non potest utrumque testamentum, factum Lutheri condemnans, quo Monachus duxit Monialem, & votum fregit in ipso, & in Alia. Eadem itineri insistit Hieronymus, & viam omnem Hæreticos occudit. Non dixit vobis molitus bibendum vobis, est atque currendum, sed qui volunt, qui poterit curtere, atque potare, ille vincet ille salvabitur. Et id plus amas Virgines Christus quis fronte tribuanus, quod sibi non fuerat imperatum, majorisque gratia est offerre, quod non debet, quād

*ad Iov. reddere quod exigaris.* Et mox. *Alios Eunuchos natura facit, alios castratio, mibi illi-*

*Eunuchi placeat quos castravit non necessitas sed voluntas, libenter ullus in meo fusu recipio, qui se castraverunt propter regnum cœlorum, ubi vides Virginis Sacras Deo chariores. Eamdem commendat aurea Chrysostomus, & solvit, quod est Hostibus, insolubile, argumentum defunctum à donis. Habentes donationes secundum graciæ que data est nobis, orationes, elemosinas, communicationes bonorum numeravit in donis, hec autem recte scia esse non dono pland perspicuum est. Et mox. *Modestie causa donum appellavit;* Non enim adeo & à se, & à Christo diffensum est, eniū illud est. Sunt Eunuchi qui se ipso castraverunt, propter regnum cœlerum, & illud. Qui potest capere capiat. *Sibi certe illi condemnatis, que cùm viduitates elegissent non mansuerunt in sententia.* Ministris ipse constaret, nam si donum id est quid ipsi eo minoris. *Habentes damnationem quia primam fidem irritant se ferunt.* *Nisiquam enim Christus in eis animadvertis, qui dona non babuerunt, at illos semper pena afficit, qui beneficē vitam non agunt, & susc probat non esse donum. Atque ipse quidem Paulus enumeratis iis, quæ recte fecerit in illis com memoravit de sua contingenția, posuit enim cum aliis in coſtitute, & ante evicerat Apololum, & in donis posuisse prædicationem. Abundans omnibus elaboravisti, non ego tantum, sed gratia Dei mecum. Et facilimè exponit illud. Qui potest capere capiat, quod in eo Christus reliquerit libertatem. Et rursum. Sed quoniam in eam quam liberam dimiseras, penam deinde constituit, ut quod in Domino esse inquit connubium, id quæ contra legem conciliatum condemnat, nec verearit; Non enim id de his ipsa, sed de aliis talis intelligi impelli, ut enim cùm dixit Vnde dum quia unperit non peccare, de eo non est locutus, quæ conjugium renunciavit, quippe ipsum deliquisse. & intolerabilis sceleris se astrinxisse perspicuum est omnibus, ubi vi duam occubentem delinquisse, & sceleris etiā intolerabilis se se polluisse perspicuum est omnibus. Adeò quod olim in Ecclesia vel per Hostes vera, erat omnibus perspicuum, nubere post votum scelus esse, & nunc Lutherani Doctissimi non capiunt. Adeò lux apud ipsos in tenebras transit. Et post plura id ratione convincit. *Quemadmodum Virgini vivi ejus viro (immortalis autem ista est) nunquam licet nubere, si nuptæ tansam conjugie mortua.* Tandem Chrysostomus non impossibile, sed facilem Sacram Virginitatem evincit. Non necesse habet nimis effe curioso in cogitatione, & inquisitione Viri, neque veretur, ne quam sibi in fraudem faciat Deus enim est non homo, & sus calamo profequitur, ubi nulla dor nulla præchrindo nullam ornamentam, aut aurum exigitur. & si aliquod arduum est pro Christo pati est suave, & onus leve.**

Adest epistola Sancti Ephrem ad Fratrem scilicet tam, ad quem dictum illud pertinet, melius est nubere, quamuri. *Apologolum*

*stolum audi dicentes. Volo omnes Homines esse sicut me ipsum. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alias verò sic. Perspicuum scilicet hinc inter seculares, illosque qui seculo renuntiarunt eum fecisse discrimen, cùm diceret unusquisque proprium donum habet ex Deo alius quidem sic, alius verò sic. Etenim neque solito vetat matrimonium contrabere, neque eos qui seculo abdicantur, à continentia lege liberari, ubi vides telum Hostium in eos retorqueri, & in fine addit. Redde Domino vota tua, & multis Scripturis confirmat.*

*Claudat agmen Basilius Magnus. Ideò enim & matrimonii necessitatem Creator in natura constituit. Sin autem ita se habet, & non se fallat, qui à Virginitatis curriculo, ad carnis via deflexit. Conjugum quippe illi in peccatum deputabatur, primum quidem quia pessimum conjugiorum bujus fundamentum voluptatem jecit, prævaricationisque malum, deinde quia causa non esset libera, neque enim est mortua vir ejus, ut cui rult rubra, viuente immortalis viro merito censetur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis via Domini ebolamis inuelit. Nam quod solemnem, legitimamque connubium sponsus illi occupavit, & virginitatis bauitum & federa & conuenta cum illo, ubi fuisse convinct scelus & quidem grande, quod Virgines negare solent poterant votum, & promissionem negantes Abnegant, quod fuerant ante pollicitæ, quod evidenter propulsat Basilius, vel sensum ipsorum testimonio.*

*Hic habemus arma Scriptura & Patrum, immo Christum ipsum inducit Chrysostomus. Deinde ut eum esse possibilem ostendat, sic inquit sunt Eunuchi. Et mox. Cogita si à natura talis es, quod similibus urgat in casibus, cogita si uxor foret incurabilis, si vir semper necessariò abiens quid faceres, sine merito es Eunuchus. Habemus & clypeos tela retundentes, cùm & verbis & exemplis id probarint; quibus possibilem adversus Hæreticos propugnamus, nunc remunerata & coronata, contra Quenellum inueniamur; quamvis cum Christo connubium sit primum.*

*Audiamus Chrysostomum in Matthæum.*

*Hom.63 Gratias igitur nunc Deo agas, quod cum mercede, atque coronis idem sibi fuisse, quod illi sine coronis, & præmio tolerant, ubi vides & remuneracionem, & coronam datam Virginitati, quod utrumque negat Quenellius, & alibi. Palmo proposita est, qui concupiscit gloriam non cogitat de labore. Et post plura de continentia. Quam complectitur voluntas sancti propositi habet. Hunc autem tertium coronat voluntas, ubi palma rufus est & corona. Legamus Cyprianum de disciplina, & habitu Virginum. Ut que se Christo dicaverint, & à carnali concupiscentia recedentes, tam carne quam mente se Deo voverint, consummene opus suum magno præmio destinatum, an magnum præmium nullum est præmium, & mox de Domino earum. A quo mercedem*

*Virginitatis expedita dicente ipso, & statim. Sunt Spadones qui se ipso castraverunt proper regnum celorum, & in fine rogat, ut si sint memores. Cum coperit in vobis Virginitas honorari, an nullum est præmium in celo Virginitatem honorari, quid majus? Legant libros integros adductos, & millies remuneracionem, & coronam invenient.*

*Accedit Virginitati Sacra Monachatus, perpetuus Virginitatis propugnator. Scriptus Basilius librum de laudibus vita solitaria & inchoato. Liber de singulari vita merito, paucâ perflingere, & quid de tanta vita culmine fentiam, handando potius, quam disputante breviter intimare. Solitaria namque vita cœlestis doctrinae schola est, ac divinorum artium disciplina. Illic Deus est totum quod dicitur, via qua tenditur, tornaque per quod ad summam veritatis notitiam pervenire. Eremus namque est paradisi. Quid ultra querimus post paradisi. Extat & Bernardi volumen, de laudibus vita solitaria. Sed hac novitas non est novella vanitas. Res enim est antiquæ Religionis, perficere studia in Cibro, pietatis antiqua hereditas, Ecclesie Dei à tempore Prophetarum præmonstrati, jamque nos gratia Sole exorto, in Joanne Baptista influvata, & innovata ab ipso Domino, familiarissime celebrata ab ejus Discipulis, ipso presente conceputa, & probat ex voce Petri Domine bonum est nos hic esse, & probat in monte Deum manifestari, & addit. Cum quo enim Deus est, nungam minus solus, quam cum solus est. Tunc enim liberè fruatur gaudio suo, tunc ipse solus est sibi ad fruendum Deo in se, & in se in Deo. Extat liber integer Chrysostomi de comparatione Regis, & Monachi, ubi Monachum Regi præstantem evincit, ubi Rex servit passionibus, & Monachus illis dominatur, ubi Rex homines, Monachus Dæmones glorioſiori trophæo devincit, ubi Monachus prophetis, & Deo, Rex jungitur tantum Hominibus; Prophetarum plerumque Hostis. Extant libri tres ejusdem, in Monastica vita vituperatores, & primò ex Christo prædicat beatos. Beati eritis cum vos oderint Homines, & Apostoli utitur exemplo, & vocat homines in arca inclusos. In altero Patres infideles reprehendit, quod Filios à Monachatu arcerent, & evincit Filii ipsi, cum Monachatu impediti virtutes. In extremo libro monet Fideles, ne Filios à Monachatu impediunt; ubi inter plurima ea nervosè docet. Sextus impetrati gradus est, si non familiaribus modo, verum ipsis Liberis nostris pereuntibus negligamus. Septimus cùm nec alios, quibus illi curae esse possunt providemus. Octavus. Cùm & eos qui à se ipso sacre insituit arcem, atque prohibemus. Nonus cùm non tantum illos prohibemus, verum oppugnamus quoque. Ita si primus & secundus & tertius ejusdem sacrificioris gradus tanto supplicio afficiendus est, quantos ille meretur ignes, qui cunctos eos gradus ascendit, & evincit exemplo Heli multæti, & appellat hos Patres homicidas ani-*

magis, modò homicida sunt ex hæreticis, qui permitunt. Extat & sermo Ephrem par libro, de vita religiosa, atque monastica. Sola autem institutio, quo Patram nostrorum temporibus vigebat recte servabatur, quippe qui fulserant, ut luminaria per totum mundum, piam, atque religiosam in eo vitam ducentes inter tribulos. Et spinas, hereticos inquam ac homines impiorum, & veluti lapides quidam pretiosi, ac margarites illustres eratabant, queruntur. Et ipsi inimici, atque Adversarii ob summam, castissimamque illorum conversationem imitatores facili sunt. Quis enim admirandam illorum certeum humiliatorem animo non est compunctionis, aut quis eorum mansuetitudinem, & quietem adspicitus stupore non est correptus. Quis ita pecunie, atque avaricie deditus, ut voluntaria illorum paupertate, atque rerum omnium inopia perspectu, non siccio munda odigia conceperit, ubi in Ecclesia vera voluntaria paupertas, & experientia ipsa sancta erat, juxta Evangelium prædicabatur ubique, nunc Evangelio forsan novo repugnat. Videamus premia veri

Matt. 19

Monachi. Omnis qui reliquaerit dominum, vel fratres, aut sorores, aut parentes, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros proprios nomen meum, centuplum accipiet, & voluntam eternam possidebit, ubi & centuplum accipiet Monachus ea relinquens, & vitam eternam possidebit, ubi Hieronymus & alii Interpretes, referunt potius, quam clarum exponunt. Ea enumerat in adhortationibus

For. 3.

S. Ephrem. *Thebaurus Monachus paupertas voluntaria, divinissima, est Monachus in hac exercitatus. Thebauriza tibi in celis Monache, sempiterna enim sunt fruitionis secula, an ista premia non sunt, & quidam amplissima. Eas scribit Basilius de laudibus eremiti. Tu scela illi Jacob, quae bonitas velis ad celum. Et mox. Tu studium, quo bene currenter proelis ad coronam, & Ambrosius de Virginitate. Nonne caducarum & fragilium spesidum facultatum futura regna compensant. Quamquam si verbis celestibus credimus. Nemo est qui reliquaerit dominum, aut parentes, aut Fratres, aut uxorem propter regnum Dei, & non recipiat, multo plura in hoc seculo, in seculo autem venturo vitam eternam, & innumeri alii cum Chrysostomo, Hilario, Beda, Bernardo, qui falsi carminis evincti ex Christo thessem, Deus solam remunrat charitatem, nisi sorti nulla sit mereces, fructus centuplum & vita eterna.*

Sequitur summilimus sermo duodecim capitibus distinctus, in illud attende tibi Sancti Ephrem. *Ausculta charissime, qui ad Monachorum venisti, & seculo renuntiavit eleghisti. Si legitimè quod institutum perficerit, non modo super te gaudebunt Homines, sed etiam Angeli Dei. Et mox. Parentibus tuis carnalibus valde cibis; divitiasque momentaneas abiecisti, abhinc etiam divitiorum fastum, ac in renuntiacionis proposito persevera, generose virtutum labores perferent. Non enim ad unum dumtaxat diem, renuntiatio nun-*

*cipatur, sed se extendit usque ad mortem; ubi Angeli, & Homines gaudent, & renuntiatio perpetua commendatur; & de comparatione secularis, & Monachi, & in novissima parenesi ad Monachos. Thebaurus Monachi paupertas voluntaria, Divinissimum est Monachus in hac exercitatus. An possit perito altius laudari paupertas? An est elogium maius Divinissimo? Idem adhortationes de virtute largitur. Si ergo solitarius vitam vixerit, certe optimas formas Anchoretarum, qui refluxi tibi semitam straverunt despererit. Et rursus. Corpus ab omni cogitatione peccati castodiat, nec Creatori suo mentitatur Dominus enim nos ipsi obtulimus Domino, neque amplius corporis nostri potestatem habemus, fixa enim angustiamur, free oppugnamur ad arbitriam nostram antea manus non licet. Quemadmodum enim si quis vocem vetum Deo meum Domino obtulerit, quod sacerdos acceptum in templo reponit, sique postea penituit etiam, qui minus obtulit, non amplius in sua posestate jam est auferre dominum postquam Domino illud obtulit, adeò ut si occulteret hoc sufficiari molitus fuerit, non jam quasi suum, ac ferre velit à corpore absoluetur, sed velut sacrilegus punierit. Sie quoque qui Deo anima sua consecravit corporis sui potestaten amplius non habent. Beatus qui hac servabit. Vides in vestitu Monachis modernos, vides Lutheri haereticum, antequam nasceretur trucidatum, vides & Monachos antiquos non Sanctos, quos de vita monastica fuisse reprehendit, & tamen veros Monachos, etiam Hostes ipsi fatentur. Cur autem renuntiasti seculi charissime, an quia adhuc seculi oblationem persequereris. Ad tribulationes vocatus es, & tu requies queris. Ad vita angustitatem, securitatemque institui, ac nuditatem vocatus es, & tu commoditates tuas, cultu amque vestium requiris. Et mox. Ad obediendum superioribus & subiecti recessis, en regula veterum Monachorum, & inobedientia, cur ergo haereticus ambo non sunt? Solus in hac causa Ephrem sufficeret, cum pene totus in ea re occupetur, & talis est auctoritas Auctoritatis, ut scripta in Ecclesiis legerentur.*

*Sumillimus est de sua seculi liber, ubi Ambrosius lucendo utitur exordio. Frequens nobis est de effigiendo seculo isto sermo, atque minima quam facilis sermo tam gratus esset affectus. Et mox. Beatus vir cuius est auxiliu abi te Donne, affermone in corde suo dispositus. Et in nova lege exemplo Pauli, in veteri ex Moyse, & Jacob confirmat. Similis omnino liber est Cypriani, de mortaliitate ad immortalitatem invitans. Eius est mortem timere, qui ad Christum solle ire, qui se non credit, cum Christo incipere regnare. Scriptum est enim iustum fide vivere. Si justus es, & fide vivis, si vere in Deum credis cur non cum Christo futurus, & de Donni pollicitatione securus, quod ad Christum voceris amplecteris. Et mox. Simeonem de morte latum inducit. Et mox. Ceterum quid aliud*

*alind in mundo, quæd pugna adversus Diabolum quotidie geritur, quæd adversitatem jacula ejus & tela, conficiatibus obfudis dimicatur. Cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congreffio est; & evincit exemplo Christi, ad Patrem suum redentis, ex Paulo cupio esse, & dissolvitur cùm Christo. Et hoc idem argumentum habet de bono mortis Ambrosius, ubi iusti vitam inchoant non finiunt. An non lanci ac sapientes viri, qui longevitatem peregrinationis hujus ingeminantes dissolvuntur, & esse cum Christo pulchrius astimantes, ubi viri sancti ac sapientes, sanctum habent desiderium regnandi cum Christo, & refert pulcherrimum Simeonis exemplum, & Paulus ait. Cupio dissolutus, & esse cùm Christo. Immensam rerum & virtutum segetem, praebent nobis moralia Gregorii, in tot libros distincta, ubi præter unam Jobi patientiam, innumeras commendant virtutes. Et subito libro primo conqueritur. Job quantus virtutibus floruerit, & rursus. Quod in vacuum laboramus, si non perseveravimus, ubi perseverant virtutes omnes coronat, & libro secundo de humilitate & patientia. Afflictus enim terram perdidit, sed afflictionem humiliiter sentiens, celestia multiplicaravit, & codem libro scribit. Quod electi in tentatione prociunt, & libro tertio capite secundo. Quod iusti fratra percitantur, & non frustra, quia augent meritum, & alia quamplius.*

C. 3.  
C. 20.

C. 12.

C. 24.

A patientia Job gradum facimus, ad invitam Martyrum fortitudinem. Mittit liberum Tertullianus ad Martyres. Nec tantus sum ut vos alloquar. Veramnam gladiatores perficiantur, non tantum Magistris, & Prepositis suis, sed ultimi Idiorum, & supervacui quique adhortantur. In primis ergo Benedicti, nolite contristare Spiritum Sanctum, qui vobiscum nunc intravit carcerem, si etenim non vobiscum nume intrastis, nec vos illibet suosseis; & ideo date operam, ut illic vobiscum perseveret, ita vos inde perducas od Dominum. Dominus quidem diabolus est carcer, in qua familiam suam retinet; Sed vos in carcerem idea perterriti, ut illum etiam in domo propria conculetis viam enim foris congressi conculeturis. Et post aliqua. Habet te nebras sed vos lumen estis ipsi, habet vincula sed vos soluti estis; Triste illic expirat Sed vos odor estis suavitatis, Iudex expectatur de Iudicibus, sed vos estis de Iudicibus ipsis judicantur; ubi Spiritus Sanctus carcere intrat, & perseverat ducens ad Dominum, ubi in propriis castris Daemon superator, ubi Deus velut in Noë sacris, ordinatur odorem suavitatis, & Judices suos Martyr jadicabat. Scribit liberum de mortalitate Cyprianus, & post minus præmia proponit. Quicunque confessus me fuerit coram hominibus, & ego configabor eum coram Patre meo, qui est in celis. Et mox. Item Apostolus Paulus. Si enim commorimur, inquit & vivemus. Et mox. Qui confiseretur Filium,

& Filium, & Patrem habet; probas ex Paulo coronam incorruptam, & herum. Gloriatur in spe gloriarum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in pressuris, & commendans Matrem, & septem Filios, mercedem martyrum exponit. Spes eternam immortalitate plena est. Etsi in paucis vexori, in multis beati disponentur, quoniam Deus tenet illorum, & iuvantis dignus est, & beatitudines enumerans perorat. Claudiuntur oculi in persecutib; terra, sed pates celum, minatur Antichristus, sed Dominus Christus tinetur, mortis inferni sed immortalitas sequitur, occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur, vita temporalis extinguitur, sed eterna reparatur. Quanta est dignitas, & quanto securitas exire bim latum, exire inter pressuras, & angustias gloriosum, claudere in momento oculi, quibus bowine videtur, & mundus, & aperire eosdem ut Deus videatur, & Christus tam velociter migrandi, quamvis velocitas ut terris repepte fabraboris, & in regni existib; repotoris. Haec & alia psalmi præmia, exultans enumerat Cyprianus, & alibi martyres mirandos appellat, & Angelis, & Christo, & Deo. Saccedit his Ambrosius & ipse libro de Jacob, & vita beata, ubi Jacob vel in morte probat beatum. Qui plura cum Deo quam cum Hominibus colligunt comisiebat, videbat futura qui estimabatur non intueri praesentia, & prosequitur laudes Beati Jacob, qui discernebat spiritualia quamvis corporalia non videt, & fusè secundum martyres beatos ostendit. Est & Cyprianus de exhortatione martyrii, Tertullianus, & Coronas sapientis memorant.

Etiam de beata vita scriptus Augustinus. In quo libro confitit inter nos, quis inquit quebanus non esse beatum vitam, nisi perfectionis cognitionem Dei; Et rejetis aliorum sententias. Sed nemo inquit posset pervenire ad Deum nisi Deum quiescerit. Et bellè concludit. Hoc est nullo ambigente beata vita: & vita perfecta est, ad quam se flententes posse perveniri, sola fidei alaci, spe flagrantibus, & charitate presumentibus est, ubi vita beata est perfecta, est perfecta Dei cognitione, ad eamque pervenitur non sola charitate, sed sola fidei alaci, & spe flagrantibus; & tandem etiam charitate. Hoc & alio libro prosecutus est Augustinus, de fide, spe, & charitate. Scriptus etiam librum ait, de retractatione, de fide, spe, & charitate, ubi saltem diligenter mihi videtur complexus, quomodo sit colendus Deus, quam sapientiam esse Hominis, atque veram Divisa sapientia definit. Et mox. Haec autem omnia quæ requiriunt, scilicet diligenter sciendi quid credi quid sperari debeat, quid amari, hec enim maximè, in aliis vero solum in Religione sequenda sunt. His qui contradicunt, aut omnino à Christi nomine alienus est, aut hereticus, ubi Deus est colendus tria, non una tantum virtute charitatis, & sciri debet quid credi, quid sperari non autem, quid amari tantum debet. Et rursus. Ut rigatur ad illa tria redeamus, quem quæ didicimus C. 7.

coledum Deum, fidem, spem & charitatem.  
Et tunc. *Gratia tempus Propheta prævidens ait.* Omnis quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit. Et mox. *Fides credit sper,* & charitas orans; sed sine fide esse non possum, ac per hoc & fides oras. Et iterum de dilectione. *Quia utique sine spe esse non potest.* Denique ait. *Gratia salvans eis per fidem,* ubi quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit, ubi charitas absque spe esse non potest; & fides spem certò requirit, nec spes potest sine fide. *Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt.*

Nec tantum fidem internam vult Augustinus, sed in libro de fide, & symbolo externam, *Quoniam scriptum est,* & *Apostolice disciplina robustissima Autoritate firmatum,* quoniam iustus ex fide vivit, eoque fides officium à nobis exigit, & cordit, & lingua ois enim Apostolus, corde creditur ad iustitiam, ire autem confessio fit ad salutem, operari non ē iustitia memorare esse. *& salutis,* quando quidem in sempiterno iustitia regnaturi à presenti seculo maligno, salvi fieri non possunt, nisi Non ad salutem proximorum nitentes, etiam ore profiteantur fidem, quam corde gestamus, adeo confessio fit ad salutem, & Deus in fide nostra exigit, & sacrificium cordis, & lingua. Idem scribit Tertullianus contra Gnosticos qui fidem externam profiteri horrebat, eam in solo corde claudentes. *Igitur qui in me confessus fuerit coronam hominibus,* & ego confitebor in illum coronam Patrem meo, qui in celis est. *& omnis qui negaverit me coronam Hominibus,* & ego negabo eum coronam Patrem meo qui in celis est. Manifestum ut opinor est, & definitum, & ratio tam confessionis, quam negationis, & si dispositio diversa, qui se Christianum conficerit Christi esse testatur, qui Christi est in Christo sit neceste est, ubi externam fidem Tertullianus cum Ecclesia Catholica commendat, & cum Christo ipso predicit, eoram aeterno Patre beatum, quem coram hominibus confitentem videt, & acutissime suo more proficitur.

Non minoris meriti est scientia illa, qua Augustinus in colloquii vult Deum & se ipsum agnoscere, nempe divinitatem, & animam, Deum solum ejusque spiraculum. *Brevius colligo Deum,* & animam scire capio. Et mox. *Hæc est facultas facultatum scientia scientiarum,* hoc est si discas ubil est si catena negas, & sanctissimum utrumque, & suscè expendit. Idem cum Discipulo Magister Ambrosius, de Iсаac, & anima docet, ubi nobilissimam animæ scientiam commendat. *Egredimini id est ex parte sollicitudinibus,* & cogitationibus seculi. Et mox. *Hæc magna est corona certaminis,* ubi non sola coronatur charitas, sed exitus de seculi sollicitudinibus. Idem repetit sublimissimo psalmo, qui à beatitudine incipit, Beati immaculati in via. Idem de Abram libris duobus, ubi proponit virtutes numerosas & mercedem ex scriptura commendat. Idem est Prosper, seu Julianus

Pomerius, de vita contemplativa scribens, Idem scribit Ephrem & de virtutibus & de præmis.

Tria etiam opera præbet Nyssenus liberum de vita Moysis, seu de vita perfecta inscriptum, ubi in Moyse perfectos collaudat, & miris encomiis illustrat, aliud de perfectione Christiani ad Olimpium & tertium. *Quid nomen vel profectio Christiani sibi velit,* ubi celestis Apelles est in unica linea, & totum in una periodo claudit. *Christianismi profectio est redditus ad aeternam felicitatem, pars enim Christi, & imitatione Divina natura.* Et certè ista sunt altissima clavigia Christiani & scopus pend à Christo propositus. *Et tote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est,* quod idem pluribus aureis hominibus, egregie profectus Chrysologus, Christianum vocans hominem cœlestem, Filium superni Patris, nihil de terra participantem. Ubi vides prius proponere Patres remunerationem quam virtutem, est redditio ad aeternam felicitatem, est esse Filium aeterni Patris.

Aliò nos vocant alvearia integra, & quidem tria mellifera Bernardi. Est liber de interiori domo idest conscientia adificanda, ubi dicitur, *Beata illa anima, qua in pace Christi fundata est & in Dei amore fundata,* quia cum exteriori bella positur, qua interior non turbatur, in qua quæcumque molestie foris persistens usque ad silentium intente quietit non intrumpit, quoniam gaudi interne dulcedis rotar intus est, per desiderium celeste collecta, ubi beata est illa anima, qua foris bella intus pacem habet, & interna dulcedio fructus, omnes molestias externas repellit. Et alibi. *Principium & principale speculum ad videndum Deum est anima rationalis inventiva se ipsum.* Et mox. *Si ergo persenseris desideria sua circa exteriora delationes affici, & cogitationes suarum jugiter in eis occupari cum magna sollicitudine repelleat, nec permittas ad cor tuum intrare sed redi ad cor tuum & ibi intrare & habitaro omnimodi studi.* Et de animo pulsis exteriorum cogitationibus. *Et cum se ipsum qua gaudio jam capere non possit supra se ipsum dicatur, & per excessum mentis ad fiducia elevatur, atque ipse per se ipsum super se ipsum per cognitionem suum sui, ad cognitionem Dei ascendit, & tandem, memoratis scientiis concludit.* Nulla melior est illa, qua homo cognoscit se ipsum, ubi vides conscientia quiete præmia quæ usque ad Divinitatem ascendit. Alter liber est de conscientia. *Beata est anima, qua in pace firmata est cum exteriori bella positur non interior non turbatur.* Et mox. *Talem animam frequenter visitant, & honorant Sancti Angeli, & Archangeli, ut post Dei templum, & Spiritum Sancti habituaculum, Esto igitur Dei templum & Deus excelsus habitoibz in te, anima enim Deum habens in se templum Dei est, & divina mysteria in ea celebrantur.* An quid excellentius anima pacifica, Dei & Spiritus Sancti templo, ubi & Divi-

na mysteria celebrantur. Extat & liber alius de conscientia, & de conscientia tranquilla scribitur. Tranquillam animam dixerim, cum jam ipse Spiritus testimonium perhibet Spiritui ejus, quod Filius Dei sit. Cum omnibus dulcis est, nullus gravis uter amico ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus benevolentiam, quibus potest ad beneficentiam Rara avis in terris bufo modi conscientia; sed quando rarius tanquam charior apud Deum, ubi Spiritus testimonium reddit, quod ille sit Filius Dei, & tot abundans virtutibus est rara avis in terris, sed quanto rarius tanto Deo charior, cui charum est quod rarum.

Rursum virtutes alias propter charitatem libris integris laudatas prosequamur. Prosequamus liberum Ambrosii de Sancti Joseph castitate locutum, Sic igitur proposuit Suntius Joseph tuncquam speculum castitatis. In ejus enim moribus, in ejus oculis lucet pudicitia, & quidem splendens castitoniae coner, nitor gracie, ubi castitatem Joseph cunctis notissimum, & proponit sibi laudandum & laudat & ceteris imitandam proponit. Prosequitur libro integro S. Martinus Dumensis quatuor virtutes Cardinales, ubi non est charitas, easque per totum eximia celebrat, in biblioteca Patrum numeratus. Prosequitur libro Proficer Aquitanus, sententiarum ex Angustino excerptarum, Quisquis bene cogitat que Deus voleat, & qua vobendo perfolvat; se ipsum voleat & reddat. Hoc exigitur hoc debetur, Imago Celsior reddatur Celsuri, imago Dei reddatur Deo. Et mox de premio Religionis Christianæ. Hoc affectu, hoc desiderio contundens est Deus, ut sui cultus ipse sit merces, de Christo humiliatus surrexit; & de humiliata altissima docet, Non accedunt ad altitudinem Dei nisi per humilitatem, & cui propinquaque subditus longè ab eo recedit elatus. Prosequitur Augustinus in speculo. De his igitur quo posita sunt in literis facitis vel jubendo vel versando, vel finendo us etiam nunc idei tempore novi testamenti ad vestem piam exercendam, moreisque ipsorum pertinente, ubi utriusque testamenti præcepta, ad vitam piam exercendam, & ad mortem ipsorum nunc spectant. Ex levitico. Custodite præcepta mea, & facite ea. Ego Dominus qui sanctifico eos, & in psalmis fatus est iuicium. Beatus vir qui non abiit in Confusione impiorum, & in via peccatorum non fletis, ubi legit Augustinus, & in Coepeda derisorum non sedis. Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte; & psalmi omnes sunt fontes facundi, sicut & parabolæ Solomoni nis & proverbia. Mysteria cordia & veritas non te deferant. Circumdata eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inveneris gloriam & disciplinam bonam coram Deo, & Hominibus. Et mox. Beatus homo qui inventus sapientiam & qui affluit prudentia, & innumeris alijs præcepta. Prosequitur idem Augustinus libro integro de agone Christiano. Corona victoria non promittitur nisi certantes. In Divinis autem Scripturis assidue in-

venimus promitti nobis coronam si vicerimus. Sed ne longum sit apud Paulum Apostolum manifestissime legitur. Opes perfecti, cursum consummavi, fidem servavi jam superest mihi corona iustitiae. Mox docet victoriam esse Diaboli & cupiditatis. Radix enim omnium malorum cupiditas. Et rursus. Ibi ergo vincuntur inimici nobis invisibilis potestate, ubi vincuntur invisibilis cupiditates, adeo cupiditatum victoria coronam à justo Judge iucatur. Denique Diadocus Photices scripsit capita centum de perfectione spirituali, ubi & charitatem & alias virtutes commendat, Uno verbo ex solis sex seculorum Auctoriis, excepto Bernardo ab Heseceticis, ipsis accepto, multos etiam libros reliquimus nunquam Caput hoc finituri, si alia secula evoluissentur, & Auctores à Quenellio admisso. Manet Nicetas de vigilis servorum Dei, & bono Psalmodie, Hesichii presbyteri liber, de spirituali temperantia & cordis puritate, lege homilias Chrysostomi amplissimas, & Ephrem, & alios non paucos.

Legantur vita Sanctorum, & libri integri homiliarum, ut Basili, Nazianzeni, Asterii, & virtutes propter charitatem laudatas, & à Deo ipso præmiatas quisque inveniet, etiam in Cathecumenis ne dum in sanctis. Martinus adhuc Catechumenos haec mense contextit; & in ea re sunt vastissima volumina.

Interrogemus non textus Scripturarum, sed Capita integra, & libros. Interrogemus Genesis, & de Abele dicitur. Religio Domini Gen. 4: nus ad Abel, & ad manuera ejus, Enoch. Cepit invocare nomen Domini, Nos. Obulut C. 2. bolcauta super altare, odoratusque est Dominus odorem suavitatis, que omnia sunt Religionis non charitatis, Abraham dictum est. Egredere de domo tua. Et mox, & benedicenti tibi, & obedientiam, & fidem Paulus commendat, Jacob dixit Angelus. Si foris C. 12. fuisti contra Deum, Filius accrescens Joseph, & mox. Omnipotens benedicat tibi benedictio C. 32. nubis, & libri sunt pleni virtutum, ut egit magnus Ambrosius. Interrogemus Exodum, C. 49. ubi ad hoc unum facta sunt omnia ut sacrificium Domino, Leviticum ubi sacrificia jubentur, Numeros, ubi inter Moysis virtutes dicitur. Erat enim Moyses vir misericordissimus, Deuteronomium ubi secunda lex promulgatur, & decem præcepta, vir nominant Amorem. Interrogemus Josue cui dixit Deus. Confortare & esto robuster, Judices inter quos Othoniel; Fuitque in eo Spiritus Domini, Debora gratias agens Deo, Sampson à Deo missus in Hostium ultionem, Barach cui dixit Debora. Surge hæc est C. 12. enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tua, em ipse Dux illius est tuus. Ruth C. 1: 12. socrum suum in patriam revertentem, pidi subsecutam inter Christi ascendentem. Interrogemus libros Regum, ubi Deus in Samuele regnabat, & Theocratiam ex Josepho excrebat. Non te projecturus, sed me ne L. 1. 1. regnum

G.;

A. 3.

Trot. 16

*Eccles. 47.* regnum super eos , ubi David , invocans Dominum omnipotentem , & dedit in dextera ejus tollere Hominem fortem , & in omni opere dedit confessionem sancto , & ex celo in verbo gloria , ubi Solomon adificavit templum , & petiit a Deo sapientiam , quod utrumque Deo placuit ; ubi Elias unxit Reges ad penitentiam , plaudente Deo ipso & in Eliseo compleitus est Spiritus ejus , ubi prater David , & Ezechiam , & Josiam omnes peccatum commiserunt , nam reliquerunt legem

*Eccles. 49.* Altissimi , ubi nempe tres Idola sunt aversati ; iterum in libris paralipomenon Reges pii commandantur , & de Solomone post David legitur . *Elegit te Dominus ut edificares domum Sanctuarii* , quod & de Cyro dicitur , & Principes pii de religione laudantur ; in libris Eldæz , & Nehemiz . *Suscitat eis Dominus Spiritum Cyri Regis Persarum* , & sic templum restitutum , & Dei cultus .

Tota nostra est Judith , cui Dominus auxit splendorem , Job vir simplex , Esther Deum invocans & suos salvans , Tobias cui Angelus dixit . *Bona est oratio cum jejunio* , & elemosyna magis , quando iherosolimani recordare . Et mox . *Quando orabas cum lacrymis* , & sepeliebas mortuos , ego obtuli orationem tuam Domino ; in psalmis centum haec de re legimus & satis est initium . Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum , sed in lege eius meditatur die ac nocte . Ipsi se exponunt parabolæ Solomonis . *Ad sciendam Sapientiam* , & disciplinam , ad intelligendam verba prudentia , & sciendiendam eruditioenem doctrinae justitiam & iudicium , & agnitionem , docet Ecclesiastes à Dei mandatis non receundum & idem Est Ecclæsiastus , qui & elogia Sanctorum accumulat , docet Sapientia Sapientiam , & Canticum sponsi fructus largitur , & Prophetæ virtutes laicè commendant ; & Machabæi orando prelabantur , & totam Scripturam commemorant . Post legem Evangelia penè tota transcribi possent , ibi cœca Josephi obedientia , religiosa Magorum adoratio , & ab Angelo , & à Deo miraculis probata , ibi jejunium Christi , & resistentia . *Tunc reliquit eum Diabolus* , & ecce Angeli ministrabant ei , ibi Beati prædicantur , pauperes spiritu , mites , misericordes , pacifici , perfectionem posse ; & bona opera commendantur , nec sola charitas , sed & mandata , ibi elemosyna occulta commendatur & oratio , & sollicitudo in erastinum prohibetur , ibi nolite judicare & non judicabimini , petite & dabitur vobis , ubi iubetur sequere me , ibi timor prohibetur imperfectione , & qui perseveraverit usque in finem salvus erit , qui recipit vos me recipit , ibi pauperes Evangelizantur , & laudatur Joannes pauper , & constans , & discite à me quia mitis sum & humili corde , ibi iubet discipulos suos cavere à sermone Phariseorum , & beatum dicit Petrum ob confessionem , ibi prædicat orationem , & jejunium , & humilitatem , ibi castitatem & paupertatem laudat , ibi dicit secundum mandatum

diliges proximum , ibi docet vigilandum . Docet abscindendos pedes idest occasiones , de misericordia in Fratrem Semivivum , de Martha , & Maria contemplante & serviente . Docet . Qui ex Deo est verba Dei audit , docet lavandas esse pedes , & humilitatem , & tanta sunt in Evangelii de mandatis , de humilitate , sedata discipulorum ambitione , de Judicio in quo electi sunt , qui opera misericordia fecerint , ut nec citemus capitaneo totum citemus .

Etiam in actis quamvis Historicis , moralia multa continentur , ubi de Cornelio narratur . Orationes tuae & elemosynæ tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dci , ubi dantur præcepta abstinenti , à fornicatione , & immolatis , ubi Paulus argentum & aurum nullius concupiscit . In epistola ad Romanos evincit Paulus , & Gentiles & Judeos , per solam in Christo fidem justificari , in epistola ad Corinthios prima , tradit & disciplinæ , & morum præcepta ad Ephesios docet officia Viri , & mulieris , filii , ac Patris , monet Philippenses , ut sint constantes in fide , ad Collosenses scribit plura Christiana vita præcepta , ad Thessalonicenses scribit ut sint constantes in fide , & Ep. 4 moralis Christianæ principia , ad Timotheum bis scribit Episcopi virtutes , sic Hebreos ad fidem perseverantiam hortatur , Jacobus sapientiam Dei prædicat , Joannes in prima epistola , & idem docet & mores , in Apocalypsim , & fidem , & perseverantiam , & martyrium maximè commendat , Ad eis libris pugnamus non textibus Scripturæ .

## C A P U T I X .

*De concordia gratia , & liberi arbitrii .*

**A** Cutissimus Doctorum omnium Tertullianus vim suavissimam gratia libro de anima expoñit . Hac erit Divina gratia vis potentior , utique natura babens in nobis subiacentem fibi , liberam arbitrii posebatem , que cum illa naturalis , atque mutabilis quoquo vertitur natura converteritur . Hoc explicuit Aquila illa ingeniorum , at plures no[n]t , vel in luce caligant , & naturam armant in gratiam ; vel gratiam armant in naturam .

Armat naturam in gratiam Pelagius , & totum tribuit libero arbitrio , armant & ipsi Semipelagiani initia naturæ tribuentes . Armant gratiam in naturam , Calvinisti , Lutherani , Jansenisti , & pluribus thesibus Quenellii , & liberum negant arbitrium , totum gratia nil arbitrio donantes , quod pluribus thesibus agens Quenellii , vult Divinam gratiam invictam , & dominum liberum arbitrium , uno verbo profrus nullum .

Volunt Auctores Catholici utramque partem , & incolarem reddere & confederatam , at dum hæc duo unire conantur magnam opinionum discordiam inducent . Alii etenim cum

cum Thomistis, prædeterminationem physicam volunt, qua Deus invictissimum voluntates expugnet, sit prima causa, & primum liberum in se libertatem omnium includens, in se libertatem magis habens, quam Homo in se ipso experiat, at hæc multis ardor est, & obscura, cum prædeterminatione Dei non eligitur à nobis, & fine electione nulla sit libertas. Alii ut Scotisti volunt decretum concomitans, quod est à Deo voluntatem liberam includente, eo modo quo aliqui Homines per sympathiam, ejusdem temper voluntatis inveniuntur, & constat exemplo Dei voluntates nostras, in voluntate Adam includentis, at hoc decretum cœcum volunt Adversarii, cum in libertate creata velut in speculo, non minus amor quam odium appareat, nec sit via media invenienda, vel etenim determinat Deus, & hæc est sententia Thomistarum, vel determinat Homo & est sententia Societatis; cum præsertim Scotisti fateantur, ideo Deum determinare, quia se determinat Homo. Alii cum Pennotto libro quarto in propugnaculo humanæ libertatis, excludunt omne decretum ab eterno, & ponunt decretum nunc tantum egredens, in uno instanti latè præsentis, quod nullam imponit necessitatem, at hoc videtur contra Scripturas, expèsse eternitatem ponentes. Elegit nos ante mundi constitutionem, & de Jacob, & Esau narrat. Cùm nondum pax esset, aut boni aliquid erigisset; id etiam impugnatur ab Augustino libro tertio de libero arbitrio, ubi docet Deum nihil posse de novo. Nam semel statuit Deus, quemadmodum securus ordo universitatis, denique in ea sententia non solvit nodus, vel enim in illo instanti fecit, Deus Petrum salvandum, & sic certò salvabitur Petrus, vel nescit & incerta est Divina Prædestination. Alii cum Patribus Societatis docent, Deum intueri modos, & circumstantias, quibus voluntas humana contineat, si in illis poneretur circumstantia, Deumque volentem homines convertere, in illis circumstantiis constitueret, & modis illis uti ad ipsos expugnandos, quos scientia sua prævidit invictos, at ista sententia Hostibus non arredit, cùm Homo contra Apostolum se discerneret, reddens ex libero arbitrio gratiam efficacem, & gratia illa communis bonis, & malis, non discerneret bonos à malis, cùm solo accidente consensu, non sola gratia vim acquirat; & Augustinus gratia Patronum nunquam eam scientiam adhibuerit, ad conciliandam gratiam, & liberum arbitrium; immo cùm adhibueret semel scientiam medianam ad questionem Porphyrii solvendam, cur Christus tandem adventum suum distulcrit, libro de prædestinatione Sanctorum se retrahat.

C.23. Ep. 1. Rom. 9. C.3. C.9. C.18. & 19.

*S*i ne prejudicio latentis consilii Dei, & aliarum causarum hoc de praesentia Dei dicere volui, quod convincenda Paganorum iustitati qui base obiectant, questionem sufficiere videretur, & alibi rejicit omnem præscientiam, quæ antecedit decretum Divinæ vo-

luntatis, quod etiam constat ex Semipelagianis doctrinis, qui in sententia Scientia inedia ne quidem somniasset argumenta illa de fatali necessitate, inutili correptione &c. Multa etiam absurdâ notant Hostes, Hominem futorum, causam præcipuum operis cum causa præcipua sit ponens electionem, causam primam determinari à secunda, Deum esse non omnipotentem sed exploratorem, nec invictum esse Duxem, qui voluntariam ditionem expectet, nec optimum oratorem alicno genio, non sive peritie confidentem, non posse effectum in determinationibus actualem, oriū à causa que non est sed est, &c.

Eas sententias innuimus non confutamus quippe necessarii forent libri integri, cùm Pater Henao duo valissima volumina, de sola Scientia media ediderit, & multis putnet Lemos contrarius, ultra Suarez, & totalios Doctores, & satis nobis sit nostram sententiam firmare; quæ vim totam gratie constituit, in sola prædeterminatione morali, & mediis omnino moralibus. Eam sententiam teneant Basilius Legionensis, Petrus a S. Joseph, Doctores aliqui Lovanienses, Cardinalis Aguirre vim gratie, in collectione auxiliorum constituens, & cuiusvis generis inspirationibus, & in variis, & mirabilibus modis; ubi hanc sententiam certis præferendam, ex studio viginti annorum deducit, tamque eruditissimi propagnat, & suso calamo Pater Thomassinus, immensa eruditionum segete, & exemplis è Scriptura deductis.

In hac sententia præmittere est opus, quædam esse auxilia generalia naturæ, ut sunt amor boni, beatitudinis, veritatis, virtutis, quibus nihil præparamus ad opera pietatis, ut tenet Catholici contra Semipelagianos, quædam esse specialia quamvis imperfecta fidem, spem, & timorem, ubi Homo nondum accipit charitatem, quæ ex Joanne filio Dei constituit. *Vide quatenus charitatem dedit nobis Deus, ut Filius Dei nominemur & simus.* Hæc sententia nititur mediis moralibus, non certitudini tantum morali, sed metaphysicæ, & omnino evidenti. Hæc partim convenit, cum aliis sententiis, partim ab aliis discordat, convenit cum prædeterminatione physica, quantum ad efficaciam gratie, & internam vim in ipsa existentem, ubi Deus explorat se ipsum non alios, differt in modo ipsam explicandi, cùm illa vim ponat in qualitate mortuæ; communi, & Lapidibus, & brutis, nec explicet modum operationis, & nostra modos exponat, & quæplures, nature rationali convenientes, differt à consensi concomitantibus, cùm nostra sententia sit prædeterminantium, nec Deus in ea cœco modo convertit; differt à scientia media, quamvis & ipsa utatur mediis moralibus, cùm Deus per nos non exploreat voluntates, aut faltem explorare non cogitur, sed vicitia stat penes gratiam potentiam, & intripetas gratie vires, &

Domi-

Dominus, ut Bellator fortis, in sola sui brachii fortitudine confidit, & orator peritissimus in soli sua sapientia, nec ab extrinseco robur mutuatur, differt denique à sententia Pennotti, cum rejiciat decretum, ut nunc egrediens. Convenimus cum Cardinali Aguirre, cum & collectionem auxiliorum tucamur, at ab eo etiam differimus, quod alios modos extra collectionem ponamus. Convenimus cum Thomafino in sententia, at in modo probandi differimus, cum evinamus quamplurimos modos esse oratorios, potius quam Theologicos, verisimiles potius quam certos. Convertit Deus aliquos tribulationibus, ut docent Scripturae & Patres, at Pharae flagellis est indutatus. Convertit Deus multos beneficis, at multos reperit ingratos. Convertit multos miraculis, at conversus est miraculis Centurio, & perfidus latro est damnatus, & Iudei, & Pharae iriserunt. Convertit Deus delectatione, at Adam, & Angeli in celo ecclidere. Aliis ergo rationibus fulcienda ea est sententia.

Aggredimur ergo expositionem nostram, ex Scripturis Sacris depromere, & exemplum primò mutuamur, ab Ieremias, quem Deus solemnitate, misit ad predicandam veritatem Regibus, opus omniū difficultatum, ut constat exemplis Eliae, Joannis, & omnium p̄d Prophetae, sic ergo ipsum suadet, & persuadet. Ecce consuetus te super gentes, & regas, ne excellas, & despicias, & differendas & adficeris & planteris. Postea solvit motiva contraria. Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te bodie in civitatem manitam, & in columnam ferreans, & in murum arenum. Et mox. Et bellabant adversum te, & non prevalebunt, quia ego tecum sum ait Dominus tu liberum es. Cùm vero foret inter angustias. Es percussus Propheta Jeremias Prophetae, & misit eum in servitum; conversus dulciter ad Dominum ait. Seduxisti me Domine, & seduxisti me. Nec dicant Adversarii eas artes, dispositiones exitiosas non causas, quippe constat expressis verbis, quod Deus seduxit iis motivis exaltans vim, & potestatem milionis, & idem & minuens eventura mala. Seduxisti me Domine, & seduxisti me, ubi in iis potentissimis motivis, stat innocua Dei seductio, & iis est beatus seductus Jeremias.

Alia est divinitate Sapientiae ars, ubi cum homo non agat nisi propter bonum, Deus Homini auster bonum creatum, & reddens post mortem divitias illi omnino impossibilis, facit ut recurrit, & impossibili creto bono, recurrit ultra Homo ad ineratum, quod egregie habetur apud Oficium; ubi postquam Deus quicunque est de Israele, sub metaphorā Fornicatoris haec subdit. Propter hoc ecce ego sibi viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & fuisse fratn non inveniet, & sequentur Amatores suos, & non apprehendet eos, & queret eos & non inveniet, & dicit. Vadam & revertar ad virum meum

priorē, quia bene mibi erat tunc magis quidam nunc, ubi vides in anima fornicate, causa revertendi ad virum suum, bonus esse ad inveniendum impossibile, ob viam & spiritus, & maceria impeditam. Hac arte conversus est filius prodigus, ut constat ex versu ipsius. In se autem revertens dixit. Quanti luc. 13. mercenarii in domo Patris mei abundant parasib⁹, ego autem hic fame pereo. Surgam & ibi ad Patrem meum, & dicam ei Pater peccavi in culmine, & coram te. Hac arte excitata est a famo Ecclesiastes, cum omnia bona expertus invenit, ne quidem omoia similis unum oculum saturare. Non saturantur cœ. oculis vīs. Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et rursus. Dixi ergo in corde meo. Vadam, & affluam delictis, & fruar bonis, & vidi quod hoc quoque esset vanitas, risum reputari errorem. Et concludit verē Sapientia. Et c. cognovit quod non esset melius, nisi letari, & facere bene in vita sua. Hac arte convertuntur Peccatores, cum Deus dat lucem oculis mentis, quando clauduntur oculi corporis, & evidenter ostendit avaro, secum aurum suum ferre non posse, etiam cum Hermotimo se scribat Haredem, nec opes remanere nisi ecclesie, evidenter ostendit superbis, cessare in morte terra coronas, & vocat ad ecclestiem ea voce, Veni sponsa mea, c. 4. & coronaberis, ostendit pulchritudinem corporum, ut rosum marcescentem spinas relinqueret, & corpus in cinerem resolvi, & ostendit immarcessibilis ecclie flores. Quod novit in tenebris ipsis Tragicus omnia nihil est in morte, ipsaque mors nihil.

Fortiter etiam & suaviter Deus Homines convertit ostensione Divina Majestatis, vel cum terret horribilis, vel cum allicit hilaris & formosa. Primum egit cum Paulo Apostolo. Et subito circumfulxit eum lux de celo, et cadent in terras audiunt vocem dicentem sibi, Sicut quid me persequeris? Qui dixit. Qui es Domine. Et ille. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra similitudinem calcitrare, & tremens, ac flaperet dixit. Domine quid me vis facere, ubi Majestas Divina terribilis contumens, & voluntatem Pauli ad se vertit, & fatente Apostolo liberum reliquit arbitrium. Quid me vis facere. Alterum est in Matthaeo Apostolo, quem majestate vultus atraxit, nec alio pacto è Publicano evasit Apostolus, nisi Majestatis Divina fulgere, vel apostolo respondet Hieronymus. Certe fulgor ipse, cœta. is & Majestas Divinitatis occulit, quia etiam Matt. 9. in humana facie relucebat, ex priuō ad se evidentes trahere poterat aperte. Si enim in magnete lapide, & fricantis, bice esse vī dicuntur ut annulos, & fibulae, & festucas fibi copulent, quoniam magis Dominus omnium creas tuorum ad te trahere poterat, quos vocabas, ubi arguit validiori ratione, si illa per sympathiam & homogenea corpora, trahunt & ferrum ipsum, quanto magis per occultissimam virtutem, Divina trahet Majestas?

Alias

Alliā callet artes Divina sapientia, & ut totum Hominem expugnet, totum illuminat, & incendit. Hoe petit à Deo Ecclesia ipsa. *Intellectum illuminat, affectum inflammat*, hoc Propheta expertus fateretur. *Misericordiam in officiis meis, & eruditivis me, ubi Deus erudit ignoramus, & frigentem penitus inflamat*; nec tepidus esse potuit, aut frigidus tanto coelesti igne succensu. Et Prophetā de se ait, ferre non sustinens. Et de mirabilī Laurentio Leo Magnus. *Superiori Charicat Christi flammam non potuit, & segnior fuit ignis, qui foris usq[ue] quādū qui intus accedit*. Et de Apostolis Dens ipse testatur. *Et apparetur illis discretitia lingua tanquam ignis, sedique supra singulos coram, & repletis suis omnibus Spiritu Sancto, quod & in sylliba agnoscit Poeta. Et totum spirans præcordia Phœbium, & in Idolo amoris amore profano, & Status. Plerius menti calor incidit, unde subebitis ire Dea.*

Est & ars Deo frequentissima, qua Deus uitatur ad peccatores corrigendos, cùm supra caput impii collocat rompacham terribilem inferni, eamque ad vivum, & presentem pingit, qualis pictura, ut in punico mortia, cùm peccator januam jam videt apertam, & jam utroque pede ingreditur. Si etenim ensis è tenui filo pendens, potuit effundentem, & gulofum, de quo bellè scribit Horatius. *Grauelus esuriens si in colum jussifer ibit, à regali convivio absterrere, & convivium metendum reddere, longè fortius ensis ex utraque parte accusus, de ore Dei egrediena, corpora & animam occidens, gula vitia emendabit. Ea in re canit egregie Horatiu*s*. Cui super impia cervice penderit, pondus acinacis, non siccata daperit, dñicem elaborabunt saporem, non aquilum, cibareve canent.* Quod & intuemur in ductis ad supplicium, qui nec vīlis palatiis, nec Hominem frequenter delectari possunt, ubi mors in conspectu est, & impendens. Et hoc evidens est in Christi factis, qui mortuis ad vitam revocatis, nunquam velut aliis dixit, noli amplius peccare; quippe mors, & infernos admonebant, & doctiores quovis Philosopho, solo aspectu convincebant.

Prosequamur Divini amoria artes, quibus Hominem allicit, ut salvet, & affectibus nostris nos reddit suos. Vehementissimus est in nobis appetitus Beatitudinis, & iuxta Philosophum in Metaphysicis, Beati omnia cùlē desiderant, & iuxta Theologos cum Augustino in Enchiridio. *Natura rationalis in malis suis non potuit, amittere beatitudinis appetitum*, & libro tertio contra Julianum. *Immutabilis est, in qua Homo creatus est, & creatur, illa libertas voluntatis, qua Beati omnes esse voluntar, & nolle non possumus*. Sit ergo Homo in punto mortis, & velit Deus ipsum certò salvum, incendit amorem beatitudinis, appetitum ipsius excitat, & sovet, & si Daemonis urget tentatio, vel ipsam tollit, aut valde minuit, voluptates mundi monstrat impossibilem, quis

tunc nolis beatitudinem? Qualia Athletes avidè prospersans ad bravium, vinculis irrititus fremit, & detinetur, mox vinculis solitus properè currit, & unus omnes vincere conatur, & libertissimum festinat ad bravium.

Nil facilius Deo quād errantes convertere. *Qui docet Hominem scientiam, & si sapere hoc Homini conceditur longè fortius Deo dosabitur*. Non credit thesim aliquam indoctus, at descendens è Cathedra Mathematicus, oculari demonstratione convincit, ut certò credat, & sciat, quod non crediderat. Sic Deus incredulos convertit, sola ostensione veritatis, & infideles ad fidem compellit; & veritas Regibus ipsis est validior; & ad suadendam se ipsam valet evidētia. Quid autem facilius Deo, quād ostendere, statutum esse hominibus temel mori, *Intellectissimos Jovem, Mercurium, & sedissimum Venerem non esse Deos*. Quod si astutia Daemonis aliquando, verum apparet, nec illud amplectatur, dissolvit Deus opera Diaboli, ut de Christo scribit Leo de nativitate. *Et si multis ineras amor veri, in certorum tamē opinionem varietas, fallens Demonum decipiebasur astuta, & falsi nominis scientia, in diversis, compregnante se que sententias humana ignorantia trahebatur*. Ad auferendum autem hoc ludibriū, ubi Deus venit ad fugandū Luciferū.

Experiens ipsa demonstrat Deusa, quomodo Sancti non peccent, & Sancti vivant; quippe donat in terra celi consolationes, quies Sanctitas solet abundare, & ipsas in memoria ipsorum reservat. Ita Paulus ad tertium cœlum elevatus, qui audivit arcana verba, exclamare justè poterat. *Certus sum Rom. 5. quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque in flantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundus, neque creatura alia, poteris nos separare à charitate Dei*. Et hoc docent Patres verbo, & exemplo. *Angustinus libro octavo confessionum. Verum jam hoc ad medicinas futuram, in ejus memoria reponebatur*. Sic vita custos quadragesimum martyrem constituit, & coronam sibi non competentercepit, & Petrus ipse id exponit. *Nos enim doftas fabulas feci nos fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, & presentiam, sed speculatori solet illius magnitudinis*, it ergo certus erat Petrus de sola gloria Thabor, quid de gloria celi dixisset ad exclamandū, ipsum audire.

Ille ille Deus est rugit Leo Magnus, cuius voluntas omnipotens, vult Deus salvum justum, & rapit ē mundo antequam peccet, rapit in statu gratiae ne peccet. *Rapens est ne molles matares intellectum ejus, aut ne fistis deciperent animam illias*. Vult certò Deus salvum aliquem, & immittit in ipsum fultitiam, ut peccare amplius non possit, & tollit ē vita hac ne amplius cadat. Vult Deus ne tres pueri, violentia ignis Deum negent,

**Dan. 3.** ignem transmutat in rorem. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & sociis ejus in fornacem, & excusit flammanum ignis de fornace, & fecit medium fornaci, quasi ventum rorit flammam. Vult Deus beatum Nicolaum Tolentini, & sex meses ante mortem dat beatitudinem. Denum sex ante ebitum mensibus singulis nobilior Angelicum concentrum audiuit, cuius suavitatem cum iam paradisi gaudia praegustare crebro illud Apostoli repetebat. Cupio dixi sed & esse cum Christo 8. Ilo. Vult Deus a justo studius. Existe quod feminas secundum femeas sum, & dum feminas alii cedidit secut viam. Et mox. Qui autem fecerit viam, & fuit qui audiuit, deinde venit diabolus, & tollit verbun de corde eorum, ne credentes salvos siant, at Deus femeas illud custodit, & à vultu inferni defendit, & ita non impeditum egerminat. Vult Deus induratos emollire, & res omnium charissimas auferat, qua arte Pharaonem ipsum expugnavit. Factum est autem in nocti medio, percussus Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonit, qui in filio ejus sedebat, usque ad primogenitum caprius, quae erat in carcere. Omne primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharaon nocte, & omnes servi ejus, cumque Aegypti, & orru est clamor magna in Aegypto, neque enim erat domus, in qua non jaceret mortuus. Vocatusque Pharaon Moysem, & Aaron, nocte ait surgite, & egredimini à populo meo vor & filii Israei, iste immolate Domino scimus dicitis. Oter vestras & armemta assumite, ut petieratis, & abegetis benedictis milie, argenteaque Aegyptii populum de terra exire velociter, dicentes omnes moriemur, ubi percellis primogenitus omnibus, surgit nocte Pharaon, & Aegyptus vocat Moysem, & Aaron, nocte Pharaon, & Aegyptii hostes urgent ut excant. Ad ead vel obstinatis manus Dei emolit.

Vult Deus convertere perfidos Hebreos, habentes ex Apostolo velamen in vultu, & velamen tollit ipsi in vultu. Vult Deus infallibiliter amari, & faciem suam ostendit Beato, & Viatori adhuc fidem relinquit obscuram, at facit tenebra ejus ita & lumen ejus, & ad eum statim pervenit, ubi possit fidei dissentiri, at infallibiliter sit afflensus. Vult Deus salvum Petrum, & omnipotentiam ad hoc opus adhibet, & sicut Demonii gravissime tentanti, & liberè assentimur, & repugnare non possumus, ita potiori iure Deo non resistemus, potentia predicto longè majori, & non resistemus salvo arbitrio.

Id etiam constat in præstantissimis oratoriis, qui eloquentia sua animos alliciunt, & ita student ut certò persuadant, ita Narses apud Jovium in ejus vita, semper traxit militum animos, quocumque voluit, ita Cicero sepe gloriatur se Judicium animos evicisse, & pulvrem in eorum oculos evibrasse, imò Milo visa elaborata oratione inquit, si Tullius ita perorasset Massiliis piceulos non comedenter. Cum ergo ex Irenæo Deus operetus secundum suadet, &

& sit Orator oratorum, poterit repugnantes convincere, & cum sit omnipotens genius vertere, & inclinationes ad malum minuere. Et si orator id agit infirmus, & falsum quandoque persuadens, quid aget Deus omnipotens, veritatem, & bonum semper ostentans? Et si potest in natura pura Demon facere, ut quis certò & liberè cedat, quod & Scriptura claram intinuat. Fidelis autem Deus est, qui non patienter ut 1. Cor. 10. tentari suprad quod potest, validiori ratione poterit Deus, qui & miracula habet in manu, & potest è vita tollere, ne malitia sensum. Innocentis immutet, Et religare Demonem in deserto, & ne tentet quantum ipse potest sed quantum Homo poterit. Et minus longè quam poterit, imò potest persecutio transit in delectationem, velut de Martysibus predictis Tertullianus, carnici non irascitibus sed insultantibus. Aterite nos, exquisita seculia vestra illecebra Ad Mer. 1. sicut & Antonius Desmoibibus, exprobabat ipsoforum infirmatorem, plus securus de victoria, quam de pugna.

Hæc est Augustini doctrina quam discipuli sequimur, quam Gallia universa desiderat, quam Pontifices milles commendarunt & una cum ipsis tota Ecclesia. Unus satis est in Joannem tractatus. Noli cogitare te in Trac. 26. invictum trahi, trahitur animus & amore. Et mox. Ego dico Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? Deletare in Domino, & dabis tibi petitiones cordis sui. Est quadam voluptas cordis, cui panis dulcis est illi celestis. Porro si Poeta dicere licuit, trahit sua quemque voluptas; non necessitas sed voluptas, non obligatio sed deletatio, quoniam fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christianum, qui deletatur veritate deletatur Beatitudine. Et post plura concludit. Ratum viridem ostendis ovi, & trahis illam. Nunc puero demonstrantur, & trahunt, & quod currit trahunt, amando trahunt, sine lectione corporis trahunt, cordis vincto trahunt. Si ergo ista que inter delicias, & voluptates terrenas revelantur amonitibus trahunt, quoniam verum est trahit sua quemque voluptas non trahit revelatur Christus à Patri? Nec obstat Adversariorum responsum, hæc esse media ad conversionem, non causas ipsas traditionis, quippe eximiè concludit Augustinus. Quid enim fortius deserter anima quam veritatem? nil ergo fortius nil violentius veritatem.

Hæc sola sufficerent, at hæc in Augustino abundant, primo post Paulum gratiam defensor. Is de peccatorum naritatis & remissione ferbit. Quenlibet nostrum vehementer contristat, ne sic defendamus gratiam, & liberae arbitrii auferre videamus. Et propositur. Quid autem ab illo illius adjutorium deprecari ad faciendum, perficiendumque justitiam quid aliud deprecari, quam ut apertas quod latebat, & shave fat quod non delectabat, Vides ergo quid sit gratia quam petimus, ut Deus aperiat, quod latebat, & ut

ut suave fiat, quod non delectabat, quæ media sunt moralia, & libertatem Hominis non ledunt, & sunt ipsa efficacis gratia definitio. Rursus in se ipso, & de se ipso, in libro septimo confessionum *Clausilli oculos*, ne videantur vanitatem, ubi Deus claudit oculos peccatori, ne videat pulchritudinis vanitatem, & ita non videns non afficitur, quod & intellexit Job Sanctissimus. *Aversi ocularis meos*, ut ne cogitarem quidem de Virgine; cùm ergo omnia ex Solomone sint vanitas, & quidem Vanitas vanitatum, claudit oculos Deua pro cunctis creatis. Iterum veritatem aperuit, cùm eloquentiam quereret.

L.S.e.14.

*Et dum cor aperirem ad inspicendum, quād disertē diceret, poriter intrabat quād vēdē diceret, ubi eloquentiam querebat Augustinus, & veritatem inspirabat Deus. Iterum exponit gratiam efficacem, per sanacionem mentis, & animæ, sicut sapiens Medicus sanat homini fel, cui omnia videbantur amara & dulcissima ipsa, & rursus dulcia sentiuntur ut dulcia. Et sensi. & expertus sum, non esse mirum, si palato non sano panis est panis, qui sano fructus est, & oculis agri odiosa lux, que puris amabilis est, reddit ergo Deus bonitatem rebus suam, & spiritualibus spiritualem dulcedinem, & tunc lux est sanis oculis amabilis, quæ agri erat odiosa, & sapit palato panis celestis. Deni- L.S.e.12 que conversionem suam ultimò enarrat. *Ubi vēdē à fundo arcone alta consideratio contrahit, & congeffit totam miseriorem meam, in conspectu cordis mei, abora est procelia ingentis serenis ingentem imbreu lacrymarum, & ut totum effunderem cum vocibus suis, surrexi ab Alipio. Et post aliqua. Et ecce audia vocem de vicina domo cum canis dicens. & repetens quasi pueri, an puerille tolle, tolle lege, Rom.13. lege, & mox legit illud Apostoli. Non in commissationibus, & ebrietatisibus &c. Et mox. Nec ultra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huius sententiae, quasi luce securitatis infusa cordi meo, omnis dubitatio- nis tenebrae diffugierant, & ibi narrat ita con- versum Antonium.**

Hoc & exposui Celestinus ad Gallos, si- ve in collectione auctoritatum adnexa. Quo- utique auxilio, & munere Dei non inferitur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tene- broso lucidum, de provo rectum, de languido sonum, de imprudente sit providum, ubi di- vinus sol tenebrae auferit, facit pravas in vias rectas, divinus Medicus sanat, & Ma- gister vias docet prudentias, & quod evenit Propheta homini mendaci, ut verum inspiratus loquatur, evenit Homini peccatori ut charitatem, & justitiam sectetur, imò semper sectetur, ut in Joanne, Jeremia, & Apo- stolis constat.

Aliam docet rationem Augustinus, quam & nos sustinuimus, & tangimus, in studio Caufidie, & oratorio, valde longo, & elabo- rato, cùm nempe Deus dat magnas vires convertendo. Ita S. Doctor de gratia & li- bero arbitrio. *Certum est nos facere cùm fa-*

cimus, sed ille facit, ut faciamus, prehendo vires efficacissimas voluntatis, qui dixit faciam, ut in justificationibus meis ambuletis, & judicia mea observatis. & faciat, ubi vires efficacissimas præberet Deus, cùm ait faciam ut in justificationibus meis ambuletis. Et rursus in psalmos addit vires magnas. Si C.40:

*fieres impetus, propter Christum in Joannem non negaret, & addit validam rationem. Erans quippe in illo vires magna, quibus appellantur est amicus sponsi. Magno in illo gra- sia, magno excellentiæ; Inter naros mulierum non surrexit major Joanne Baptista. Ergo in illum impetus sanctus est, qui non habebat tales vires. Fis impetus in Petrum non fit im- petus in Joannem. Etenim vires ipsas Petrus post accepit, tunc autem infirmus fuit, ubi vires magnas habuit Joannes, non tantas habuit Petrus, nec eas habuit, quas postea recepit. Iterum clarissime id exponit, libro quarto de anima, & ejus origine. Nempe Beatisissimus Apostolus Petrus volvitur pro Do- mino animam ponere planè volvatur, neque enim Deum id pollicendo fallerebat. Sed quantas vires haberet voluntas ipsa nesciebat. Frustra vir tanteus, qui Filium Dei esse cognoverat sa- latebat. Scimus nos itaque abigere eam, seu nolle, sed voluntas nostra etiam cùm bona est, quantum valeat, quantas vires habeat, quibus tentationibus cedat, quibusne non cedat si nos solliciti filii dilecti nequitam, ubi ne- sciebat quantas vires habet, ubi volun- tas bona quantas habeat vires, cui cedat tentationi nescit. Et hoc sèpè Augustinus commemorat, de gratiis agere remissis & magnis, quæ auctoritates in unum colle- git Macedo. Unde contra Arnaldum pugnat millies Augustinus, afferens sua defuisse Petro gratiam sufficiensem, imò nec tunc cum dixit efficacem, sed validissimam, & ut loquitor ipse efficacissimum. De ipso eto- nim negat. Et tamen quaremois parva, & im- perfetta nos deearas, quando dicebas Domino animam meam pro te ponam, putabas enim je- posse, quod se uelle sentirebas. Et quis istam esti parvam dare expectar charitatem, nisi ille qui preparat voluntatem, & cooperando per- ficit, quod operando incipit, ita de gratia & C.17. libero arbitrio. Et innumeris Patres de Petro dicunt, cum in eo acto nimis de se presum- pisse, ideoque à gratia derelictum, quæ Petram nocentem non innocuum deseruit, etiam illi, quos citat Arnaldus, & praeci- put Chrysostomum in Joannem. *Sed car- Evangeliste omnes in hoc describendo concor- Rom.8: darent? Non ut discipulam accusarent, sed ut nos erudirent, quansum malo sit non omnia Deo committere, sed sibi ipsi confidere, sic Leo de passione'. Et nemo auderes de sua virtute Ser.19. confidere, quandam instabilitatis periculum, nec B. Petrus potuisse evadere, sic Ambrosius ait. Cave jactantiam, & alii multi.**

Rursus Augustinus de gratia Iesu Christi. Es ideò quod ibi scriptum est resipexisti enim Do- C.45. minus intus oclum est, in mente oclum est, in voluntate oclum est. Misericordia Dominus

C.9.

C.16.

*I*nsenser subvenit, cor tergit, memoriam revocavit. Et mox. Ecce quemadmodum Deus adjuvando, adest voluntariis, & actionibus nostris, ubi in memoria Christus revocavit illud, etiam oportuerit me mori tecum non te negabo, revocavit in memoriam prophetiam, & ex ea Divinitatem moventem. Hoc etiam exponit Auctor de vocatione gentium, de gentibus ad fidem conversis. L.2.c.15 Tanta enim defensa prebeatibus confitio fidei, fiducia spei, fortitudo tolerantiae, us ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus Sanctus accenderat, nullo modo ab op- C.4. priuientibus posset extingui, & contra Collatorum omnia unit. Trahit tamen principiam enim sapientiam tamen Domini, trahit latitudo, quoniam latitas sum in his que dilata sunt nubes, in donum Domini habuit. Trahit desiderium quoniam concupisit, & deficit anima mea in atria Domini, trahit delitatio, quoniam dulcia forsitan meis eloqua tua.

Illud etiam obvium est & facile, quod Deus per concupiscentiam tentans, vel somitem auferat, ut in B. Virgine, vel ut amplius non sentiant, ut in Thoma Aquinatu, & tunc ex peccatorum genere non peccabit, quod genus innumera gignit peccata, velut impeditus in Adam sones, à concupiscentiae vitiis liberaverat. Etiam accumulat motiva pro bono, & attenuat, & solvit sophisista pro malo. Etiam ponit delectationem in opere, secundum quam ex Augustino, necesse est, ut operemur, & tamen suaviter operamur. Etiam tollit errorem, ne quis peccet, cum omnis peccans sit ignorans.

Exxit Cardinalis Aguirre sententia, non in una vocatione, aut auxilio gratiam efficacem consistere, sed in collectione auxiliorum, ita ut per media etiam fallibilis, infallibilis sit gratie certitudo. Intelligent Adversarii nostri, quonodo in multitudine peccatorum venialium possit homo, hoc vel illud vitare, nec possit omnia collectivè. Intelligent possit hominem in natura pura, vitare singula distributivè peccata, non omnia per longum tempus collectivè. Intelligent, quod homo sit liber ad bonum, in specie non tamen in genero, ad tale & tale non ad bonum in communi. Intelligent quomodo possit homo singula, non omnia precepta servare; Ideoque vel intelligent Hominem, pro singulis vocationibus liberum, pro singulis instantibus, sui arbitrii, tandem autem repugnat non posse. Et citat Angelicum de veritate, ubi infallibilem evincit predestinationem, quoniam sit per media fallibilitas. Sicut videmus quod omnia singularia unius speciei sunt corruptibilia, & tamen per successionem unius ad alterum potest in eis secundum numerum, salvare perpetuas speciei, & hoc modo est in predestinatione. Et infra. In eo quoniam Deus predestinat tota alia administratio preparat, quod vel non cadat, vel si cadat resurgat, sic citra prima parte questione quadragecima. Unde Arauxo Thomista, hanc amplectitur senten-

tiam, & variis Sancti Thomæ textibus confirmat.

Opponunt Hostes primò machinam, quam invictam, & vietricem credunt. Homo liber est, & ad ignem, & aquam potest se velut manus extendere, & potitus est in manu consilii sui, non erit ergo infallibilis gratia, nec homo ad unum aliquid prædeterminatus poterit alteram partem eligere. At ratio haec ut ait Tertullianus multis repercutitur. Potest omnis homo justus esse, & tamen teste Christo, & experientia necessaria est ut veniant scandala, qui tamen libenter veniunt, cum reprehendantur. Veram Mart.12 men Homini illi, per quem scandalum venit. Potest quis vitare omnia venalia, & nemo excepta B. Virginis vitabit, ut definit Concilium Tridentinum. Potest quis sine peccato esse, cum peccatum sine libertate non fiat, & tamē nos admonet illuminatus Apostolus. Si dixerimus, quoniam peccatum non habet i. Jo.11 mens, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Potest quis per totam aeternitatem singulis instantibus sub codem numero talorum myriadem projicere, & tamen singulis instantibus, certissime non projiciet. Possumus singuli homines sane mentis, se se è sinistra projicere, & tamen certissimum est, quod non facient. Potest Homo resistere gravissima tentationi, & certum est, apud Theologos, quod in natura, & suis viribus, illi certo non resisteat, idem est de observatione totius legis, per diuturnum aliquod tempus, quam servare potest nec servabit. Potest omne animal hac die perire, & certum est, quod non peribit. Potest quis vitare peccatum, cum revelationem habet de ipso ut Petrus, & tamen metaphysice certum est, quod illud non evitabit. Potest gulosus gaudere de mensa, cui imminet pendulus ensis, & experientia teste non gaudebit. Dericus Augustinus de Spiritu & litera. Nam si testimonio Scripturarum, quibus exigitur definitum nullum Hominem hinc viventes, quoniam libero utatur arbitrio inventi sine peccato, ubi esse potest sine peccato, cum libero utatur arbitrio, & definitum est ex Scriptura non inveniri. Et rursus alibi idem ingeminat. Potest & de monte illo, quem C.35. fidet in mare transserat, quod tamen subsequam fallitum vel legimus, vel audierimus, & S. Thomas fidelis Augustini alumnus quoniam sexta de veritate, ubi querit. Num præfusio certitudinem habeat, & convincit' bere etiam in libero arbitrio. Sicut ei! quod omnia singularia unius speciei corruptibilia, & tamen per successione alterum potest in eis secundum vari perpetuas speciei, diversiter gubernante, quod r uno deficiente. Et hoc in tatione, liberum enim arbitrio fatale. Tamen in eo, tota alia administratio potest, vel si cadat, quoniam exhortacionis, &

C.5. desumplit ab Augustino de correptione, & gratia, Diversis, neque aliis innumerabilibus modis vocentur ut reformatur, sic ex Prospe-  
ro, & aliis.

J.6. Post rationes auctoritate Scriptura, nos Thomiste acriter aggrediuntur. Nam po-

Rom. 5. test venire ad me, nisi Pater mens traxerit eum, & post Magistrum discipulus Paulus.

C.26. Qui spiritus Dei agnoscit ji sum Filius Dei, & Ezechiel antiquus, novum testamentum praedi-  
cens.

Eccles. 43. Eglandus super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, & ab universali idolatria vestris mundabo-  
datis vobis cor novum, & spiritus meus ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum  
de carne vestra, & dabo vobis cor carnatum,  
at textua isti nostri sunt non oppositi; &  
Patres cum Augustino omnes explicant de-  
C.16. tratione mortali. Et Chrysostomus in Joannem exprefit. Quomodo trabas hoc Propheta  
pradixerat, erant omnes decibiles Dei. In  
spira vero Scriptura hominum tradicio, mo-  
ralen vim ubique significat. Jeremias trige-  
fimo primo. Traxi te miserans tui, Osee un-  
decimo trabam eos in funiculis charitatis.  
Joannis undecimo. Cum exaltatus fuerit a  
terra omnia trabam ad me ipsum, per crucem  
tempore, & passionem, sic Cantorum primo.  
Trabe me post te, carremus ut adorem angue-  
norum tuorum. Sic Deus posuit Spiritum suum, in medio Apostolorum juxta Ezechie-  
lem, & ostensione veritatis emundat. Ab  
universis Idolis vestris mandabo. Et rufus.  
Et recordabitur viarum vestiarum pessimum,  
fludoriumque non bonorum, & displice-  
bunt vobis iniquitates vestrae. & sceleris ve-  
stra, ubi Deus horrorem sceleris depingit,  
& ad vivam memoriam reducit. Nec aliter  
unquam Deus Hominem convertit. Ita con-  
verbo Petri per ea verba explicatur. Respe-  
xisit Dominus Petrum, & recordatus est Petrus  
verbis Domini. Et mox. Es egredies foras  
slevit amarum. Ita penitentiam promovet hu-  
manitas. Benignitas Dei ad penitentiam se-  
uddicit, ita Etherius in sua petit oratione.  
De mihi fiduciam Domine Rex deorum, &  
universa potestatis, tribus sermonem compati-  
sum in ore meo, in conspectu Leonis, sic Scrip-  
tura explicat consensum, per aperitionem  
aurium factam a Domino. Uno verbo non  
uno modo sed innumeris us corda nostra  
convertit.

Hoc id est, ut  
vis credi-  
tar illi  
suvici-  
pro-  
cor  
go  
merabilis  
nobis  
nisi, ubi  
sed & si  
libitis  
cat, &  
ter cor-

ultinus, quam-  
ius, cum uti-  
frustrabiliter,  
er, quippe  
& variis me-  
tione & grati-  
ali alter.  
merabilis  
nobis  
nisi, ubi  
sed & si  
libitis  
cat, &  
ter cor-

Toto multiformis gratiae opere hoc agitur, in  
omnium animis. Ex solentibus fiant volan-  
tes, ita Clemens Alexandrinus in padagogo  
docet. Deum, ut omnibus sua sapientia  
machinis, ita Ireneus contra heres libro  
quarto ait. Denus agere non vi, sed fechu-  
dus suadet, sic illud Eccliesia à Cata-  
chismo allatum, rebiles compellere voluntates,  
exponunt de tractione per terrorem,  
ut in Paulo, ita vidimus ex professo in Au-  
gustino, ubi sapientia congregat verbum tra-  
hendi, & per media moralia centies expo-  
nit, ita constat in Hieronymo, de conver-  
tione Matchei agente, ubi majestatem Di-  
vinam trahentem vocat, & iterum prosequi-  
tur tractionem. Si enim in magnete lapide,  
& succinis haec esse vis dicitur, ut annulos,  
& fetucias sibi copulent, quanto magis Do-  
minus omnium creaturarum ad se trahere  
poterat, quos vocabat; sic & S. Thomas  
varia adminicula ut vidimus assignat, sic &  
Anselmus de concordia questione prima.  
Adjucat enim gratia liberum arbitrium, quan-  
do ut deferas recitationem acceptam impugna-  
tur misigando, aut penitus removendo vim ten-  
tationis impugnantis, aut augento affectum  
ejusdem recitationis, ubi mitigat, aut remo-  
vet vim temptationis, aut auget affectum  
ejusdem justitiae, sic Ephrem dicit Deum in-  
ducere nos in oblationes rerum temporalium  
& ut viridarium nos recreemet.

Uno verbo innumeris modis gratia ope-  
ratur, nunc ut Medicus est Deus, sic de corre-  
ptione & gratia Augustinus. Dum ad do-  
forem Salubrem penitentia occultissima, &  
potentissima medicina sua potestate perdicit,  
& ita sanans est gratia, de qua in libris con-  
fessionum agit Septem Augustinus. Nunc Orat-  
or est Deus, ut de gratia Christi Augus-  
tinus. Operatus Deus in cordibus hominum, non  
solum veras revelationes, sed etiam bonas vo-  
luntas, nempe instruens & movens voluntate-  
tem. Nunc ut omnipotens, & omnisciens, tollens è  
medio justum, cum justus est; nunc Magis-  
ter Cathedram in corde tenens, nunc pu-  
gnans contra Daemonem, nunc calum offendens  
ut Stephano, & ionumeris aliis mor-  
dis.

Frustra rufus opponunt causam mode-  
non esse veram causam, quippe cum Ari-  
stotele Philosophi omnes, inter veras causas  
reponunt, & causa moralis existit com-  
mendans, & physica sapientia tumultu-  
atur, ut constat in physicis adiutorioribus,  
magis templi Solomonis, qui silenter in ma-  
gisterio templi Solomonis fatus. Frustra dicuntur voca-  
tioea precedens, quippe aliquando Deus  
in vocacione omnipotens convertit, ali-  
quando ut peritissimum orator, auditoorem  
initio moverit, & in fortioris convincit.  
Frustra probatur Deus causa physica actionum  
nostrorum, quippe & nos hoc idem fatemur,  
at concrezionem illam nesciunt tantum moralium  
per media tempora moralia convertere.  
Frustra dicuntur nos habere libertatem.

pe nemo unquam docuit , oratores , & suationem tollere libertatem , vel operantes ex metu non esse liberos , & quando ipsem operans cum Paulo sit . *Domine quid me vis facere* , libertatem suam ultrò fatetur . Frustra Concilium Tridentinum referunt , illam gratia efficaciam definient , quæ tollebat ex Calvino libertatem , quippe Calvinus afferuit , dari auxilium quoddam libertatem nostram evertens , ideoque definire debuit Concilium , dari auxilium quoddam libertati nostræ propitium , & in Concilio erant ejus sententia Hostes , non tantum Scotiæ sed & alii , & constat ex Historia Pauli Suavis , & ex Cardinali Pallavicini originali , parum ei sententia fuisse Concilium . Denique fructu dicunt hominem , possit de suo opere contra Apostolum gloriari , quippe hæc difficultas communis est omnibus , cùm omnes ponant Hominis consensum , & solvit Apostolus dicens , *Qui glorierit in Domino gloriatur* , ut nunquam minus quam in nostra sententia , gloriari potest homo de suo consensu , ubi Deus illum metu extortus , ubi Deus justum rapuit è vita , ne malitia mutaret intellectum ipsius , ubi consensus ipse est positus ex sola oratori facundia , ubi Deus posuit spinas , & maceriam , ne peccatrix iact ad fornicators , ubi Majestate Divina tota , è Teloni questu abduxit , ubi miraculis ipsis convertit , & cor adamantinum hominis ipso Sanguine agni emollivit .

A gratia sufficiente inquiet Janinista , liberet nos Deus per gratiam suam , quippe sufficiens est quæ non sufficit , nec in Thomistarum sententia unquam , cum effectu suo conjungitur , at nostra gratia sufficiens est , nec tenetur Deus dare efficacem . Tenetur Advocatus pauperum integra hebdomada studere , in cujusque pauperis causa at in dilecti pauperis defensione , annos integros infumere potest , nullo prorsus justè querente , sic & Deus dat gratiam cuique egenti , nec specialissimum studium , impendere tenetur cuique , & si queratur alia quis de studio inquali , illud repetet . *Tolle quod tuum est , & vade* . Et si aliquis ut convertatur cum Paulo expectat è celo miracula , magnum erit miraculum si convertatur ; nec manna in cibum dat omnibus Deus , sed panem tantum quotidianum . Fateor tamen aliquando gratiam sufficienter , obdurratis esse inutilem , quippe obturant aures suas , necessaria est sapientissima incantatio , & ad expellenda potentissima venena , potentissima requirunt antidota , quæ non semper porrigit Deus , nec largitur , ingrat & tanto munere indignis . Et certum est caufam diversitatis in fructu , refundi in variam terræ dispositionem , & Homines ipsi suam accusant negligientiam , quod missilia ex alto transmissa , prompti non suscepit , & in vacuum gratiam Dei recenterint ; certum itidem est medicinam potentem , morbum vulgarem expellere , non tamen potentissimè resistentem , nec Medicum ingratu teneri , pretio-

fissimam exhibere medicinam , Certum est Deum dare juxta debitum , non verò juxta bonitatis excessum ; idèque exclamare per Prophetam . Quid ultra debui facere vineæ meæ & non feci ? Certum est prodigo , non sufficiere pauca minuta , quæ Homini Economo sufficiunt . Legantur soli libri confessionum , ubi gratia efficax nondum data erat Augustino , & ibi cernetur , an Deus , an Augustinus accusetur . *Tu non portus quod L.3.c.17 isti , & iste* , nempe pueri & puella castæ ; & ante libro octavo capite septimo , *Timebam ne me cito exandires* .

Nec obstat suationes has & inspirations , sepè precedere sepè esse inutiles , quippe vel Deus conversionem operatur , per diuturnum aliquod tempus , & ita procedere possunt inspirations , & multæ inutiles esse non omnes , ut in confessionibus Augustini constat , de conversione sua diu durante , vel sit unico nomeneto , ut accidit in conversione Petri , respexit Petrum Dominus , vel in conversione Matthæi sequere me , & tunc est inspiratio invicta , & ars oratoris quæ extorquet consensum , non necessitate sed volupitate , non obligatione sed delectatione , ut loquitur Augustinus , qui & concludit pro sententia nostra . Quid enim fortius desiderat anima quam veritatem , & adversus Julianum Apostatam , & Porphyrium Christi inimicissimum validè se armat Hieronymus . *In Mat. Certe Fulgor ipse , & maiestas Divinitatis occultæ , que etiam in humana facie relucet , ex primo ad se videntes trahere poterat appetitu* . Nec iterum repugnat Augustinus , docens ut vidimus difficilem , liberi arbitrii & gratiae concordiam , quippe Auctores omnes ab initio , arduum iter agnoscunt , & mox viam explanant , vident à principio Hominem liberum , utramque in partem se electere posse , & gratiam ad unam partem , indeclinabiliter , & insructabiliter , & movere , at mox nodum illum solvunt , ut ex professo egit Augustinus , tractatibus etiam integris & in aliotorum , & sui conversione . Neque tandem urget illud , peccatore reprendi non posse , cum non habuerit delectationem illum vistricem , aut claram veritatis ostensionem , quippe nemini tenetur Deus gratiam efficacem tribuere , ut Theologi omnes consentiunt , & Patres quamplurimi docent , Deum Petro eam denegasse , & bene reprobenditur Generalis , cui Princeps sufficienes milites ad expugnandum urbem commisit , si urbem illam non cœperit , nec exigere potest superexcedentes , nec exigere potest servus quinque talenta , si Dominus unum tantum tradat , & adhuc justè damnatur & reprobenditur , si otiosum illud relinquat , & in nostra præcipua sententia constat , auxilium remanere sufficiens , ex induratione cordis in peccatore , ex incertia in talento infumendo , ex desidia , & culpa operantis , & ex pena justè peccatori affigata .

Multò minus roboris habet illud , quod ita

ita ageret Deus ac Daemon, suadendo ut causa moralis, quippe ea causa infinitam habet amplitudinem, & in beatis etiam necessitat voluntatem, ideoque inter Daemonem, & Deum, infinita disparitas est, quamvis argumentum illud in Deo, longe validiori valeat ratione; cum & Daemon utatur sophismatisbus, & suadat malum sub specie boni, & Deus rem demonstret, & veritatem. Multo minus vim habet, quod opponit Bellarminus. Negare enim intelligi potest, quo patro gratia efficax, confitias in illa interna fassione, que per liberum arbitrium respici potest, & tamen infallibilem habeat effectum, nisi ad damnum Deum sit, quos efficiat, & infallibiliter trahere debeat, eam suosponsum adhibere, quam videt congruere ingenio eorum, quippe ex ipso Bellarmino Paulus, cum Augustino de gratia & libero arbitrio. Ut Paulus de celo vocaretur, & tam magna, & efficacissima vocatio, ut converteretur gratia Dei erat sola; & libero primo ad Simplicium. Qui tamen ana despicer voce prostratus, occurrerat utrique tali viso, quo mens illa & voluntas refractio sevicio retroqueretur, & corrigeretur ad fidem, & rursus citas illud Augustini. Quid enim desiderat anima forsan, quam veritatem? ubi non indiget Deus explorare voluntatem, nec congrua ipsorum genio inspirare. Tandem impugnatur ab Aguirre, illa sola delectatio viatrix Janfennistarum, ex libro octavo Confessionum Augustini. Et nos faciebamus quod incomparabilis affectu magis ubi placebat. Et mox. Faciliusque obtemperabat corpus tenissime voluntati anime, ut ad nutum mentis membra moverentur, quam ipsa fibi anima ad voluntatem suam, magnam in sola voluntate perficiendam, ubi & docet ea experitur Augustinus, & si aliquando id doceat Augustinus, loquitur de delectatione practica, qua Homo motus operatur certe, & gustat quam suavis est Dominus, cum mille modos enumeraret.

CAPUT X.

*Solvuntur argumenta Quenellii,  
& Anonymi.*

**J**Ustissimè ministratur Propheta. *Vob illis qui dicunt bonum malum.* Ita Quenellins, & Anonymus una excepta charitate, omnibus malum appellant. Et prima thesis damnata demonstrat. *Quid aliud remaneat anima, que Deum, atque Ispem gratiam amfit, nisi peccatum, & peccati confessiones, superba pauperis, & foggia indigentia, hoc est generalis impotensia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum.* Cui respondimus, & jam falsum ostendimus, interim Anonymo defensore Quenellii contenti. *His namque non intendit S. Gregorius, nec suis estiam Quenellius, quod ille in cajni corde cupiditas regnat, nequeas aliquo modo experiri si de nonnullis tametsi debiles motus amoris erga Deum.* Uao ergo istu totum destruit,

quod edificavit; & quod plus est citat Autoritates Augustini jam solutas ad Bonifacium, & in Enchiridio, quibus abutuntur Harecreti contra Liberum arbitrium, quod ut infra Quenellius admittit, & citat Concilium Araucanicum, nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum, ubi tres fallationes detectit P. Delirant, & canon ipse ipsos confutat, & quidem verbis immediatis. Si quis autem habet Homo veritatem, atque iustitiam ab illo sicut est, quem debetem facere in hac eterno. Est contrarius canon tertius. Si quis invocationem humanam gratiae Dei, dicit posse conferri, non autem ipsum gratiam facere, ut invocaret a nobis, contradicit Esajae Prophetam, vel Apolocto idem dicentes. Invenimus sum à non querentibus me, palam apparsi iis, qui me non interrogabant, & alii multis canonibus & repetit illud sicut oportet, ad alia etenim non est necessaria gratia, & loquitur contra Semipelagianos, in ordine gratia non natura, in qua nihil possumus, & sic manet necessarium de nostro.

Idem prosequitur duabus thesibus, *Pec-  
cator non est liber nisi ad malum*. Et *Volun-  
tar quia gratia non praevenit nisi habet lumi-  
nem, nisi ad plorandum, ardorit nisi ad se pra-  
cipitendum, Virium nisi ad se vulnerandum,*  
*est copax omniis mali*, & *incapax omnis  
boni*, ut canit Ecclesia. *Sine tuo nomine  
nihil est in Homine*, nihil est innoxium, &  
alibi. *Dens sine qua nihil est validum*, nihil  
sanctum, sic in ordinatione Subdiaconorum  
in Pontificalem, & Arabicanaum. *Quod in na-  
tura perius non restituatur, nisi ab Ante-*  
*natura*. Et post aliqua. *Quae si non operatus  
in nobis, nullius postulatus participes esse ver-  
itatis*, at iterum citatur Augustinus, con-  
tra liberum arbitrium, quod tuerit, & cum  
Augustino ipse Quenellius, citatur Ecclesia,  
& loco validi, substitutus Quenellius boni,  
quod nullus Auctor admittet, & validum  
intelligunt non valentem, sanctum sine Char-  
itate Spiritus Sancti, vel validum non va-  
lens, & infirmum & hoc ex ipso Concilio,  
quod assert evincitur. *Si quis ut à peccato C.3.  
purgemur, voluntatem nostram Deum expe-  
tiare condidit, non autem ut etiam purgari  
volumus, per S. Spiritus infusionem*, & *ope-  
rationem in nos fieri confiteatur, resisti ipsi  
Spiritui Sancto per Solomone dicuntur. Pre-  
paratur voluntas à Domino, & Apostolo fa-  
mulariter predicantur, Deus ei qui operatur in  
nobis, & velle, & perficere pro bona volun-  
tate. Et canone sequenti clarius. *Si quis si-  
cat angmentum ita etiam initium fidei, ipsius  
credulitas affectum, quo in eum credimus,  
qui justificat impium, & ad regenerationem  
baptismi pervenimus, non per gratiam donam  
idei per inspirationem Spiritus Sancti corri-  
genter voluntatem nostram ab infidelitate ad  
fidei, ab impietate ad pietatem, & natura-  
lier nobis iuste dicit, Apofolici dogmatibus  
adversarius approbat, Beato Paulo dicente;  
confidimus quia qui capit in nobis omni bonum  
perficies &c. Et alia, & Tridentinum capita  
inter-**

integra, de justificatione nobis largitur, & numerosis Scripturis confirmat; docet de penitentia & lapis, caque concenter non modo cussationem à peccatis, & eorum detumulationem, aut eorum contritum, & humiliatum, & in fine. De qua penitentia scriptum est. Memor esto vade excideris, age penitentiam, & prima opera fac. Et iterum. Quae scindunt Denim tristitia est, pauperitatem in salutem stabilem operatur. Et cursus. Penitentiam agite, & facite fratres dignos penitentes. Et capite sequenti docet per peccatum amitti gratiam non fidem, & de peccatis ait. Ex quibus cum dñe gratia adjungento abstinere possunt. Sunt & canones. Si quis dixerit sine præveniente Spiritu Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere sperare, diligere, aut penitire posse sicut oportet, ut ei iustificationis gratia confortetur, anathematis in ordinatione Subdiaconi axioma illud, omne, quod non est ex fide peccatum est, intelligitur contrarii non privative ex Theologia, id est quod est contra fidem est peccatum, quod evidenter constat iis verbis. Quod non est ex fide peccatum est, scilicet sacramentum est, & extra Ecclesiam unitatem est.

C. 114. Manent aliae theses confimiles. Sine gratia nibil aware possunt, nisi ad nostram condannationem, quasi lex naturalis, de qua Psalmus. Signatum est super non lumen vultus sui Domine, & jubet amare Patrem, & Matrem, & ipsum, & proximum, ad condannationem in data, & quo laudatur. Quod tibi non sit fieri alteri ne feceris, quod tibi sit fieri alteri feceris, & jubet diligi Filios, sit lex Diaboli non Dei, & conscientia inservit ad damnationem non ad regulam.

115. Sunt alia de timore. Si fulgur supplicii timerit, animat penitentiam, quo bac est magis violentia & magis ducit ad desperationem, & proxima. Qui a malo non abstinet, nisi timore pane illud committit in corde suo, & jam est tensus coram Deo, & prosequitur. Batezatus adhuc est sub lege, si legem non adimpicias, aut adimpicias ex solo timore, sic per quatuor theses legem veterem reprehendit, & post. Timor servilis non sibi representans Deum, nisi et Dominum dorsum, imperiosum, injustum, intrastabilem. Et Anonymus refert Augustinum, & Auctorem Hexaplorum plura refert; ubi invitò facit, & ideo peccans; at ultra concedimus timorem purè servilem, qualis est adductus ab Augustino esse malum, ad nos spectat bonum alium evincere, quod tractatibus integris egimus, & multis autoritatibus, & plura subjiciamus; libro quartto ad Bonifacium. Non erga legem evocamus, sed legem flatuimus, quo terrendo docuit ad fidem, id est quippe lex iram operatur, ut terro, atque convergo ad iustitiam legis implantandam, Dei misericordiam gratia largiatur. Et de perfectione iustitiae. Ad hoc enim lex ista præcipit, ut cum in his implendis Homo defecerit non se exsollata superbia sumidus, sed ad gratiam configaz fortius, ac sic cum lete tertendo ad Christum diligendum Pedagogi-

perducat officio, & tractatu nono in epistola Iohannis. Si nullus timor non est qua in psaltri charitatis, & alibi. Nisi timere incipias 149. Homo non perseverat, ad amorem, quo congerit Emmanuel Navarro. Id ex professo docet Bernardus de modo recte vivendi. Timor Ser. 4, prius venit in corde hominis, ut preparetur locus charitatis. Hinc servili timori succedit terius timor qui est initialis, sic Prosper & alii.

Quanta vero sunt in Scriptura pro timore; jam vidimus & plura manent; & notis gentes. simum est in primo Parente, quem Deus 9 timore mortis, à fructu vetito comedendo terebat. In quacumque die comederis morte Gen. 3. morieris, quod veluti stratum incusit, sed indomitus & stultus exculpit. Hinc per Prophetas milles Deus, terribilia mala minatur, ut eos convertat ad iustitiam, & extremus omnius Baptista, Progenies viperarum quis Matt. 3. vobis offendit fugere à ventura ira, facite ergo fructus dignos penitentie, & Christus ipse. Lue. 13. Nisi penitentiam erigit omnes finaliter peribitis, ubi timor conductus ad penitentiam, ut constat in Ninivitis, & experientia ipsi, & testatur Palaestra. Cuius occidere eos quererant Psal. 77. cum; imò Ecclesiastico docente. Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore nisi poterit iustificari.

*illius glorificat contubernium babentis Dei. Et mox. Quid sapientia locupletius, que opera- tur omnia. Et iterum commendans conclu- dit. Nam per sapientiam sonati sunt, quicunq- uae placuerunt tibi Domine à principio, & per multa capita exemplificat.*

*Revolute Genesim totam, vel legite apud Ambrosium libros integros. Magnus plane vir Abrabam multarū virtutum clarus insignitus, quem votis suis Philosophia non potuit equare, denique minus est, quod illa finxit, quam quod iste gestit, sic in Isaac sincera mentis patientatem, in Jacob singularem animi, labo- borumque patientiam, & premia leguntur in veteri lege, & in nova unico membro de-*

*claruntur, Recubens cum Abram, Isaco, Matt. 8.*

*& Jacob in regno calorum. Evolve Exo- dum, ubilex pramulgatur, Leviticum ubi le- ges & ceremonia, Numeros ubi numeratur populus, & ejus gesta, Deuteronomium*

*secundum legem ubi iterum Icx Israeli pro- mulgatur, seu filiis Israel in deserto natis, & hæc virtutis Religio, quantis premiis ho-*

*noretur, perlegite; & Moyses ipse Legisla- tor, videt vel in terra Deum, facie ad sa- ciem, sicut solet loqui Amicus ad amicum*

*& in Thabor videt Christi gloriam, & post quam Deus sepelivit manu sua, similem fecit in gloria Sanctorum. Evolvite Job historiam*

*& patientiam, & concludite cum Jacobo. Ecce beatificans eos, qui sustinuerunt, sus-*

*seruentiam Job auditis, & finem Domini ei- diflisi. Evolvite Ruth, Esther, Machabeos,*

**cœlo teste præmiatos**, & pios Reges in Regum libris. De testamento novo mox dicemus. Interim aliquos textus feremus expressos. *Beatus vir qui suffert tensionem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vita.* Et iterum. *Qui viceris sic vestigium vestimenti albis, & non delebo nomen ejus de libro vita.* Et ante. *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vita;* & rursus Doctor gentium ad Timotheum. *Bonum certamen certavi cursum confumari fidem servavi.* In reliquo reposita est mibi corona iustitiae, quam reddebat mibi Dominus in illa die iustus Iudex; ubi corona est fidem servant, & eam fuse Augustinus expendit. Iterum Petrus Apostolus. *Forma sancti gregis ex animo.* Et cum appareret Princeps Pastorum percipiatis immarcescibilem gloria coronam, & item in Apocalypsi. *Tenui quod habet, ne aliis accipiat coronam tuam,* ubi est, & nomen & sensus, & præmium millies spondetur cœli, quod est idem, ac corona. Uno verbo; tota Scriptura præter charitatem, virtutes alias enumerat præmiatas, sic Patres omnes & Philosophi & nemo ignorat rebellum non præmiari, at in amico Patrie præter Patriæ amorem. Virtutes alias eximiè præmiari.

## CAP. ULTIMUM.

*Reflexiones dogmatica, & morales in novum testamentum.*

**C.5.** **M**onet egregiè Jacobus Apostolus. Si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum, scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatores ab errore via sua, salvabit animam ejus à morte, & operies multitudinem peccatorum. Tali stimulo permotus, Evangelium, & novum testamentum oppono, reflexionibus moralibus novi testamenti, & ut errores confutem addo & dogmaticas, & aliquando & vetus, & Patres citabo, ut Quenellius ipse sapere commemorat, & cernemus reflexiones illas, novo testamento contrarias.

Et primò est obvia Joseph obedientia.

**Matt. 1.** Joseph autem vir ejus cum esset iustus, & nolles eam traducere voluit occultè dimittere eam, & mox. Exurgens autem Joseph à somno fecit, sicut precepit ei Angelus, & accepit con*Hom. 8.* *jugem suam*, en libertas voluit eam traducere, en obedientia preceptis Angeli, quam cum Chrysostomo laudant Interpretes, en obseruancia præceptorum commendatur in Abraham, Isaac, Jacob, & iustis, & in peccatoribus ipsius Matthæo, Zachæo & aliis.

**Hic** adeò maxima Magorum adoratio, & prima ipsorum Religio, & fides, maximis miraculis comprobata, quam Patres innumeris ornatae elogii, & sermonibus integris de Epiphania. Dedit ergo aspicientibus Intelletum, qui præstitit signum, inquit Leo de Epiphania, & quod fecit intelligi fecit inquiri, & alii laudant hædi nostræ primitias, alii solertia Religionis, quod Christum inven-

rit distantem, cùm Judæi præsentem nos agnoverint, alii munera mystica designant. Pulcherrimè munerum Sacramenta, Juvenitus presbyter uno versiculo comprehendit. *Thus, aurum, myrrham Regique, Hominique,* Deoque dona ferunt, & in iis locant funda-  
**Ap. 3.2.** menta fidei, alii Angelo laudent obedientes, & in uno facto mille virtutes. Hic prædicat penitentiam Baptistes, & quidem ortam ex timore pœnarum. *Tunc exhibat ad eum Hie-* C.3. *rofolima, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem,* & baptizabantur ab eo in Jordane confiteentes peccata sua. *Videns autem multis P̄baristorum, & Sadducorum venientes ad baptismum suum dixit eis. Progenies viperarum quis demonstraverit nobis fugere à ventura ira.* Facite ergo fructus dignos penitentie, & mox. *Iam enim securis ad radicem arborum positis est,* Et hæc quidem penitentia prædicata est à Joanne viam Domini præparantem prædicata est ab Apostolis, & congerminata, laudata à Christo Domino in nova lege, & in veteri à Jona, & penè omnibus Prophetis, solus Quenellius cum Lutherò, potuit malam, & viciosam appellare; & nil dicam de penitentia voluntaria Joannis, quæ penitentia virtutis est non peccati, quam imitati sunt in nova lege Eremitæ, & in veteri Elias, & Filii Prophetarum. *Ipse autem Joannes babebat, vestimentum de pilis Camelorum &c.* Quod & Christus in Joanne commendat. Hic post Satanae vindictam, & jejuniū, Angeli Christo ministrant. *Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce C.4.* Angeli accesserunt, & ministrabant ei, quod factum ionuméri Patres, pro jejuniō Quadragesimæ referunt, & in Christo laudent consecratum, & vicitoriam Daemonis rejecto concelebrant, & bellè ibi Hieronymus & nervos. *Præcedit tentatio, ut sequatur vitoria,* Angeli ministrandi, ut Vicitoris dignitas comprobetur. Hic prædicat Christus penitentiam; *Penitentiam agite uppropinquavit enim regnum celorum,* ubi paenitentia vicinum habet cœlum, quod innumeris constat exemplis, inter qua celeberrimum est illud Latronis. *Hodie mecum eris in Paradiso,* Aded Matt. 3. evidenter falsa sunt illa, Deus non coronat nisi charitatem, Deus non remunerat nisi charitatem, & si hæc sunt in latrone, quid fieri in Sancto? Unum tandem sufficeret de beatitudinibus, ubi libros scripsit Chromatius, & octo enumerat beatitudines & Hieronymus latè, & latissimè Augustinus, & non promittitur levis remuneratio, sed æterna corona & cœlum. *Beati pauperes Spiritu,* C.5. quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram, & terram viventium exponit Hieronymus, & Augustinus libro primo de Sermone Domini in monte. *Illam credo terram de qua in psalmo dicitur spes mea es tu, & portio mea in terra viventium.* Significat enim quamdam soliditatem, & stabilitatem hereditatis perpetuae. Beati mundo corde quoniam Deum videbant, Beati pacifici, quoniam Filiū Dei vocabantur, ubi

ubi bellè Augustinus. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor, & mox. In pace perfidus est ubi nibil repugnat, Beati qui persecutionem parvunt propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum, nec illa charitas est; sed cum charitate connexa, Ubi caritas non est, urget Augustinus non potest esse iustitia, dilectio enim Proximi nolum non operatur, & iterum. Beati Esi cùm maledicenter vobis, & dixerint omnes malum adversum vos, mentientes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis, sic enim perfecti sunt Prophetas, qui fuerunt ante eos, ubi non solum promittitur remuneratio, sed celum ipsum congenerinatur, immo & merces copiose in celis, qualem receperunt Prophetes veteris legis. Et hoc adeò notum est, & in veteri, & in nova lege, ut Christus telles sint Apostoli, & Prophetæ, & in sola Quadragesima Martyrum Passionem, à Doctoribus Ecclesiæ celebrata, trinitas & novem apparuerunt coronæ, & quadraginta tandem donatae, & exclamat Cyprianus ad Martyres, Presiosa est in conspectu Domini mortis Justorum ejus! Presiosa mortis bac est, quæ emit immortalisatem prelio suis fætigium, quæ accipit coronam de consummatione circuitur. Iterum. Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur, ubi Augustinus, Consolabuntur ergo Spiritus Sanctus, qui maximè propterea Paracitus nominatur id est consolator, ut tempora lia amittentes eterno latitio perfringat. Et tursus. Beati qui esuriant, & sitiunt iustissimam, & ibi Augustinus. Fies in eo sicut aque salientis in vitam aeternam. Et concludendum est cum Augustino. Usum autem premium, quod est regnum celorum, pro his gradibus variis nominatos est. Non inventis in Evangelio Quenelliis, remunerationem datum nisi Charitati, & Christi octo beatitudinea celorum, octo alijs virtutibus largitor, & charitatem inter alias nec ibi numerat. Et non tantum iustitia, sed & lugentibus eternum premium pollicetur, si peccata lugeant, non retineant. Ubi & in ea beatitudine, Beati misericordes, opera numero continentur misericordia, ubi in persecutione sunt innumeræ, & maledictiones ipsæ benedictæ, En eum de quibus eximit Hieronymus. Illud male- dictum contemendum, & quod beatitudinem creas, & vocat, beatam maledictionem, ubi tandem, & omnia opera numerantur, & glorificatio ipsa Salvatoris. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorifcent Patrem vestram qui in celis est, ubi & sunt omnia bona opera, & Deo ipso commendata, ipsiusa Dei gloria ob quam cuncta creavit.

Post opera bona Christua, & legem tue-  
tum. tur, quam impugnat cum Hereticis Que-  
nelliis. Nolite putare quoniam vesti solvere sed legem, aut Prophetas, seu vesti solvere sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transfasce celum, aut terra, jota unum, aut unus apex non presribis à lege donec omnia fiant,

Si ergo Christus legem non solvit, sed adim- plet, si jota unum aut unus apex non praeteribit à lege, donec omnia fiant, quomodo vitioum est, quod Christus adimpleret quomodo servat, vel unum jota, si vel unum jota servari non potest in culpa & id clarè Doctores exposuerunt. Hieronymus. Quod rudi- dia, & imperfæta sua predicatione complevit. Et tursus. Ex figura litera ostenditur, quæ estiōne que minima patuantur in lege, sacramen- tis spiritualibus plena sunt, & Augustinus de Sermone Domini in monte. Si queris quid L. 1. significis non bene intelligitur significare ma- jora præcepta iustitiae, quia minor erat quia Iudeis data fuit, unus tamen Deus per San- tos Prophetas, & famulos suos secundum or- dinatisimam distributionem temporum, dedit minor præcepta populo, quem addat timore alligari oportebat, sic alii Pater & Christus, toto capite confirmat, & timorem prius docet, & mox amorem. Quod si oculus tunc dexter scandalizat, & erue cum, & projice abs te, expedit eius sibi ut percuss unum membro- rum tuorum, quam totum corpus tuum mis- tur in gehennam, quod idem docet de manu dextra, en timor ille tyrannorum, & Diaboli- lie, & tamen docetur, & congenerinatur à Christo. En amor. Orae pro p. sequentibus vot, ut sis filii Patri vestri. Si enim diligi- gitis eos qui vos diligunt, quam mercede ba- bebitis, ubi oratio habita pro iniuria, & mercedem obtinet, & quidem maximam, ut fuit Filiis Patri vestri.

Religatur sextum caput Matchai, ibi re- muneras eleemosyna occulta. Et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi, ibi oratio occulta præmiantur. Et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi, ibi di- mittenti dimittuntur peccata, ibi oratio do- cetur à Christo, ibi jejunium ab Hominibus absconditum, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi, ibi Tolle auerse vo- bis tenebras in celo, ibi conscientia lumen commendat. Si oculus tuus simplex fuerit rosas corpus tuum lucidum erit, nec obest duos tantum enumerari Dominos, nemo po- test duobus Dominis servire, quippe timor via est, & servit charitati, non dominatur, sicut cupiditas, sicut avaritia que est idolo- rum servitus, vel ut gulosi quorum Deus ven- ter est. Pulchre ibi Hieronymus. Non dixis L. 2. de ferme. Domini in monte. qui bobes divitias, sed qui seruit divitias qui enim divitiarum servus est, divitias custodit ut servus, qui autem seruitus excusis jugum distribuit eos ut Dominus, & Augustinus. Sua enim cupiditate implicatus subditur Dia- bolo, & bac est cupiditas.

Evolvite totum septimum Caput, & so- lum fatigaret ad easam. Nolite judicare, & non judicabimini nolite condemnare, & non condenabimini, ubi non damnavis non dam- natnr, nec judicatur non judicans, & sine judicio celum acquirit, ibi omnis qui petit accipit qui querit iacevit, & pulsanti aperi- tur, ubi pulsanti vel celum aperitur, ibi. Cum ergo vos sitis mali, nosfit bona data dore

- Filius vestris*, ubi vel mali bona peragout, ubi dicitur *Qui facit voluntatem Patris mei qui in celis est ipse instrabit in regnum calorum*, & alibi Apostolus se declarat. *Hec est enim voluntas Dei Sanctificatio vestra*, ut abstineatis vos à fornicatione, ubi voluntas Dei est omnis virtus, & abstinentia à fornicatione, & vitiis. Evolvite Centurionem histriam. *Nos inveni tantam fidem in Iuda*, ubi & fidem invenit in Gentili, & majorem quam in populo fidelis, quod & Christus semper commendat in Canaues, Ninivitis, & alia. Evolvite decimum Caput vel integrum, ubi laudantur administratio verbi, pax, passio, & paupertas. *Qui autem perseveraveris usque in finem*, hic saluus eris, ubi perseverantia usque ad finem coronatur, & timor ipse à Deo precipitur. *Timete eum*, qui posset & animam, & corpus perdere in gehennam, ubi amor ordinatus laudatur. *Qui amat Patrem*, aut Matrem plusquam me, non est me dignus, ubi amans plus Christum quam Patrem, ex Christo est Christo dignus, ubi. *Qui perdiditer animam suam propter me inveniet eam*, ubi. *Qui vos recipit me recipit*, & metet sapientia congerimur, nec sola remuneratur charitas, ut vellit Quenellius. Evolvite elogium Joannis, & humiliatis, *Divisa à me quia misericordia sum*, & humiliatis corde, invenietis enim requiem animabus vestris. Evolvite Petri Confessionem. *Beatus es Simon Bariona*, quia caro & sanguis non reuelabat tibi, sed Pater meus qui in celis est; Evolvite humiliatis mercedem. *Quicunque humiliaveris se sicut parvulus iste*, hic est major in regno calorum, ubi non tantum humiliatis ad celum erigitur, sed in regno celorum est major; & hic multi sunt casti ob regnum calorum, & mandata recententur, & perfectio. Si vis ad vitam ingredi serva mandata, nbi plura dicit, & paupertatem commendat. Si vis perfectius esse vade, & vende amnia que habes, & da pauperibus, & Apostoli Iudicex fuit non iudicandi, sed quod reliquerint omnia Christum sequentes, & idem agens centuplum accipiet, an centuplum nulla merita est pauperibus. Tandem clara, & expedita sunt parabolæ. *Beatus ille fortis*, quem cum veneris Dominus invenerit vigilante, amen dico vobis, super omnia bona sua confundites eum, & quinque Virgines prædeterem cum spundo ad nuptias ingredientes, & opera misericordia vel sola praemiantur. *Venite benedicti Patris mei percepite regnum*, quod paratum est vobis ab origine mundi, esurivis enim, & dedidisti mibi manducare &c. Ad haec non sunt premia, non est celum? uno verbo doceutea servare omnia non aliqua.
- Aliqua vel addont Evangelista alii. Addit Marcus illud pulchrum. *Qui fecerit voluntatem Dei*, hic frater mens, & frater mea, & mater est, quae certè non est modica merces. Addit magnum fidei meritum. Si potes credere, omnia possibilia sunt credentis, addit o biseruam decalogi in fene. Jesus autem inservit eum dilexit eum, (addit primo mandato, & secundum. Si locutus) secundum aurem simile est illi, ubi secundum est simile non identem. Et statim. *Diligere Proximum tan-* C. 10. *quam se ipsum*, maior est omnibus hoc causa matibus, & sacrificiis, & tamecum in sacrificiis Deus odoratus est odorem suavitatis, & premis mille repedit, vel eterna; uno verbo concludit. *Qui crediderit*, & baptizatus C. 11. fuerit salvus erit. Monituora nobis exhibet Lucas. Exhibet in Virgine fidem, & humilitatem, *Beata qua credidisti*, & rufus. C. 12. Quia respexit humilitatem Ancillæ sue, id est beatam me dicent omnes generationes. Exhibet in Paralytico fidem. *Quoniam fidem et C. 13. vidit dicit*. Homo remittitur tibi peccatu sus. Exhibet misericordia mercedem. *Vt C. 14. rumtamen diligite inimicos vestros*, benefacie, & mutuum dare nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis Filii Altissimi, ubi & merces est & multa, & misericordie filii sunt Altissimi, ideoque & celorum Heredes, & rufus. Dimisisti & dimisisti dona & dabitur vobis mensura bonum, & confortans, & coagitas, & supererfluentem dabatur in finum vestrum, ubi merces perinde est excedens. Exhibet laudem lacrymarum, osculii, & unguenti in peccatrice, & concludit. *Fides tua te salvum feci*. C. 15. Exhibet Maria meritoriam contemplationem. *Maria optimam partem elegit*, quia non assereret C. 16. ubi ea in aeternum, addit in oratione Domini, *Adveniat regnum tuum*. Exhibet & elemosynam, & penitentiam. Facite vobis facilius quia non veteraverunt, thesaurum non deficiens in celis. Et mox. *Nisi penitentiam C. 17. egiritis*, omnes similiter peribitis, cum patientia ergo vivent, & rufusa. *Gaudium C. 18. erit coram Angelis Dei*, super uno peccatore penitentem agente, cum celo restituant concivem; sicut & filio prodigo à Patre, stola prima restituitur, & Publicanus. *Descendit C. 19. hic iustificatus in dominum suum*, & de Zachaeo. *Hodie salus domini huic facta est*, eo quod Christum reciperet.
- Extremua est Joannes vel in exordio con vincens. *Quicunque recuperaret eum dedig* C. 1. *etis postelatum filios Dei fieri*, his qui credunt in nomine ejus. Et Christus ipse. *Qui verbum meum audis*, & credit ei, qui misericordia habet vobis aeternam, & toto sexto capite, de vita aeterna agit, danda in Eucharistia. Et rufusa. *Oves mee vocem meam audiunt*, & C. 10. ego vitam aeternam do eis. Extant & acta Apostolorum, ubi Cornelio Centurioni dicitur. *Orationes tue*, & elemosyna ascenderunt in memoriam conspellit, & recentita conversione Gentilium. Ergo & Gentilibus penitentiam dedit Deus ad vitam &c.
- Audiamus Doctorem Genitum, tot pharretas telorum dana quoq; epistles. In epistles ad Romanos fidem ipsorum commendat, & addit. *Virtus enim Dei est in salutem omni C. 11. credenti*. *Iudeo primus & Graco iustitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem*, sicut scriptum est. *Iustus autem ex fide vivit*, ubi hedes

- des vita est, & justitia, utraque lege concordante. Et iterum. *Quod notum est Dei manifestum est in illis Deut enim illis manifestavitis. Invisibilis enim ipsius à creatura manifesti per ea, que facta sunt intellectu conspicuntur; sempiternaque ejus virtus, & Divinitas. Ita ut sine inexcusabiles quia cum conuocavissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerebant, ubi invisibilia per visibilia manifestantur, & inexcusabiles sunt vel Gentiles, Deum cognoscentes & non laudantes. Et rursus. Quicunque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur; Non enim Auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, ubi factores legis iustificantur, nec addunt scelus sceleri ex Quenellio. Cùm enim gentes, que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciant, eismodi legem non habentes, ipsis sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente ipsis conscientia ipsorum, ubi conscientia lumen est divini cultus. Signatum est super nos lumen, vultus tui Domine, & ipsi sibi sunt hoc lumen, nec cum lumine hoc ambulat in tenebris, cùm ideo peccent homines, quod continentiam, & lucem hanc non sequantur; & rursus legem fusa commendat. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum, ubi tota elogia epistola congerimat, & concludit. Scimus, quia lex spiritualis est. Rursus evincit fidem iustificare, & fidem, spem, & charitatem filios Dei nos efficere. Mox tribulationis præmia enumerat? Si tamen compatisimur, ut conglorificemur, Existimo enim quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis, ubi præmium est conglorificatio, & cœlum, & mox de fide & Confessione. Corde creditur ad iustitiam ore autem Confessio fit ad salutem, ubi præmium sunt, & gratia, & gloria, & quod agnoscit etiam Quenellius. Quicunque invocaverit nomen Domini salutis erit, ubi charitatem & supra sydera exaltat, & nunc deprimit, eamque nec commemorat, & fidem, & orationem evincit salutares; & ex Christo Apostolis, & Prophetis evincitur; tandem præter Charitatem virtutes plures enumerat. Rom. 13. Et qui diligit proximum legem impletur, & tamen est secundum non primum mandatum. In prima ad Corinthios pacem, & opera meritoria recenset. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Et fortius. Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. Illi quidem ut corruptibilem coronam accipiunt, non incorruptionem, ubi sensus est, & Verbum ipsum coronæ. Et in secunda de pœnitentia. Quæ secundum Deum tristitia est penitentiam in latum stabilem operatur, & fusa de elemosyna, & ait. Qui seminas in benedictionibus de benedictionibus & metet; In epistola ad Galatas fera per totam, Christi fidem commendat. Alter alterius onera portate. Et mox. Qui agit seminas in spiritu, de spiritu meo.*
- tet vitam eternam. In epistola ad Ephesios, totus est Paulus in eo, ut fidem Christi ad salutem necessariam evipcat, ad Colossenses gratitudinem, & fidem commendat. Induite C.3. vos ergo sicut electi Dei Sancti, & dilecti vi- scera misericordie, benignitatem, bumanitatem, modestiam, patientiam, supportantes in vicem, ubi plures enumerat virtutes, nec charitatem vult solam aut unam. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, ubi & ante & post Charitatem sunt virtutes, & rursus. Memores operis fidei vestre, & laboris, & charitatis, & substan- tientia plures, itidem virtutes enarrat. Ad Thessalonicenses fidem commendat, in se- cunda ad patientiamhortatur. Fessinensis in C.1. exemplum iusti iudicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, in epistola ad Timotheum. Scimus autem quia bona est lex. Et constat C.1. cùm doceat bonum, & plura Sacerdotibus imperat, & Tito.
- Tandem in epistola ad Hebreos, ex pro- fesso spem cœli exaltat. Fessinensis ingredi in illam requiem. Et post plura. Teneanus C.10. spei vestrae confessionem; Et alibi confidentiam laudat, & patientiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam ba- bet remunerationem. Patientia enim vobis ne- cessaria est, ut voluntatem Dei facientes, re- portetis promissionem, ubi remuneratione, & C.11. magna est, & missio, uno verbo solum de fide caput sufficeret; præmiata etiam in Raab meretrice.
- Coronat novum testamentum, Jacobus, Petrus, & Joannes, & primus est pro sapientia, humilitate, & tolerantiam eximiè com- mendat. Beatus vir, qui suffert tentationem, C.1. quoniam cùm probatus fuerit accipiet coronam vita. Et mox. Suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras; & quod referunt contra nos est nostrum. Quid prodest Fratres C.2. mei; si fidem quis dicat se habere, opera au- tem non habeat, nunquid poteris fidem salvare eum, ubi veram fidem vult non tam salu- tam. Et iterum tolerantiam laudat. Ecce beatificamus eos, qui suslinuerunt. Coronat no- vam legem Petrus & fidem, & plures virtutes enumerat. Sed & si quid patimini propter C.5. iustitiam beati, & in secunda epistola. Fratres fatigati, ut per bona opera, certam vestram elektionem faciat. Et clarus. Fiduciam ha- C.1. bemus ad Deum meredit. Sic enim abundan- ter ministrabitur vobis introitus, in eternum regnum Domini. Coronat Joannes omnia man- data. Qui autem facit voluntatem Dei, ma- net in eternum, & fidem eximiè commendat. Omnis qui credit, quoniam Jesus est Christus C.5. ex Deo natus est, & post plura. Vitam babe- tis eternam, qui creditis in nomine Filii Dei, quod repetit sicut & Judas Apostolus. Tan- dem in Apocalypsi congerimat. Qui vicerit C.3. sic vestietur vestimentis, albis, & non delebo nomen ejus de libro vite. Et post plura. Qui vicerit dabo ei sedere necum in throno meo, si- cut & ego vici, & confidit cum Patre meo in throne.

- C.2. *throne ejus, quid excelsius?* Et iterum. *Esto fidelis nōfice ad mortem, & dabo tibi coronam vite.* Et rursus. *Hic sunt qui venerunt de tribulatione magna.* & laeviora statim suā & dealbaverunt in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum Dei, & de Virginibus. *Hic sequuntur agniss quocumque jerit.*
- C.7. *Hec pauca ē multis elegimus, ubi & milles bonis operibus, non charitati tantum merces donatur. Qui ampliora cupit, relegat Sanctorum Patrum tractatus, ubi textus innumeris Scriptura citantur, & de solis misericordiis operibus, volumina possent efforari, mercedem merentibus & quidem copiosam, inēdū de una tantum elemosyna mille fun textus, sicut & coronæ pro Christo patientibus, & martyribus, & de fide sunt abundantes, & spes, de oratione innumeris, ubi quidquid petitur, per Christum certò impetratur; & sic de aliis quamplurimis.*
- C.14. *Post Scripturam legantur Interpretes, & quidem ut aliquid innuminis tractatibus, & libris integris, ut Augustini de sermone Domini in Monte, homilie Gregorii in Evangelia, in Job, ubi patientiam ipsius, & reliquias virtutes enumerat, & quidem copiosam voluminibus, & in libris moralium, ubi milles Iudicij timorem, non tam describere, quām präsentem oculis ostendere videtur, & ad illum mille stimulis urget. Hoc invenit se p̄ apud Gregorium, apud Augustinum, & Bernardum, & in Scriptura Joannes Opifraet, & asserit dari unum timorem, partim bonum, partim malum, cumdemque actum esse virtutis & viti, at hoc paradoxum omnia vincens paradoxa, venit in mentem soli Almarico, cuius hæresis à Concilio Generali, non hæresis sed appellatur dementia. Peccata mala non ēst si fiunt in charitate. At qua participatio lucis ad tenebras, justitia ad iniquitatem, qua communio arcu cum Dagon Christi cum Belli? Nonne Theologi & Philosophi omnes, malum scilicet ex unico defectu, & actionem aliqui Sanctissimam, ex mala circumstantia vitari, ita reprehendunt Pharisorum elemosynas, cùm fieri fontanibus tubis, viñimata Deo, sed ab egenis Patribus ablata, ita elemosynæ ex alieno facta, omnium Hominum sensu rejicitur. Aded per huc sola figura, potuit timor iste à Lutherò, & Quenellio impugnari, ut quod Scriptura, & Patres commendant, solum ipsi vituperent, confundentes timorem malum cum bono.*

Potestne verò quid referri, magis oppositum Scripturæ, quām legem veterem malam, qua in tota veteri lege laudatur, & in nova commendantur psalmi, milles commendantes legem, ubi laudantur carm servantes, reprehenduntur iphus transgressores, ubi Paulus Catalogum veterum efformat, & in fide egregiè commendat, & Patres eam defendant contra Manichæos, & contra Marcionis libris integris, & Ecclesia etiam per Hæreticos sancta, possunt id negantes inter Hæreticos, & ad fidem Christi confirmant-

dam, utilis est & necessaria, qua usus est, & Christus.

Sunt qui Prosperum sicut Papæ contrarium. Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore quocumque loco indubitabilis sequitur effectus voluntatem Dei: At C. 15. verò omnipotens hominem cùm gratia saluat, ipsa sua consumat opus. At plures fallitiones adverbit Declarans, & nil Prospero magis contrarium, cùm loquatur tunc de gratia effecti, at de voluntate Dei sic loquitur. Sic enim loquitur objectione octava. *Quomodo Deus vult omnes Homines salvos fieri.* & in agnitionem veritatis venire. Et post plura. Infidelitatem autem Hominum ipsi adscribitur. *Homini* b̄, ubi voluntas Dei non impletur, & objections decima quinta. Item qui dicit quod non omnes Homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum predestinatos duruit loquitur, quām loquendum est de altitudine infernabili gratia Dei, qui *Omnes vult salvos fieri, & ad objections Vincentianas.* *Quod Deus nolit aliquos salvare.* Et rursus. *Hic est voluntas eius, qui misit C. 12. me Patris, ut omne quod dedit mihi Pater non perdam ex eo quidquam, sed resuscitem illud C. 16. in novissimo die, & observatione decima sexta. Infornam omnino, & contra rationem est dicere voluntatem Dei ex Dei voluntate nulla, & tamen ne uno quidem dissentiente, non omnes salvi sunt, & de Juda & multis aliis est de fide, & Deum voluisse salvū facere Augustinum, milles ipse in Confessionibus fatetur, & ea de re se accusat, sicut & innumeris aliis penitentes, & decessore solam Hominis voluntatem, numquam illam Dei omnes docent, & ob eam rem Arnaldus Parisiis, è numero Doctorum est eras.*

Aggiuntur nos & Quenellius, & Lutherani, innumeris textibus ubi peccatores, rebellerunt sunt inimici Dei, & quod plus est in tenebris, & tenebra, & cascì, & mortui id est nō boni habentes; at milles dicuntur servi, idcoque viventes, semimortui, resistentes liberi, nec aliquis ignorat rebellem, posse aliqua bona opera elicere, patriam etiam liberare, sic peccatorum posse bona opera exercere penitentiæ, elemosynæ, humilitatis, quæ libris integrali Patres exponunt, at vim facit in eo Quenellius. Eratis enim aliquando tenebra, cui respondet Prosper ad objections Vincentii, *lucem tenebra non receperunt.* & tenebra receperunt, quib[us] dicit Apolostolus suis, aliquando tenebra, sicut autem lumen in Domino, ubi tenebra lucem receperunt, & in Apocalypsi. Sed habeo adversum te quid charitatem C. 2. trans primam religiisti. Memori esto itaque unde exciderit & age penitentiam, & prima opera fac, & fortius. Scio opera tua quia non C. 3. men habes, quod vivas & mortuus es. Esto vigilans, & confirmas cetera qua moritura erant, & Ambrosius libro secundo de penitentia. Qui enim penitus est mortuus defletur. Et post plura sit debere relipiscere. Uno verbo Deus & Christus, *Peccasti quiesce, Noli amplius pescare.* Nec est mysterium sed tro-  
pus

psus uictus, posere abstractum pro concreto, factus pro nobis maledictum & poena ipsi cum Martiali, non vicius homo ea Zoile sed vitium, unde sibi Scriptura peccatorem, vocat Hominem tenebrosum, cum quo copere & dicere potest, *illumina tenebras meas*, potest in tenebris optare lucem, dicere *Domine ut videam*, orare Deum ut in tenebris lumen faciat splendescere, dicit pene nitenia. *Lumen oculorum meorum non est mecum*, *Dominus illuminatio mea, collocavit me in obscuris, fecit mortuos seculū, notum fac mihi viam in qua ambulem*, & alia multa. Ubi Deus sapientia ait, *reversere, convertimini, expellat nolens aliquem perire*, recipit Sacra Scripta, eleemosynam purgantem à peccato, & innumeris aliis; que Deus iubet peccatoribus ut agant, & peccatores dicunt, vel pertinet à Deo, que volumina componerent amplissima, ut Patres simpliciter compofuerent.

Adhuc aliqui charitatis elogia compo-  
nunt, & solam volunt inter virtutes, at  
non solum innumeris sunt volumina, de aliis  
tantum virtutibus apud Patres, sed & si qui  
de charitate agunt, & alias virtutes enumera-  
runt & laudant, sic Bernardus de diligendo  
Deo. Sic Augustinus de fide, spe, & charita-  
te, sic Apostolus habet caput de charitate,  
& aliud integrum de fide, & innumeris aliis,  
& Quenellius ipse fidem, adjungit & preceas.  
Et si juvaret virtutes alias recenseremus, quae  
solam dicuntur salvare. Sic Bernardus ait alia  
virtutes currunt, sola perseverentia coro-  
natur, sic Gregorius. *Nec opus bounum est ali-  
quod sine cofititate, se ipsum agnoscere, hoc est  
si dicar nihil est si cetera neficia sit Augustinus.*

Adhuc aliqui exclamant cum Paulo. Qui  
dilexit me, & tradidit semetipsum pro me,  
& cum Quenellio. *Proboquantum oportet bonis terrenis, & fibi meti ipsi renunciassit, ad hoc  
ut quis fiduciam habeat jibz us ita dicam ap-  
propriandi Christum Iesum ejus amorem mor-  
tem, & mysteria ut facit Sanctus Paulus di-  
cent. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum  
pro me, at intolerabilis error est, dicere  
Christum pro solo Paulo passum, quippe &  
Paulus congregans, pro nobis Christum  
passum, immo pro Ecclesia universi. Ipse  
Salvator corporis ejus, & mox. Viri diligente  
suxores vestras fecerat & Christus dilexit, Ec-  
clesiam, & se ipsum tradidit pro ea, sic ergo  
tradidit se pro Ecclesia, quam dilexit, &  
multo magis pro Virgine, & Baptista. Et  
Chrysostomus maximus Pauli Panegyristes,  
*Hic est affectus servi fidelitatis, ut beneficium Do-  
mini sui, quae communiserit omnibus data sunt,  
quasi fibi soli praefixa repates. Et mox. Verba illa dicebat Apostolus non quasi diminuere  
volent amplissima, & per orbem terrarum dif-  
fusa Christi munera. Sed us pro omnibus se  
solam indicares obnoxium; & prosequitur en-  
quod redemptum est integrum. Et si panegy-  
ristes est contra Paulum & sic exponit, quid  
agent alii Interpretata, qui volunt Christum  
pro omnibus mortuum, immo & pro multis  
neque negat Quenellius.**

Adhuc aliqui exclamant. *Nun potest ar-  
bor mala bonos fructus sacare*, at solutio est in  
ipsi argumento, *nun potest arbor bona malos  
fructus sacare*, quod solvit Tertullianus ex-  
imiè & Hieronymus retorquet in ferentea,  
cum multi mali secerint fructus bonos, ut  
Publicanus, & innumeris alii, & de Noris  
quem ferunt, est evidenter septies ipsius op-  
positus. Aliqui adhuc obstrepunt illud,  
quicumque est doctus à Domino mox est  
iustus, at penitentes & mali poscent doce-  
me iustificationem tuam, milles fuit edocitus  
Augustinus & peccabat, & Scriptura &  
Patres innumeris docent, reos rebellis lu-  
mini, claudere fenestras soli, amare tene-  
bras suas ut ignorantiam, & Spiritui Sancto qui lumen est resistunt, & tanto verita-  
tis Doctori, & semen verbis cadit aliquando  
in terram bonam, plerumque in sterilem &  
malam, & Christus ipse docet multos au-  
dere verbum, sed non agere quod dicit  
verbum.

*Non silent aliqui textus fidei, *Iustus ex  
fide vicit*, at nullibi dicitur fidem solam  
iustificare, & iustificationem tribuit Scrip-  
tura, & speci, & eleemosynæ, & humilitati,  
& Jacobus in contrarium addidit, id tan-  
tum affirmat quod non possit. Quid proderit C. 2.  
Fratres mei, si fidem quis dicat se babere  
opera autem non habeat. Nunquid poterit fi-  
des salvare eum? Et uis similitudine pau-  
peribus dicens, *Ite in pace, nunquid pro-  
derit*. Et mox. *Abraham ex operibus iustifi-  
catus est*, & mox. *Vides quoniam fides co-  
operatur operibus illius*, ubi & idem dicit  
solam inutilem, cum operibus & ipsam utilem,  
denique vel Adversarii teneant cum Au-  
gustino fidem esse in peccatore, sed non pro-  
deesse, & solam non prodeesse, sed cum chari-  
tate vult & Quenellius. Non silent aliqui  
solum liberum arbitrium, in Adam non in  
uobis datum, at jam sibi respondimus, &  
Patres, & Scriptura de Homine loquuntur,  
post Adam lapsum existente & per verbum uoli, & si volueris, milles admonent liberi  
arbitrii, & præcepta, minas, & consilia  
donant, & potestatem Augustinus liberum  
in nobis, & in Petro appellat sufficien-  
tissimum & quasvis diceret arbitrium no-  
strum, in Adams extinctum quod non dicit,  
adhuc milles dicit hominis libertatem, Re-  
formatam, sic libro sexto operia imperfecti  
sic in psalmum nonagesimum primum, &  
mililes & Prosper sit, libertatem redempta, &  
omnes cum Augustino dicant liberum quia  
liberatum. Rursus eamdem ferrum ut sit,  
Tertullianus reciprocant, Christum non mortu-  
tum pro omnibus, & eos converti quos  
Christus vocat, at Augustinus quem citant.  
Milles est contrarius, & de correptione &  
gratis explicat de gratia efficacit. *Prepara-  
tur voluntas à Domino*, & tautum adjuvatur  
munere charitatis, ut possit ea possibiliter, que  
sanctis cum effectu provenit, ubi gratiam po-  
nit cum effectu, sicut & sunt auctoritates  
Quenellii, & innumeris textus sunt prætec-  
allatos*

- Ench. e. allatae. Nec utique Deus molles salvos fieri, cùm salvi esse possent si vellent, & citat illud Matthaei. Quoties volentes congregates salvos eras, sicut Gallina congregas pueros suos salvos, & nolauisti, ubi Augustinus evidenter illustravit, & sermone apud Sirmundem. Sanguis Domini Dei sui totus datus est pro te, si nolueritis non est datus pro te, quid clarius, & luculentius exclamat Natalis Gallus, & in psalmis de peccatoribus, cor eorum congregafit adversus Denuo, ita sèpè vocati apud ipsum non respondent, ita gratias tenuerat nullus probat Jansenius, de quibus ut diximus & in Joannem ait. Agenda sunt gratiae, & ita agit in libris Confessionum, & miliea trans fert culpam in reculanten; & refert Quenellius illud Pauli, de quo cum Patribus obstupefecit, vel Chrysostomus, quod communem omnibus sibi fecerit proprium, & quod nullus evinci potest, hoc uno argumento Augustini congregat aduersus Julianum.*
- E. 6. s. 6.* Quoniam unus p̄ omnia mortuus est, probat omnes mortuos esse. Quia pro omnibus mortuus est natus, impingo, infervio, inculco recensanti, quid vehementius, inculco recusanti, Quenellio. Nil autem obstat Ecclesia Lugdunensis, ut demonstrant Aguirre, & Natalis, qui & ostendit Augustinum, cùm assisteret mortuum pro electis tantum, locutum de completo fructu, & exponit Prosper vel nullies ei rei contrarius; & Christum denegat Petro, jam vidimus falsum, & à Parisib[us] ipsi damnatum, & Natalia integro capite confirmat; & non denegasset Petro, quod donavit Iudee proditori, de quo nero scribebat Augustinus. (Vendidit à quo redimi debuit.)
- Illud unicū impugnandum licet jam egere, interiori gratiae nunquam resistitur, cùm multæ sint theses Quenellii, & illa etiam de possibilitate inseparabiliter ab actu, sic omnia quacumque volunt Domini facit in celo, & in terra, sic Episcopi Afri ad Joannem Venerarium. Semper quippe voluntas Dei omnipotentis impletur, quia potestas ejus nullatenus cincitur, & Augustinus de Deo. Cui volunti saluum facere, nullum Hominum resoluti arbitrium, sic libro secundo ad Bonifacium. Cor regit antequam mulieris sermonem poscentis audire, oculissima, & efficacissima potestate convertit, sic Prosper de ingratitudine. Ipsa suum consumat opus, cui tempus agendi semper adegit, sic Evangelium Loca primo. Quia non erit impossibile apud Denuo, & rursus Augustinus, Omnipotens velle inanitem non potest quidquid voluerit, sic D. Thomas prima parte. Quidquid Deus simpliciter vult sit. Sic Fulgentius de Incarnatione, & art. 8. ad gratia, ait nec existimemus voluntatem omnipotentis Dei, aut in aliquo non impervi, aut aliquatenus impediri, sic assert Patres dicentes Deo volenti & unquam resili, Deus, ait Augustinus de correptione & gratia, cui volunti saluum facere, nullum bonum resili arbitrium. Sic ex eo dicitur omnipotens, sic sufficit videri Christum aut audiri, & familia alia quamplura. At hæc extra scopum vibrantur, scimus non esse impossibile apud Deum omne verbum, scimus vel infantes Deum omnipotentem, scimus gratiam efficiem invictam, & dicimus nos validiora cum Augustino, plus Deum habere in potestate voluntates nostras, quam ipsi nostras, scimus cor regis in manu Domini esse, sicut divisiones aquarum in hortulano, & quemque voluerit illud vertere, & Deum evicimus in hoc certissimum, at quæstio inter nos est, an detur aliqua voluntas in Deo, cui peccator resistat, aut vocatio interior, & jam nullia id evicimus, ex libris pluribus Confessionum, ubi vocatus Augustinus & à Deo visus, clausit diu oculos, & aures gratia, ex ipsa gratia efficaci ex Augustino, que vocat quomodo scit congruere, ut votantem non respuat, suadet ut persuadeat, quod nullies repetit aliam gratiam admittens, quod suadet non persuadet, ex gratia remisit ut in Petro, quibus vel per Jansenium resistitur, ex vocationibus vacuis de prædestinatione SS. Quia votati sunt, & qui voluntatis venire ad baptis, qua vocatione votati sunt, ex iis qui voluntati Dei resistunt, ut cum Augustino docet Synodus Araucana, & ex mille alia capitibus. Unum remaneat nos ditari, vel Hostiæ exuvia. Sic ad Philippenses secundo. Cum meta & tremore veraram salutem operamini, Deus enim est qui operatur in nobis, ubi operari debent ipsi Doctores cum Deo, ad hebreos. Ut faciat eis voluntatem, faciens in vobis quod placet coram se, ubi homines faciunt Dei voluntatem, sic Episcopi loquuntur in Sardinia exules, sic Augustinus citatus addit. Quia est faciens Hominem bona, que pertinent, ad colendum Denuo, ipse facit, si illi faciunt, que præcepit. Sic Augustinus ubi ait in Enchiridio, neceſſe est fieri si voluerit, habet à Quenellio relata, & ideo rogandas sit ut vult, sic Afri Patres ex professo loquuntur & de gratia, & de libertate arbitrio, sic D. Thomas citatua mox subdit, licet illud quod antecedenter vult non fiat, sic Augustinus de correptione & gratia, post verba, cui volunti saluum facere nullum bonum resili arbitrium, que per interrogationem refert ait. Etiam de his enim, qui faciunt, que non vult facit ipse quod vult. Sic Gregorius undecimmo moralium, ubi ait sicut nemo obſtis larghati vocantis, post subdit nec mirum si à corde reprobo Prædicator nimis auditor; dum nonnunquam ipse quaque Dominut in his, que loquitur, refutans moribus impugnat, ecce noster est Gregorius ab ipsis allatus, sic S. Prosper & professio est contrarius, ubi ait dari quibusdam ad remedium, & capite alio, quod à multis refutatur, & alibi. Qui nonvenient sua pertinacia refutantur, & plura jam ponimus supra, sic in Ezechiele, dabo cor novum, scribitur faciens ut faciat, sic Saulus ait. Quid me vult facere, sic Ambrosius apud Augustinum de gratia Christi. Negavit primò Petrus ubi
- Ench. e. 103. g. 10.* Sic Fulgentius de Incarnatione, & art. 8. ad gratia, ait nec existimemus voluntatem omnipotentis Dei, aut in aliquo non impervi, aut aliquatenus impediri, sic assert Patres dicentes Deo volenti & unquam resili, Deus, ait Augustinus de correptione & gratia, cui volunti saluum facere, nullum bonum resili arbitrium. Sic ex eo dicitur omnipotens, sic sufficit videri Christum aut audiri, & familia alia quamplura. At hæc extra scopum vibrantur, scimus non esse impossibile apud Deum omne verbum, scimus vel infantes Deum omnipotentem, scimus gratiam efficiem invictam, & dicimus nos validiora cum Augustino, plus Deum habere in potestate voluntates nostras, quam ipsi nostras, scimus cor regis in manu Domini esse, sicut divisiones aquarum in hortulano, & quemque voluerit illud vertere, & Deum evicimus in hoc certissimum, at quæstio inter nos est, an detur aliqua voluntas in Deo, cui peccator resistat, aut vocatio interior, & jam nullia id evicimus, ex libris pluribus Confessionum, ubi vocatus Augustinus & à Deo visus, clausit diu oculos, & aures gratia, ex ipsa gratia efficaci ex Augustino, que vocat quomodo scit congruere, ut votantem non respuat, suadet ut persuadeat, quod nullies repetit aliam gratiam admittens, quod suadet non persuadet, ex gratia remisit ut in Petro, quibus vel per Jansenium resistitur, ex vocationibus vacuis de prædestinatione SS. Quia votati sunt, & qui voluntatis venire ad baptis, qua vocatione votati sunt, ex iis qui voluntati Dei resistunt, ut cum Augustino docet Synodus Araucana, & ex mille alia capitibus. Unum remaneat nos ditari, vel Hostiæ exuvia. Sic ad Philippenses secundo. Cum meta & tremore veraram salutem operamini, Deus enim est qui operatur in nobis, ubi operari debent ipsi Doctores cum Deo, ad hebreos. Ut faciat eis voluntatem, faciens in vobis quod placet coram se, ubi homines faciunt Dei voluntatem, sic Episcopi loquuntur in Sardinia exules, sic Augustinus citatus addit. Quia est faciens Hominem bona, que pertinent, ad colendum Denuo, ipse facit, si illi faciunt, que præcepit. Sic Augustinus ubi ait in Enchiridio, neceſſe est fieri si voluerit, habet à Quenellio relata, & ideo rogandas sit ut vult, sic Afri Patres ex professo loquuntur & de gratia, & de libertate arbitrio, sic D. Thomas citatua mox subdit, licet illud quod antecedenter vult non fiat, sic Augustinus de correptione & gratia, post verba, cui volunti saluum facere nullum bonum resili arbitrium, que per interrogacionem refert ait. Etiam de his enim, qui faciunt, que non vult facit ipse quod vult. Sic Gregorius undecimmo moralium, ubi ait sicut nemo obſtis larghati vocantis, post subdit nec mirum si à corde reprobo Prædicator nimis auditor; dum nonnunquam ipse quaque Dominut in his, que loquitur, refutans moribus impugnat, ecce noster est Gregorius ab ipsis allatus, sic S. Prosper & professio est contrarius, ubi ait dari quibusdam ad remedium, & capite alio, quod à multis refutatur, & alibi. Qui nonvenient sua pertinacia refutantur, & plura jam ponimus supra, sic in Ezechiele, dabo cor novum, scribitur faciens ut faciat, sic Saulus ait. Quid me vult facere, sic Ambrosius apud Augustinum de gratia Christi. Negavit primò Petrus ubi

- ubi ait *Augustinus producit affectum, & mox Ecce quemadmodum & velle, & operari operatur in nobis, adjuvando adest voluntatis, & actionibus nostris, ubi millies dicitur Deus adjuvare, sic illud Augustini decimo Confessionum, Vocasti & clamasti, & rupisti furditatem meam, & subdidit. Ecce intus eras ego foris, & ego ibi te quarebam, & in ista formosa, que fecisti deformis irruerbas, necum eras. & tecum non eram, & erat intus Deus Augustinus, & jacebat extra Deum Augustinus, sic Fulgentius de Incarnatione & gratia, quis potest ejus resistere voluntati, subdidit. In majoribus bonam voluntatem gratis facit, quam invenit malam, aut sine voluntate Hominis vel bono, vel mala perficit in parvulis gratiam Sacramenti ille, cuius nemo potest resistere voluntati, ubi in majoribus requiritur voluntas, sic Prosper, Fulgentius, & Augustinus. Inaniter igitur & persimiliori potius, quam veraciter pro eis ut doctrina cui advertantur credendo confessiantur; Deo fundimus preces, en conversione hominum ex Augustino a te allato; si dives vocatus a Christo ipsum non sequitur, sic Psalmus decimus octavus. *Lex Domini convertens animas, & mox. Etenim servus tuus custodit ea, sic. Gaudete & videte quoniam Iuvavis est Dominus, mox. Accedite ad eum, & illuminamini, sic ad Romanos octavo. Si Deus pro nobis quis contra nos. Et ibi. Si tamen compatimur ut & congloriscemur. Et mox. Spe salvi facti sumus, & iterum. Sed in his omnibus superamus properem, qui dilexit nos, ubi vides quod ait Paulus. Non ego solus sed gratia Dei mecum, sic iterum Augustinus de Spiritu & litera. Per fidem confugiat ad misericordiam Dei, sic Prosper in carmine dicens, cum tentatori non cedimus. Sic innumerata alia ferri possunt, & id unum invenient Lector, si falsatas expositiones, aut inutiles devitent. Cum ergo Confessio propria sit probatio probata & habeamus reum confidentem non est amplius in probationibus immorandum. Sic ergo ait Hexaplista, vel ipso Quenellius ut est pendentum, vel maximus ipsius defensor, ipsum-**
- que citans Quenellium. *Nemo ignorat prae-  
vos sensus, qui propositionibus hanc materiam  
concernentibus tribuuntur, erroresque, qui  
Reflexionum moralium Auctori imputantur.  
Atribuitur ipsis, quod non adiungit altam  
gratiam, quia quæ semper est efficax, & quæ  
semper conductus ad salutem, quod rejiciat il-  
las; quæ leviter, aut in corde otiosæ forent,  
& quibus per voluntatem suam resolutur. Et  
mox. Pater Quenellius multies contra vanas  
accusationes istas se justificavit, & auditus ven-  
sunt. Frustra declarationes dedit, explicatio-  
nes obtulit conformes Doctrina Patrum, pu-  
blicas fidei sue professiones fecit, ne dignati  
quidem sunt eum audire. En ergo apud Que-  
nelliū, & Hexaplistam male sunt tot the-  
ses, & sic justissime sunt Damnatae, nec Pa-  
pa, & Ecclesia in libris, quid intus sentiat  
Auctor considerant, sed audiunt librum  
loquenter, ipsum perlegunt scriptum. Et  
Hexaplista ipse non tantum in eo assertit, eas  
theses esse repertas, sed eas pertinacissime  
tuetur ut suas, & argumentis, in modo & verbis  
iisdem, quamvis millies falsatis exponit, nec  
ibi est unum verbum obscurum, sed theses  
iteratis vicibus, & docentur, & pessimè de-  
fenduntur.*
- Hec pauca paucorum diximus, ut falsi-  
tatem ostenderemus in thesibus etiam ab ipsis  
Defensoribus confessam, & nullam in iis  
obscuritatem, cum & innumeris claras fatean-  
tur, & paucis exceptis Ecclesia tota. Qui  
plura cupit reliquo parvo puto, fontem  
adeat amplissimum, pluribus tomis secun-  
dum. Et nos discipuli Magistrum Augusti-  
num, defendere coacti sumus vitiatum,  
parum solliciti de D. Thoma, quem discipuli  
eximiè tuentur, solempne suum sua Sydera  
norunt. Si Parisiensis obscuritatem inve-  
niunt, recurrent ad Petrum codicetum à Do-  
mino, Discipuli ad Magistrum Ecclesiam, ut  
ipsi confitentur, & jubentur ad eam actur-  
re. Si difficile & ambiguum judicium esse Deut. 17  
perspiceris. Et mox. Veniesque ad Sacerdo-  
tes Leviticū generis, & ad Judicem, qui fue-  
stillo tempore.*



# LIBER SECUNDUS

*De Judicio Papæ in quæstionibus facti.*

Posse Papam falli in quæstionibus puri facti non revelati,  
adagium est, & in medio positum. Tria tantum sub  
Judice item habent, Canonizatio SS. Electio  
talis numero Papæ, & librorum examen.

## P A R S P R I M A.

### DE CANONIZATIONE SANCTORUM.

*Ad facultatem à jure progradimur, aliquando cum jure connexum,  
aliquando non connatum.*

#### C A P U T I.

*De Canonizatione Sanctorum.*



Nflexibilis ille Damon, eodem latè durat in errore, ut Sanctos, & Angelos è celo deiciat, & quanvis se vicitum videat, haud credit sibi potuissevinci, & cœlum nova stultitiae petit, triumphantes vocat ad bellum, & Hæreticos Duces constituit.

A. 44. *Eorum Dux constitutus est Wicelph, ubi in Concilio Constantiensis assertus. Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt. Constitutus est Lutherus ex Coelio, ubi librum edidit cui titulus. Adversus novum Idolum, & antiquum Diabolum. Constitutus est Beza in vita Calvinii, ubi Sanctorum vitas, & legendas, allegendas stercoræ appellat. Constitutus est Dux Spalatenus, qui Canonizatos ab Ecclesia venerant, Canonizatos à Papis irridet, & Divinitatem in eo facto, sibi Pontifices usurpare contendit. Constitutus est Dux Mornæus, qui Papam appellat Episcopum bullarum. Constituti sunt cum aliis Magdeburgenses, qui citato Arnobio contra Gentes, dicunt Papam in ea re Gentiles imitari, & apotheosis Deorum renovare.*

*minor est in regno celorum minor est ille, quam ergo honore est colendus?* Adiunt in Scriptura tituli grandes vocantur servi, amici, imitatores, sic ergo Smyrnensis Ecclesia discutit. *Martyres tanquam discipules, & imitatores Domini merito amore proficuissim, & Ambrosius de SS. Petro & Paulo.* (Quicquid ergo honorat martyres honorat, & Christum, quippe sunt Sancti, spernunt & Christum.) En argumentum contra ipsos retortum, sic Epiphanius contra nos allata. Qnamvis Maria vel optima fuerit, ac Sancta & honore dignissima Lege tertium Concilium. Uno verbo laudes, templa, hymni, panegyres, festa, imagines, altaria, memoria, visitationes, invocationes, & alii honorem exponunt.

Vidimus hucusque Canonizationem certam, nunc expendendum quanta sit certudo, & tres in ea re sunt sententiae. Prima vult certam certitudine fidei, ita Castellanus de Canonizatione SS., Castellianus de certitudine glorie SS. Silvester, Joannes de Neapolitano, Roffensis contra Lutherum, S. Antonius in summa, Suarez de fide, Augustinus de Ancona, Valentia, Bannez, Alphonsum de Castro, & ex Canonitis Tuscus, Jacobatua Innocentius, Hostiensis, Zabarella & alii. Alia Cani contraria vocans, temerariam & irreligionem, Bannez suspectam de heresi, Cordubensis impiam appellantis, Petri Aragonii definitissimam, eam sententiam turpissimum errorem. Tertia est Maucieri & Thomistiarum quorundam, afferentium piè credendum. Nos Theologi faltem nomine, Theologorum Principem sequimur. In Ecclæsia non potest esse error insuperabilis, sed hic est error damnabilis si coleretur tanquam sancti, qui sunt peccatori, quia aliqui scientes peccata ejus crederent hoc esse falsum, & ita contingere potest ad errorem persuadiri. Et mox. Dico ergo quod iudicium eorum, qui præfunt Ecclesiæ posse errare in quibuscilibet, si Persae eorum tantum respiciantur. Si vero confideretur Divina providentia, que Ecclesiam suam Spiritu S. dirigit ut non erret, facit promissum ipse Joannes sic, quod Spiritus adveniens docet omneum veritatem. Et mox. Canonizatione vero SS. Medium est inter bac duo. Quia tamen honor, quem Sanctis exhibemus quedam professio fidei est quæ SS. gloriam credimus piè credendum est, nec etiam in his iudicium Ecclesiæ errare posse, ubi piè credendum est Ecclesiæ nec in his errare posse, & medium esse participans de extremis, neutrum tamē esse extremon. Et rursus. Ad primum ergo dicendum, quod Ponitex causus est Canonizare Santos potest certificari de statu alienus per inquisitionem vita, & atestacionem miraculorum, & precipue per Spiritum S., qui omnia scrutatur etiam profunda Dei. Et hoc idem resonant bullas Pontificum, quas Laurea latto calamo recenset.

Idem habet universalis Ecclesiæ mos, contra quem disputare ex Augustino insolensissime insinuat est, quippe colit Santos à Pa-

L. 21. &  
Reg. 119.

L. 8.

L. 2.

C. 8.

C. 8.

Math. 11.

pa Canonizata, nec unquam dubitavit contendo. Etiam tuentur Papam, in materia facti fallibilem, canonizationem SS. excipiunt, & eo valido clypeo se defendunt, quod Papa, & Concilium ut jactant aliquando errant ut in epistolis Honori, unquam errant in Canonizatione Sanctorum. Ad hoc etiam Ecclesia tota, absque remedio reducetur incommode, ut vel oraret pro martyre, & sic injuriam faceret martyri, docente optimè Augustino, iuriam facit martyri, qui orat pro martyre, & antiquissimo Tertulliano de martyrio. Omnia huic opere dilecta donantur, quod & sapientia commemorat Cyprianus, vel non oraret pro Martyre, & sic suffragia maximè indigum privaret. Quin etiam irridetur Dei providentia, quæ permetterit colli damnatos, & filio Diaboli celebrari, & Pagani fabibus irridentum exponerent, Sanctos istos forsitan Sanctos, & forsan igne perpetuo cruciatos, & alia similia.

Facillimum erat negantibus, in materia facti Papam infallibilem, negare & Papam in canonizatione SS. erroris incapacem, & securum, at cum ad Sanctos deveniunt, ultro fateatur Papam certum, cum ad examen librorum Papam, & Concilium ipsum dubium voluit, quippe dicunt Papam & Concilium, in examine librorum aliquando errasse, ut in Honori exemplo constat, numquam vel semel errasse, in canonizatione ulla Sanctorum, nec Deum tales errores permisurum; & cum aliquo vel fidei Hostie admittant, ut accidit in Sanctissimo Bernardo, omnes necesse est admittant, quippe si potuit Sanctum Bernardum potuit & alias Sanctos declarare, si Deus non addidit in ea canonizatione, nec in alias ut Deus corda scrutatus; Imò & eadem lydio lapide, usq; est Ecclesia in antiquis Sanctis, sicut utitur in Modernis, nisi quod adhibuit maiorem cautelam, adhibens & suum & Episcoporum examen, & expertus loquor in nostro Emissario, ne dum Sancto qniamvis duodecim miracula olim Rota examinata comprobavit, & ubique audio de nimio rigore non de laxitate illius conquerentem, & Spalatenius qui voluit Monicam, & Catherinam Senensem reprehendere, meritò & evidenter damnatur.

Uno verbo nec antiquos carpit Spalatenius, & tamen eadem est ratio ac de Modernis, & qui Modernos censurat, & ipse damnatur. Sicut & accidit in recenti Neapolitano. Ita Concilium Constantiense contra Wiclef.  
Art. 44. ph. Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt nisi paniterius de hoc quod habuerint professiones. Sic ergo & antiqui censurantur, sic Lutherus ab omnibus est damnatus, cum novum Sanctum novum vocavit Idolum, sic passim & vetera cum Bernardus, cum Hieronymus sunt in dubio positi, sic Papa in bulla, earumque calce, vel excommunicationem, vel iram Dei, & Beatorum Apostolorum minitantur, sic negans Sanctum in

individuo, ex Laurea est hæresis suspecta, sic Pontifice certum definitum, ut Sextus quartus in canonizatione S. Bonaventure. *Sanctum esse ac fideliter, firmaverique teneri* *is. Fin.* *decorissimus*, & dicit & probat Innocentius tertius. *De ipsius igitur Sanctoritate Sanctis Confit.* *certificati miraculis, divinumque fecisti judicii* *in* *per quod ejus glorificatio nobis tam evi-* *dentibus innuitus argumentis.*

## CAPUT II.

*Ad de fide sit Benedictum XIII. esse Papam.*

Plissimum ille Rex Juda, à Deo & Homo-  
nia laudatus. (In Ierusalem quoque  
constituit Josaphat Levitas, & Sacerdotes,  
& mox. Omoem causam quæ venerit ad vos  
Fratrum vestrorum, qui habitant in orbibus  
suis inter cognitionem, & cognitionem,  
ubicumque quæstio, est de lege de mandato  
de ceremoniis de justificationibus ostendite  
eis ut non peccent in Dominum, & ne ve-  
niat ira super vos & super Fratres vestros, sic t. Per  
ergo agentes non peccabitis. Amarias autem <sup>19.</sup>  
Sacerdos & Pontifex vellet in his quæ ad  
Deum pertinent praesidebit, ) ubi Conciliis  
ipsius praesidet non solum Pontifex, sed Amari-  
as Sacerdos & Pontifex, & regulam fidei  
Amarias constituit.

Plures sunt easque diversa sententia in  
hac re, de qua nec Antiquitas utquam vel du-  
bitavit. Alii cum Cano de locis & Bannez,  
volunt rem esse certam non tamen de fide,  
& oppositum ut errorem, & temerarium ac-  
cusant. Alii cum Bellarmine, Soarez, Cajetano,  
Vega, Valentia, Sforondato, Gravina,  
Alfonso de Castro, & pluribus post Salme-  
ronem volunt esse de fide. Aliqui cum Au-  
dra Duallio, docent gravem esse difficultatem,  
& rixas in Academiis excitatissimæ, & tem-  
erarium & scandalosum fidelibus, id nega-  
re ultrò fatentur non hereticum, & proxime  
cum Turrecremata accedere ad fidem.  
Nos & de fide solitatem, & cum fide conne-  
xum articulum.

Exerimus gladium utraque parte acutum,  
& Adversarios ferientem, & nos tutantem,  
cum articulum hunc dicimus revelatum, &  
ita telum in jaculantes reflectimus. Omne  
quod revelatur vel in Scriptora est, vel in  
traditione, vel in Conciliorum Generalibus, vel <sup>Art. 44.</sup> in Ecclesiæ totius acceptatione, at hunc nu-  
mero Papam certum fatentur, & Generalium  
Conciliorum Patres, & totius Ecclesiæ con-  
fensus, ideoque revelatum certò afferimus.  
De secunda Synodo loquitur sexta. (Macedonius  
Spiritus denegabat deitatem, & Domini-  
nantem conservum prædicabat, sed maximus  
Imperator Theodosius, & Damasus fidei ad-  
amas protinus obliterauit, ) ubi Damasus fidei  
adamas, Macedonii hæresi repugnavit; &  
Damasus apud Theodoreum appellatur omni  
genere laudis florentissimus, qui quoad  
ejus fieri poterat Doctrinam Apostolicam  
tutatus est, & de ipsa Macedonii hæresi, eam  
<sup>L. 5. c. 10</sup> alie-

alienam esse ab Ecclesia Catholica pronuntiavit. Et de tertio Concilio Patres. ( Celestinius etiam Sanctissimum, Deoque dilectissimum magnis Romæ Episcopum praeconii extollentes, qui ante nostram sententiam hæretica Nestorii dogmata condemnarat, nosque in ferenda contra ipsum sententia anteverterat,) & rursus ( Coæcli vel compulsi per Sacros Canones, & epistolam SS. Patris nostri Commissarii Celestini Romanae Ecclesie Episcopi lachrymis perfusi in lugubrem contra eum sententiam venimus,) ubi Celestini fidem sequuntur, ejusque epistola coguntur, hæretica Nestorii dogmata damnare; & Synodus tota plaudit Celestino custodi fidem. Et quarta Synodus de Leone; ( Nos ita credimus, ut Leo ita crediturus,) & rursus. Leo recte exposuit; & sententiam in Dioecos cura fert Leo. ( Unde Sanctissimus & Beatus Archiepiscopus magna & senioria Roma Leo per nos & per presentem S. Synodum) & mox nudavit eum Episcopatus dignitate; & rursus.) Super huc nec epistolam B. Leonis Papæ ad S.M. Flavianum legi permisit. (Et rursus.) Et cum pauci convenient Cps. missa est epistola almi Leonis ad omnes metropolitas, & subscripta est; ubi vel ante Concilium subscipta est post Occidentem epistola vel in Oriente. Idem est in quinto Concilio. (Vigilio enim Religiosissimo Papæ antiquis Roma cum pervenisset ad hanc regiam civitatem de tribus capitib[us] subtiliter omnia manifestavimus,) & in sexta de suggestione Agathonis. Ut suggestio sic credo, & epistola Imperatoris ad Leonem. (Solna Macarius a Sacerdotali conuento exiliit renuit enim omnino Sacratiissimi Agathonia literis afflentiri.) Denique post Concilia vel Ecclesia, talem in individuo Papam acceptat, ut Doctorem suum & Magistrum, ut Damafus ab Hieronymo nuncupatur, Ecclesia Virginis Doctor, & talis Ecclesia tale Caput, & Ecclesia determinata in singulari, determinatum fundatum, & Pastorem.

Validissime urget Sfondratus, hanc objectionem Papæ dubii si quid proberet, non in Papam sed in omnia Concilia, sed in totam ipsam Ecclesiam, & in viscera fidei grassatur. Et quidem gravatur in cuncta Concilia quippe si de fide non est Clemens undecimus, nec Agatho, nec I. eo, nee Sylvester, cum sit eadem in omnibus ratio, cum sit aquale dubium non esse baptizatos, non legitimè electos, aut ordinatos, & ita corrunt omnia Concilia, & si legitimi non sunt Papa nec Synodi, & ita dubia sunt quatuor Concilia totidem apud Ecclesiam velut Evangelia, & vel apud Hostes nostros legitima, quippe non constat legitimè convocata, non constat à certo Papa firmari, nec certo Preside muniri. Et certè ex canone Niceno Divini juris Interpretæ, auctoritatem totam Concilia tribuit Romanus Episcopus. Si autem possit, nullius esse auctoritatis Papa potest, & nullius tradere Auctoritatem, & si ipse caret dare non poterit. Certè ut vidimus &

Papa Synodi firmantur, si dubios est Leo dicens Sylvestrus, dubium est an validè firmarit, & ita Scepticorum more, certissima quoque in dubium reducemos. Quid nō & cribrato Papa cribrentur Episcopi, cùm de ipsis neque constet, aut legitimè electos aut baptizatos, ideoque nec Episcopos existere; & si dubitas de Papæ electione, longè melius de Praefulum electione, ubi minor est longè diligentia, nec accedit Ecclesia totius consensus. Addo & Concilia talem Papam, exploratum habuisse, & certum ut Petrum. Petrus per Leonem locutus est exclamat quartum Concilium, & in epistola ad Leonem, Vociis B. Petri constitutus Interpres, & rursus. Quia sicut sapiente Petro ita isto utitur auctore, & sexta de Agathone. (Summus autem nobiscum concertat Apostolorum Principes. Illius enim imitatorum, & Sedis successorem habuimus.) Et mox. Carta & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur; ita in quinto Concilio Vigilius suscipiunt, & epistolas Praefulum Romanorum, ubi Praefules Romanii suscipiunt dogmaticum scribentes, & fides quæ certa esse non posset in cunctis Pontificibus, sic partim epistola Damasi etiam in professione fidei suscipiuntur, ita Celestini, Xysti, & aliorum, quæ certo à Papa traditæ admittuntur, & ita cum illis & Pontificibus.

Grandia sunt hæc at majora manent, quippe singularia & certus Papa, in professione fidei exprimitur, quo nil authenticum magis in Ecclesia, & hoc vel apud antiquissimum Cyprianum, schismatici pœnitentes profertur. (Nos inquit Cornelius Episcopum S. Catholice Ecclesie electum à Deo omnipotente, & Christo Domino scimus, & erorem nostrum confitemur.) Et rursus. (Nee enim ignoramus unum Deum esse, unum Christum esse quem Confessi sumus, unum Spiritum Sanctum, unum Episcopum in Catholicâ Ecclesia esse debere,) ubi Cornelium à Deo electum prohrentur, & unum esse debere Episcopum, velut est unus Deus unus Spiritus unus Christus & in altera fidei professione, facta à schismaticis apud Gregorium. Promiso tibi & per se S. Petro Apoflorum Principi, atque ejus Vicario B. Gregorio, & successoribus suis me nunquam queramlibet suasionibus, vel quocunque alio modo ad schismata, à quo Redemptoris Dei misericordia liberante creptus sum revereturum, ubi in fidei professione est Gregorius, & ipsi ut Petro creditur in fidei Confessione. Et rursus in fide omnibus dictata, tres antiqui Imperatores, & recentior ipse Justinianus. *Caus. Edit. ad Hoc populus quo Clementia nostra regit tem-deramentum in tali columbus Religioni verfa-ri, quam Dicimus Petrum tradidisse Roma-nis religio usque nunc ab ipso insinuata declara-tas, quamque Damafus sequi claret, ubi Da-mafus est fidei regula, & lapis lydius fidei Catholicæ.*

Evidenter est successio Pontificum eorum nomine expressio. Ea successione Irenæus & Eu-

& Eusebius, affirmant omnes haereses confundi, per hanc scribit egregie Epiphanius.

*Hec 27.* Claritas semper ostenditur. Es devicit Donatista Optatus. Es dicit se teneri in Ecclesia

*C. 4. con-* Augustinus. Tenet ab ipsa Sede Petri cui patr. ep. fr. scindas oves tuas post resurrectionem Dominus

*Ep. 257.* commendavist usque ad presentem Episcopatum successo Sacerdotum, & rufus. Si enim ordo

fabi succedens considerandus est quanto certius & verò falsib[er]e ab ipso Petro numeramus, cùt totius Ecclesie figuram gerentem Dominus ait, super hanc Petrum adificabo Ecclesiam meam &c. Petro successi Linus, Li-  
mo Clemens &c., Ubi & Augustinus in successione, & certus est & tenet in Ecclesia. Si ergo Papa dubius est, nec confunduntur haereses, nec claritas unquam ostenditur, nec certus est in Augustino, & duhiè tenetur in Ecclesia. Et stolidissimi extitissent Donatisti, qui causas falsas invenirent, nec hanc versam & obviām detergerent, quod illi Papae certi non forent, & idolatria crimen tacebant, per evidentem calumniam objec-  
tum, & Doctrinam hanc Catholicam pu-  
blicarent. Et frustra respondet Spalatensis, id haberi per Historias tantum hominas, quippe habetur per Ecclesiam, sicut & Con-  
ciliorum definitiones, sicut & Divine tradi-  
tiones, imò libri ipsi Canonici.

Id rursus evidenter evincit Cyprianus; ex acceptatione totius Ecclesie, scribens Cornelio Roman. *Ne schisma factum absentium* animos incerta opinione confundentes placuit ut per Episcopos retinere nobis rei seritatem, & ad comprobandum ordinacionem suum factum auctoritate majori, sum demum scrupulo omni-  
de singularium peti-ibimus excuso per omnes omni-  
nino iib[er]is positos littera fierens (scilicet finis) ut tenaciori College nostri, & communica-  
tionem suam, id est Catholicę Ecclesie unitam pariter, & charitatem proborense firmiserve-  
senerent. *Quod divinitus evenisse,* & Confid-  
lum nostrum providerente processisse gaudentes.  
Sic enim nunc Episcopatus tui & veritas pa-  
riter & dignitas aperi-ssima luce, & manife-  
stissima, & firmissima comprobacione fundata  
est, ubi manifestissima, & firmissima compro-  
bationibus hanc numero Cornelii electione,  
Cyprianus evidenter evincit, & rursum Ve-  
nicio nunc Frazer charitatem ad personam Cornelii collega nostri, ut Cornelium nobiscum ve-  
rius noveris, non de malignorum & derabu-  
stium mendacio, sed de Domini Dei iudicio,  
qui Episcopum facit & Coepiscoporum testi-  
monio, quorum numerus per totum mundum  
concordi unanimitate consenserit, & post deser-  
bit electionem, ubi vides ex totius mundi  
consensu, & penè omnium diligentium testi-  
monio, rem extra dubii alcem collocari. Quod  
si in electionibus controversia, ubi umbra  
ossiundere Haereticis conabantur, ubi schismati-  
ci in magno numero repugnabant eviden-  
tiā & firmitatem reperit Cyprianus, quid  
erit in illa electionibus, ubi nec umbra vel  
fuscio discordia, ubi omnium hominum  
consensus, ubi tot testes quot Homines, ubi

ne quidem unus os contra speruit, ut in Silvestro Leone Agathone?

Evidens illud etiam est, satis fidei non esse credere, nam in genere Ecclesiam, unam in communione Scripturam, unum vagum Concilium, quale erat tempore Constantini Nicenum, idemque nec unum in genere Papam, ideoque vel schismati cum Hilario, Ecclesiā definiunt cum tali Pastore, (Ecclesia est Dominus Dei, cuius Rector est Damasus). Scri-  
bit eidem Hieronymus. Omnes si barere se Ep. 57.  
dicunt, Damaso non tantum Apostolicæ sedi;  
& mox. Quicumque tecum non colligit spargit, & in quarto Concilio. Ut Leo sic A. 48. 2.  
credimus, Petrus per Leonem agustinus est,  
quod & in sexto repeatant Patres, rufus in  
quinto Leo, & Vigilius, in sexto Agatho, Ep. 17.  
in septimo Adriano, in octavo Nicolaua  
cum Adriano. Evidens est innumeris vicibus  
Papam dictum suo nomine, ut scribit Hiero-  
nymus Damaso. Quicumque tecum non col-  
ligit spargit, & ad Cornelium Cyprianus,  
Tecum hoc est cum Catholica Ecclesia  
communicare.

Accedit valida ratio, que tuet hanc thesauri veluti clypeus, & gladii ad instar du-  
bia recidit. Multa certa sunt utpote connexa  
cum fide, que nec in Scriptura sunt nec in  
traditione. Est de fide articulus aliquis à  
Concilio generali definitus, ut concordant  
Catholici omnes, & contra haereticos jam  
evicimus, nec tamen constat nisi ex conse-  
xione, Pastores ipsos esse legitimos, suffi-  
cienti diligenter uos. De fide est Pastores in  
Ecclesia, ad consumationem usque felici-  
tatu[m] (Et ipse dedit quosdam quidem Apo-  
stolos, quosdam autem Prophetas, alios ve-  
rō Evangelistas, alios autem Pastores & Do-  
ctores ad consumationem Sanctorum in opus  
ministerii in adificationem corporis Christi  
donec occurramus omnes in unitatem fidei,  
& agnitionis Filii Dei;) Connexum ergo est  
cum fide Pastores, legitimè electi & veros,  
quod idem valet in decisionibus Ecclesie, sic  
in conservatione incorrupta Scriptura, in  
traditionibus fervidis, etiam ante legem  
scriptam, in eo quod sint in Ecclesia Sancti,  
ut habeatur communio Sanctorum, & in  
pluribus aliis rebus. Cum ergo & Papa elec-  
tio, sit cum fide connexa, certa debuit esse  
& inconcessa. Accedit & ratio à contrario,  
si electio aliquius in Papam, non acceptare-  
tur à tota Ecclesia, imò redderetur rationa-  
biliter dubia, non poterit Papa nec de arti-  
culis fidei, nec de electione ipsi determinare,  
quippe flante illo dubio, obligare non potest  
fideles. Constat itaque Papam necessariò  
esse induxitatum, & sic necesse est Ecclesia  
universam de ipsa electione certò determi-  
nare.

Es etiam est legitima notio, ut quoties  
aliquid determinatur de fide, toties proponan-  
tur infallibilis determinans, & si regulatum  
certum est certa est & iugula, ut constat in  
Concilio & Ecclesia, & in articulis Canonico-  
rum auctoritatis, ubi liber continens suppo-  
nitur

ritur Canonicus. Et per Del revelationem traditus. Cum ergo Papa vel per se ipsum, vel simul cum Synodo Ecumenica, sit regula, & Interpres infallibilis, debet in particuliari esse certus, ne ipso nutante vel fides nuncetur. Hoc in omnium sententia elucidatur, in sententia Parisiensium non est de fide Papam solum esse infallibilem, in sententia aliorum omnium non est certum Concilium solum esse infallibile, ut vidimus, & constat ex Conciliis ipsiis, confirmationem expofcentibus à Papa, & in quarto omnium numerosissimo, epiftola integra id exponit. Si ergo Papa nutat nec est certus, nutat & certum non est, quod definitur, ubi remanet sola Auctoritas Concilii, qua apud inumeros est fallibilis, ideoque manet sola Auctoritas fallibilis. Et infirmum omnino est, in ipfa decisione Papam, fieri proflus infallibilem, quippe dat decisioni robur non accipit. Quod exemplio conflat apertissimo, ubi Ecclesiæ munus est declarare, quinam liber in particulari inter Canonicos debeat recenseri, adem prorsus ratione qua Papa, cùm ab eo dogmata fidei mutetur ab illa tanquam regula & norma, ab isto tanquam Interpreti, ubi nunquam certa erunt, qua refert Interpres, nisi & Interpres falli non possit nec fallere, ut sunt irrefragabilis Auctoritatis decreta, quoniam est Princeps Interpres, cùm ejus sit interpretari cuius est condere, & Spiritus hominis sicut quæ sunt in homine, & mentem suam Legislator aperiat. Et cum ex Hillorici Concilia abfque Papa sint nulla, & valetudinem ex Eundemodi périderint, totum robur & verum à Papa vero mutuantur, neq; Concilii aut Ecclesiæ certæ, potest Caput esse Papa incertus.

Ea est hujusce rei evidētia, ut Hæretici ipsi hoc responsum nec fomnirint, & omnem viiani omnēque aditus, ad eludentia Concilia querentes, hanc nunquam vel tentarunt, ex Papa dubio illegitimum, adeò quod nec antiqui hæretici finxere, id citant Moderni & aliqui Catholici. Imo negare non poterant Hæretici, ut Parmenianus Donatistarum nomine pugnans. Negare non potes scire te in urbe Roma, & Optatus Papas individuos enumerat, usque ad Sircium. Similis evidētia est eum esse hæreticum, qui talem Pontificis legitimè electum, negat esse Petri successorem, & schismaticum fore qui negat legitimè electum, ita Cyprianus, & Patres, nil aliud cegerunt eum Hæretici, nisi ostendere Cornelium, vel alium determinatum Pontificem, legitimè à Clero electum, & ea veritate evicta vel hæretici, Papam Cornelium satabant, verum Ecclesiæ Pontificem, ita legitimam electionem negabant Novatiani, ita Pelagiani in electione Bonifacii, diffensionem populi objecabant, quam confusat egregius Augustinus alia diffensione sub Damaso cum Urticino, quam Pelagiani tecusar non poterant, sic & in aliis accidit schismatibus.

Eiam vidimus Ecclesiam Romam, centrum

Communionis Ecclesiastica vel ab Hereticis ipsis Confessam, vidimus ex Hieronymo, & Cypriano, arcam defribi Noeticam, extra quam salus esse non potest, idque solemnem sèpè extitisse, fidei Divinae professionem, at Ecclesia Romana Pastor, & Ecclesiastica radix communionis est determinatus Romæ Episcopus, & expressè nominatur in professione; & in aliis collationibus apud Memorialem nominato Episcopo Romæ Do-<sup>In Bell.</sup> PP. natiila, Catholici dixerit Innocentium, ex quo Papa debuit esse determinatus.

Hec in antiqua Ecclesia sunt certa, at certiora sunt in Moderna, ubi Concilium Constantiense definit, de examinandis circa credenda. (Item utrum credit quod Papa Canonicè cœlctus, qui pro tempore fuerit, sit successor B. Petri habens supremam potestatem in Ecclesia Dei.) ubi inter credendi proponit, non tantum Romani Pontificis successionem, sed ipsius qui pro tempore fuerit, non sicutus Papa sed unius, & hæretici interrogantur, non de re probabili sed fidei, & credere est fidei non opinionis, cùm distinguat hæreticum à non hæretico. Nec obicit dici Canonicè electum, quippe irridenda foret inquisitio, cum constare non possit de legitima electione, & si non constat valida electione, nec Petri successio poterit conflare. Id etiam deciditur sub Leone quarto in Synodo Romana ubi dicitur. (Si quis ex Sacerdotiis seu Primitibus, Nobilibus, seu cuncto Clero S. R. E. electioni Romani Pontificis contradicere præsumperit, sicut in Conciliis Bonifacii & Stephani Papæ legitur anathema sit.) Et sub Clemente octavo in Hispania, ea qualiter ardenter emerit, tuerit vel eruditio Doctore, morali tantum certitudine constare, Clementem octavum esse Papam, & citante in adjutorium suum Bannez, qui se ab ea calunnia defendit, & oppositionem sententiam auctoritatem, & validissimis rationibus sustinuit, coram Apostolico Nuncio, mox S. R. E. Cardinali Gymnasio. Adeò calumiam dixit Bannez, & errorem illum impugnavit.

Rationes etiam validissimè afflstant. Nisi est de fide Concilium abfque legitimo Papa infallibile. Non est de fide ex Parisiensibus Papam sine Concilio infallibilem, sed volunt utrumque, requiritur ergo Papa est dubius, dubium erit & fidei dogma, quod utramque Auctoritatem requirit. Etiam volunt omnes Parisenses, & Papam & Concilium simul ergo requiritur Concilium legitimum, & legitimus Papa requiretur. Et nostri negant esse hæreticum, unum sine alio dicere fallibile, & verumque de fide vocant, infallibile utrumque ergo convenit esse, & utrumque regulam fidei constituit.

Ex his constat solutio rationum, ubi nullibi Clemens undecimus revelatur, quippe revelatur in Conciliis Ecumenicis, & in consensu universalis Ecclesie, quo stante baptizatus est Papa, & rite electus, cùm rebus certissimis sit electio connexa. Nec obstat Eccl-

Ecclesiam in campo collectam, venerari hostiam, talēm consecratam, & fateri Christum invisibilem, quippe non acceptat, ut res fidei, neque ut connexas cum fide, ut constat, praecepit cum error hostiae sit speculatorius, nec Ecclesia praktice erraret, prudentior hostiam adorans, cūm ē contra in Papa erraret speculative, & in re cum fidei articulis connexa; quod etiam militat in exemplis, seu Patria, seu Regis adductis, vult quidem Valencia electionem Papa connexam cum articulo quem definit, at id non placet Gravina, cūm Ecclesia ante indubitate, & ut Papam in libertatem recipiat, & cūm multi extiterint veri Papæ, nec unquam aliquid definierint de fide, cūm ante sit esse infallibilem, quam infallibiliter definire, certum etenim ex certa regula procedit. Urgent non constare legitimam electionem, cui respondeat Cardinallis Ssondratus, ad Dei providentiam spectare, ut Ecclesiam quam voluit columnam, & firmamentum veritatis, in causa tanti momenti, nunquam errare permittat. Aut si permittat circa Personam Pontificis, non permittat circa Autoritatem, hoc est putatio Pontifici eam ipsam potestatem, quam vero tribuant, quemadmodum leges humanæ ipsis in putatio Justice, teste, & matrimonio statuant. barbarus s. de officio Pratoria l. 3. ff. de suppellestili legata c. ultimo, qui filii sint legitimi, at veræ Ecclesiæ & rei Concilii verum debet esse Caput.

**Excl. 45.** Eligendum itaque est Caput Ecclesiæ, & Hominibus est à Deo discendum, ubi in elec**SV. 5.** tione primi Pontificis scribitur. *Elegit eum ex omni carne*, ubi sola Aaronis virga floruit ex Moyse. (Sequenti die regressus inventit, germinasse virginem Aaron in domo Levi, & turgentibus genitis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt;) adeò in Pontifice flores simili sunt & fructus. Et de veteri Pontifice vel novum tellatum. (Nec quisquam sumit sibi honorum, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, nec Christus semetipsum glorificavit, ut Pontifex fuerit.) & si non egit Christus longè maior Vicarius. Debet esse primus fidei confessor, Tu cu Christus filios Dei vivis; ut audiatur a Christo. Tu es Petrus, debet ter interrogari de amore Christi, ut illud audiatur Pasche oves meas; debet peritissimum esse Naucleros, ut in tot processu Petri naving gubernet. Scribit rursus Clero Roma Cyprianus, & in electo Cornelio eligendum designat. Nam quod Cornelium charissimum narravit Deo, & Christo, & Ecclesiæ ejus item Confacerdotibus tantissim laudabilis predicatione commendat. Non iste al Episcopatum subiicit pervenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in Divinis administracionibus Dominum sep̄ prameritus, ad Sacerdotii sublimis fastigium causus Religionis gradibus ascendit. Tum deinde Episcopatum, nec ipse possumus, nec ut ceteri, quos arroganter & superbia sua tumor inflat, invexit, sed quietus, & modestus, & quales esse consueverunt, qui

ad hanc locum dominum eliguntur, pro pudore Virginis conscientia fne, & pro humilitate ingens fbi. & cunctis verecundis, non ut quidam vim facit ut Episcopus fieret, sed ipse enim pugna est, ut Episcopatum causus acciperet. Et mox. Cūm Tyrannus infelix Sacerdotibus Dei, fonda, aitq; infanda minaretur, cūm multo patientius, & tolerabilius audiret levior adversus se emplum Principem, quād conscientia Romæ emulum Sacerdotem. Adeò tempore in aliorum & bonorum amorem, eligit Pontificem autem quam eligatur. Uno verbo is eligendus est, quem optimum quique cogonoscit, & necessariò virum, adulturn, nec paganum, nec hereticum, saltem desiderio Christianum, nec amentem, nec mutum, aut furdum.

Hac pauca de eligendo, multa sunt de Electoribus li sunt Cardinales Ecclesiæ Romæ incardinati, ihsus Clerici, & universalem representantes. Nec potest esse Concilium, eligendo Pontifici nimis serum, immo & in preuenti Constantiæ Concilio, Papam elegere Cardinales. Non Episcopi nunquam admissi, aut vocati, nisi aliquando praesentes horis causa, ut de Afris testatur Cyprianus. Non populus electionis incapax, non Imperator approbaens, aut confirmans, quod pauci contra libertatem Ecclesiæ, post Christum, & Apostolos habitam, aliquando contra Canones usurparunt. Non Papa ipse vivens, ne sanctuarium Dei haruditate possideatur, nec unquam inventur factum, nisi in apocrypha Clementis epistola, & semper inventur prohibitum sub Bonifacio secundo, & aliis Pontificebus. Et si id egero aliquando Reges, ea sunt succellos carnales.

Et electio facta per metum, in viros constantes cadentes, à Concilio Constantiensi nulla declaratur. (Quod si forte electionem Romani Pontificis per metum, qui caderet in virum constantem, ieu impreßionem fieri contingat, ipsam decernimus nullius efficacie esse, vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu prædicto cessante ratificari vel approbari,) ubi loquitur de metu cadente in virum constantem, non de levi, quem leges non curant. Ea olim ad omnes viros, exceptis amentibus, & hereticis est extensa. Sic electi sunt quamplures Episcopi, aliqui Abbates ut Eugenius tertius, & Urbanus quintus, plures olim Romani Presbyteri, & Eremita Petrus Moronus, nunc limitata est ad Cardinales, rectè, exemplo Apostolorum eligendum. (Oportet ergo ex his Viria, qui nobissem sunt congregati fieri unum ex istis,) & ita olim Romana Ecclesia, è sine suo Papam elegit, utpote jam veteranum non novum, & jam tsoi laboris focus; & jam Pontificatus Candidatum. Etiam electio simoniae damnatur penitentia gravissima à Julio secundo, & iis verbis acerimè reprehenditur, & quasi irrita esse declaratur, cūm olim accusata Simonia Vigilio. Bonifacio secundo, & aliquibus aliis, acceptante Ecclesia fuerint legitimi. (Sed

etiam contra dictum sic electum, vel assumptum de Simonica labe, i quoconque Cardinali, qui illi electioni interfuerit opponi, & excipi possit, sicut de vera, & indubitate heresi, ita quod à nullo pro Romano Pontifice habeatur, ubi neminem vult electioni consentire, ) ubi Cardinalis omnis electioni præsens, solus potuit opponere non alii, & quamvis paragrapto, licetque omnibus, concedat Cardinalibus, Clero, & populo, & subditis ab obedientia discedere, ea verba antecedentia conciliant, à nullo pro Romano Pontifice habeatur. Denique de istro de cernit Nicolaus secundus, ut habetur pro apostatico, & anathemate, & brachio seculari, ad renuntiationem Papatus compellatur, & aliis Canonice eligatur, quamquam ut repellatur certum schisma, melius foret intrusum tolerare, sicut olim Ecclesia aliquos toleravit, & acceptando fecit Pontifices.

Ritus eligendi summum Pontificem, per sortes prohibetur utpote cœcas, capitulo Ecclesiæ de fortilegiis, unde Cicero de divinationibus. Quis Magistratus, aut quis vir ille stior utitur fortibus, & cum experientia Ambrosius in Hexameron, Sæpè irrationabilis casu forte melioribus, ultimus quisque præfertur, & id negat Philo de Rege laico, quid de Ecclesiastico ? Nec obstat electio Matthie, quippe Graecæ lingue periti legunt, & omnium calculis connumeratos, vel cooptatus est cum undecim, & ibi ex quingen ti Fratribus, quibus resurgens Christus apparverat, duos tantum statuerant Apostoli, quorum meliorem distinguerat non poterant, & petierunt eum Solomone fortæ à Deo. Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur, & omnes Dominum sunt deprecati. (Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende ex his duobus quem elegeras;) Sic olim forte electus Rex Saul, quem tamen elegerat Dominus. Recessit ab aula forma illa eligendi, per adorationem scilicet, cùm duas Cardinalium partes sullo Scrutinio expectato sed vox tenuis, aliquem in Pontificem salutarunt, & sunt venerati, ut Clemens septimus, Paulus tertius, Julius tertius & alii apud Barbosam, alia denique ex inspiratione rara est, ut accidit in Fabiano, & Gregorio Magno, nec legibus ullis adstringitur, enī sit electio solius Spiritus Sancti; Tres solæ manent legitimæ, quasi inspiratio, compromissum, & scrutinium, quas Gregorius decimusquintus, in bullæ æterni posuit, & Urbanus VIII. ad Romanum confirmavit, statuit, decrevit, & declaravit in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quām in Conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die Sacrofæcum Missæ Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo commun care consueverunt, ac per se ferre schedularium suffragia, duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclavi presentium, præterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclavi presentes nemine dissentiente, aliquibus

ex eorumdem Cardinalium Collegio committere eligendi potestatem; ut vice omnium Ecclesiæ Catholice providerent de Pastore, aut nisi communiter ab omnibus & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi præsentes erunt nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem nullo precedente de Persona speciali tractatu, per verbum eligo intelligibili voce probatum, aut scripto si vox fieri non poterit, expressa fuerit celebra ta, ita ut electio aliter celebrata, nulla sit & invalida absq; illa declaratione, & excommunicat, & declarat ut electio per viam scrutini, five scrutinij & accessus valida sit & prohibet aliquem se ipsum eligere, vel suffragium dare, aut promittere, quæ omnibus Ceremoniale Gregorii seu ab Urbano VIII. in bullæ ad Romanum, approbat, complectitur, & exponit.

Amplissimum gazophylacium est Ceremoniale, at duo addere minuta vel in Evangelio laudatur, Addam Cardinals electum ligare ut ostendi, juratis Conclavis Capitu lis, nisi vel Papali vel Ecclesiastica damnum <sup>pres.</sup> inferant potestati Addam eos cogere non <sup>l.6.</sup> posse electum, ut Pontificatum omnino invitus acceptet, cùm non deceat invitum taleonus subire, nec unquam violentia sint <sup>Anx.</sup> uit elicentes, cum Electus posset elidere di 1836. mittendo, ut egit Victor secundus lacrymis que pondera vocis habent, non violentia ad thronum assumptus. Hoc unum posset esse remedium, ut docti in conscientia obligatum demonstrent, in illis circumstantiis, & tali Ecclesiæ necessitate, & si annua res feliciter cadet, si renuat bonus Papa non erit, qui contra conscientiam agere non metuit. Adam in bullæ Gregorii non decem tantum anathemata fulminari ut vult Castellanus sed plura, si vel oculis creditur attentis ad bullam; & tunc invalidam electionem verbè esse, cùm substantiale aliquod deficeret, five electum respiciat seu Electores; seu formam que dat substantiam electioni. Denique adam quod absit, morientes cunctis Cardinalibus, spectare electionem ad Romæ Clerum, ex more sul Prelatis Electorem, & tandem ad Generale Concilium, sciunt Cardinals se Apostolorum Collegium, non politicum Phariseorum Concilium, ut aliqui Conclave describunt, Satyram in historiam mutantes, sicut se olim à Cypriano laudatos, tot elegisse Sanctos quot Pontifices & nostro aeo Sanctissimos Innocentios, & Clementes. Sciunt se celo, & terra optimum debere Pontificem & ideo præterita Sanctorum electio forma semper fiat future. Silico ineptas illas quæstiones, de Papa summa, vel hermaphrodito, de electione evidenter invalida, cùm Dues ex orbe toto electi, ero rum hojusmodi sint incapaces. Silico lites <sup>Daa. 10.</sup> aliquando sanctas, cum Angeli boni aliquando certarint, (Princeps autem regni Perfarum restitit mihi viginti & uno diebus,) & ita certent de meliori Papa Cardinals, silico insipientem alicuius calumniam electionem ve luti

Iusti malam accusantis, quod aliquis Papa malus evaserit, cum & Christus elegit vel in Apostolum Judas, & Deus Saul in Regem primum, simili & primum Regum reprobatum, & Jeroboam saturum Dei Hostem. Hoc etiam reflecentium aliud esse illicitum aliud invalidum, illicetnam ubi ponitur excommunicatione in hulla, que nec ab Episcopo, nec a Regulari tollitur, cum Papa via collat Concilii, id est hic Episcopus non dispensat in occultis. Hoc etiam advertere est opus, paucas exceptiones electio posse opponi, quales sunt naturales defectus, & mentis, infantis; quod sit motus, & furdus, vel heresis, schismatis, metus gravis Simonis, & non observantia Gregorii decimi quinti bullae, nos alii ut quod sit uxoratus, excommunicatus &c. Unum etiam occurrit in electione quasi per inspirationem ut si tractatus aliquis precesserit, non inspiratio sed conspiratio habeatur.

Aliqua sunt addenda de compromissione, an cum dicitur in bulla aliquibus satis sit in uno compromittere, & negativa pars est tenenda, cum aliquibus numerum indicet plurem, ut sensus indicat & leges, & doctores de clero conjugato in sexto. Nec oblat aliquibus dici etiam in singulari, quippe tunc jura sunt aperta, & juribus jura concordanda non hic, nec rursus obest difficultas in electione, quippe numeros impars tollit difficultatem, hec tamen non videtur de substantia, cum non ponatur insidium expresse, quod ponitur tantum SS. Si electio, nec in S. Botaventuram solum, sed in alios Synodus Lugdunensis compromisit. Extat in compromissione regula generalis, ut servetur in hoc quod in aliis, iis exceptis quae specialiter prohibentur, veluti si compromittetur in illum, quem duæ partes cooperio scrutinio elegeriat, cum apertum suffragium prohibetur, secus si secreta. Sint suffragia, que non vetantur, ita prohibetur compromissum illud, ubi Compromissarii illum eligunt, in quem major. Colligii pars confensit, quippe ex bullâ duæ partes requiruntur. Secus non prohibetur compromissum, ubi compromittitur in maiorem partem, cum tantum requiratur omnium consensus, in compromissione eligendis qui adest. Potest & compromitti in partem minorem aliis duabus partibus, veluti valet electio sc̄a à tribus, cum duo eligant alium, & alii duo alium in Papam. Non autem valet si duæ partes compromittant, ut si eligatur in Papam, quem majors pars elegerit, cum ibino sit electio, que à duabus partibus fieri debet, nec compromissum, ubi omnes debent concurrere, nec quasi inspiratio, cum sit consultatio, nec omnes convenient. Tandem adest electio per scrutinium, in quo de substantia est concilia, clausum, scrutationes. Et haec sunt promittenda, & quod dentur suffragia per schedules complicatas, & obligatae, ita ut suffragia sint secreta, id estque & quod adhuc scrutatores aliqui, reliqua sunt tantum de fo-

lemnitate. Satis est autem ad secretum, ut non sciuntur à Collegio Cardinalium, nec alii notitiae officium schedulis secretis. Inscrutatio nequit haberi electio sine accessu, nec accessus potest apparere legitimus sine operatione sigillorum, & corundem, & signorum asperzione, & annotatione, & suffragiorum examine, & sine numeratione, & collatione numeri ad numerum, distinguunt nunquam potest, quinam sit à duabus partibus nominatus, ideoque actus hi sunt substantiales. Reliqua sunt de solemnitate jam peracta electione. Nec possunt Cardinales variare, quiajam functi sunt officio suo, & designata Persona est, in quam Christi cadit electio, nisi electio fuerit invalidis, & nulla. Nec obest, quod aliquis fuerit incapax eligendi, quippe ante poterant Cardinales, de secum illum avectere, post illud tempus habile prasterit. Nec locus est de substantia, cum post Gregorium XV. Cardinales, oh acrum Vaticani malum, dictarent se ad C. <sup>dict.</sup> Minerviam conclave translatuos, & Clemens VII. etiam prohuerit fieri Romæ, si illa inventari interdicta, aut rebellia. Nec requiritur in Papa confirmatio; tunc enim confirmatur cum eligitur, cum non habeat in terra Superiori, nec excludatur à duabus partibus electus, ut declaratur à Gregorio XV., quamvis olim scripsit quod si sit presens in Conclavi, Romanum praesentia non juvat. Nec istim, aut chitogram patiens excluditur, eum scriberet possit per alium quemcumque. Uno verbo si duæ partes non concordant, varietur electio, & fiat per compromissum, adstringantur Cardinales & quasi angustificantur, cum minus malum ipsos pati, quam Ecclesiam.

## P A R S II.

### De Judicio Papæ in examine librorum.

*Hee secundissima questio Q. ardua, in Origene & tribus capitulis, & in Januenio Bibliothecam impylevit.*

#### C A P U T I.

*Evidenter infallibilis Papa in examine librorum.*

  
 Ulcherrim Origenis heresim Hieronymus non fabulosum, sed vere hydry assimilat. *Anastasius Vir dissimile paupertatis gloriam maximam perculit Capit. & Ep. ad Daciar.*  
 sibilantia hydry ora compescit, ubi causis capita sub Fabiano recise, revixit hydra sub Anastasio, & rursus pullulavit sub Vigilio; & in causa Theodoris lba, & Theodoreti, &  
 Rr. 2 no-

novissimè post veteres in Jansenio, & gladio Petri recisæ resurgit.

Antequam in hanc hydram gladium strin-gamus, ne quia cum Næna apud Vatem ferro diverberet umbras, certa ab incertis fuit fecernenda, & hostia innuendus quem serias. Certum est questionem hanc agitari, de Papa, Concilio, & Ecclesiæ, cùm æquæ à Contraria de omnibus negetur. Certum est Papam & Concilium, in questionib[us] puri facti falli posse, quales sunt Episcoporum Ordinationes, de qua re scribit Augustinus. Quamvis & si vera essent, que objecta sunt Ceciliiano, & nobis posset aliquando monstrari, ipsum jam mortuum anathematisaremus, & tamen à Melchiade Papa fuerat absolutus, & fuerat in Nicena Synodo Judex, ubi Aphricam totam uniuersitatem representabat; ita de Templariorum ordine in Concilio Generali Viennensi per errorem ut videtur Aliqui extincti, hec habet ex Raynaldo M. S. Vaticanum. *De Templariorum extincione* evidenter modestè legendum, ita ut non conservatur culpa in Pontificem, cùm confites ipsum, & Concilium fecisse judicium, secundum allegata, & probata, que ratio militat etiam de censura, ubi aliquando excommunicati in terra, ex glossa sunt in causa Beati; ubi Aliqui credunt errasse Concilium, quamvis damnari duorum millium testimonio, examine facto in Anglia, & Hispania, ex Confessione quanplurium Ordinis, & optimè ex innumeris Autoribus, numerum negantium longè superantibus. Certum est questions juris, & facti, toto celo inter se differe ut ostendit Cicero pro Milone, an Milo occiderit, an Iure occidere, & constat vel puris Logicia, ubi Platonis Ideam chimericam volunt eum sit una, & numerosa, & non uns, & Platonem docuisse negat Augustinus & per numerosa capita Thomassinus, de Idea Divina tantum locutum. Certum est mentem Auctoris ignoramus, cùm solus Hominis Spiritus Hominis profundus seruetur, & quæstio sit an dignoscatur ex Scripto. Certum est questionem agi de Catholicis, & in Ecclesiæ pace defensis, cùm Hæretici ex Adversariorum doctrina, suas ultrò hæreses fateantur, imò promulgant, & jaſtent, è contra Catholicis ultro se in Catholicas Ecclesias subjiciant. Certum est Jansenius ad minus hoc velle, ut propositiones in ipso damnatas, in ipso Jansenio non extant, politique Papa falli, quos nos apertissimè negamus, & convincimus.

Incipiamus à veteri Origeni, Concilia generalia prævenire, & de ipso Augustinus de hæretibus scribit. *Hec quidem de Origene Epiphanius. Sed Defensores ejus dicunt Origenem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unit, ejusdemque substantia docuisse, neque resurrectioni repulisse mortuorum. Sed qui ejus plura legentur contradicunt. Sunt & alia ejus Origeni dogmata, quæ Catholicæ Ecclesiæ omnino non recipi, in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab ejus defensoribus excusari, maximè de purgatione, & li-*

*beratione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione rationalis universæ creaturæ; ubi Ecclesia condemnat nec arguit falsi, & Defensores ipsi excusat non possunt. Adeò nec heretici nec Catholicæ possunt, Origenem ex Augustino excusare. Idem firmat cum Augustino Hieronymus. Quod si quando uigeri ceperitis, ut aus subscrivendum eis fuerit, aus excludendum de Ecclesia mirat strophas videat, sic verba temperant, sic ordinant, veritas, & ambigua quæque concinnant, ut aliter hereticos aliter Catholicos an-*

*dias, ubi aut subscrivendum fuerat, aut excludendum de Ecclesia Origenista, ubi suspecti heretici credebantur, ex ambigua in Origenem subcriptione, clari heretici siclare subscrivissent, se damnationi Origenem repugnare. Et rursus paulò ante Hieronymus.*

*Facile dicitur cum iuramento quod posita alio Ep. 6. solebant perjurio. Ad subscriptiōnēm tergiversant, queruntque suffragia. Et mox. Quidam constantius. Quomodo inquis damnabimus, quos Synodus Nicena non retigit? Que enim damnavit Ariam damnasset utique. Origenem, si illius dogmata reprobat, ubi jurabatur in damnationem Origenis, ubi formula in Oriente subscrivendum, quod est supremum fidei argumentum, ubi Catholici Origenistas hereticos, ex Anastasiī damnatione credebant, & Origenitæ ipsi ultrò fabebant, Origenem à Concilio Niceno damnatum, hereticum apud omnes habendum. Adeò vel amici, vel Hostes crediderant, & Papam & Concilium infallibilis, in damnatione ipsius Origenis, quamvis in Ecclesiæ pace defuncti, imò apud Rufinum omnino innocui, apud Hieronymum verè paenitentes. Rursus Hieronymus in Joannem Hickorylum, Origenis pice iniquitatem. Oramus, petimus, obsecramus, ut aut simpliciter nostra fateatur, aut aperte defendat aliena. Nolo verborum ambiguitates, nolo misi dici quod & aliter possit intelligi. Revelata facie gloriæ Domini contemplemur. Clandicabat quondam & Iyraliticus populus in aeroq[ue] pede, sed Elias qui interpretatur fortis Domini. Usquequo ait, Clauditotis in aeroque vestigio, Si Dominus est Deus ambulans post eum, si antea Eoal sequimini eum. Et mox. Per fiducem mihi cult, quod pote credas, pote ergo & loquatur. Et iterum. Poteris non expostionem fidei, sed figuratam controversiam scribere. Et infra. Nolo in suspicione hereticos quemquam esse patientes. Et mox. Do Concilium ut aperte aut fidem Ecclesiæ prædictes, aut loqueris ut credit. Et comparsas Arianos flagentibus, se nomen tantum horrere Omissionis ait. Eodem nunc in veteri, & in nova hæreti confessando seruatur, ut aliud populi abundant, aliud prædicent Sacerdotes. Et rursus iudicationes coövincens. Dic blasphemiam & epistola sua hoc habeat exordium. Anathema ei qui talia auferit e[st] proficer. Fides para moram non patitur, ubi apparet scorpius ibi concrederet est. Et rursus palam hereticum declarat. Habet Papam Epiphanius, quæ te aperte mis- fisi*

fit literis hereticum vocet. Et de Epistolis Anatalii ad joannem. Quas si perire debitis quoniam tuus dicto mirarunt sit, & Catholica declarari, ubi Epiphanius hereticum Joannem, relatis ad papalem literis declarat. Prosternit plures epistolas Epiphanius, una ad ipsam, alia ad Episcopos Palestinos, & super ad Romanum Pontificem, ubi suspectus est de hereti Joannes, & hereticus ex Epiphanius, Hieronymo, Anatalio, imo mons apientissime Hieronymus, ut sit potius verus hereticus, quam hucus, & cooperatus Catholicus, ne singat cum Arianis jam detestatis, uno verbo sicut subscrivens, verè est ubique hereticus; & sicut jurans perjurus, & moram relictam non est fidelis.

Sequuntur Origenem Concilia, & de primo jam vidimus in Origenem, & manet aliud Marcelli exemplum, de quo à Synodo Antiochenia damnato, acutissime scribit Julius

A.D. 2.

Ep. 10.

Theodoreti conscripta que contra religionem fidem, & contra primam Episcopiam S. Synodum, & S. Cyrillum & duodecim ejus capitula exposuit. Et mox. Et non anathematizat eos, & eos qui simili sapientia, & sapientis talis anathema sit. Et rursus ibam eosigit, quod duodecim capitula S. Cyrilli impia, & contraria recta fidei vocet. Et Gregorius libro septimo inductione secunda, de lbe epistola loquutus. Constat quia non est Catholicus, que Patrem Catholicum, atque in toto Synodi volumine laudatum hereticus appellat. Et rursus quintum Concilium. Nec non & Theodoreti, que contra religionem fidem, & Epistolam Recordationis Cyrilli Synodicanam ad Nestorianum cum duodecim capitulis, quam & S. Episcopina prima suscepit, & B. Chalcedoneus Synodus ad convincendam Nestorianos in definitio ne fidei legitur protulisse, ubi opposita fidei antithesis, videt laudari Cyrilli capitula, & reprobari anathemata Theodoreti, immo ex eo damnandum judicari, & Liberatus in breviario narrat. Itaque Cyrillo suscepiente, & defendente fidem Orientalium Episcoporum, & sua capitula exponente, pax & unitas Ecclesie redditia est, ex omnes Ecclesie capitula suscepere.

**I**nouera falſa miscentur veris, & in re omnino certa, acta ſunt dubia & interpolata, ita accidit in edicto Conſtantini falſo, cùm Donatio à nobis ſuſtineatur ut vera, & aliud sit Donatio aliud edictum. Hoc non ſolū Hæretici conſentant, ſed & Catholici gravissimi conſidunt. Et pri-mò Baronius edictum hoc voluit fictitum, ſic Paulus Baſilius Eccleſiae Romane Prae-latus, & ſub Alexandro ſexto Bibliothecariuſ, Nicolaus Cufanus in concordia, Al- ciatus, Petrarcha, Petrus de Marca, Baptista Egnatiuſ, Morinus, qui non minus ex pro-fecto, quām Laurentius Valla impugnavit. Uno verbo Christianus Lupus de edicto. Eſſe ſpurcum, & fictitium nemo. Eruditus hodie dubitat, & de Marca cenſuerit repel-lendum, quod jam à praefatis Viris, & con-ſollum fit, & proſligatum. Scatet autem mille erroribus. Atque decernentes facimus, ut Principatum teneat etiam ſuper quatuor præcipuas Sedes, Antiochenam Alexandrinam Hieropolitanam & Cp., ubi poft leculum à Conſtantino Cp. vix extitit Sedes Patriar-chalis, & tune nec Cp. erat, ſed Byzantium. Aliud eſt. Atque de praefenti contradimus palatium Imperii noſtri Lateranenſe, quad om-nibus in toto Orbe terrarum preſeruit, atque præcellit palatiſ, quod erat maniſtē falſum, cùm foret Plautij Laterani domus, quā Cæſariano truncatus eft gladio, Hieronymo epiftola ad Oceanum teſtante. In Baſilica quondam Laterani, qui Cæſariano percutitus eft gladio. Aliud eſt. Et ſicut noſtrum terre-nam Imperiale potentiam, ſic ejus Sacrafan-Elam Romanam Eccleſiam decrevimus vene-ranter honorari, & amplius quām noſtrum Iſ-periū; & terrenum thronum Sedem Sacra-tissimam B. Petri gloviōſe exaltari; quæ fatus eſt legere ut conſentuntur. Aliud eſt. Unde ut Pontificis apex non vilesſat, ſed amplius etiam, quām terreni Imperii dignitas, & glo-rie potentia decoretur, ecce tani palatium noſtrum ut prædictum eft quāmque urbem Ro-mam, & omnes totius Italiæ, & Occidenta-lij regionum Provincias, loca, & ciuitates preſato B. Pontifici noſtri Silvestro universali Pa-pe concedimus, ubi concedit Italiam, & Occidentem, quod nemo unquam vel finxit, nec Carolus Magnus unquam reſtituit. Aliud eſt. Viris autem Reverendissimis Clericis, in diuersis ordinibus, eidem S. Ronanuſ Eccleſia ſervientibus illud culmen singularitate, poten-tia, & preceſtentia habere Sancinuſ, cuius ampliſſimus noſter Senatus videtur gloria ad-ornari ideſt Patrioſis, atque conſules effici, quod

quod extitit semper inauditum. Aliud est Silvestrum præsidere, ex dono Constantini quatuor Patriarchatibus, & sedibus præcipuis, chm Hierosolimitana esset subiecta Cesare, & illud omnino incredibile. Perconsuigne sumus ab eo, qui illi Dñi ejus Petrus, & Paulus, cùm sub Melchiade Præfati Silvestri, scriberet epistles Melchiadi, de re Christiana peritissimus, & acta Donatistarum ea de re libros integros fuggerent. Sunt & alia quamplura erronea. Florio Constantino Augusto quater, & Gallicano viris clarissimis Confutatis, cùm Gallianus fuerit sit Julianus, nec unquam Consules illi simul notentur. Est & stylus omnino barbarus, & octavi seculi Satrapas, pragmaticam iussionem, excommunicatio Papæ non Principis. Eternis condamnationibus subjaceat innodatus, & Sanctus Dei Princeps Apostolorum Petrus, & Paulum sibi in presenti & futura vita sanctias contrarias, sic illud Tres formæ & una potestas, etiam tuentibus edictum est difficile, sunt & multa ex Pauli Papa epistolis defumpta. Et sancta citant Autatores tuentes, quippe distant multum ab eo tempore, & si valeret ea citatio, multa apocrypha forent legitima. Quis autem finxit hoc edictum est anceps, Græcus esse non potuit, cùm quarto loco Græcum Patriarcham, certè nunquam collocasset, non Balsamon cùm hoc edictum, ab Adriano, & Ilidoro citeret. Fuit ergo Latinus aliquis, qui donationi Caroli Magni, edictum hoc junxit Constantini, ut Carolum assimilaret Constantino.

Valeat ergo edictum & vigeat Donatio, quam Vallæ, Morinus, & alii impugnant, & Natalis Alexander interea dissertatione. Sic tamen intelligunt cum Macedo Defensores. Quod attinet Dominium Romanæ urbis, obscuræ videntur res esse, quoniam Conflansius aliquandiu, in ea post baptismum fuit, sic dix in nostra, fratre brevi in Baronii sententia. Fuit autem cum Imperio. Illo vero discedente Byzantium Praefati urbem gubernabant. Mortuo Constantino, qui successeret Imperatore Romæ. Sedens Imperii bauerunt, quod eximissimo negari baude posse. Qui ergo potuisse urbæ Romæ Donari Silvestro, & successoribus si ei minimè presumeret? Hac in re sic censeo. Ceterum esse Constantium donare Romam Silvestro, & ceteris post eum futuris Pontificibus, arque idcirco cessisse urbe & Byzantium concessisse. It: mox. Quoniam autem Romæ Domini Pontifices fuerint, id quidem probata video esse difficile. Neque enim inficiari possum Imperatores Romæ plurimos, Sedens Imperii habuisse, eamque urbem per suos Praefatos administrasse, quemadmodum Historiarum coru legentis compertuum est. Verum eximissimo Silvestrum, & non paucos sequentes Pontifices postmo ex modestia noluissent, partim ob tumultus, & turbas, & invasionses cum Hæreticorum tam Barbarorum, non potuisse illo Principatu suoi, contentos juris siculo, à Constantino sibi, & successoribus donato. Et mox

evincit à simili per Innocentium tertium; sermone primo de S. Silvestro, renunciantे Diadema datum à Constantino, quod etiam memorat Petrus Damiani; adversus Adversatum Henrici quarti. Verum Beatus Silvester ornamenti, que Sacerdotali congruere judicabat officio, in propriis usus officijs, coronam verū vel cetera, que magis ambitiosa, quā mystica videbantur, omisit.

Idem clarius exponit Roma Præfuses, habuisse Ius directum & Dominium sibi à Constantino Donatum & hoc semper retinuisse, relatio Imperatoribus utili Dominio, nec eo vel per modestiam, aut temporum injuriam uti unquam potuere, aut voluerunt, aut impediti sunt hæretibus, & bellis, & Imperatores latè Romam armis suis defendere sunt conati, ut indicant Narsites, & Belisarius victoria. Donec tandem Gregorius secundus hoc Ius usufructus obhaeret, & schisma, quod Iconoclasta fecerat, eripuit, ideoque optimè conciliantur Hæritores, nec indigemus argumenta solere Natalis, quod Imperatores Romam gubernarint.

Eas verò urbes donassi Constantium maximè est verisimile, in Principe, tam pio & erga Deum prodigo, ut extant in vicino Damaso exempla; ubi Ammianus Marcellinus Gentilis, splendorem & fastum Damasi carpit de Ichismate Ursicini scribens. Se nos L. 27. mirari, si bowines tanto studio contendunt pro Romano Pontificatu, cùm tanta sint ejus opes, & amplitudo, ubi sub Damo opes erant, & amplitudo. Et rursus magnificentiam carpit. Et venient ut dissentunt oblationibus matronarum, procedantque vehiculis infidenses, circumspeti, vestiti, epulsi envirantes profusas, ut eorum convivio regales supererent mensas, & hoc magnificentia à Constantino, certè orta est nec aliunde potuit emanare, opes verò ex oblationibus Matronarum, non ex Dominii divitis sunt cumulatae, & Prætextatus Vir consularis apud Hieronymum jocu justabat. Facite me Romanæ urbis Episcopum, & protinus ero Christianus, ncmpe ad tantum venerant excellentiam, eo tempore Episcopatus Romanus, ut veleo motus Vir consularis, fidem eo solùm titulo amplectetur. Hæc verisimilia sunt, at Bernardus; & Gallus & Gallia amantissimum rem clarissimum verbis exponit, Romanum Pontificem allocutus. In his successori Constantio, ubi Petrus succedit in spiritualibus, in temporalibus successi Constantino, & quidem Gallus si verum foret, scripsisset Carolo Magno successisti.

Id etiam evidens est non citari nisi duos tantum Præcipes, Carolum Magnum & Constantium, quod passim agunt Pontifices & Reges, & de Carolo Magno Historici, asserunt urbes Ecclesiæ Romanæ restituisse, debuit ergo Constantinus donasse. Hoc scribunt epistolis integris Pontifices Pipinum, & Carolum enixa rogantes, ut urbes ab Aistulpho eruptas, armis suis Ecclesiæ retinuerent, ita scribit Stephanus Pippino.

Deni-

Denique amanissime, & à Deo inspirate vi-  
tor, felix. & divina prudentia fortissime Rex,  
quidam B. Petrus Apostolorum Princeps tunc  
devotionis affectus, quem pro eis causa decer-  
tare adibimus suscepit, ipsa cuncte liquidū  
vita vestra testatur, scriptum quippe est. Vota  
iustitiae placabilis. Et mox. Suficitavit te  
nobis Christianissime Victor Rex, diebat no-  
situ fortitudine liberatore. Et ictum Quapropter  
cum magna felicia, tanquam presu-  
staliter coram tuo mellifluso conspectu flexis  
genibus, petent pectori, & animo coram Deo vivo  
deprecor, ut tenet firmatus in hoc bono  
opere, sicut certè confidimus usque in finem  
permansere, pro Sancto Dei Ecclesie perfetta  
exaltatione, & ejus populi liberrimum & in-  
tegrum, & plenam iustitiam eidem Dei Ec-  
clesie tribuere digneris, atque optimam, & ex-  
celcem suam in causa Fanticis tui B. Petri ad-  
bibere jubeas, ut reliquias civitatis, qua sub  
unius Domini ditione erant connexas, argue  
costitutor finit, & territorio in integrum ma-  
tri sue spirituali S. Ecclesie restituere preci-  
pias. Et mox. Desiderius vir mitissimus  
pollicitur eis restituendas B. Petro civitates  
reliquas, ubi Aistulphum accusat, & laudat  
Dedicerium; & Longobardi ipsi promise-  
re, & jurarunt, earum urbium restituicio-  
nem.

Validissima lex esset Zenonis, D. Con-  
stantini C. de naturalibus Liberis. Divi  
Constantini, qui veneranda Christianorum  
fide Christianorum minuit Imperium, at  
Bursatus, & alii cum Macedo ferentes, in  
textum inciderunt vitiatum, ubi pro munivit  
legerunt minuit, sic Zozimus assert  
Constantinum ob mutatam Religionem, in-  
visum Romanum reliquise, at non dicit do-  
natis Pontifici, & alii innumeri sunt recentes.  
Verum quidem est antiquos Pontifices  
citatess, at ut bene advertit D. Fontaninus  
nil intererat, utrum donasset Constantinus,  
an alio justo titulo hahuissem, principem cum  
Constantinum erga Ecclesiam, fuerit optime  
propensis, & plura donaverit altissima Ro-  
mano Pontifici, veluti Curalem antiquissi-  
mam, qua utebatur Damafus, ex Zozimi  
testimonia invito, quippe Ethnici, & Chri-  
stianorum Hostis. Sunt tamen antiqui Au-  
tores cum Hadriano, & Hinemarus, & Ivo,  
Leo nonus adversus Michaelem Acrianum,  
& Bursatus adducit innumerous, & pro edi-  
cio, & pro donatione Constantini, sic Photius  
valde antiquis & aliis, digneuntur. Unum va-  
lidum est, sub Clemente quinto offcente,  
& Henrico septimo acceptante. (Ipsa omnia,  
& specialiter, & principium per claras memo-  
ria Constantinum, Carolum, Honorium re-  
engnovit, confirmavit, & ex certa scientia  
innovavit, ) et concessa primum à Constan-  
tinino, sic vidimus adversus Gracos allatam,  
sic Adrianus scripsit Constantino, & Irene,  
sic Imperatoribus Occidentis, & falsa est  
responso Natalis fuisse patrimonia, cum lo-  
quantur de multis civitatibus, fallum est  
Papam Imperatores decepisse, quippe San-

cti erant Papæ, & difficilimum decipere  
omnes Principes, sic Graeci sunt Schif-  
matici, sic Hostes Papæ, cùm Wiclepho,  
& multa Rabbinorum Testimonia refert Ma-  
cedo.

Unus pro multis est Paulus Papa, episto-  
lia integris & numerosis. In octava scribit  
Principem Graecum in armis esse, & Raven-  
na Exarchatum, & Romanum, velle sibi recu-  
perare, ideoque contra Graecos petit auxi-  
lium. In nona exponit cum Desiderio. Ra-  
venna se locuturum, & contra Graecos ad  
defensionem se paraturum, Rursum purgat se  
de objecto criminis, quasi dixisset Pippinum  
non valere, afflictis Romanis auxilium fer-  
re, & petit auxilium pro Ravennæ defensio-  
ne. In alia narrat de Benevento. Iterum  
auxilium petit adversus Longobardos, quod  
Sancta Dei Ecclesie, iusticias minimè resti-  
tuunt. Rursum Pippino indicat sex Patri-  
tios, cum tercentum navibus ē Cp. Romanum  
veniuros esse, & postea in Franciam ad Pip-  
pinum profecturos; & queritur Desiderium  
iusticias S. Dei Ecclesie non implere, quas  
coram Pippini Legatis promiserat. In alia  
cum multis adjurationibus, petit contra  
Longobardos auxilium. Iterum Pippini ur-  
get promissionem, quam pro Ecclesie de-  
fensione egerat, In alia respondet duabus  
Pippini epistolis, & iterum queritur de Lon-  
gobardis, quod quasdam S. Petri iusticias  
reddidirent, quasdam non esse restitutas, ite-  
rum invadere contentur; & prolixe accusat  
in Longobardis, & crudelitatem, & falla-  
ciam, & orat ne obidos dimittat. Denique  
quatror scribit epistolas ad Pippinum, Ca-  
rolum, Carolomanum, & ad exercitum ut  
opem ferant. Ex his constat sole clariss.,  
Pippinum ante Carolum Magnum, iusticias  
Ecclesie reddidisse, cùm tot epistole cum  
responsis extent, quod & cernemus in Adria-  
no erga Carolum, epistolas in magno nume-  
ro multiplicasse.

Tunc accedit, narrat & urget Baronius,  
quod & Graeci omnes affirmanit Historici,  
& idem Theophanes anno decimoquarto  
Leonis, ipsum à Gregorio privatum, Italia  
debitis tributis, quod testantur Cedrenus &  
alii, & Zonaras Roma, ait Synodice fa-  
ustum; quod & Paulus Papa insinuat, velle  
Imperatorem Graecum, Ravennæ armis re-  
cuperae; & Graeci Principes petierunt, Si-  
gebertus in Chronico, Otho Frisingensis in  
Chronico, Sigonius de regno Italia, Ge-  
nebrardus libro tertio, Albertus Stadenus,  
Gottfridus Viterbiensis in Chronico, Glicaa  
in annalibus, & quamplures alii ne uno ve-  
teri discordante, & Centuriatores ipsi affir-  
mant Papæ Hostes. Nec obstante epistola  
Gregorii nil memorantes, quippe primò  
monent, & ante fulmen tonitrua premittunt,  
quod & notant Historici, sic Theophanes  
cùm ad ultimum, sic Gregorius ait videna  
incorrigibilem. Nec obstat Natale vitupe-  
rare, quippe laudatur à SS., & à cun-  
clis.

Remanent monita Papa ut Principi, quæ & dedit Jetro Moysi Pontifici. Meminerit Papa monente S. Bernardo, potestatem Pontificiam ipsi concessam, potestatem temporalem ipsi permissem, ideoque tantum gerat curam spiritualium, quantum spiritualia temporalibus præstant. Meminerit ea bona nos sua, sed S. Petro à Principibus donata, nec bona Petri dissipet, sed disperget. Meminerit illud & experientia & Scriptura. Qui nimis emungit elicit sanguinem, & Pastoris esse tendere non deglubere. Meminerit Isthmum Saædæ symbolum, inter duo maria constitutum, quorum contentio est ipsi conservatio, bella inter Filios tollat non soveat, Regis pacifici Vicarius. Meminerit Imperatorem Ecclesiæ Advocatum, Galliam Romanæ Ecclesiæ portum, & Hispaniam anchoram Pape fluctuantem, & Petri navim fundantem. Meminerit Machabæos sanctissimos Duce simul & Pontifices, bella pro Deo, non pro Homine gerentes; aliena non rapiat, sed sua tueatur. Meminerit pulcherrimi elegii Samuelis. Et renovavit Imperium, & mox. *Et non accusavi illum Homo*, en magnus Sacerdos & magnus Princeps. Meminerit mare ditare terras, & duo esse Mariæ in sua ditione; & nobiles horreant paupertatem non mercaturam, in pelagi portibus nobilissimam, nec Roma merces exspectet, sed transfuebat. Denique reflectat permutatas urbes magne Ecclesiæ detrimento, & cognatas familias ditatae, & simul magno numero extintæ.

Non semper vis, subita vi est repellenda, sed Papa ut Fabius verè Maximus, cunctando restituat rem. Non minus curare debet Papa, urbes proprias, quam Gregorius, olim ex Joanne Diacono patrimonia. Quæliter fuit Gregorius per Procuratores Ecclesiæficiorum patrimoniorum, velut Argus quidam luminosissimus per totum mundum latitudinem sue Pastorib[us] sollicitudinis oculos circumseruit, non abs re forsan duxerit perstringendum, ibi verè centum oculi apriendi, & melios urbes quam patrimonia custodienda, de quibus tamen Synodus quartu sub Symmacho. Non littet Papa à praesenti die prædiū rufiūcum, quantacumque fuerit magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione, vel committere ad cuiuslibet jura transferre, ideoque à fortiori decretum, ne Papa amplius urbes alienet. Non minus resonare debent decreta Petri, quam leges Julianiani, ut primum provideat Theologos, mox Advocatos celeberrimos, & Praefulta juris peritissimos, qui aliis dent jura, non ab aliis mutuentur, & decisiones sint admiratione non contemptui, colligat ex omni parte Sapientes etiam in Medicina, non præxi instruendos tantum, & sit Papa non tantum generans per Evangelium, sed & verus Patria Pater. Non minis horreat Turcas distantes, quam horretur vicinos, quippe spæp apparet, & quidem nimis vicini, & Ecclesia Romana aurum teneat,

ut in bellis Domini croget, sicut gloriofissime millies egit, & sub modernis Innocentio, & Clemente, & Turcarum Hostes juvet, non mihius quam juvat eorum Apostolos, ad ipsorum conversionem destinatos; & simul sit Papa, & Princeps fidelium; uno verbo exemplar habet Papa, in Machabæorum Ducibus, Principibus simul & Pontificibus, in utruque regimine celeberrimis.

## P A R S II.

### De Donatione Pippini, & Caroli Magni.

*Aus fides Historiæ omnibus detrabenda,  
aut donatio hoc cognoscenda, que in  
numerous habet Historicos.*

#### C A P U T I.

*Afferitur Donatio Caroli, & Pipini.*

*M*odestus. Eminum belli genus experior, ubi alii Donationem inficiantur, contra quos scripti Justus Fontaninus, alii donationis justitiam, ut Legistæ aliqui, & Giannonius, causam justiore defiderat, cui tamen gratias agere justum est, cum eaufam fateatur æquam, & Papa faltem non sit. quus, cum Regibus innumeris mandicat, afferens initia regnum, regulariter rapinas effe, & latrocinia. At defensione tali melius Reges carerunt.

Incipiamus à factò jus in eo visuri. Audiamus Albertum Stadensem. *H*eribertus, melius Aribertus, *R*ex Longobardorum multas urbes, & patrimonia Apuan Coccianam, que quondam ad ins pertinebant Apostolicæ Sedis, sed à Longobardis multo tempore fuerant ablatae restituit, ubi & patrimonia, & urbes restituit, olim ad Apostolicam. Scdem spectantes, & hanc donationem aureis scriptis literis, Roniam direxit. *L*uitprandus, Rex Longobardorum Patrimonium Alpium Coccianam, quas Heribertus Rex fecerat, & ille repetens admonitione V. Papa Gregorii confirmavit; ubi vides duos Reges Longobardos, non donasse sed Ecclesiæ Romanæ, urbes ablatas restituisse. *R*urius. *G*ermanus Patriarcha propter impietatem Leonis, Episcopatum novæ Romæ derexit. Sed Gregorius Papa hunc austrobarbarizavit, & Leone redargito, totam Italiam ab ejus Imperio cedere fecit. Et frustra aliqui hoc impugnant, cum cognoscant Imperatorem ipsum petiisse à Carolo restitutum, & si petit restitui certè Papa abstulerat.

Prosequitur Auctor de Pipino, & Carolo. *P*ippinus contra Agilulphum Regem Longobardorum procedit, & occurrens sibi Regem, & monter defendente circa clausura Claustrorum

serum accervimè est pugnatum. Sed casti Longobardis Francorum Copta intraverunt. Aistulphus cùm in Papium se recuperes tandem à Pippino obfessus est, domes pro faciendo justitia Romana Ecclesia dedit obfides. Et rufus. Pippinus quia Agiastulphus promissum, & fidem datam frerat, iterum intravit Italiam, & ad implendam, que promissa per obfditionem cogit. Nam redditum sibi Ravennam, & Pentapolim, & omnem Exarcheum ad Ravennam pertinentem. S. Petro dedit, & in Gulliam rediit. Agiastulphus autem dum fidem, & promissa denouo frangere cogitare, in accusatione de equo labitur, infirmatur, & moritur. Quo bello finito rogata, & precibus Adriarii Pontificis Romani, insolentiam Desiderii Longobardorum Regis ferre non valentis, bellum contra Longobardos suscepit, copiasque quas abducerat dividens, unam partem cum Bernardo Butruo suo super monte Boqis ire praecepit, ultoram partem iisse dacent per montem Cynifum Italiam intravit, nec prius defluit, quād Desiderium Regem longo obfditione in Papia fatigatum in deditioinem fusciperet, & perpetuo exilio deportaret. Filiū vero ejus Aldagisum, in quo spesflare videbatur, nouū solū regno, Sed etiam Italia fecedere compelleres, omnia Romanis ablata restituueret. Et Martinus Polonus in Chronico. Aistulphus Rex Longobardorum tribunum exegit à Romanis, & Papa Stephanus auxilium Pippiti uitiorum invocare. Anno Constantini duodecimo Pippino Lombardiam inprosso. Aistulphi exercitus à Francis vincitur. Et rufus. Hujus tempore Aistulphus Rex Longobardorum per quafdam pessimos nuncios Romanos inducius, Tusciam occupando, & vallem Spoletam usque Romanum pervenient, Ecclesias ubi Saeculorum corpora quietebant, & alia loca Sacra, igne, & ferro devastando, & de iniurijusque Capite censum imponenda Papa Stephanus tantum Howinum, & Ecclesiastum affiditionem certam, personaliter rexit in Franciam ad Pippinum, & ut Agiastulphum Regem reprimere, secum in Italiam, & usque Romanum perduxit. Tuoc & in Patrium Romanorum, Pippinus est electus, & Agiastulpho Rege Longobardorum manus fortis opprimit, restitutis urbibus S. Petri, Pippinus in Franciam est reversus. Et in Hadriano. Quidquid estiam Longobardi Romanis, & retroactis temporibus abfulneris totum restituit, Et ad Adriano ipso. Hujus precibus vocatus Carolus Magnus Pippini filius, obfedit Longobardos in Papia, ubi capta Desiderium Regem, & uxorem ejus, qua capteos duxit in Franciam, & veniens Romanum reddit omnia, que Pater ejus Pippinus dederat, B. Petro, adiuvio quoque ei Dacianis Spoletino, & Beneventano, & ob doc ipse Patrius Romanus efficitur est. Succedit Eginhartus Scriptor vita Caroli. Pippinus si quidem Haistulphum pacorum dierum obfditione apud Ticinum compulit, & obfides dare, & epepla Romanis opipida, atque castella restitueret, atque ut redita non repererentur, Sacramento fidem dare.

Carolus vero post inchoatum è sc bellum, non prius defluit, quād Desiderium Regem, quem longa obfditione fatigaverat in deditioinem fusciperet, & Filium ejus Aldagisum, in quem spes omnium inclinata videbatur, non solū regno, sed etiam Italia decedere compelleret, & omnia Romanis crepta restitueret. Et rufus. Pippinus Rex invitante, atque suggerente preadiuio Romano Pontifice, propter epepla Romanas Ecclesias per Regem Longobardorum dominia, Italiam manu validu ingressus. Et de Pippino. Qui ante obfditionem non solvit, quād firmatio causa pro restituendis, quia Romana Ecclesia ablata fuerant obfides quadriginta recuperet. Datus vero quadriginta obfidiibus, promissisque jurejmando firmatis ipse quidem in regnum reverteret est.

Refronant Chronicus has historias, & illud Gofridi Viterbiensis de Aistulpho. Rex in Papiam se constul. ubi à Pippino obfcessus, quadriginta obfides dare, atque insuper jurare compellitur, ne Romanam Ecclesiam amplius infestares, ubi tem paucis describit; quod aliū cumulatius implent. Scribit eximie Ado in Chronico. Aistulphus Longobardorum Rex, viuis perfido refusamento dano Predeceſſorum ejus B. Petro collata percipit, atque facultate Romane Ecclesie Miltibus suis dedit. Hae urgente necessitate Stephanus Papa in Franciam, auxilium periturus ad Pippinum venit. Carolomanus quoque Frater Pippini Regis confilio Aistulphi ne vulgaris, in eadem voluntate consequiente Abbatem ejus, ut petitionem Stephanii Pontificis cassaret, & ipse in Franciam venit. Stephanus Pontifex uncto Pippino in Regem. Et mox. Pippinus Rex post unitiōnem Apostolicam, in Italianum exercitu properat, transiunctumque per civitatem Vieniam faciens, Carolo Mannu Fratre suo Monachum, ibi cuiuscum Regina Bertrada. Ibi Carolo Mannu agrotans obiit. Aistulphus undicto Pippini Regis advenit, clausi probribus cum Longobardis, obviavat Pippino pervenit. Sed Pippinus Rex vi infilient bellaudo Italiam ingressus est, & remisso Pontifice per Ftridum, abfiosque Ministros a t Sedium suam, ibi Papiam, ubi Aistulphus se rediuxeras, obfedit. At ille cernens se non posse excedere, promisit omnia B. Petro, & Ecclesie Romana, restituturum. Obfides igitur quadriginta finali cunc iuramento dedit, scicque obfditione liberaens est. Rex vero Pippinus in Franciam rediit. Sed Aistulphus ut perfidus omnia uncinatus est, ob quam causam Rex Pippinus Italiam iterum ingressus, Papiano obfedit. Aistulphus iterum Sacramenti, vi coactus firmavit se omni reditaturum. Insper Pippinus Rex Ravennam, & tamquam Pentapolim, Santius Apostoli Petro, & Paulu tradidit. Reverso Rege Pippino Aistulphus dum venientem perrigit, diuīs iudicio subito perculpis interit. Et rufus. Legatus Romana Ecclesie Petrus, ab Adriano Pontifice ad gloriosum Regem Carolum venit postulans auxilium contra Desiderium Longobardorum Regem. Pius Rex Carolus usque Gennum va-

nit, divisusque ibi exercitus partem misit per Alpes Cottias, & per jura Gibenica, id est per montem quem Acolae Ceniam vocant, quae latera aperiunt in agros Taurinorum. Desiderat Rex tunc juxta Clasat, Longobardorum exercitum composuerat, sed imperium Francorum sustinere non valens Papam ipse Desiderat refugit. Et pius Rex Carolus post Desideratum, per aperas clausas veniens, civitatem ipsam obsedit. Et iterum. Pius Rex Carolus Romanum abiit, itaque reversus Papam cepit cum Rege Desiderio, uxaram, & Filium ejus, thesauroque illius sibi, suisque tulit, omnes Longobardos subegit, capiit civitatis, ac direptis universis Italia; ubi Ado Galus, & Viennensis, rem eximie narrat, veteris Historia omnia conformis. Hic adebat Magnum Chronicum Belgicum. Iste quoque Papa, cum Roma obdeteretur à Luitprando Rege Longobardorum, misit nuntio ad Carolum Martellum claves Confessoris S. Petri, & rem nostram fusa tradidit, & de Stephano ait. Itaque confirmato recipiendi civitates postulo Rex Pippinus Confessorum suorum Fulradum Abbatem Ecclesie S. Diocysii, & continuo ipse Rex cum suis in Franciam feliciter rediit. Et iterum. Anno Aistulphi quarto, Pippinus Rex rogatus Stephanum Papam descessit à Gallia, mox exercitus ingressus Italianum, Regem Aistulphum obdidit, qui viens fuds inuit, & scripto confirmavit, quod B. Apostoli Petro, & Sancto Papa Stephano, omnia se prædia, que contra ius & fas eripuerat, & sibi retinebatur restituturum, nec amplius Romanam Ecclesiam turbaturum. Et mox. Pippino domum redeente fuds rupit, & Romanum trium mensibus obdidit. Et postea. Anno Aistulphi sexto Pippinus Rex Italiam repetens, cum Papia inclinatu obdidit, seruum ad pacis fuds repetendum compelit, & Sancto Petro quidquid sarrupuit a restituunt, & Racionam, cum aliis plurimis Italiae urbibus B. Petro restituit, ubi licet loquatur de praedii, civitates enumerant plures petere Romanum. Hic Rhegino in Chronico. Stephanus Papa eodem anno in Franciam venit, solitum, & adiutorium querens pro iustitia S. Petri. Et postea. Pippinus ut per Apostolicam invitationem, Italiam ingressus est, iustitiam Petri Apostoli querens, Hajoistulphus Rex Longobardorum supradictam iustitiam contradicebat, Thermocephylas, id est clausuras Longobardorum petuit, & obviam Pippino Regi, ut Francis veniret, & commissi prælio Domino auxiliante, & B. Petro intercedente Pippium cum Franciæ vici exiit. Et post plures annos de Carolo narrat. Rex pervenit ad hymandom in Theodosii villa, ubi eum adiit missus Adriani Papa, nomine Petrus, invitans eum ut cum Franciæ, ut pro Dei amore, seu pro iustitia S. Petri acquirenda super Desideratum, & Longobardos veniret. Venit praefatus Legatus per mare usque in Massiliam, inde per terram usque ad Regem, & idem per mare venit, quia via clausa fuerant à Longobardis Romanis. Tunc Rex Fideles consuluit, struma

petitionibus Apostolicis ostensum preberent; omnibus hoc collaudantibus illas in portas profectis est, Genuamque civitatem venient Synodam tenet, & ibi exercitum divisum in duas partes. Ipse cum una parte, per montem Cybissum perierat, & misit Bernardum avunculum suum, reliqua parte per montem Yoxit. Conjunctionem autem se mercede exercitus ab clasat. Quodcumq[ue] cognovisset Desiderat, regi, & Franciæ eum armatis occurrerit. Tunc Rex estra posuit ad eisdem Clasat, & misit occulte uiau partem de electis viris per Montana. Hoc seniens Desiderat statim Clasat resi quisit, & quād citius potuit Papam ingressus est. Rex autem eam omnibus auxiliis Duanus, & intercedente B. Petro sine lesione, Italiam ingressus est, & cum ad Papam peruenisset Desideratum intrinsecus latitantem obfedit, ibique in suis castris celebravit Natalem Domini. Et rusus. Clavis de Cp. missa primò Dalmatiam, deinde Venetiis appulit. Cumq[ue] ibi hyemasset pari ejus ad Cumaciam insulam venit, commissaque prælio contra præsidium, quod in ea possumus erat, à civibus vici, atque fugati sunt. Dux autem qui clavi præcerat nomine Paulus, cum de pace inter Francos, & Grecos constitunda, quaslibet hoc eftis commissum, apud Pippinum Regem agere molivetur, Veillano, & Beato Venetiariam Ducibat omnes conatus ejus impediens, atque ipse etiam infidias paravit, cognita eorum fraude discessit; ubi Comacula insula stetit invicta, Venetiuarum etiam Du cibus tueribus.

Hic obruimur & numero, & mole testium, ubi Hermannus Contractus. Pippinus Longobardus in Italia, cum exercitu petit. Et de Carolo narrat. Carolus ab Adriano Papa invocatus Desideratum Regem in Papia obdidit, ubi Marianus Scottus. Heribertus Rex Longobardorum restituit ea, quæ ad ius Apostolice Sedis pertinebant, buncque donationem auctoriter Romam direxit. Et mox de Greco Princeps. Statuisse populus Romanus, ne heretici Imperatoris nomen, aut tributum solitus recipere, & de Pippino Italiam intravit, & belua contra Regem Longobardorum suscepit, quem paucorum diuinum ob fidem apud Ticinum compulsi, & obdidit dare, & erexit Romanis oppida restituente, atque castella, & ne redito non repeterentur. Sacramento fidem facere, & de Carolo. Et omnia a Longobardorum Regibus erexit tam Romanis, quād Adriano Papa restituit, ubi Sigebertus Gemblaeensis. Gregorius Papa quia Leos enim Imperatorem incorrigibilem videt Romanum, & Italiam, & Hesperiam totam ab ejus iure desire facit; & de Stephano. Aistulphus Longobardorum Rege, contra Romanos adebat exardeste, ne tributum exigeret ab uniusenquisque capite, Stephanus Papa ad expeditum Pipini Regis auxilium, cogitat in Franciam venire. Et mox. Pippinus Rex Italiaw aggreditur, exercitus Aistulphi, à Francie vincitur, Aistulphus pacem facere cum Romanis, ad uatum Frabcorum, compellit. Et

L.2.

An. 751. Et postea. Pippinus ut per Apostolicam invitationem, Italiam ingressus est, iustitiam Petri Apostoli querens.

An. 752. Hajoistulphus Rex Longobardorum supradictam iustitiam contradicebat, Thermocephylas, id est clausuras Longobardorum petuit, & obviam Pippino Regi, ut Francis veniret, & commissi prælio Domino auxiliante, & B. Petro intercedente Pippium cum Franciæ vici exiit. Et post plures annos de Carolo narrat. Rex pervenit ad hymandom in Theodosii villa, ubi eum adiit missus Adriani Papa, nomine Petrus, invitans eum ut cum Franciæ, ut pro Dei amore, seu pro iustitia S. Petri acquirenda super Desideratum, & Longobardos veniret. Venit praefatus Legatus per mare usque in Massiliam, inde per terram usque ad Regem, & idem per mare venit, quia via clausa fuerant à Longobardis Romanis. Tunc Rex Fideles consuluit, struma

An. 773. Adriani Papa, nomine Petrus, invitans eum ut cum Franciæ, ut pro Dei amore, seu pro iustitia S. Petri acquirenda super Desideratum, & Longobardos veniret. Venit praefatus Legatus per mare usque in Massiliam, inde per terram usque ad Regem, & idem per mare venit, quia via clausa fuerant à Longobardis Romanis. Tunc Rex Fideles consuluit, struma

Et rursus. Aistulphus Rex rupe pacis sedere Romanum obfides. Pippinus Rex Italiani reperit, eum Papia incolumis obfides, & inviun ad sedis pacis repectandam compellit, & S. Petru quoque fui juriis eritis refutari integrè fecit. Et idem de Carolo. Quidquid per multa tempora Longobardi Romanis abfiderunt, Carolus eis refutari, ubi Annales Fuldenes enarrant. Pippinus vero Italiani ingressus Aistulphum superatum, & Papia incolumis obfides, dare, & rei S. Petri reddere Sacra mento conſtrinxit. Et mox. Iterum Pippinus Italiam ingressus Aistulphum Papia incolumi sumi obfides, Rorrena cum Pentapolit reddere compellit, & per Folradum missum suum S. Petro Apofolos, & Stephano Papa Vico rivo ejus tradit. Et iterum. Carolus ab Adriano Poafifice pro defenſione rerum S. Petri invictus, cum exercitu ad Italiani venit. Et rursus de Pippino. Doworem Pippinus per auſteritatem Stephani Ramani Poafifici deposito, ac detenſo Rege Hildico, qui à baptiſmo olio noviue vocatus, est Daniel ex Praefecto Polaris rex conſtitutus est, & cum exercitu Fracorum, Italianam ingreditur, & recepit rebus S. Petri, recruxit est ad Sedem suam, ubi Historici & dicunt, & repetunt, ubi Chronicum Germanicum narrato adven tu. Iḡit̄ coetus Aistulphus recipit se Par piam, ubi obfessum, & ad desperationem ad dactum, coegit dare quadrigata obfides, ne unquam negotiorum facetas Romano Poafifici, seu Ecclesia, & ut omnia ablata Ecclesia reſtineret, & domum quod ab illo accepera Romana Ecclesia conſerueret, & de fecundo adventu narrat. Pontifex iterum ad Pippinum mitis rei indigentiam & perfidiam indicans, & exaggerans, Pippinus ſeſtimenter venit, maiore belti apparatu quād prius. Cefar mulieſtē tali contemptum illū, quod Po afice alieno anxio uteretur, mitisque ſtatiū exercitus in Italiani, prævenient Pippinum Caesaris exercitus. Chm venit Pippinus pe tunt ab eo Legatis nomine Caesaris, ut refutaret, Cefari, que bello acquisita Pontifex dederat, ignoramus ad Cefarem pertinet. Respondit Pippinus non ſuo nomine eſſe hac capta, aequi ſibi voluisse ferre, quod tamē ſacile poiuifet, ſe omnime Ecclesia bella illa fecisse, neque ſe unquam mutaturum, quod non temere fecerit. Hoc responſo accepto diſcedit Cefaris Cp. Legatis. Pippinus ſecondo cogit Aistulphum, ut ſatisfaciat Poafifici, & refutat, que ad Poafificem, & Eccleſiam ſpeciabat, bec que omnia facere coegit, dum preſens in Italia ſuī alibet, Pippinus, dareque coegit obfides quos voluit Poafifex. Et de Carolo quem Papa roget. Sed dñm hac per Legatos agit in Galliis mitis ad Defiderium Abbatem, cui in mandatis dedit, ut obfeteret Defiderium ba militate, ut a propoſito defifat, urbes Eccleſie armis ereptas refutaret, nempe ni fallor. Fauentiam, Ferrariam, Comacium, Raven nam, Urbiam, Engabium, Senogalliam, Blesam, Ocriulum. Haec perit Papa non quod ſperaret oliquid à Defiderio, ſed ut negligē-

torem eum reddat, perſuadeotque ſibi nullus ahud queri mediant à Poafifice, & concludit. Quidquid Pippinus donorum, & præiugio rum conuleret, in Sedem Poafificum Roma vront, id omnes Filii ejus Carolus, non modò ratum habet, ſed multipliſter liberolifimè angit: ubi Chronicum Eccleſia Amelenis, de Pipino (Longobardos devicit) ubi Martinus Polonus de Aistulpho. Tufium occupante, & Vallem Spoletoam. Tunc in Po atrium Romanum Pippinus eſt electus, & Aiflpho Rege Longobardorum manu forte op preſto refutari urbis S. Petri, Pippinus in Franciō eſt reverſus; & in Adriano. Quidquid erat Longobardi Romanis a retroſis temporibus abfiderunt totum refutavit. Et de Carolo. Veniens Romanum reddidit omnia, que Pater ejus Pippinus dederat, B. Petro, adjuncta quoque ei Ducatu Spoleto, & Beneventano, & ob hoc ipſe Poatratus Roma eſt electus. Et rursus. Qui vixit Romanum con firmitate omnia, que Pater ejus dederat B. Petro Apofolito, adjuncto ei Ducatu Spoleto, & Beneventano, & ob rogatorum Romaaorum ſollet eſt Imperator, ubi Historicus bis repetit Ducatum, & Giannonis urbem, adeò eſt Historicus de ſuo, adjuncto Ducatu non adjuncto Ducatu. Adeò ſunt numerosi Historici, ex omnibus nationibus collecti, & ſuatum etatum peritissimi.

Rurus in historiis Gallie de Beneventano Ducatu Hermannus. Arigis nomine, ar. L.4. miſione Caroli perturbatius relatio Benevento Saternum urbem muris tamam, atque munitifimam configit, filiumque interim ſuum natu minarem Grimoaldum nomine, ad Carolum misit, qui ſe illius diſtioni ſubiectus. Illa Duciſ deditis Christianissimam Regem aliquatenus mitigavit, non ita tamen, quin Beneventum & poifum Ducatus portem ipſi erexitam Sedi Apofolica Dono doret. Recepit itaque ad fidem Socramentum Beneventanum, & Arigis Dacit. obſidibus duodeciuo, cum Grimoaldo Filio Romani reddit Pascha cum Poafifice Ma ximo celebratur, & mox narrat Beneventanos conatos jugum excutere. Quia de re certum fecit Carolus Magnum Hadrianius, ut eos missio exercitu in officio contineat, ubi vi des Benevento Papam Donatum, & Papam rogaſte a Carolo auxilium.

Etiā Poetæ canunt vel nominati. (Greci diſimulant, nec ſus regna juvant.) Nunc Defiderio Stephanus dat Papa ſuorem, iurat & ille ſibi non ecedere propris baroem, quem ſuper Italico Papa tevere ſollet, & ad Carolum Papa ſcribit. Ut ſuini Eccleſia virtute ſuo tueretur, atque Pippini commemoſantur ibi. Obfides egregiam modò Rex cum Rege Papiam, & jubet, ut gladiis Fracorum ſubditat ſit. Reddat & Eccleſia que male capti tenuerit. Et Anonymus antiquus, orate devotè fuit. Ut defendere velle Eccleſiam Petri ſumimus qui elaviger ante, illi Caleſis dare præmia maxima posſet.

Audiamus rurus Historicos numerosos, eo plus divites quo plus referas. Audiamus

Anastasium Bibliothecarium in Stephano testo. Eadem *Apostolo*, & ejus Vicario *Sanctissimo Pape*, atque omnibus ejus Successoribus Pontificibus perenniter possidentis, atque disponenderas tradidit, id est Ravennam, Ariminum, Pisorum, atque Fanum, Cesuvum, Senigalliam, Asinum, Forum Pompeii cum Castro Subtili, Montem Feretrum, Acceram, Montem Luccori, Terram Castelli, S. Marien, Bobium, Urbinum, Callinum, Lucale, Argubium, Comitum nec non Cretatem Noriensem. *Imò* potente Imperatore, id aëtum strixa. At nequaquam firmissimum Christianissimi, atque benignissimi Fideli Dei, & amatoris B. Petri *Apostoli* Pippini Francorum Regis inclinare cor, Sec. ut easdem civitates à potestate B. Petri, & iure Ecclesiae Romanae, vel Pontificis Apostolice. Sedis quoniammodo alienari, affirmans etiam sub iuramento, quod per nullius Hominis favorem se certaminis scipio desiderat, sed pro amore B. Petri, & venia debitorum, afferens & hoc quod nulla ei thesauri copia suadere valeret, ut quod semel B. Petro oblitus, auferret, & hic alterit donationem complexam, Picenum, Flaminianum & Ämilianum, ubi Parma sunt & Placentia. Audimus Leonem Hostiensem. (Fecit inclitus Rex Pippinus cum Filii suis concessionem B. Petro, ejusque Vicario de civitatibus Italie, ac territoriis per designatos fines. A' Luni cum insula Corsica, inde in Suranum, in Montem Bardonem, Vercetam, Parmam, Rhegium, Mantuanum, & Montem Silicis, simulque universum Exarchatum Ravennae, sicut antiquitus fuit, cum Provinciis Venetiarum, & Istriae, cunctumque Ducatum Spoletinum. & Beneventanum, ubi non urbem ut vult Gannonus, sed Beneventanum Ducatum donavit, & Anastasius non solum ea describit, sed longè amplius extendit, sic & Ciacconius non suis verbis, sed mutuans verba ex Sigenio; Carolus Magnus addidit hæc. Corseam, Sardiniam, Siciliam, Territorium Sahinense, Ducatum Spoletanum, Tuscumque Longobardorum, utram cum censu, qui quot annis pro his Duestatibus Regi Longobardorum solvebatur. Ea multa & penè omnia enumerat. Stephanus sextus in epistola, qua orat à Gallia præsidium, ideoque optimè sic re debere, nec falsitatem Sanctus scriptisset, nec Desiderius id in iustè se possidere affirmasset, & saltē Stephanum mendacii arguit, & Ado in Chronico. *Insuper Pippinus Rex Ravennam, totangue Penitopolim, Apostolis Petro, & Paulo tradidit, eadem scribit Auctor vita Stephani, & vita Pippi.*

*Extra dubium ales rem ponunt Imperatores, qui privilegium hoc firmant, sic Ludovicus Pius in conventu Aquisgranii, sic Leo Hostiensis libro primo de Ludovico. Hie postulam confirmationis, & confirmationis fecit, B. Petro *Apostolo*, ejusque Vicario Domino Paschalib[us], parentes nos Pippinum & Carolum spicantes, manuque sua, ac Filiorum suorum*

*subscriptione corroborans, decem Episcopos, olio Abbatibus, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Mansionarium, & Ostiarium unum subscribere fecit, & per Legatum S. Romanae Ecclesie Theodorum Nomenclatore Domino Paschali Pape transmisit. Rem evidenter demonstrant, Romanorum Pontificum epistles, ut Stephani primi à Regione recitata, & in Conciliis Gallie, & tomo Generalium Synodorum inclusa, qua contra Aistulphum moveret Pippinum, hec Zacharia epistola prima, qua moveret de Beneventanis, sic Pauli primi gratias agentis; at foliæ sufficiunt Adriani numerosis. Extat illistris in septima Synodo, data Constantino & Irene. Sicut *Filia*, & *Spiritualis Computer* noster D. Carolus Rex Francorum, & Longobardorum, & Patrius Romanorum nostros obtempore moniti, atque adimplenti in omnibus voluntates omnes Hesperie, Occidinaque partis, barbaras nationes sub suis profligentes perdidit omnipotentiam illarum dominans, & suo subiectis regno adunavit, unde per sua laboriosa certaminia eidem Dei Apostoli Ecclesie, ob nimium amorem plura dona perperduit oblitus possidentas tam provincias, quam civitates, seu castra, & cetera territoria, imò & patrimonia, & mox. Eadem *Apostolo* restituit, ut haec scribent Adrianus Gracis, & ita certus ac se vivere de sebus, quas possidebat, de Carolo quem viderat praesentem, & extat epistola ad Carolum, adversus Ravennatem Episcopum, ut nempe Ravennam 3. 5. 14. reddat Romano Pontifici, nec velut libri do- 17. 22. 24 instam retineat, qua etiam epistola ponitur in Codice Carolino, adeò citantur & epistles iste ab Auctoribus, ut certa ubiquique sint omnino. Et Adrianus numerosas epistles scribit, de hac una tantum materia, qua librum integrum componerent, & scribit Regibus, & Ecumenicis Conciliis, & adjunctione Pauli epistolia numerosis sem non tantum certam, sed & omnibus evidentem demonstrant.*

## C A P U T II.

*Expedientur rationes in contrarium.*

**V**eh illis inquit Prophetæ, qui dicunt bonum malum, ubi laudatissima Do-  
natio accusatur; & iniqua à quibusdam tra-  
ducitur; at laudatissimi Principes sunt do-  
nantes, Carolus Magnus, & Sanctus, Lu-  
dovicus pius, & pii alii firmarunt, Sanctissimi  
exitere Papæ acceptantes, Stephanus,  
Adrianus, & Leo, Sanctissimi qui perseverarunt  
in ea, Sanctissimi qui approbarunt  
Anselmus, Ivo, Bernardus, id satis sunt  
Reges se agere, ob salutem & criminum in-  
dulgentiam, & Deus ipse ex Historicis, mi-  
raculis confirmavit, in victoriis Pippini, &  
Caroli Magni, denique nec Jacobus Rex  
audet reprehendere; quod pessimè agunt Cat-  
holici aliqui, & Aistulphus non restituens  
divino iudicio est punitus.

Aliqui \*

Aliqui velut Sceptici de omnibus dubitantes, in dubium vocant, ex quod Adrianius, utatur ficta donatione Constantini, vel duhia, at quamplurimi Pontifices, eum non citant, sed certissimis motivis innituntur, & Gregorius Septimus ardentissimus. L.903 De ordinatione vero Ecclesiarum, & de terris vel censu, que Constantinus Imperator, vel Carolus, S. Petro dedecernit, ubi unisalem certior conficit, sicut & Adrianus de re certissima scribens.

Rursus alii clamant in justam, quod abreptæ sint urbes ab Imperatore, eas legitimè possidentis, at abreptæ sunt ob hercūm, & rationem ineluctabilem fert Pippinus, quod Ecclesia Romana donaret, & quidem justissimo titulo, cum iure belli vel ipse, possit licet possidere, at retinere non posse, cum nomine Ecclesia recipisset, nec injuriā S. Petro vellet inferre. Adeò justè donare poterat, quod iure belli suum erat. Iterum resurunt alii eas urbes, ab aliis Principib⁹ possellas, at hoc evinceret nec ultimus Pene temporibus, Papam temporalium dominio usum, cum fuerint urbes ob aliis possellas, quas Julius secundus Ecclesia restituīt, & evinceret Aistulphum Dominum, eo quod terras illas possideret, cum tamen male raptae judicaret omnes. Rursus Moderni Hostes scribentes, pro Parma, & Placentia ut ajunt à Romano Papa usurpatis, fictas dicunt Imperatorum donationes, at si fictae sunt oportuit decipi totum Orbem, omnes Historicos & populos, oportuit vel sensua omnes falli, cum Papæ viderent, & urbes caperent, cum Imperatores ipsi tenendas largirentur, at Enningius Harnissaus de subjectione, & exemptione Cleri, quavis J. C. Lutheranus sit. Constat Paschalii à Ludovico concessam Romanam civitatem cum Dueatu suo, & viculis omnibus & territoriis, ita vis cogit veritatis, & evidenter qua fatur constat. Et hic constat maxima evidētia, dum vel oculis invidis constat, nos optimam dominii nescire Originem, cùm tamen à nullo exigatur iustus, ut Originem alti Domini exquirat, præsertim ubi immemorabilis est præscriptio; & isti nituntur fundamento ita ruinoso, Imperatorem Dominum esse totius Orbis, ut neque Catholicos, nec Hæretici admittant, & nemo ex aliis nationibus, & innumeri ex ipsa natione Germani; Adeò & ab exteris, & à suis defruntur.

Exstat volumen integrum Muratoris, ubi vult Carolum sibi retinuisse Imperium, & ad posteros suos testamento remisisse, at Justus Fontaninus ita edocetē confutavit, ut nihil amplius ipsi reponuerit; at nil est contrarium magis veritati, ubi Imperatores donarunt, & quidem plures, & alii Donationem firmarunt, at nunquam auditum est, apud aliquem, donationem esse rei retentionem, ubi Pippinus exp̄r̄sū fateretur, se posse retinere & nolle, se agere nomine Ecclesiæ non suo, se largiri ob criminum indulgentiam,

se restituere à Longobardis male creptum, ubi Historici docent S. Petrum, donasse viatorias Pippino, & castigasse morte Aistulphum, ex quod res Papa rapuerit, & urbes, ubi Pippinus certè donans, non erat Imperator, nec vel ab uno dicitur Dominus Romanæ, ubi Author ille probans pro Comaclo, probaret de omnibus profus civitatibus, titulo eodem Successionis, quod nec ipse contra evidentiam intandit; ubi Historici rotundis verbis, Papa, atque omnibus ejus Successoribus Pontificibus perenniter possidendas, atque disponendas tradidit, an possidere, & disponere non indicaret Dominum? ubi Historici clamant jus Petri, & Papa, ubi sapientia nominatur iustitia S. Petri, ubi Carolus Donationem auxit, & pro defensione S. Petri pugnavit, non ergo sibi retinuit vel ante possessa à Pontificibus, nec pro acquisitione novi dominii; ubi Leo tertius in epistola ad Angibertum Abbatem, concedere se ait, eo gratias. In presentia gloriosi Mabili. fini, atque excellentissimi Filii nostri Carolo, tom. 2. quem Autore Deo in defensionem, & proventum Sancta universalis Ecclesia in Angustum hodie Sacratissim⁹, & extat apud Sigonium, & Bernardum juramentum, extractum ex ordine Romano vetustissimo, cujus meminit Alcuinus Caroli Domesticus, ubi extat & Caroli testamentum. Apud Duchen. Et hac divisio tali modo fiat, us ab ingressa Italie per Angustum civitatem, accipiat Carolus Eborejam, Vercellias, Papiam &c. Usque ad terminos S. Petri, tom. 3. ubi erat Parma, & Placentia, & testamen- pag. 307. to Carolinum; etiam à Melchiore Goldaflo, Papa ejusque iurisdictionis hoste in pag. 145. constitutionibus Imperialibus promulgatur, ubi etiam Germani Doctores concordant, ut Pusteridorius de Origine Imperii Germanici. Imperium autem illud Romanum in Att. 14. Carolum, & Ottoneum collocatum, quod nibil aliud quād adlocutionem, sive protectionem Seddit Romana notare videatur successio temporis Regno Germanorum nomen suum adscrivit, ubi & Natalis Alexander, Papæ parum æquus seculo nono. In hac Ecclesiam tuendi officio maximè posita est Imperatoris dignitas, cui supra ceteros Principes Christianos, honoris primatus adnexus est, ubi vides dominium totius Italie, longè minus totius orbis constitutum, ut vel contra Germanos D. G. imo, & totius orbis aliqui scribunt. Uno verbo consulunt omnes Donationes, post Carolum sapientia firmatas, & videbunt auctas non diminutas, ideoque usurpationes aliquas titulō Imperatoris factas, necesse est dicere Protectoris, & Advocati nomine prætentus.

Exstat impugnatio hujus Domini, apud Nifanum de Religione Caroli Magni, quem Nicolaus Scathen S. J. & in hoc & in aliis egregie confutavit, ubi Papæ & Papatus defensorem, non patitur in perdidum Hostem mutari. Vult ergo Holtis ille impugnator, & temporalis & spiritualis Domini, hanc Donationem, à solo Anastasio Bibliotheano, Roma-

Romanz Ecclesie mancipio nominari, at præter Anastasium innumerous retulimus; & variis referre possemus. Refrire possemus Joannem Octavum, decreto apud Holsteinum recentito. Item *Apostolica Authoritate* precipimus, & fancimus, ut modè, & deinceps, nullus cuiuslibet genitii vel ordinis Homo, monasteria, certe, massas, & Salas, eam per Ravennam, & Pentapolim, & Æmiliam, quād per Tusciam, & omne territorium S. Petri constitutis anabemba sit, ubi & patrimonium S. Petri memorat, & res constitutas per Ravennam, Pentapolim, Æmiliam. Referre possemus constitutionem Lotharii.

*An 814. Confessio eius ut omnes, qui sub speciali defensione Domini Apostolici seu nostra fuerint suscepiti imperato inviolabiliter utantur defensione. Et ibi ponit peccatum mortis. Nam & hoc decernimus ut Domino Apostolico in omnibus iusta servetur obedientia, seu Dacibus & Indicibus suis, vel iustitiam faciendam. Et iterum. Volumus etiam ut missi confidantur à Domino Apostolico, & dō nobis, qui annuntiam nobis reuidentur, qualiter suoguli Duxes, & Judices iustitiam populo faciant, & quoniamodo nostra constituta servetur; ubi vides Lotharii constitutionem, Duxes & Papa Judices referre, & de Lothario non solus Anastasius, sed Breuerius in annalibus memorat. Referre possumus Othonis privilegium, cuius autographum in Castello S. Angeli, extat, cum subscriptionibus integrum, & Sirmordus integrum promulgavit, & refert Volaterranus in *Geographia*, Baroniūs in suis annalibus, Leo Ostiensis commemorat, Auctor Chronicorum Reichenborghensis, Sigoniūs libro septimo in Othono Magno, & alii plures, non unus tanècum Anastasius. Referre possumus Originem à Pipino, de quo Leo Ostiensis in Cassinensi Historia. *Eam donationem maxu proprio, & Filiorum plurimumque Iudicium, & Optimatum subscriptione robareris, demum idem Rex und cum Romano Pontifice in Italiam venient Ravennam & alias viginti civitates eidem Aistulpho memorato sublata Apostolica Sedi restituit, ubi & Rex & Filii, & Optimates, & Abbates quamplurimi subscripti. Referre possemus epistolam Hadriani, ad Constantinum ipsum & Irenem, de Caroli Magni Donationibus, & crat ea parum illis Principib⁹ grata, & loquebatur de re omnino recenti. Plura alia referre possemus, at Nisanus, & Confingius ultro concedunt. Pipinum restituere eas urbes Pontichei, at deceptum ea ristione, quod Constantinus donaverit, & editio Constantini deceptus, at Papæ non sola ea donatione fuit contenti, unde Gregorius feminus in formula juramenti, quam prescripsi Henrico quarto ait. *De ordinatione vero Ecclesiastum, & de terris vel censu, que Constantinus Imperator, vel Carolus Sua filio Petro donarunt, ubi & unum & alterum conjungit, nec utitur conjunctiva particula, sed disjungit unum certum significans, at Pipinus, & Crotolas in donatione, nullam Cor-***

stantiniani editi, vel minimis egere mentionem, & sepè commemorant S. Petrum; cui se donare urbes profitentur; & Deus ipse miraculis, tantum dolum non fit, & Graeci Principes detexissent, & Principes numerosi, & Sancti, donationem revocassent, non stabilissent; sicut egit Carolus Magnus Sanctissimus, Ludovicus verè pius, ut ultra caput Ego Ludovicus, narrant Leo Ostiensis libro primo, Volaterranus libro tertio *dis. Geographia*, Sigoniūs libro quarto de re *C. 18. gno Italiæ*. Sic Vido ex iisdem, sic Otho, & alii.

Illiud movit Laurentium Vallam, ad ne-gandum jus donationis, & ipsius enormitas & prodigiosa prodigalitas, at Homini in prophanis versato, occurrere poterat quæ Artoxerxes, Alexsander, Pompejus, & Caesar, Antonius, & Cleopatra, vel Regibus, vel Ducibus, & privatis, maxima donarint Hominibus. Certe Augustus, ut vel obseruat Baronius, multas donavit Senatus Provincias, quas Dio fuisse enumerat, & Carolus Magnus vel restituit, vel erectas ob hærem à Principib⁹ Orientis, piissima liberalitate donavit, quod & piissimi Principes affirmant, se retinere posse iure bellī, idoneaque & longi melius posse S. Petro, & successoribus elargiri, quod & alii Catholicī Principes effecere, uno verbo à quo cuncta acceptimus, multa possumus largè donare. Et hos Reges, & Mathildem, multa donantem commendat Sigoniūs. Non solum egregie *An 814.* potestate, ac Religione omnium sui, & superiorum seculorum multorum, prestatissima Matildis; & Leo Ostiensis Pipinum exaltat. *Fecit inclitus Rex Pipinus, cum Filiis suis concessionem B. Petro, ejusque Vicario de civitatis Italie, ac Territorii per designatos fines. & Luius cum Insula Corsica, inde in Suranam in Montene Bardonev, Vercetam, Faviani, Reginam, Mautuan, & Montem Silicis, similique universam Exarchatum Ravennam, sicut antiquitus fuit, cum Provincia Venetiorum, & Istria confluente Ducatum Spoletanum, ac Beneventanum; quæ Jatiūs numerant in Stephano tertio Anastasius, & in Aistulpho Sigoniūs libro tertio; ubi inclitus est Rex Pippinus eas donans; extat & Othonis iuramentum, quo promittit reditum se Papæ. Quidquid de terra S. Petri ad suam postulatam venerit; adeò juratur de re justa & licita. Et Carolus verè Magnus, & Ludovicus Pius in suis testamentis confirmant, & passim justitiam vocantur Sancti Petri.*

Vellent aliqui exemplis Donationis Caroli Magni, at erat in mille Auctoriis, & satis est confirmation illius Donationis, à Ludovico Pio perfacta, quæ extat apud Christianum, & de ea Natalis Alexander seculo nono in Ludovicō. *Donationes Apostolicae Sedis, at am & Patre factas confirmavit, anxiisque urbe, ac Duxa Romano, nec non Incolis Corsica, & Sardinia, ut ex diplomate Donationis posset ad Paschalem, Papam transmisso*

*L. 1. & 8. L. 1. & 7. L. 1. & 7. L. 1. & 7.*

*An 753. L. 9. ep. 3.*

*Ep. 3.*

*Misit anno 817. Et alibi testem docuit Eginohardum in vita Caroli. Nec ille sato Regul sui tempore quidquam duxit antiquum, quam ut urbs Roma, sua opera, suoque labore veteri palleres autoritate. Et in testamento consistit piissimi Regis. Super omnia jubemus, ut ipsi tres Fratres carorum, & Defensionem Ecclesie S. Petri simul suscipiant, sicut quondam ab ovo nostro Carolo, & Beata memoria genitore Pippino Rege, & à nobis postea suscepimus, ut eam cum Dei adjutorio ab Hostiis defendere nitorint, & iustitiam suam quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulaverit habere faciant, ubi jubet ut ab Hostiis defendant. Sic Ludovicus Pius cum regni suis portiones Pippino, Ludovico, & Carolo Filii suis attribuit, candem Ecclesie Romanas defensionem imperavit. Super omnia jubemus, arque pricipimus, ut ipsi tres Fratres carorum, & defensionem Ecclesie S. Petri simul suscipiant, sicut quondam à Provoce nostro Carolo, & ovo nostro Pippino, & Beata memoria genitore nostro Carolo Imperatore, & à nobis postea suscepimus, ut eam cum Dei adjutorio ab Hostiis defendere nitorint, & iustitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulaverit habere fecimus. Iterum Ludovicus Pius, ut*

*Astronomus in ejus vita testatur. Misit Legatos ad Lotharium, quem ante octo annos Italiz praefocerat. Monens ut maior esset, quia quando ei regnum Italiae donavit, etiam cararam S. Romanae Ecclesie simul commisit, quam ob Adversarios, defendendam suscepere. Id Lotharius Augustus effecit, monens, et Papa Romani obdiren, & diversa edidit capitularia, inter quae nouum his verbis concipiuntur. Nosissimum pricipimus, & knowemus, ut omnis haec sit Dei gratium, & nostram habere desideras, ita prefites in omnibus obedientiam, arque reverentiam Romanu Pontifici. Ita tot Reges, & Imperatores publicis instrumentis testantur, quo nul autenticum magis in Laico Principatu, quod & successores ipsorum effecerunt, & Ludovicus Pius in conventu Aquiugranensi confirmat, adeo Laici, & Praesules id commendarunt, & quod plus est scribit Signorius in Henrico. (Privilegia civitatibus, Ecclesiisque renovare aggressus, in primis beneficia, & jura, à Pippino, Carolo, Ottone Patre, ac Filio Ecclesie Romanæ quondam concessa, prescriptis mille pene sureorum.) Etiam Papa pacem fecit cum Greco, & hoc narrant Theophanes in Oriente, & Chronicum Reis-*

pergente in Occidente. In Basilica S. Petri eundem pauci seu fuderis libellum, à Leone Papa suscepserunt, unde Imperator Constantinus Porphyrogenitus, scribens decimo seculo in thematibus. (Roma regium depositum L. 2. t. 2. Principatum, & proprium administratum, ac jurisdictionem obtinuit, eique proprie, ac legitimè dominatus, qui suo tempore Papa est,) ubi affirmant vel in re fideli noxia schismatis, quod negant cum Giannone Catholici, & plura egerunt Papas, cum Imperatores sua jura praterenderent, scribentes sapientia Francorum Regibus, imo & Urseolo Venetiarum Duci, unde cognovere Veneti, cognovere Galli, cognovit Orients, cognovit Occidens, noverunt & hostes ipsi, apud Theophanem, & Anastasiom & alios, jurantes se Civitates restitueros, & lapides ipsi clamant, cum apud Papyrium Massonium, extet fragmentum cuiusdam Lapidis; ubi leguntur haec verba. *Pipinus pietis Primus amplificando Ecclesie viam aperauit, & exarabam Ravennam cum amplissimis.*

Inoumeri citari adhuc possent, & Historici, & Doctores, Ivo, S. Anselmus, S. Bernardus. Hincmarus Rhemensis, Lambertus Schnarnahurgensis, Theganus de Ludojico, Pio, S. Anselmus, Probas Aemilius, Regino, & alii qui libros implerent; nec negare potuerunt Haretici, etiam Dominii temporalis Hostes, nec Wicelip in Concilio Constantini, affirmans Constantinum ditisce Ecclesiam, sed male egisse, at inoumeri sunt Sancti panegirista. Hac pauca paucorum dixisse sufficiat, cum extent integri libri, P. Joannis Morini liber Gallicè scriptus, Historia de la Deuillivra de l' Eglise Christiane par l' Empereur Constanti, extat & Vita Comitis Mathildis de qua Signorius libro decimo. Non solùm egregia Pietate, ac Religione omnium fai, & superiorum scularum melioribus præstantissima Matildes, extant & libri integri de Conacio, qui tamen non sunt utiles, ob Principum Nostrorum iustitiam, & pietatem. Excat Macea de Donatione Constantini. Extant duo tomi integri D. Justi Fontanini, alter de Donatione Caroli Magni, seu Defensione Domini Pontificis, Alter de Dominio temporali in Ducatu Parmæ, & Placentia, contra quem scriptit Germanus quidam, ejus suppresso nomine, sed vice detrahendi pretium ejus auxilis.



# LIBER QUARTUS

*De Potestate Papæ circa ea, quæ sunt juris natura-  
lis, Divini, & humani.*

Immensa foret hæc seges, ex ea aliqua non  
modica colligemus.

## P A R S P R I M A.

*De Potestate Papæ in jus Naturale, Divinum, & humanum.*

**H**EC EX quinque divisionibus distinguitur; Alia est lex æterna, qua ex Augustino de libero arbitrio, justum est omnia esse Ordinatissima, estque ratio Divinæ Sapientiæ, motuum omnium directiva, juxta propriam rei natu-ram, ubi libera liberè movet, necessaria necessariò, & ab extrinseco, ut dirigitur à Jaculante sagitta, quod sapientissimè Sapiens ex-posuit. *Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini.* Alia naturalis est de qua infra, alia divina à Deo liberè promulgante, qualis est vetus, & novum testamentum, alia humana ab Homine.

### C A P U T I.

*De potestate Papæ circa jus naturale,  
& Divinum.*



Heb. 6.  
2. Tim. 2.  
1. Jo. 2.  
Ecclesiastis est necessitas illa, qua Deus malus esse non potest, & Omnipotens necessariae legi subjic-tetur. Eam necessitatem commendat Apostolus. In quo abundanter volens Deus ostendere pollicita-tionis baredibus, immobilitatem confitit sibi, interpositus iuris iurandum, ut per duas res im-mobiles, quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum solutionis babcremus, ubi sunt duas res in Deo immobiles, & impossibile est mentiri Deum. Et alibi negare se ipsum non potest, & Joannes haustit è finu Christi ra-tionem. Quoniam omne mendacium ex veritate non est. Novit Deus se summam Veri-tatem, idèque mentiri non potest, novit se ipsum summum bonum, idèque necessariò amandum, & odium ipsius necessariò malum. Novit se summam Majestatem, idèque necessariò colendum, quod & Paganos Tertullianus edocuit; Venerem, & Martem irridentes, & in theatris Vinculis irretitos.

*Et hoc evidenter, & plaudenter vobis.* Novit scilicet Deus summam Sanctitudinem, ideoque necessariò scelerata prohibet, nec Dii esse possunt adulter Juppiter, fur Mercurius, feda Venus, nec possunt esse religiosa de-licta.

Illud ergo est ius naturale, quod nostra L. 1. s. omnia animabila docuit, juxta instinctum in dñis. Brutis, juxta rationem in Hominibus, ut iure conservare se ipsum, declinare noctura, vim vi repellere, educare prolem. Idem est ius gentium ex Iesu, quod ex instinctu naturæ gentes sibi quaque constituant. Ex hoc iure introducta sunt bella, seditione occupatio, capirioris, Legatorum non violandrum Religio, & Digestis de Leibis deciditur. Ex hoc iure gentium introducta sunt bella, dis-cretæ gentes, regna condita, dominia distri-cta, agris termini impositi, adiuvia collecta omnes pœnit obligaciones instituta. Vides ergo Religionem naturalem, quod & Apostolus scribit Romanis. Invisibilis enim ipsius à L. 1. creatura mundi, per ea quæ facta sunt intelle-ctu conspiciuntur, sempiterna quoque ejus Di- C. viintus, id ut sunt inexcusabiles, quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, ubi Deum naturaliter notum glori-ficare omnes Homines debuerant, quod & integro libro Tertullianus, de testimonio anime

D. 1. t.  
c. 1.

anime convicet, ubi anima naturaliter edo-  
cta, absque ullo Hominis Magisterio, Deum  
invocat, Deum laudat, Deum precatur, per  
Deum iurat. Hoc docet & Cicero in quo-  
stionibus Tusculanis. *Nulla est gens tam ef-  
fusa, nemo Hominum tam immanis, cuius  
mensem non intinerit Deorum opinio.* Vides  
bellum ius esse naturae, quippe necessarium  
ut pax habeatur, & Deus ipse perficiat; Sie  
naturalis est Pietas, erga Parentes, & pa-  
triā, à quibus nascimur, & cui nascimur,  
sic contractus penè omnes, quos natura, &  
necessitas invenire, exceptis, quatuor civili-  
bus, stipulatione, Emphyteusi, literarum obli-  
gatione, & sponsalitiae largitate; denique  
naturalis est obligatio ad pnam, ultrè di-  
stante natura, supplicium ponam esse de-  
lictū.

Hoc ius nec Deus potest dispensare, ion-  
gè minus potest Papa, qui tantum dicit à  
Deo, quantum à Creatore ipsius opus, nec  
homo Deo major esse valet, & si filius Deus  
liberè tollit, qua tantum liberè posuit, lex  
necessaria fortius hominem ligabit. Hac ipsa  
Deus non potest, & Patres cum Ambroso  
de Symbolo docent. *Quid non posset omnī-  
potens, nec fallere, nec falli,* quippe essentia  
renom mutari nequeunt, & blasphemia,  
odium Dei, & mendacium, sunt ex natura  
sua peccatum. Nec obstat Veteres aliqua  
docuisse Deum, cum Jacob in mendacio dis-  
pensasse, quippe mutavi in eo materiam  
reddendo de minore Majorem. Major ser-  
viet minori, neque obstant Scholastici aliquā  
docente, Sanctum esse quidquid Deus vult,  
quippe ita possit Deus negare se ipsum, pos-  
set non stare promissis, possit esse perjurus,  
& mōdū ea sententia est propositio, ab Ale-  
xandro Septimo damnata. Volunt quidem  
Gen. 25. Scotisti Deum, dispensare posse in prece-  
ptis, quia proximum solum respicione, at  
non minus Deus necessarius est verax, quām  
sit necessarius Dominus, & rerum omnium &  
corporum, ideoque lex huc necessaria est  
non libera. Nec dispensavit, cùm Abraham,  
Sampson, aut Appollonia in homicidio, nec  
eum Osea in fornicatione, nec eum Israeliti  
in furto; sed mutavit tantum materiam,  
cùm dispensatio sit actus iurisficationis,  
non ipsa motatio materiæ, cùm possit insi-  
erior, vel in furto, ipsam mutare materiam,  
si de invito fiat volens, in amici, vel alii fur-  
to, ita nec Abraham, nec Sampson, nec  
Appollonia fuere homicide, cùm se occide-  
rint suggestente Domino, nec Hebrei fures,  
cùm Dominum, trahterent in ipsos primus  
Dominus, nec Osea est fornicator, cùm do-  
minum corporum Deus ei dederit, quamvis  
Augustinus, Hieronymus, & alii credant,  
Osea desponsasse olim fornicariam, que  
desit talis esse cùm nupluit.

Videntur aliqua causa nostra contraria,  
ut servitus, ubi quisque nascitur liber, at  
ius naturale dicit, hominem melius servari  
quam Occidi, servi etenim à servando di-  
cuntur, & contra tabellarius publicus, servus

dicitur à serviendo, sic Deus ipse servos ap-  
probat, & in veteri, & in nova lege, in ve-  
teri servi gentium sunt perpetui. Servus, & L. II. 25.  
ancilla sunt vobis de nationibus, qua in circui-  
ta vestro sunt, & in nova Petrus epistola prima  
1 Pet. 25. *Servi subditi estate in omni timore Do-  
minis;* non tantum bonis, sed etiam discolis,  
bac est enim gratia, si propter Dei conser-  
vatiōnēs quis, cristiatis patiens iniuste, &  
Paulus à Petro indivisius; in epistola prima  
ad Corinthios. *Vauqñique in ea vocazione,* C. 7.  
qua vocatus est permaneat, seruant vocatos es,  
non sit tibi cura, denique Sanctissimi habue-  
re servos, ut Abraham, & alii Patriarchæ.  
Videntur obstat cause nostræ etiam divisio  
dominorum, ubi naturale illud est ius, quod  
cumque calceaverit pestu tuum erit, at  
ubi omnes sunt Domini, nullus est fundi  
Dominus; metere omnia volunt, nemo ser-  
vere, & natura dicit curam alicui committen-  
dam. Videntur obstat prescriptio, ubi quia  
aliena dicitur iactura, at ius naturale dicit,  
domina rerum certa statuenda, hocem lictibus  
imponendum commune bonum prævaleat  
privato, & Dominorum negligientiam pu-  
niendam, & iura ex causa transferre Domi-  
nian. Nec vera est aliquorum sententia, id  
in foro tantum externo valere, quippe Sici-  
lie Episcopis scribit Gelasius. *Illi annelli  
placuit, ut si sanctitatem Ecclesie, nec non & Ep. 10.  
decies, que ab aliquibus possidentur Episco-  
pis, jure sibi vendicant, quod triennialis lex  
conclusit, quia & Filiorum nostrorum Princi-  
pium ita emanavit & Ancoritas, ut ultra trigin-  
tay annos nulli licet pro eo appellare, quod le-  
gem tempus excelsit. Et Ecclesia in decretis,  
& decretalibus, eam semper legem firmavit,  
imò hanc à Sanctis Patriibus derivat. Nec  
obstat introductam præscriptionem. *Saluus  
proper vitandum miseratione segnitum, nam  
immediatè subditur, & longi temporis erro-  
rem, & confusione, & introductam ob cer-  
tidimum dominiorum evinit hic glossa ex  
digestedi, & Instituti, quod & alii legibus  
firmare poterat. An autem finita præscri-  
ptione possit possideri, quod securum alienum,  
negare videntur Augustinus, & Raymundus,  
quorum primus de fide, & operibus scribit.  
In iure prædiorum tandem quisque, bona fidei* C. 7.  
*possessor relictum creditur, quamvis se posside-  
re ignoras alienum. Cùm vero seiverit, nec  
ab aliena possessione recesserit, tunc male fi-  
dei perhibetur;* & Raymundus de præser-  
bente docet. *Confiderem ei ut restitueret, sol-  
tem propter ambiguum duplicitum, si nolles  
acquiscere non audieras illi dare securitas,* C. 5.  
*quod sit in statu salvandorum, quippe  
reflexe ait Augustinus alienum, nempe ante  
legitimam præscriptionem post ipsam verò  
est Dominus. Hoc certè alienum non est, quod Ep. 45.  
jure possidetur, cùm ius ex causa det Domi-  
nium, & lex ipsa, quod Auctore Prætore fit  
legitimum deedit, & justum, Raymundus  
solum dubitat, at certi sunt Thomas Ange-  
licus, articulo vigesimo quarto. Dicendum L. 22.  
est, quod si quis præscribit bona fide possidendo,**

*non tenetur ad restitutionem, etiam si sciat; alienum suisse post prescriptiōnēm, sic alii docent etiam Theologorum Magistrū, & propter quietem publicam, & utilitatem, privatōrum iuribus derogatur, & bona in aliū quām Dominū transferuntur.*

Denique obſtare videtur occiſio, quam impugnat, Augustinus de libero arbitrio.

L. 1.5. *Quomodo possum arbitrari carere ipsis libidinē, qui pro iis rebus digrediāntur, quas amittere postūne invito, ut si non possum, quid opus est pro his usque ad homicidium necem progredi. Et alibi ait de Divina Providentiā. Quomodo enim apud eam, errans isti peccato liberis, qui pro iis rebus, quas contemni aportet, humanae cœde polluti sunt. Negat videtur bene folvere Ginetus, Augustinum ceterum damnare, ob difficultatem modi servandi, nec alii Augustinum dicentes, solam velle intendi defensionem, quippe ex concupiscentia deducit Augustinus, & ex libidine servandi vitam, non ab ullo excessu, aut defensione. Clarissima tamen est, Augustini doctrina, non ex concupiscentia, aut vīte amore, adversarii cœdem perpetrandam, bene charitate jubente, & permittente, ut nos plusquam proximum diligamus, & ut docet Augustinus, proximum infra nos, nec charitas concupiscentia est, aut libido, & charitas ordinata hæc exquirit. Nec oblat occidorem anima periclitari, pro qua perdenda est vita nostra, quippe in proximi necessitate teneamus, non in voluntario defectu, ubi voluntas est non necessitas, & se subtrahere potest; dum vult. Hoc ergo manifestum est in Exod. Si perfidient inventus fuerit Fur, & percussus moriens fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oritur ſol ſuper eum reus erit. Idem de naturali docet lex*

L. 1.6. *civilis. Nam vim vi repellere, leges omnes qui cum permittant, & dicit esse in ore populi. Idem hæbet Cicerō pro Mithone. Insidiatori veri & latroci, qui perfiditer offerri injuria lex. Quid Cameritati nostri quid gladii volunt, quos bâbere certè non licet, si nisi illis nullo patio licet. Est enim bac Indicis non scripta, sed nota lex, quam non licet, accipimus, laetimmo, verum ex natura ipso banisimus, expellimus, ut quoniam non datur sed facit, non inflatus, sed imbuit sumus. Et mox. Silent enim leges inter arma, nec se expatriari jubent, eam cùm qui expatriari vult, ante injuria penit luendo fit, quām justa repetendo, ubi & dicit, & probat, in oratione omnium præstantissima. Idem docet Alexander tertius, capite si vero d. sententia excommunicationis. Vim vi repellere leges, omniaque juro permittunt, si ergo omnia jura etiam naturale, & hoc ait lex Canonici, quæ peccatum non foveat, sed prohibeat. Idem dicit paritas de furtu, quod in extrema necessitate non est furtum, ita neque in extrema necessitate homicidium merabitur illud nomen. Denique Augustinus ipse id evincit, & in speculo Exodum citante, & in questionibus super eundem librum.*

*Si autem perfidient inventus fuerit fur, &*

*percussus moriens fuerit, non est illi homicidium. Si autem oritur ſol super eum reus erit, & morte morietur, Ergo reus est, & morte morietur. Intelligitur erga tunc non pertinere ad homicidium, ſi in nocturnis occiditur. Si num diuinus pertinere, hoc est quod ait, si eriatur super eum Sol. Poteris quippe discerni, quod ad ſurandum, non ad Occidendum veniſſet; Ubi evidenter loquitur cum Scriptura Augustinus, & eam eo textu ipsum tuctus de Noris. Si ergo in dubio furti, & vīte licitum est forent interficiere, Scriptura cum Interpretibus testante, quanto fortius licebit certum Occidere. Reliqui Patres à Benedictinis Patribus, & apud alios adduēti, loquuntur de injuriis non inferendis, ideoque extra rem feruntur, sicut & Augustinus ad Publicolam loquitur de Homicidio, qui antevertit, & leges quas excusat Augustinus, Occidentis intentionem non intuentur. Homo enim videt in facie, & Deus videt, vel in corde.*

Ex his clare constat Papam, obligari etiam pactis, *nihil enim tam congruum rationi, quād L. 1.7. fiducie servari ea, que inter nos pluerunt, & pali. Deus ipse pactis obligatur. Si tamen pacta fiunt a privato, Communitas ipsa non tenuit, cui pacta Privatorum prejudicare non possunt. Similiter iura naturalia sunt inviolabilia, ut deciditur capite finali de confitudine, & Institutio de iure naturali gentium &c., & de ipso Cicerone tertio de Republica. Huic legi nec derogari sat est, nec abrogari aliquid ex hac licet, nec totuſ abrogari C. 3. possit. Nec verò aut per Senatum, aut per populum foliū bic lege possunt, nec erit alia lex Romæ, alia Arbenis, alia naue, alia poſt, sed in omnes gentes, omnię tempore una lex, & omnipotere erit immutabilis. Nec servitus inter Christianos mutata est, sed minor effecta, ex placidiori servitute, & iusta belli captivitate. Nec uirum, aut libellum repudiū, admisit Deus in Hebreis, sed transfudit in eos Dominum. Nec idolatria, aut fuitum licitum, sed prævalente prava confitudine, furtum permittebant gentes, quod ex legibus ipsis puniebant, & Deos plures fatebantur; sed si sanam mentem reducili, dicebant. Tum Pater omnipotens, Mēt agitatis molem.*

A iura naturali ad positivum descendimus, & post veterem novam legem excutimus. Et certum est ceremonialis precepta, & mortua esse, & mortifera, nem̄ mortua, & mortua ferentia, & hæreticum istam ab Apostolo, novum Evangelium vocatam, & alterum à nostro Evangelium, & in Concilio Apostlico iugum dicunt, quod nec Patres, nec Filii portare potuere; ita olim baptizati, à Synagogis expellebantur, ut Christiani, & Baptizati pellebantur ab Ecclesiis veluti Iudei Circumcisio, & sic nec Christiani erant, nec Judæi. Aded verò sunt mortifera haec ceremonialis, ut Æthiopum Regi circumcidenti, veluti Davidis successor, nec legalia ullo pacto approbanti, Sacra Rituum Con-

**Congregatio responderit**, neque eo titulo circumcidionem licere. **Nee obstat lex de purificatione post partum**, quia oppositam proflus evinit, cum purificatio illa dicatur libera, & omnium arbitrio permisita. **Nec rursus obest prohibito, & sanguinis, & suffocati**, etiam Tertulliani tempore, quippe ea servabatur nos ut lex vetus, sed ut novum Apostolorum preceptum. **Judicilia praecepta libera sunt**, & mortua sunt non mortifera, moralia semper dursant lege, potius naturali distante, quam legi ipsa veteri. Et de judicialibus, D. Thomas in quod-

+ 2.8. art. 3. **libetia. Cetera, que pertinente ad determinationem judiciorum, vel determinationem Di-** **gnosi cultus, liberaliter permisit Christus, qui est nova legis latere Pratalis Ecclesie, & Principibus populi Christiani determinisandi. Vnde omnes bujusmodi determinationes pertinent, ad ius humananum, in qua Papa potest dispensare.** In solit verò sit, que sunt de lege natura, & in articulis fidei, & Sacramenti nova legis

Rem. 7. **dispensatore non potest.** Non tamen potest dicere malam, quamvis imperfectam, **Lex quidem Sancta, imò damnat ut haereticos id asserentes, & Graci olim scilicet Sabbathum jussere**, ut exemplo bonam legem demonstrarent. Potest quidem arguere à figura ad

Matt. 5. **figuratum, cum dicat Christus. Non veni solvere legem, sed adimplere**, & potest quis a minori ad minus arguere, ut passim agunt Patres innumeris, per imperfectionem tamen rejecit. **Reprobatio quidem fit precedentis mandatis propero infirmis, & urget Ber-** **nardus, veniente sole discedit aurois, ve-** niente fructus cadit &c.

Incepimus in lege nova à Sacramentis, que ut jam vidimus ex Concilio Tridentino

Trid. mutare solum potest Ecclesia Salva ipsorum substantia, quam Theologi dieunt materiam, & formam, ideoque non potest Papa dare baptismum, in aqua non naturali, qualis est aqua è floribus extracta, & contra aliquos aqua rosacea, nec ministrare potest in Saliva, lotio, cerevisia contra Lutherum, in jure plures Spiritus fugente, nec Eucharistiam confidere in pane non triticeo, nec in hordeo, nec contra aliquos in siliquine, nec in laganis, nec in pasta, nec in aceto, aut vino ex pomis eiteat expresso, bene ex uva sica, quo utuntur Orientales, & Roma vidimus verum vinum; nec in vino nimium aqua mixto. **Nee habet Papa potestatem excellentiæ quis sine materiali, & forma usleat Sacramenta ministrare**, ideoque uti debet & forma, & cumdem retinere fænum, ut baptizetur servus Christi, quod passivum idem est atque activum, & approbat in decreto Eugenii, imò & sensum tenero debet Theologicum, ideoque non valet baptismus, collatus in nomine SS. Trinitatis, cum expresse non invocentur Personæ, nec in nomine Genitoris, Geniti, & Spirati, cum relatione vel nullam dicant perfectionem, vel multò diversam ab absoluta, multoque minus in nomine Paternitatis, Filiationis, & Spiratio-

nis passivæ ubi nihil Deitatis exprimitur, nec in nomine Christi, ut diximus, nec nomine Sanctæ Crucis, ut quandam dubitavit Bernardus. Nec potest Papa omittere actionem ipsam Ministri, quamvis Graeci Minis-Pr. 27. trum omittant, ne dicatur. **Ego sum Pauli,**

**ego sum Corbe, & hanc propositionem Alexander octauus proscriptis. Valuit aliquando baptismus, sub hac forma collatus. In nomine Patriis, &c. pretermis illis ego te baptezo.**

Nec potest Papa supplerre intentionem, aut Ministrum ei Sacramento necessarium, qualis est in Confirmatione, & ordine Episcopus,

in Eucharistia, & penitentia, & extrema unctione Sacerdos, in matrimonio Vir, & mulier. Nec potest Sacra menta instituere, cùm gratis Dei rei sensibili aliigari non pos-

fit ab Homine, & si docente Augustino es-  
potuit. **Potuit autem Dominus Iesu si vellet, dare potestatem alicui Servo, ut daret ba-**

**ptismum suum, tanquam vice sua, & transfe-  
ferre à se baptizandi potestatem.** **& Constituire**

**in aliquo servo suo, & tantum vim dare baptis-  
mo, translato in servum qusniam vim habet**

**baptismus datus à Domino, ac omnia Christus immediatè instituit, nam extrema unctio de**

**qua Doctores aliqui dubitarunt à Concilio Tridentino definitus. Instituta est autem sa-**

**cra bæ astio à Christo Domino nostra tan-  
quam Sacramentum, apud Marcum quidem in-**

**fissatum, per Iacobum autem Apofolam, ac  
Dominii Fratrem Fidelibus commendatum, &**

**materis, & Sacramentorum formæ, vel in**

**Scriptura sunt vel in traditione. Nec potest**

**Papa ut volunt Juvenio, Cabasutius, Morina**

**conditionem apponere irritantem, qua**

**Sacramentum redderet invalidum, velut in**

**matrimonio duos testes, & tertium Paro-**

**chum adjunxit, & in penitentia Pratali ap-**

**probationem, at penitentia judicium est, ne-**

**cessarij jurisdictionem includens, & Matrimoniū contractus est necessarij Principi-  
bus subiectus, & si Papa conditionem adde-**

**re potest, poterit agere istud, ut excom-  
municatus validè non conserret, quod Theolo-**

**gii omnibus est contrarium, & ratio ipsa**

**convincit, cùm par in parem non habet im-  
perium, & Papa in ordine est aequalis Prä-  
fribus.**

**Nec potest Papa Seriam intentionem**

**supplere, quippe inter damnos a Leo-**

**ne decimo. Lutheri articulos unus est. Si**

**Sacerdos non serio, sed joco absoluveret, si tam-**

enim

Tratt. 5.  
in 7o.

**penitentem credas se absolutum verisimile est**

**absolutus, qui & in Synodo Tridentina dam-**

**natur, & Alexander octauus eam thesim**

**dannavit. Valuit baptismus à Ministro, qui**

**omnem ritum externum, formamque baptizandi**

**obseruat, intus vero in corde suo apud se refol-**

**vit non intendendo quod faciat Ecclesia.**

**Nec potest Papa reddere invalidum, haereticorum**

**sunt Gentilium baptismum, nisi Trinitatem**

**silenter, ut Paulianista, vel errore expi-**

**ment in forma, ita Stephanus primus scri-  
bebat Cypriano servos quod tradidit est,**

**sic & alia Sacra menta excepta penitentia.**

**Nec potest Papa uti in forma terminis dif-**

trahentibus veluti hoc est corpus meum, quod pro vobis non tradetur, sicut non baptizat validè Arianus, in nomine Spiritus Sancti minoris, quamvis sit completus baptismus, Spiritus S. nomine pronuntiatus, cùm phrasis aliud corpus conciliet. Non potest uti materia dubia, nisi in casu extreme necessitas, ut penitentia, & baptismi, ut docuit Augustinus de adulterinis conjugiis, nec in valo Sacramenti opinione probabili, ut definivit Innocentius undecimus. Non potest indignis conferre Sacraenta alias projecteret Margaritas ante porcos, nec denegare peccatorum occulto, non occulte potenti, cùm habeat ius ad famam, nec in statu peccati Lcxit.21 gravis ministrare. *Sancti erunt Deo suo, Domini incensum enim & panes Dei sui offerunt;* & à fortiori in lege nova non polluere nomen eius.

Hic mendacia congerit Remnitius, Innocentium tertium characterem invenisse, secundum Patrem ultum memorasse, cùm Scriptura ipsum memoret. *Qui natus non Deus, & signavit nos.* Et rursus. In quo credentes signati esisti. Est & Tertullianus antiquissimus, quia hereticorum Ordinationes vetat inconstantes. *Ordinationes eorum leviter, inconstanter.* Et mox. Itaque abutere bodie Episcopus crux alius. Cunctat autem in quædam hæc fuit Ecclesia, est & Basilios antiquus, qui exemplo militum nos vocat signatos, & subdit. (An ignoras, quem admodum signatas domos in Ægypto exterminator, præteriit, in non signatis vero primogenita permisit.) Unus satis est Augustinus multis in locis, ubi assertit validum baptismum datum ab hereticis, habentem Dominicum characterem, & rursus de Schismatibus. Plus habet juris quod in eis Dominicum characterem agnoscat, & plura ibi habet; quarum Donatistæ quare ergo me non baptizas, ut abluss à peccatis reponit. *Quia non facio in iuris characterem Imperatoris,* he contra epistolam Armeniani, dicit & de baptismi, & de ordine, & libro secundo contra literas Petilianum, idem dicit, de *Sacramento Christi*, ubi & characterem signat, & tris Sacraenta, & ex eo evincit enim iterari non possint.

Nec orstat Spalatensis argumentum, nec professionem monasticam iterari posse, cùm non sit Sacramentum, nec obstat aliquem reordinatum, id enim factum ridiculè ex L. 2. ep. Gregorio, *Illud autem quod dicitur, utrum, qui ordinatus est iterum ordinetur validè ridiculum est.* Primum Sacramentorum est baptismus, qui ex capite retulerunt de confirmatione; valet datuus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sanctus, cùm ne sciret baptizans Grammaticam, & facilius varietur sensus, in principio quam in fine, in nomine Matris quod variat. Validus etiam est datuus ob sanitate corporis, sicut & in extrema unctione, & gratia, & salus optatur. Jacob.5 *Oratio fidei salvabit infirmum.* & allevians eum Dominus. Validus est baptismus datuus Iudei adultia, qui metu mortis baptizantur,

at illicitus à Synodo Toletana vetitus: Autem licet baptizentur, ipsorum filii parentibus invitatis, Scotti affirmant, alii negant, negativa longè est communior. Hæc est Ecclesia Romana præsis, quæ est Mater, & Magistra ceterarum, quod & decidit Rota Romana, & oculi nostri convincunt; Hic est mos universalis Ecclesia, cuius confuetudo regula est fidelium, hoc est jus naturæ statuentis, voluntatem Filii in Patre, hac non separat natu à Parentibus, ut fas esset, ne ad prefidiam redirent, hac fidem exofam non reddit, hac non agit ea violentia, ut nati memores ament Judos, & adulti oderint Catholicos, hac Patrum non habent potestatem, & libertatem Parentum erga Filios. Frustra verò illud apponitur. *Eamus Matt. 28 docente omnes gentes baptizantes eos,* quippe fides est libera, libertate propria in adultis, libertate Parentum in Filiis. Frustra congreginatur Patrem, patris putescere abut, ea que privasi, sicut cum natum occidit, quippe Princeps ponit delicta, ad juv natum tantum spectantia, ut constat in Judæis adultis, & Ecclesia nil potest contra Infideles. *Quid Cor. 5. enim mibi de iis qui foris sunt judicare?* Frustris festur exemplum S. Viti, in seculo Paræ baptizati, quippe de Matre silentur, & loco Matris est nutrix, & in favorem fieri unus fiat est Pareas. Frustra ferunt mox moritum, invito Patre baptizandum, quamvis patria potestas non cesset, quippe potius subtrahit mox quam baptizans. Frustra alibi atendens cupit Scotus, quippe Ecclesia nulli parcit sumptui, ut distantissimos baptizet Sinenses, non relietura sine baptismo praefentes; Si licetum credere baptismum & non potius prejudiciale Religioni, unde eum Rota Romana prohibet, & Julius tertius teste Pignatello baptizanti, pœnam imposuit suspensionis, & mille ducatorum multorum, nec Mathathias circumcidit nisi Iudeos, & infantes hominum subactorum armis. Et in hoc sequimus Angelicum, i. Mark. ejusque Autoritatem, & ratione: Non 2. possunt baptizari nondum nati, ex Augustino, renatus non possit nondum natura, bene infantes nati. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, Ep. 5. & Spiritus S. non potest intrare in Regnum Dei, Sec. 14 ubi nota Ambrosius non excipi infante de Ap. & millies probat Augustinus, & solvit illud docere baptizantes, docet ut ad alieni verba sanentur, qui ad factum alienum vulnerantur, & jam de confirmatione, ejusque extraordinariorum Ministri simplici Sacerdote differvimus.

Non minora de penitentia deciduntur, Deciditur Papam ipsum, aliquando ad confessionem teneat, cùm sit Christi Domini preceptum, & alios à fortiori ratione utentes, ut Tridentina Synodus definit, & ratio ipsa perfaudet, cùm Christus iussit, & peccata retineri, quæ non praæcepta confessione à Sacerdotibus retineri non possunt. Deciditur Papam alteri Sacerdoti, autoritatem lasgiri posse, sicut Rex alteri tribuit potestatem

tatem, ut Regis causas valeat judicare. Deciditur Papam posse delicta omnia remittere, cùm sub Zephyrino machos remiserit, & sub Cornelio etiam idololatras. Deciditur Papam imperare non posse, ut Confessor confessionem revelet, cùm secretum sit juris Divini, & naturalis, nisi confessio fuerit proditio, ut Cardinalis mortem Papæ urgentis, vel cuiusdam capulam restituentis, plenam pulvere nitrato, & bombis. Deciditur Papam dispensare non posse, in confessionis integritate, ex Tridentino jure Divino necessaria, ideoque Papa audire non potest reservata, & alteri committere absolvendum paenitentem, nec excusat maxima occupatio, cùm possit alteri delegare ut absolvat, sicut damnatur ab Alexandre septimo thesis. *Licit Sacramentaliter absolvere dimidiati tam conseruum, ratione magni concursus paenitentium, qualis v. g. potest contingere in die magna aliquis felicitatis, aut indulgentiae.*

*Pr.59.* Deciditur non posse absolvere confundidores, ore non facta paenitentes, *Paenitenti habenti consuetudinem, peccanti contra legem Dei naturæ, aut Ecclesiæ, esti emendationis spes nulla apparet, nec est neganda, nec differenda absolvit, dummodo ore proferat se dñere, & propone emendationem, cùm non sit propositum verum, sicut nec in occasione proxime.* Deciditur Papam absolvere non posse, ignorante prima fidei mysteria. *Absolutionis capax est homo, quantumvis labores ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negligientiam etiam culpabilem, neficiam mysteriū SS. Trinitatis, Incarnationis D.N. J.C. & mox in alia propositione proscripturit, Sufficit illa mysteria semel credidisse, potest tamen absolvere hoc docet. Deciditur non posse audiri confessiones per epistolam factas, ut Clemens octavus definit. *SS. Dominus noster hanc propositionem, feliciter licere por literas, seu internumsum Confessorio absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus usi falsam, temerariam & scandaloſam damnavit, ac prohibuit, & recte cum potest iterum peccare, & in peccato gravi existens absolvit.**

Deciditur nondum baptizatum absolvire sacramentaliter non posse, cùm Papa in ipsum jurisdictionem non habeat, & si olim baptizandi confitebantur, id erat consilium, ut notat eximius Suarez, nec poterat Sacramentalis esse confessio, cùm janua Sacramentorum sit baptislaus. Deciditur Papam dispensare non posse, ut quis sine confessione communicet, si gravi peccato inquinetur, quod ex Paulo Tridentino, Synodus deducit. *Probet autem se ipsum bono, & sic de pane illo edat.* Decidunt solum Sacerdotem, Ministrum esse paenitentia, ut constat ex Evangelio. *Quocumque solveritis super terram.* Quicunque solveritis super terram, nec obstat sub Cypriano factam Diaconon quippe loquitur de publica non de privata, & coram Laico non est Sacramentalis, & melius omittitur. quām fiat. Deciditur &

*Pr.60.* Papam, & alios in puncto mortis ad paenitentiam obligari, nullo etenim tempore est magis necessaria, nec aliqua spes est naufrago, nisi tabule isti innitatur. Deciditur dispensare posse, & debere, ut quilibet Sacerdos in puncto mortis etiam hereticus, & excommunicatus absolvat, quod est longe probabilius contra Capiscuchum, cū Ecclesia sit pia mater, & detet hic favor pro Catholicis, nec Synodus Tridentina obstat, quippe in numeri in ea præsentes, hanc sententiam, ut certant tuerint, seclusa heretis periculo, Deciditur Papam dispensare non posse, ut quis juri Divino satisfaciat, per confessionem sacrilegam ex Alexandre septimo. *Qui facit confessionem voluntariè nullam satisfacit præcepto Ecclesiæ, cùm non sit illa quam Deus præcepit, sic nec Ecclesia potest acceptare.* Denique non potest dispensare cum paenitente, si sicut circumstantias speciem mutantur alioquin non foret integra confessio, cùm in futto de re sacra fileret sacrilegium.

Pr.64. Paucæ sunt de Eucharistia, de qua jam vidimus, Papam dispensare non posse, ut Sacerdos unam tantum conferet speciem, bene dare utramque etiam laicus, ut mos olim erat, & data est Bohemis, sic & infantibus a quibus utramque tollere potest. Nec obstat illud. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis non habebitis vitam in vobis,* quippe vita sine nativitate non est, sine cibo aliquando vivitur, & ante Eucharistiam datur vita in baptismō, ante nativitatem vita non datur, nec hostis est Augustinus, volens infantibus esse necessariam quippe à discipulo Fulgentio exponitur, & rursus se ipsum exponit. *Tunc corporis, & sanguinis Domini partem fieri, quando in baptismo membrum corporis efficitur, & latè loquitur de manducaione, qui tollit Originale peccatum, & sic libris integris de baptismo. Non potest Papa in aqua sola sacrificium Eucharistie offerre, cùm ex Epiphanio sit heresis Aquariorum.* Non potest panis Eucharistie esse farina sola, nec aqua sola, scribente eximie Cypriano. *Neque corpus Domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi utrumque adanatum fuerit, & coquatur, & panis unus compage solidatur,* & præponendus est Cyprianus Cajetano cuius sententia opposita, vera potest esse, sed non in praxi. Non potest Papa se dispensare à communione, & nec in puncto mortis, cùm sit juris Divini, nec pervenire possimus ad montem Dei, cùm Elia, nisi hoc pane muniti. Non potest Papa licet, maximam copiam panis conferare, bene validè, cùm antiquo tempore, integræ populi communicarentur. Non potest dispensare ut Sacerdos, absque justa causa nunquam sacrificet, cùm dictum sit Sacerdotibus cunctis. *Hoc facite in meani commemorationem,* Matt. 16 & Sacerdos offerre debeat pro peccatis. Non potest Papa in probationem, Eucharistiam alteri portrigere, cùm sit vera Dei tentatio, & si Gregorius septimus, Sanctus id egit; extra ordinarium erat Spiritu fuggerente.

Non

Non potest, uti pater eum latte formato, cùm id non sit panis simpliciter, sed cum addito, & ea dicuntur bellaria. Non potest dispensare, Confessionem ante Eucharistiam, ubi sit culpa gravis, & copia Confessarii, cùm Tridentum & Patres eam velint.

Ad magnum matrimonii Sacramentum descendimus, ubi Papa compellit, ad sponsalia servanda, capite ex litera de sponsalibus, ubi arrha ponit non paenit, quamvis nullum inveniat Engel discrimen, eo titulo, quod paenit colpam includat, ubi Papa dispensare non potest in matrimonio consumato, cum sit signum coniunctionis, & Christi, & Ecclesie indissolubile, ubi dispensare non potest in impedimentis, jure divino dirimentibus matrimonium, qualia sunt error substantia, dolus circa causam finalem, circa conditionem appositam matrimonio, in violentia, & ligamine, in consanguinitate primi gradus, cùm D. Augustinus de civitate doceat, matrimonium inter Fratrem, & sororem, in solo mundi exordio valuisse, ubi dispensari non potest Polygama, cùm Christus reduxerit matrimonium ad primum in Adamo constitutum,

**C. 16. 3.** *hoc nunc or et ossibus meis. Relinques bonis Parenti suis, & matrem suam, & adberbis uxori fac, & in atra oculo anima salva facta sunt, quatuor viri cum totidem uxoris, & Christus ipse mandat.*

**Matt. 5. 16. 4.** *Qui dimittit uxori suam, excepta fornicationis causa facit eam macrari, ubi dimitti uxori prohibetur, & libellus ipse repudii, duritia vocatur Iudeorum. Quod Deus conjunxit hominem non separat, ubi per professionem solemnam, tollitur matrimonium ratum, ut in S. Thela monuit Epiphanius, sicut & per vota simplicia Societatis Jesu, & ex Papa dispensatione, ut ex D. Antonino Eugenius quartus, & sapè Clemens XI, sub quo decussum est Papam id posse, ubi Papa non dissolvit matrimonium ratum, etiam per matrimonium consumatum, nisi ratum prius ex causa dissolvatur. Potest & divortium permittere, ut constat titulo de divotiss, rec obstat textus Matthaei quinto, nisi ab causa fornicationis, hac ipsa est conjugis natura, ut Idem non habeat qui violavit, alix sunt per accidens, ut scivit quod & ipsi volunt.*

**C. 15. 4.** *Sequitur Sacramentum extrema unctionis, quod ex Aenea Sylvio de origine Bohemorum, negarunt Hæretici Waldenses, & Albigenses ex Antonino in summa, Wicleph libro quarto Trialogi, ubi asserti nec à Christo esse, nec ab Apostolis, & Lutherus vult ritum non Sacramentum, Calvinus, Kemnius, & Brentius, non tantum negant sed & irrident, & Hostes hoc oleo ocreas inungunt; Probandum est igitur verò Sacramentum, non ex illo Marci sexto, *ungebant oleo multos agrot, & sanabant*, ubi unctio illa corpora tantum sanabat, ubi Apostoli nondum erant Sacerdotes, in extrema cena ordinati, ubi ungebant quolibet agrotos, & cacos,*

& claudos, non moribundos, ubi ungebant nondum baptizatos, & infideles, quod vero Sacramento convenire non potest, denique Synodus Tridecina definit, hanc unctionem apud Marcum insinuatam, quod à Reda, Theophylacto, & Ecumenio, eamdem unctionem latentibus defumpsit, cùm eadem sit figura, & figurata. Ex Jacobo ergo haec unctione est Sacramentum. *Infirmatur C. 5.* quis in vobis inducat Presbyteros Ecclesie, & orient super eum, angencies eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei solubiliter infirmatur, & alleviabit eum Dominus & si in peccatis fit remittentur ei, ubi expresti Sacramentum est, remittentur peccata que adiut, ubi ritus est ex Luthero, & quidem externus, & ritus externus remittens peccata, apud omnes est idea veri Saeramenti, ubi vel ex Hostibus id evidenter colligitur, qui tria in vero Sacramento exposunt, Symbolum externum, & gratia promissionem, & institutionem ipsam Divinam; ubi Symbolum externum est manfestum, unctione cum oratione fidei, ubi promissum gratia iis verbis assertur, si in peccatis fit remittentur ei, ubi institutio Divina manifestò ex promissione gratiae ducitur, quoniam Jacobus non promitteret gratiam, aut peccatorum remissionem per unctionem, nisi Deus vim dedit unctioni, nec Deus ab Homine circa suam institutionem, alligari potest oleo, aut unctioni, quod & Patres miraculo grandi adscribunt; quod etiam Lutherus ultrò fatetur Jacobum sua auctoritate non posse. Nec loquitur Jacobus de extraordinaria sanatione, quippe loquitur de infirmis tantum. *Infirmatur quis in vobis;* & de virtute animam etiam sanante, quoniam ad verum pertinet Sacramentum.

Id affirmat vel Patres ne uno quidem contrario. Affirmat Chrysostomus de Sacerdotio. *Negre enim solus cum nos regenerant, L. 1.* sed post eum condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent. *Infirmatur quis in vobis.* Ut manus est perpetuum Sacerdotum, & jungitur cum baptismo vero Sacramento. Affirmat, & Ecumenius, Theophylactus, & Innocentius primus ad Decentium, de Jacobi epistola locutus. *Nam penitentibus istud infundi non potest, quia genus est Sacramenti, nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quonodo nunc genus putatur polsi coacti* è ubi Innocentius vetustus, & summè laudatus, ponit inter vera Sacraenta unctionem, cùm reliqua vera Sacraenta commemoret, nec nisi vera penitentibus denegarentur. Affirmat Victor Antiochenus in Marcum, *C. 6.* sed vim sanctificandi non tribuit Oleo sed verbis, ubi clare tribuit verbis, vim sanctificandi, & verba non nisi à Christo instituta, vim habere possunt sanctificandi. Affirmat Cyrilus de adoratione in Spiritu, ubi commemorat Jacobi unctionem, & ait. *Tu verò si que tibi pars corporis dolet, & credis tecum verba Domini Sabaoth,* ubi & ex Jacobo remittuntur peccata, & credenda sunt verba Domini

Cant. 3.  
1.6.

C. 5.

Domini Sabaoth. Affirmat Bernardus in vita Malachia, ubi etiam insigne miraculum enarrat; & tamen non scribit, Malachiam unctum, cum tamen mortem prædictissimam, unde corruit argumentum illud negatiuum. Et præter Græcos cum Ecumenio,

ipſi Centuriatores affirmant.

Adest & duplex ratio, ubi in puto mortis, descendit Diabolus habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet, & est momentum à quo dependet aeternitas, in morte. *Alloriat eum Dominus*, & ex forma veneta armat, adversus aereas potestates.

Argumenta vero Hostium ita debilis fonte, ut idem sit recitare ac evocare. Referunt Augustinum de his rebus. Hereticonis mōrientes suos rediunt per oleum, balsamum, & aquas, & invocationes quasi hebreicas verbit, aut ubi balsamum, aqua, & hebreica verba? Referunt dici si in peccatis fuerit, at Malachia prior. Si ego Dominus, ubi est timor meus, si ego Pater, ubi est amor meus? & Jacobi primo. Si quis indiget sapientiam prophetas à Deo, & accidere potest ut nulla sint peccata, post penitentiam nempe, & Eucharistiam. Referunt cum Calvinio ad nos non dici, sicut circumcidito est Sacramentum non nobis, at fidelibus scribit Jacobus, & ait Inducat Presbyteros Ecclesias, an voluit Jacobus inducere Rabbinos? Referunt unicōmum Ethnicam esse, at Ethnici, ut constat adducti mortuos ungunt, non morituros, & si Ethnicorum ceremonias vitamus, multas à Christo institutas respiciemus. Referunt Innocentium primum, loqui de laicis in hac mortione, at loquitur ut constat de recipientibus ipsam. Denique referunt plures non meminisse, at hoc est argumentum negativum, & si quid evincit probaret, & de Eucharistia, in puncto mortis non necessaria, aliqui mortui sunt ex improviso, multi memorant recentendo penitentiam, nec est Sacramentum necessitatis, uno verbo est falso Patres non meminisse, & plures vindicant, & Origenes in Leviticum homilia secunda, Augustinus ponens in speculo, sententias semper nobis necessarias, ponit illud confirmatur quis in vobis, & alibi ferme de tempore, sic Episcopus Eugubinus ad Innocentium, Thophilactus, & unum affirmans testimonium, mille praevaleat silentibus, & negativis.

Ex his constas Papam dispensare non posse, vel in oleo, vel in Presbyteris, nec quod non infirmus ungatur, aut non baptizatus, aut infidelis, cum baptismus janua sit Sacramentorum; nec ut detur pueru, aut infanti, cum ipsi peccata nequeant remitti, nec ob eamdem rationem in amente, nunquam lucida experto intervalla, nec in forma deprecatoria dispensat, orient super eum, & quamvis forma Veneta, verbum ponat indicativum, cum tamē misericordiam Dei ponat, indicativum transi in deprecativum, nec quod negetur existenti extra sensus, quippe dati debet conditionat. Si non es mortuus

Indulgeat, & absolutè in Catholicæ vita Viro, quippe presumitur ipsum velle, nec prohibere, quod non iteretur, in diverso tamen mortis articulo, cùm Jacobus dicat, si quis infirmatur, nec permittere, ut detur unica gutta, cùm ex Suarez, una gutta non sit unctio, nec quod detur in Christis magna sit Mixtio, fecus si modica cùm parva mixtio, non variet quoad substantiam Sacramentum, nec potest Papa reddere necessariam, cùm sufficiat penitentia, nisi precipiat, aut bene condemnet eam contemnentes, dispensat tamen ut fiat à pluribus, cùm sine plures forme partiales, dispensat ne una tantum sit unctio, ut in forma Veneta, vel Ambrosiana, forma tamen sit universalis, Indulgeat tibi Deus, quidquid per sensus deliquisti.

Ad ordinem descendimus, qui definitur signaculum quoddam quo datur spirituatis potestas, cùm de fidem sit omnes ordines esse Sacraenta, bene Sacerdotium ex Scriptura, ubi ritus externus gratiam producit quod Calvinus ipse admittit. Et ex ipsa constat Hostium definitione. Primo est evidens ritus externus, nemp̄ manuum impositus.

*Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus, ubi ordinantur septem Diaconi. Tunc jejunantes, imponebentesque eis manus dimisierunt illos, ubi Episcopi sunt Barnabas, & Paulus.* Et prima ad Timotheum quartu. *Noli negligere gratiam, qua data est tibi cum impositione manuum Presbyteris.* Et ibi capite quinto. *Manus cit̄ nemini imposuerit, & alibi, & Græci est chirotonia, videlicet manuum extensio, nec extendant manus ad orandum, ut vult Kennitius, quippe manus impositionis, distinguunt ibi ab oratione, nec textus ille. Manus cit̄ nemini imposuerit, neque communicaveris peccatis alienis, intelligi potest de ratione, cùm bene agat orans pro aliiorum peccatis, nec unquam oratio dicta est chirotonia.* Alterum requisitum est gratiae collatio. *Noli negligere gratiam, quae data est tibi, cùm impositione manus Presbyteri, & roris.* Refuscita gratiam Dei, quae est in te per impositionem manus mearam. Et iterum. *Accipite Spiritum Sanum, quorum remiseritis peccata, ideoque non est gratia à sanctificante distincta.* Nec valet non remittere peccata, cùm nec sic Eucharistia foret Sacramentum, tandem Christus ut vidimus instituit, & Saulum, & Barnabam segregavit, & Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regem Ecclesiam Dei, nec valet Kenniti responsum, Christum ritum non præcepisse, quippe interim ordinem vult Sacramentum, & ritus ex Paulo est impositione manuum. Nec valet Christum non ita ordinasse, quippe Christus non alligatus Sacramentis, & Apostoli ritum certe callebant.

Accedunt Scriptura Interpretes, & Patres. Hic Innocentius confert ordinem cum baptismo. Hic Leo ad Episcopos Mauritaniae, *Vix*

*Quis*

- 1.1. 10.** Hic Anastasius secundus ad Anastasium. **For-  
e. 10.** **16.** **C.3.** **C.5.** **1.7. 6. 6.** **C.2.** **Ber. 66.  
in mat.** **L.1.** **L.1. c. 15.** **L.2. c. 13.** **1. Tim. 3**

*Quis dissimilare audeat, quod in fangi Sacra-  
menta perpetratur injuriam? & alibi vocat  
Sacramentum, cum Iuuenio, & devotione  
sumendum, ideoque gratia dono secundum.*

*Sit Sacerdotium, & majus est Sacerdotio cum  
illud includat, Constat, & Diaconatum es-  
se Sacramentum quippe produc gratiam ma-  
nuum impositio, & Anastasius ad Anastasium  
ita vocat, & mensa ex occasione astiterunt,  
aliоquin praeicationi Sacra destinati, & de  
Subdiacono, est probabilis, cum dicat Episcopos  
ipsi, *Accipe Spiritum Sanctum*, & jam  
olim forent inter Ordines maiores. De mi-  
noribus denique probabile est, cum in Sy-  
nodo Florentina definiente Ordinem esse Sa-  
cramentum, assūmatur exemplum Ordinum  
minorum, & sint etiam ipsi initerribiles. De  
tonsura contra Fagnanum negamus, quippe  
ad canendum assūmebantur Clerici, absque  
ulla Praefusii Ordinatione; sicut de Fossariis  
quamvis antiquissimis, & ab Ignatio ipso  
commemoratis, nullus unquam Sacramen-  
to dixit ordinatis. Quod vero tonsura  
repeti non debet, id est ex ordinatione Ec-  
clesiae, qua posset contrarium statuere.*

*Quid vero manus impositio sit essentialis,  
penè certum est, cum penè per quatuor se-  
cula semper memoretur, manus impositio,  
& per manus impositionem detur Spiritus  
Sanctus, & ipsa ordinatio sit manuum impo-  
nat, nec obstat Decretum Eugenii, quippe  
instruebat Armenos de usibus Ecclesie lati-  
ne, & erat manus impositio ipsius manifesta;  
duo in Ordinatione Presbyteri sunt mate-  
rix, & formæ, una qua traditur potestas or-  
dinato, in corpus mysticum Christi, & haec  
manus impositionem necessariam requirit,  
altera qua in corpus verum accipi potesta-  
tem, & haec ex Concilio Chartaginensi, &  
Ecclesiæ praxi Instrumento requirit. Ex  
quibus collige Papam, nec ordinem in-  
stituere posse, cum instituere nequeat Sacra-  
menta, nec manus impositionem tollere, nec  
Sacerdotes annales eligere, nec posse licite  
Sacerdotes eligere, ante vitæ ipsorum examen  
quod & monet Theodorus in locum Apo-  
stoli nemini citò manus imposueris. *Manus  
citò nemini imposueris, oportet prius examinare  
vitum ejus, qui ordinatur, deinde in ipsum  
invocare gratiam Spiritus, sic & Iuuenio, &  
orationibus incumbendum, docent Aposto-  
li in Barnabe, & Sauli electione jejunantes,  
& orantes,**

*Multa constant de sacra ordinatione. Con-  
stat simplices Sacerdotes conferre posse or-  
dines minores, ut Abbates pro sibi subjectis,  
& Cardinales in suis titulis, quod etiam  
constat de subdiaconatu, cum non fuerit  
olim inter maiores, & fuerit aliquando dispe-  
latum. Constat de Sacerdotio dari non pos-  
se, nec ex dispensatione a simplici Sacerdote,  
quamvis aliqui affirmant cum Maceo,  
quippe dignitates, & officia, necessarii spe-  
stant ad Principem, & Episcopi sunt gene-  
ratores Patrum, nec unquam vel in extrema  
necessitate, in eo dispensavit Ecclesia, cum  
Eusebius Samosatenensis, habitu indutus mili-  
tari, ordinans Orientem peragret, per  
qua solvitur paritas confirmationis; constat  
de Episcopatu quem Sacerdos ipso carens  
dare*

dare non potest. Constat Papam solo verbo creare posse Episcopos, & Sacerdotes quo ad jurisdictionem tantum, quæ solis verbis poterit communicari, non quo ad ordinem, ubi præter hæc materia exigitur, & forma. Constat contra aliquos Papam non posse efficiere, ut Sacerdos ordinet Diaconum, cùm semper ordo sacer fuerit, & proximè accedit ad Sacerdotium, nec obstat privilegium Cisterciensium, ut possint Diaconum ordinare, quippe Navarrus vult apocryphum, & Victoria ipsum vidit, & de subdiaconatu loqui affirmat. Constat cum ordinatio Papam, dispensat posse in continentia, ut de facto dispensat in Graecia, & paucimale tenet iuris Divini. Constat contra Schelstrate Papam cogere non posse aliquem ad ordines, cùm necessariò exigitur intentio, nec Ecclesia careret Episcopis, cùm Papa possit hoc precipere, & si aliqui per violenciam sunt ordinati, ordines deinde fuscipient, & non fuissent omainmodam violentiam constat, quippe si jurarent non recepturos ordinem non cogebant, & miscebarunt aliqua libertas. Constat Papam in Ecclesia, tollere non posse Episcopos omnes, cùm claves accepit ceteris communicandas, & sic fides sua servua, & prudens, ceteris conservis à Christo præpositus. Constat electiones fieri non posse per fortis, cum ecclesia sit electio ille, & sapientia Christi contraria, & Apostoli Matthiam elegerint, quem tamen eligere poterant per fortis, cùm in quinqentis Fratribus à Paulo nominatis, Apostoli prius, duos statuerint, inter quos neque fecerint distingueire. Constat per successionem carnalem, dispensari non posse Sacerdotia, cùm Christus sit secundum ordinem Melchisedech, non ex semine Aaron Sacerdos, & justicerit maturè eligi Sacerdotes; nec nasci, sed fieri ordinatos; & Levitas ipsos, & Sacerdotes. Constat maturè agendum in electionibus. Cité nemisi manus impoferitis, negare communicaverit peccatis alienis, ubi peccata ordinati transierunt in ordinantem. Deinde constat ordinare Papam non posse, aut feminam, cùm ordinante Christo nulla vel presens fore, nec hermaphroditum ubi prevaleret sexus feminus, nec non baptizatum, cùm baptismus sit janua. Jam multa diximus de censuris posse Papam quolibet excommunicare, nec nisi haereticum excommunicari posse. Potest & censuras tollere, & irregularitatibus, quæ non sit juris Divini vel naturalis, ut quod ordinetur feminam, vel hermaphroditam, in quo sexus feminus prevaleret, vel amens adulstus extra lucida intervalla, & Papam posse indulgentias latigia constat ex textu. Quodcumque soleris, & quidem plenarias, & ipsum solum, cùm plenitudinem habeat potestatis, & immediatè habuerit à Christo potestatem, mediatis Episcopis etiam in Synodo coactos, qui tamen est dispensator non Dominus, de qua tamen est indulgentia.

A Sacramentis ad Religionem transimus,

& jam vidimus Papam ex traditione, in votis, & juramentis dispensare. In hac ubi petitor Religio vel Regum pacta rescindit, ut iustissime Innocentius decimus, & Fabius Ghisius Legatus fuit protestati, etenim constitutus est Speculator, ne Religio quid capiat detrimenti. In hac permittere nequit purgationem vulgarem ferri caudentia, cribri, & similia, ut constat ex titulo de purgatione vulgari. In hac festa omnia tollere non potest, cùm festa in genere sint juris Divini, scut & jejunium in communii. In hac simoniam committere non potest, jure Divino prohibitam, qualia est in venditione Sacramentorum, Spiritus Sanctus cum Simone Mago, aut benedictionum cum Balaam, aut impositionia manuum reconciliativa, aut curativa, ut cum Giezi eam mercetur. In hac Decima quod substantiam vetare nequit, nec pro se, nec pro Parochia, cùm sine Divinijuria, & naturalis. Et probat Paulus ex omni iure. *Quis militut suis stipendiis nequam?* Cor. 9. *Quis plantat vineam, & de fructu ejus, non edit?* *Quis pacis gregem, & de latre gregie non manducat, & citat legem veterem.* Nos alligabis os bovi tritirantri. Et mox *Nescitis quis ianuam qui in facrario operantur, quæ de facrario sunt edunt?* *Qui altari deferventes consacrari participans. Ita & Domine ordinavit isti, qui Evangelium, annuntiant de Evangelio vivere,* & Deus ipse imperavat, imo virtus Pontifex ditissima, recipiebat decimas decimarum, quod Modernus non exequitur, & tamen Petrus Molinæus queritur, Romam omnia vendi, passum simonia dicitur, in illis qui Evangelium prædicant, iuxta Christum de Evangelio vivere, vel de facrario cui inferiunt edere, passum velut onera gravissima, enumerantur annata beneficiorum? Denique decimæ quoad quantitatatem, vel quoad solutionem singulorum sunt liberae, & cùm aliunde habet Ecclesia sustentationem; uno verbo populi vice querela, legant librum primum Paralipomenon. Ex quo cuperunt offerri primiti in *Domo Domini, comedimus & satiarati sumus,* & remanserunt plurimi, eo quod benixerit Dominus populo suo.

Videat Papa ne Deus de felix dicat, *ad ipsorum solemnitatum vestiarum, commissarienes tempore & choreas.* Videat ne domus orationis sit domus negotiationis, & cum cruce Veneris statua, iterum in templo colloetur.

Tonat in judiciti vel mellifluus Bernardus. Queso te quale effilius de mine usque ad vesperant litigare aut Brigantes audire, & utinam sufficeret dies malitia sua, non sicut liberè noctes. *Vix derelinquisti necessitati naturæ,* quod corporali pauperationi sufficiat, & rursus ad iugis surgitur. Et mox. Non ambigo, te quoque ista deplorat; & strafra istud, si non *Emendare studeas.* Et rursus. Magna virtus patientie, sed non bunc ad ista optaveris, inservium impatienciem esse probabilitum. Et iterum. *Et quidem in palatio perspernunt leges,* sed *Justinianus non Dominus.* Et flatim.

*Hæ autem non tam leges, quæam litteræ sunt. Et lucretiu[m] exponit tragediam. Ubique potentes pauperes opprimuntur. Et veneno tradit antidotum. Agitantur causa sed sicut operies &c. Dilectiorum sed breviter decidere affectus, frustratorisque, & venatoris præcidiere dilatationes. Causa videtur semper inter ad te, causa pauperis, & ejus qui non habet quod dedit. Et toto capite invehitur in eos, qui litteræ reddunt hereditarias, ubi prius finitur vita quam causa, ubi vicitor non differt a victo, & victoria æquè amara est, ac iugura. Etiam Papam ordinem servat juris, nec valer ordinis substantiam mutare, nec dispensat ut fieri dictio unius, ut canon judicis definitur. Etiam Papa si ledat aliquam Ecclesiam iniuste, illa Ecclesia laesa restituatur, capite cum ex literis de integrum restitutione. Etiam Papa debet cligere in Judicem, aliquem legum peritus, cum in ipsa Judicis definitione, expressè dicatur legum peritus,*

*Sep. 1. & alio clamat Ecclesiasticus, *Dilegit sapientiam, qui judicatis terram, & adiungit est peritus commune & indecens, cæcus non judicat de colore, sic nec imperitus, judicat causas, nec dogmatum initius fidem, & frustra confundito citatur, quo contra jus divinum est nulla, frustra lumen naturæ afferatur, & experientia, cum lex sit, & scientia illud perticiant, & ista erit Medici experientia, qui speculativa parum instrutus, barbara utitur praxi, & per multorum fūnera fit peritus. Etiam Papa evitare perfidiarum acceptancem tenetur, ut monet ipsum Bernardus, & apud Deum ipsum. *Nos est acceptio Perfidiarum.* Etiam Papa in penitentia Sacramento ad penitentiam tenetur, cum sit pars integralis, contra aliquos apud Fragolum. Etiam ipse tenetur usque ad sanguinem ex Gregorio septimo Ecclesiam tueri, & Pastor animam ponit pro oib[us]. Etiam ex Gregorio Magno, corrigere subditos debet, ne dicat. *Vob[us] mibi quia sacra.* Etiam tenetur juramentis capite licet de juramento, & contractibus, cum sint juris naturalis, sic votis, nisi causa mutentur.**

*Una manet studiorum cura, & Papa urgere debet studium Scripturae. Labo Sacerdotis enfoliente scientiam, & legem requirens de ore ejus, & de sacris litteris scribit Paulus. *Quia te possum instruere ad saltem per fidem, quia est in Christo Iesu, sic respondet vetus Sacerdos requisitus, an posset alii scientiis vacare, se posse dummodo non ageat nec die nec nocte, cum scriptum sit in lege ejus meditabitur die, ac nocte, quod & Nepotianus scribit Hieronymus. *Divinas Scripturas sapientia legi, immo nunquam e manibus tuis sacra felicitate deponantur, & quod scriptae legeras opere est executus. Lectioneque affida, & meditatione diuturna peccata sunt fecerat bibliotecam Christi; & olim sedebat scriptura in medio Praefulum, & ex Paulino in templo erat cum Eucharistia. Post Scripturam legendi Interpretes, quippe Christus. Es ipse dedit quoddam quidem Apostolos quoddam***

*autem Prophetas, aliis vero Evangelistas, aliis autem Pastores, & Doctores ad consummationem SS. in episcopis ministeriis, & ex iis fontibus dogmata hauriunt Concilia; Inde Concilia Ep[iscop]i 4. ubi visum est Spiritui Sancto, & nobis, ubi Ad. 15. avulsa hæresim Zozaniis purissimum colligitur triticum, Inde Theologia dogmatica. Ut potens sit exhortari in doctrina fana, & eos, qui contradicunt arguere, quod & egere Tit. 1. Patres omnes, & Bonifacius libros Pelagi, confutandos Augustino transmisit. Inde jus Canonicum in materia peccati, semper corrigens etiam civile, de quo Paulus scribit. *Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub dubiis, aut tribus testibus, sed plura docet de Theologia, Inde sequitur moralis, sed Evangelica, & quæ Patres audiat non fugiat, non aliqua opposita Evangelio. Minutum date nibil inde sperantes, & docent aliqui Catuiflæ, posse sperare nos ob absentiæ pecunia, ob periculum mutuo annexum, & innumeræ similia, unde notat Mabillonius, meliore esse Ciceronis moralem, quod & de Seneca morali constat, unde cum Innocentio XI. Papæ prosequantur, tollere hoc grande Ecclesie dedecus, quod Divinissima Christi Moralis, cedat ex ea & genili Doctrina. Manet quæstio de Theologia Scholastica, contra quam aliquis Neapol., integra edidit volumina, at innumeræ sunt ibi utilia, ibi solutio sophismatum hæreticorum, quorū tercentum ex ratione naturali, ex Epiphanius cerebant Ariani, & ex Basilio plenus erat Eunomius, & Gentilis iis tantum argumentantur, ibi evincitur existentia Dei, unitas, libertas & aliae proprietates, ibi Trinitas & evincitur, & explicatur, ibi virtutes, gratia, Sacramenta. Ibi floruerunt Thomas, Anselmus, Bernardus, Justinus & alii; ibi Philosophia usus est Christus & Apostoli, & cum Basilio, & Magnus Augustinus, qui & addit, libro tertio de doctrina Christiana. Sed disputationis discipline ad omnia genera questionum, que in litteris Sanktis sunt penetranda, & dissolvenda plurimum valet, ibi innumeræ apud Patres agitantur questiones, cur Filii productio sit generatio, de predestinatione, & gratia, de concordia gratie & liberi arbitrii. Nec obstant voces barbaræ, quippe & Augustinus, utitur verbo, offum olli, fenerat, pro feneratur, & Christianus querit res non verba, sic natura metaphysica Dei, optimè distinguuntur à physica, & ita Patres facile conciliantur, sic ordinatio illicita modo, melius dicitur quām irrita, & alia. Et frustra Philosophi à Tertulliano, hæreticorum Patriarches appellantur, quippe à schola Platonis SS. Patres exierunt, sicut & ex illa Aristotelis.**

*2. Tm. 3. *Melior. 2. & alii; ibi Philosophia usus est Christus & Apostoli, & cum Basilio, & Magnus Augustinus, qui & addit, libro tertio de doctrina Christiana. Sed disputationis discipline ad omnia genera questionum, que in litteris Sanktis sunt penetranda, & dissolvenda plurimum valet, ibi innumeræ apud Patres agitantur questiones, cur Filii productio sit generatio, de predestinatione, & gratia, de concordia gratie & liberi arbitrii. Nec obstant voces barbaræ, quippe & Augustinus, utitur verbo, offum olli, fenerat, pro feneratur, & Christianus querit res non verba, sic natura metaphysica Dei, optimè distinguuntur à physica, & ita Patres facile conciliantur, sic ordinatio illicita modo, melius dicitur quām irrita, & alia. Et frustra Philosophi à Tertulliano, hæreticorum Patriarches appellantur, quippe à schola Platonis SS. Patres exierunt, sicut & ex illa Aristotelis.**

*T. 1. *Eph. 12. *Ep[iscop]i 12. & alii; ibi Philosophia usus est Christus & Apostoli, & cum Basilio, & Magnus Augustinus, qui & addit, libro tertio de doctrina Christiana***

## C A P U T II.

*De potestate Papæ circa ius humanum.*

Ep. 1.

**N**Otiissimum est Sapientum adagium, Princepem legibua suis non teneri, & lex adversus se ipsum decidit, Princepem legibus solutum, & Patres cum Ambrofio de David. *Qui nullis legibus tenebatur humanus,* cùm Par in parem Imperium non habeat, nec ullus imperare sibi possit, & de vi coactiva conveniunt omnes, & Geron ipse Papæ parum æquus, & in Concilio Constantini, Papæ parum faventes exclamabant, Papa electus ligari non potest, quod & Concilium Tridentinum decidit, salva est in disciplina Papæ Auctoritas.

C. 25.

Huc regula innumeras decidit questio[n]es. Decidit Princepem in jure positivo, omnimodum habere potestatem, & capite proposuit de concessione præbenda recte statuit Innocentius tertius. *Papa de plenitudine potestatis de jure potest super jus dispensare.* Decidit Papam non ligari, ullis Conciliis præceptis, nec præcepto communionis in Paschate, nec præcepto annuæ confessio[n]is, nec jejunio Sabbati, aut Veneris, quatuor temporum, aut vigiliarum. Decidit Papam hoc teneri, lege ab Apostolis edita prout Episcopis non prout Apostolis, ab ipsius instituta non à Christo, velut in rejiciendo. Episcopo bigamo, aut ordinando Episcopo neophyto, cùm ordinanti fuerint Ambrosius, & Nectarius, nec obligari lege Concilii, aut Pontificis, nisi circa fidem, & mores, ubi Papa Interpres non legislator, & Concilium clare concludat. *Vixum est Spiritu Sancto, & nobis, & in humanis Conciliis decreta, Papæ auctoritas semper excipitur, ut Synodus Tridentina definit; sicut & consuetudines, & traditiones humanæ, Papam obligare non possunt.* Decidit Papam posse jus Canonicum totum mutare, & foli uti consuetudinibus, ut mos erat apud Spartanos, & constat in usibus feudorum. Decidit Papam jure, instituere posse Sacramentalia, quæ ex opere operantis tollant venialia, ut iis verbis orationis Dominica dimittit nobis debita nostra, vel peccoris tunisonem, vel confiteor, quæ sunt actus penitentia, aut aquam benedictam vim habentem, vel ex actu penitentia. *Lavabitis me, & super nivem dealbabor, vel ex impetratio[n]e orationis Ecclesiæ.* Decidit Papam in Sacramentis omnia mutare posse, salva ipsorum substantia, unde potest uti pane azymo, aut fermentato, celebrare latinæ, vel Graecæ, & innumeræ alia, aliisque permettere. Decidit posse ea præcepta solvere, quæ partim humana sunt partim divina, ex ea parte quæ sunt humana. Decidit posse instituere ceremonias, quæ superstitionem non redolent, velut forent ceremonias veteris legis. Decidit cum Legistis, posse de albo facere nigrum, æquare quadrata rotundis,

Ab. 13.

P. 50.

faccere, quod ea quæ sunt facta, non sunt facta, non verè & physicè, quod vel Deus in potest. *Dii sataniæ infelium facere non possumus,* cùm simul factum foret, & non factum, sed quoadjuris effectum, sicut capite illo de electionibus, potest Papa ad validitatem actus, expressum reddere, quod nou erat expressum, ideoque tenenda est sententia, & lequipedalis lingua cohinda, & hoc in sua lege valet, & Princeps Laicus, lege non dubium. Decidit Papam dispensare in simonia juris humani, qualis est in venditione beneficiorum, vel rei connexa cum sacra, ut redditus Ecclesiæ, vel jus decimandi, vel in jure Patronatus, cùm propriè non sint res sacrae, sed sacræ rebus adnexæ, & hæc contra Gerlonem est juris humani simonia, cùm certè non sit jus Divini. Deciditor Papam ubique uti pallio, de usu pallii cap. ad honorem, & posse damnatos ab aliis restituere, ut Sardicensis Concilium definit, & per decem capita de appellationibus evincimus, & judicat omnes Episcopos ex Gregorio primo, & ex eodem suspendere potest, à potestate Ordinandi, & confirmandi, ex eodem supplet eorum negligenter. Deciditor Papam posse dispensare, in irregularitatibus juris humani, & cum literatis, & sublimioribus, ad plures Personatus, & dignitates capite primo de consuetudine in sexto.

Volunt aliqui Parisienses Papam, sine causa invalidè dispensare, at latè cum causa Papa dispensat, & ubi potestas est, & voluntas, ibi semper actus est valor, quod & in Princepe Laico constat, & axioma est in lege receptum. *Multa facta tenent, que fieri prohibentur, & ad valorem actus, sola requiritur voluntas, & potestas, capite cum super de officio delegati, sic est validum matrimonium cum voto simplici celebratum, vel in fraudem priorum sponsalium, vel sine publicationibus perfectum, nec actus illicitus est semper invalidus, capite ad Apostolicam de regularibus, & sic in dubium venterunt, innumeræ in Gallia dispensationes, à Romanis Pontificibus illuc transmissæ.*

Rufus ex D. Bernardo discimus. *Plebiscitudo potestatis super universas Orbis Ecclesiæ,* Ep. 134. *Apostolica Sedi donata est.* Potest si utile iudicaveris novos ordinare Episcopatus, ubi haec non fuerint. Potest eos qui sunt alios deprimere, alios sublimare, prout ratio daberit, ita ut de Episcopis Archiepiscopos creare licet, & converso si necesse fuerit. Et hoc Gregorius septimus docet in dictato. *Quod Papa sibi licet pro temporis necessitate, novas leges condere, novas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere,* & è contra, droitem Episcopatum dividere, & in opere unire, quod innumeræ constat exemplis, & olim præter Romam, sibi Aquensis, & Mediolanensis fuerant in Italia Metropoliti, modo in magno numero censuntur. Potest & Episcopatus duos, uni Episcopo ex causa conferre, ut constat in Elektoribus imperii, & ut vidimus & constat Episcopum creare,

Cav. 3.  
G. 5.  
L. 3. ep.

36.

L. 3. ep.

15.

L. 1. ep.

29.

creare , nullus Episcopum dicetis , & multo melius Episcopum civitatum , sub Turcarum tyrannide gementium , cum violentia ius non tollat .

Potest in matrimonio Papa impedimenta dirimenti statuere , & habiles inhabiles efficiere , ut decimum est in Synodo Tridentina , de matrimonio clandestino alias valido . quod Synodus invalidum decrevit , & jure Pontificia multa sunt statuta impedimenta , non tamen statuit ut Papa infidelibus , sed ut Princeps secularia in suo stato ut capite gaudemus de divitiis , definit Innocentius tertius , ex citato Apostoli testimonio . *Quid enim mibi de illis , qui foris sunt judicare .* Potest statuere ut error qualitatis , in errorem transcat substantia , ut reddire invalidum matrimonium cum haereticis , quod modo permittit fidelis cum heretica , ut in Gallia mos est , & Germania , cum sit iuria tantum humani , Potest dispensare ut fidelia infidelem ducat uxorem , cum & olim S. Monica virum duxerit infidelem , & sola Ecclesie lege prohibeatur . Potest dispensare ex Synodo Tridentina , in aliquibus gradibus consanguinitatis , sive affinitatis in Levitico vetatis . *Si quis dixerit eos nonnullam consanguinitatem , & affinitatem gradus , qui in levitico exprimuntur posse impeditre matrimonium contrahendum , & dirimere contrarium , nec posse Ecclesiam in nonnullis eorum dispensare , & confirmare , ut plures impediunt , aut dirimant , anathema sit ,* quippe lex vetus expravit .

Potest habilem reddere inhabilem , ne egit cum Bernabœ Vicecomite , utpote Ecclesie Hoste ejusque Filii , quod factum commendat Alexander de Navo capite tuas desponsa duorum , & ibidem cum ipso Calderinus . Potest & permettere matrimonium inter duos cathecumenos virum , & uxorem , quod tamen fine baptismi non foret Sacramentum , cum alia Sacraenta supponant baptismum . Potest Papa dare jurisdictionem Episcopo etiam in foro alterius , Clementina de foro competenti , potest impetrare ne quis eligatur sine suo consensu , nec hat Episcopus ex Gregorio primo libro undecimo , potest duos Episcopatus unire in unum , ex Gregorio secundo libro secundo , & duos Episcopos in una urbe constitui , sicut egit in schismate Donatistarum , laudante Augustino , Papa Melchiades . Potest decretta Praeforum moderari , & propria mutat in melius ex Nicolao primo , & in errore facti retractat ex Bernardo , ut non erret ne videatur errasse ; potest ubique uti pallio capite ad honorem de usu pallii , non tamen potest eligere successorem , ex Concilio Romano sub Bonifacio primo , nec præjudicare successori , nec tollere beneficia sine causa , bene concurrere cum ordinariis , & ipsis decimas imponeare , capite cum nonnulla de decimis , & constat ex regulis Cancellarie .

Hacufu vidimus quæ potest Papa , nunc videnda sunt quæ debet , & quæ licita sunt non tantum valida . Debet Papa cum Gre-

gorio Magno potius mori , quam facere Ecclesiam degenerare . Debet uti ex vi directiva suis legibus & Conciliorum , cum recta ratio suadeat , ut caput conformetur suo corpori , nec dicatur novo Pontifici ut veteri , ducant , & non faciunt . Debet defendere iura , & privilegia Ecclesie Romane ex Nicolo primo . Debet dispensare solum in necessitate , ne loco dispensatoris sit dissipator .

Debet dare beneficia militibus , & veterani , quippe sunt stipendia , non pueris , & otiosis . Debet Episcopatus conferre invitatis non conantibus , quod & Laici norunt cum Leone , & Anthemio . *Nec pretio nec pretio L. 1.159. bus ordinetur Antistes , tantum ab ambitu de 3.4.3. bet esse reposum , ut queratur cogendas , rogatus recedat , invitatus effugiat .* Sola illi suffraget necessest excusandi . Profecto enim indigenus est Sacerdotio , nisi fuerit ordinatus invitans , & Bernardus . Qui petit jam judicatus est , sive per se petat , sive per alium , sic ex Bellarmino nullus Sanctus , unquam petiti Episcopatum , nunc volant episcopatæ De epo- fd. commendatitiae , cum debeat Presul commendari virtutibus , & ita plerumque commendant ineptos . Debet Papa punire famulos libellos , qui si puniuntur contra privato , longè validius contra Pontificem , quem veneratus est Paulus , vel jam dejectum . Debet tractare tantum majora , ne dicatur ipsi ut Moyse . *Sicut labore consumaris , & cùm Exodus.18 Papatus sit onus onerum , ut vocat Petrarca oneri succumbet . Debet sua manu signare commissions , quarum virtute procedit contra Episcopos , ex Concilio Tridentino sessione vigesima . Debet Presul Ecclæsie , & Religionum in causa informationis credere , at si semel ipsum decipient , numquam amplius debet illi credere , cum hoc unum mendaces incurant , ut nec veritas ipsis credatur . Debet Papa uti præmis , & ponis , ut à Deo & Christo dicit , & Theophrastus interrogatus , quenam rem publicam conservarent , præmium respondit & ponit . Debet & Magistratus providere Vi- Stoßfer. ris , non Viros de Magistratis , ne querant 43. ut plurimi cum Pio secundo . *Magistratus Plat. in alios mereri , & non habere , alios habere & ejusmodi non mereri .* Debet in dubiis majoribus consilere Deum . Debet esse venerationi Prin- 1.17. cipibus , ut Alexander Magnus adoravit , Jaddo Pontificem , teste Josephi libro tertio antiquitatum . Debet Deum consulere non carnem , aut sanguinem , vetua enim Pontifex mortuia consanguineis , signa luctus ferre non poterat . Debet oves ita instruere mansuetas , ut vocem ipsius audiant , & errantes super humerum ad ovile letus addit . *Tertull. cere , quod olim Papa in calice pingue depudicabat , denique legat Bernardum de confide- ratione .**

Volunt quamplures Papam , actus internos præcipere non posse , & axioma illud congermant , Ecclesia non judicat de interessis , at hoc verum est directe non posse , quippe regimen Ecclesie est externum , & ex eo Deus

*Diff. 74.*  
*c. 3.*

*C. 28.*

*Reg. ep. 29. p. 29*  
*Ep. 1.65.*  
*C. 1.65.*  
*fa. 16 29*  
*3 ep.*

*C. Iung. suis.*  
*et. 2.2.*

Hacufu vidimus quæ potest Papa , nunc videnda sunt quæ debet , & quæ licita sunt non tantum valida . Debet Papa cum Gre-

Deus se Dominum ostendit, quod extrema Decalogi præcepta, actus internos vetantia promulgavit. An posse indirecte olim est dubitatum, at modò constare credimus, ex gemina thesi damnata, altera ab Alexandro septimo. Qui facit confessionem voluntariè nullam satisfacit præcepto Ecclesiæ, alia ab Innocentio undecimo. Præcepta communio-  
nisi annua satisfit, per sacrilegam Domini mandationem, ubi certè actus interni præcipiuntur, & capite dolentes de celebratio-  
ne missarum, jubetur officium Divinum at-  
tentè, ac devote perfolvi. Monet de oratione  
Dominica Cyprianus. *Vis te Deum audire*  
*cum te non audit,* & monet unus pro cunctis  
Augustinius, ubi certum hoc & evidens con-  
cludit. *Clamor qui sit ab orantibus, non in-*  
*tenso in Deum corde, quis dubitet inaniter sie-*  
*ri,* ubi nemo ex Augustino dubitat, & ta-  
men certum docet contrarium Caramuel,  
posse aliquem voluntariè distrahi, quo citato  
Author de libertatibus Ecclesiæ Gallica-  
næ addidit in quadam sermone. *Et hæc sunt*  
*principia Theologia, quidem fundamentalis,*  
& S. Mauri Patres vel Benedictini, de Be-  
neditino suo sincerè scribunt plus profutu-  
rum, silentio quam scriptis. Nec obstat di-  
stingui debere forum internum ab exteriori,  
nec modum non caderè sub præcepto, quippe  
directe jubet forum internum, & indirecte  
tantum externum & modus cedit sub genera-  
li præcepto quo tenetur actus ponere, ut  
veras virtutes v.g. Religionis, ut constat ex  
propositionibus damnatis, & ex amara Dei  
lamentatione. *Populus hic lobiis me honorat*  
*cor autem eorum longè est à me.* Nec obstat ca-  
put ultimum de simonia, ubi non punitur  
hoc crimen utopiam internum, cùm in eo tex-  
tu actus externas, sub specie boni repræsen-  
tetur, idemque significat caput ex tua, cùm  
pnæam cogitationis nemo patiatur, ita do-  
cet Augustinus. *Toto corde ad Deum clama-*  
*dum est,* cum oramus si velimus excludiri cla-  
mavi in toto corde meo, exaudi me Domine, &  
comparant Patres hos orantes Pſittacis, &  
Picis, & Ecclesia monet ut sursum corda  
eleventur; non lingua voce alta, sic ergo  
præcipit Ecclesia attentionem.

Ibi Cy-  
rillus  
ber. ca-  
tech.  
Serm. 36.  
Ep. 89.  
c. 9.  
Srm. 122.

Aliud nascitur dubium, an jejunium quadragesima sit Divinum, ideoque dispensari non possit, ita sentire videtur Ambrosius ubi ait: *Fidelibus indictam esse Quadragesimam à Domino.* Et rursus. *Hanc quadragesimam nobis Dominus, suo jejunio consecravit,* & Rursus. *Non tam Sacerdotum, quam Dei præceptum,* & Leo sermone duodecimo de quadragesima Vocat *Diuinum institutum.* At vera sententia est legem esse humanam, sic Irenæus epistola ad Victorem, hortatur ut varietatem toleret in Paschate, sicut in Quadragesima, qua varietas in jure Divino, non extisset, & Leo Magnus sèpè commen-  
morat, jejunium illud ab Apostolis institu-  
tum. *Ut Apostolica institutio quadragesima*  
*dierum implatur, non ciborum tantum modo*  
*parcite, sed privatione maximè vitiorum, &*

alibi consuetudinem appellat. *Appropin-*  
*quante dilectissimi solemnitate Paschali,* sic est  
precurrenda consuetudo jejunii, ut nos qua-  
draginta dierum numerus ad sanctificationem  
corporis, & mentis exerceat. Et rursus. *A Serm. 9.*  
*Sanctis Apostolis per doctrinam Spiritus San-*  
*Eli, majora sunt instituta jejunia,* sic Ter-  
tullianus de jejunio capite secundo, memo-  
rat jejunium quoddam Ecclesiæ lege præ-  
scriptum, & alibi vocat jejunium Paschale, &  
dies memorat jejuniorum, quando ablatus  
est sponsus, & præponit jejunium Montani,  
dñsque Montanistarum quadragesimas, illi  
uni ab Ecclesia præscripto, hoc etiam con-  
stat ex eo, quod Ecclesia jejunium quadra-  
gesimale dispensat, quod facere non potest in  
jure Divino. Hoc & constat ex aliqua di-  
versitate, in diebus ipsius Quadragesima quod non accideret, si juris Divini foret  
Quadragesima, cùm Fideles omnes in jure  
Divino sint conformes & Patres ipsi contrari  
loquuntur de exemplo Christi, de imitatione  
Christi, de consecratione facta à Christo.

Ad Patres Ippositos respondemus institu-  
tum exemplo Christi non præcepto, sic Au-  
gustinus tractat in Joannem *sive ergo in pro-*  
*pberis, sive in Evangelio quadragesimarias nume-*  
*ras, nobis in jejunio commendatur,* ubi certè  
in Prophetis est exemplum non præceptum,  
quod & canit Ecclesia. *Lex & propheta pri-*  
*mitus, hoc prætulerunt postmodum Christus fa-*  
*crav. De jejunii quatuor temporum est*  
Apostolica traditio, nec Christus ab ullo di-  
citur Institutus.

Alia quæstio est de die Dominicæ, quem  
Divinum volunt Abbas de feriis, & Silvester  
in summa, & Alii, at contrarium tenendum  
cùm in lege nova, ut bene notat Suarez de  
his accidentibus, non sunt data specialia præ-  
cepta, sed tantum de substantia, fide nempe  
& Sacramentis, & D. Thomas dicit de con-  
stitutione Ecclesiæ & consuetudine populi  
Christiani. Nec obstat de lege Divina septi-  
mum diem observandum, quippe lex vetus  
non obligat, & septima dies Sabbathum vo-  
catur. Nec rursus obstat eam diem immu-  
tabilem, quippe difficile mutari potest, ob  
mysteria Pascha, & Pentecostes, nec obstat  
sublata Dominicæ, Sabbathum posse rursus  
destinari, quia non destinaretur Spiritu Ju-  
daico, & humano non divino jure institue-  
retur.

Maxima quæstio est de residentia Episcopo-  
rum, at hæc juris Divini est, cùm absens mu-  
nus suum implore non possit ut constat in ab-  
sente Pastore, potest tamen minus propriè  
dispensare, idest interpretari iis licitum, non  
obligare, ut in defensione proprie Ecclesiæ,  
in protectione ad Concilium, ob negotium pa-  
cis, ob necessitatem Papæ, si alius similis  
non adlit fœsus in aulis Laicorum, cùm nemo  
militans Deo se implice negotiis Specularibus,  
in pluralitate beneficiorum causa justa cùm  
sint à Conciliis prohibita de consanguineis in  
Ordine ad beneficia, si sint æquè idonei dan-  
dasunt, ut egit Christus cum Joanne securus  
est.

est acceptio Personarum ex D. Thoma.

Multa leguntur dubia in Gregorii septimi Dictato, apud Christianum Lupum in apologia, etiam in Bibliotheca nestoris Pontificia. Legitur Papam posse absentes reos depонere, quod judicium pravum appetat. Ita olim Constantino respondit Liberius. Quoniam modo accusator esse possit non praesente reo. Esto accusator sit absentia tamen rei facit, ut in causis judicare non licet. Et mox Quoniammodo autem accusabis eum, qui ob longinquitatem loci a deesse non potuit? Quod si qua obicit ex auditu babes, aquos effusus iiii, que pro se dicit Abbas suis fidem quoque habebas & Concilium quartum Chartaginense. Cœvans Iudices Ecclesie, ne absente reo cuiusvis causa ventulator sententiam profaverint, & Ivo Cenotensis illud habet. Nec absente accusare potest, aut accusari, at argumentum solvit Innocentius tertius. In causa qua summi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo juris, & vigor aequitatis efficiabilitate obseruantur, cum in similibus causibus castri teneantur similiiter iudicare, nisi forte cum aliquid causa necessitatis, & utilitatis inspeccio dispensative duxerit flatitudinem, sicut ergo in consumacione damnatus absens, sicut accidit Diocesoro absenti, ita licere in necessitate est manifestum. Extat & illud in dictato. Quod cum excommunicata à Papa, nec in eadem domo manere debemur, cum Innocentius tertius scriperit est equum in iure. Quod si quisquam per terram Hereticorum, aut quoru[m]libet excommunicatorum transierit necessaria emere, ac recipere poterit ab iisdem, qua epistola extit in ejus vita, & iudicat posse h[ab]erem recipi non ad osculum tamen & mens m; at olim major erat rigor, & Sincius Episcopus Ptolemaidis scribit.

Ep. 58. Privatus omnes, & Magistratus bortor, ut nec ejusdem cum Andronico scelis participes effici velint, & olim à Stephano non receptos, Cypriani legitos scribit Firmilianus, adeò mitigata est severitas, non austra. Extat & illud in dictato. Quod ordinatus à Papa alii Ecclesie preesse potest, non militare, at jam hoc decreverat magnus Gregorius. Quisque fermel in hoc Ecclesie, ordinatur sacram accepit egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet, & quod originis à Papa, non debet ab Episcopo alio ulteriorem gradum recipere, hoc fit in reverentiam superioris, & quod Papa institueri possit. & Episcopos depone-re, & reconciliare jam vidimus, & quomo-do fit factus omnis Papa exponit in apologia Eunodius, quod Romani Pontificis precepto, & licentia subjicit licet accusare, quod in desuetudinem abilit, & factum est ubi calumniantur innumeris. Quod Papa folius nomen in Ecclesias reciteatur, nempe ut communionis radix, &, slia quod Papa pedes Principes osculantur, quod Papa unicum nomen in mundo est, clara sunt, & alibi expoliti.

Excitavit & dubia Joannes de Poliaco I. Quod confessi Fratribus, babensis licentiam generali audiendi confessores teneantur eadēm

peccata, qua confessi fuerant iterum confessi proprio Sacerdoti II. Quod stante omniis utrinque sexus editio in Concilio Generali Romanus Pontifex non possit facere, quod Parochiani non teneantur peccata sua, semel in anno proprio Sacerdoti confessi quem dicebat esse Parochiale Curatum, imo nec Deus posset hoc facere, quis ut dicebat, implicat contradictionem. III. Quod Papa non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones, imo nec Debet, quia confessus babensis licentiam temetamen, eadem confessi proprio Sacerdoti. Hos errores Joannes XXII. damnavit constitutione Vas electionis extravagantem communi de Heretica, & ipse de Poliaco revocavit. Eundem errorem revocat Joannes Launojs in libro cui titulus, Explicatio Ecclesie traditio, circa canonem omnis, utrinque sexus, ubi solum Prostorum probat nomine proprii Sacerdotis designari, quem sequitur Natalis Alexander in hoc puncto excipiens tamca Papam, & Episcopum. Et primam partem prohbat capite nuper de fearentia excommunicationis, & canone duodecimo Lateranensis Concilii. Cœvans tamen ne injurijs fuit veteribus Ecclesiis de jure Parochiali, sic Innocentius quartus constitutione, undecimo Kalendis Decembribus Neapoli, ubi Religiosos alloquitur pro Prostorianis. Nec ipsos finis Sacerdotis sui licentia ad penitentiam ultra tenus admittatis, cum si quis alieno Sacerdoti justa de causa sua voluerit confessi peccata secundum statutum Generalis Concilii, sic Martinus quartus constitutione ad uberes, sic Tolosnum Concilium canone decimo tertio, sic Bitterense canone quadragesimo sexto, sic Arelatense canone decimo sexto, Senonense canone quarto, Arelatenis tribus canonibus, & aliis tribus Colosiensi, Rhemense a Gregorio decimo tertio congregatum, capite de penitentia, sic Aquense, S. Caroli & alii. Nunc remanet exceptio præfusis, & Papæ quamvis notum sit lumine naturæ, concedi Superioribus quod inferiori, sic in extremaunctione, & matrimonio, Minister est Parochus primò præfusis fragrantibus cuius mihi Pontifices, & primus Innocentius tertius, magna pars canonis, & approbat qui ex Uadiingo scribit Episcopis: Ipse mandat Tert. 1. ipsi ne impediatur, quo ministris occidentibus ad 4.7 art. ipsorum predicationem, possunt Fratribus con- 40. & fieri, quod & Albertus Magnus approbat scy- factum, sic præster adductum Joannem vige- sum secundum Gregorius nonus Prædicato-ribus confessis, & Innocentius quartus con- firmat, sic Alexander quartus in Guelium de S. Amore, concedit: Confessiones audire, An. 1227 sic Clemens quartus ad Generalem Mino- rum, sic Bonifacius octavus ipmis concedit, An. 1243 ut liberè confessiones audisint, & subdit. Per huiusmodi antem concessionem, nequaquam intenduntur Personis, seu Fratribus ipsi ad id soliter deputatis, potestatem in hoc impendere ampliorem, quam in eo Curatis vel Sacerdotibus Parochialibus est à jure concessa, ideoque Parochis omnino aquat; sic clarissimus Benedi- catus

*Etus Undecimus. Adiani eis peccata sua confiteri volentes, & mox. Non obstante Constitutione Generali Concilii, qua sano intellectu &c. intelligenda est ut ex ea patet, de illis, qui peccata confiteri alii neglexerint, sic Clemens quintus, sic Alexander quintus in*

*An. 1409 Stante statuto omni utriusque sexus, nec Deus uic Papa de potentia sua potest facere, quis confessus Fratris mendicantis admisit iterum se- neatur confiteri suo Carato, & curata est re- vocatio in Constantiensi, & Basileensi Con- cilio & nihil actum. Sic Calixtus tertius Clementem quintum confirmavit, sic Sistus quartus, Leo decimus, Paulus tertius, & quartus, Clemens decimus, & omnes Pontifices sustinuerunt. Suffragantur causa, & Generalia Concilia, Clementina dudum in Concilio Vienensis ait: *Sacra infante, & op- probante Concilio, decretum Leonis decimi in Concilio, Lateranensi Generali lectum est, & approbatum, in Tridentino privilegium illud non est revocatum, imo acriter defen- sum cum aliis, & Concilium ipsum sub In- nocentio tertio. Viros idones quos Episco- pi, postulare coadiuvare, & cooperare habere, non solum in predicatione officio, verum etiam in confessionibus audiendis, & nunquam vel somnium est Episcopos, velle petere licen- tiam Parochis, & de Papa res foret sibilis excipienda. Suffragantur & Synodi regio- nales, Bituricensis canone decimo quarto praeципi singulis intimari, constitutionem omnis utriusque, Clementis tertii, & Martini quarti, adeo non credit illas contra- vias dicens, Sacerdotum Parochialium affi- su nullatenus requisito, & Synodus Claro- montana bellè distinguit. Proprium autem Sacerdotem dicimus duobus modis ex officio ut puta Papam, Episcopos, Curatos, vel ex com- missione, sicut Fratres Prædicatorum, & Mino- res, & Synodus Cicerensis in Anglia. Si- ne licentia proprii Sacerdotis, ait, alienum Pa- rochianum non audiendam, nisi prior legio au- diendis confessiones à Sammo Pontifice sit mu- nitus, adeo cum privilegio potest quis audire alienum, & Synodus Oxoniensis iubet in Pascha quemque integrè confiteri, Proprio Sacerdoti vel alteri de ipsis licentia. Et mox. Cum ipse absque licentia est absolvere non pos- sit, nisi de mandato superioris. & Concilium Tolanum iubet observariorum confititionem omnis utriusque, à Rectoribus, & Vicariis sub anathemate, & ut. Quislibet coram in sua Parochia nomina saorum Parochianorum, qui ad annos dissensionis pervenerint annuatim in scriptis redigat, & illos qui sibi vel alteri posestatem habenti de quo confiteri confessi fave- rint, confignet, quo nil clarius, sibi, vel alteri; & Biterrense codem pacto canone sexto, & Vaurense bellas Bonifacii & Clementis quinti, & Nicolsiensis citat canonem omnis utriusque, & ait. Prohibemus distritile, ne Sacerdos non Caratu, aut nostram non obti- venus licentiam &c. Confessiones andias; sic alia referat Natalis, & una Lingonensis satis est**

*An. 1570*

pro cunctis. Item ne remaneat aliquis beatis- tio quis propositis dicatur Sacerdos, declara- mus prout Doctores & iura declarant, quod proprius Sacerdos est Papa, ejus Legatus, Epis- copus &c. Suffragatur Theologorum Princeps in Supplemento quæstione octava, & contra impugnantes Religionem respondet, canonis omnis utriusque Sacerdos proprius non solum Confessus est Parochialis, sed etiam Episcopus, vel Pa- pa &c. sic ex proposito D. Bonaventura, Du- randus a S. Portiano, auctor canonis deroga- ri per privilegium, & Germonus Papæ certè non adulator, dicit ita privilegiatos, ac Paro- chos, sic Facultas Parisiensis Joannis Lal- leri, duas theses damnavit, & bullas in hac causa defendit, sic Jacobus Almainus, & Joannes Major, qui & nervosissimis ratio- nibus convincit, & aliis sine numero Docto- res. Suffragantur & ii, qui Parochum intel- ligunt, nomine proprii Sacerdotis, sic Be- nedictus undecimus extravaganti communis inter cunctas. (Ceterum licet de necessitate non sit eadem confiteri peccata &c. exhorta- tur quod suis Sacerdotibus, semel confiteantur in anno) sic Arelatense allatum, sic Sy- nodus lingonensis, & aliae. Suffragantur ratio- nes præter adductas, cum Papa, & Episcopi sint ordinarii Pastores, Papa & Episcopus constituant Penitentiarum, qui major est Parochio ipso, quod Papa est Dei Vicarius, unus Pastor, & Pastor Pastorum, quod pri- vilegium legem limitat, quod omnia anima potestatis sublimioribus subedita fit, & alia apud Auctores. Net juvat allegare ca- nonem pro Parochiis, cum tacitè, & si pex- presè, Papa, & Episcopus excipiunt. Nee P. 197 obstat Clementem quartum casus aliquos ex- cipere, qui jure, & consuetudine cauentur, & casus sit adscribendus Concilio Lateranensi, nam excipit casus reservatos Papæ Le- gato, & Episcopis, ideoque est omnino in contrarium, & fortius etiam pro nobis addit, ab his etiam absolvere posse si eis specialiter committitur. Nec obstat liber Joannis de Annolis, contra haec validè pugnantis, quippe non est contrarius cum sibi opponat. Posse Papam, vel Episcopum per se, vel per alium audiare confessiones, dicit multa posse fieri, que non expediunt, & Religiosos solis calumniis persequitur, quod lucrum que- rant non salutem animarum. Hæc sunt dicta fuit & fuisus Natalis etiam in Theologia dogmatica, ubi veritas hæc elucefecit, & Pa- pan dispensemare in canone Concilii Genera- lis, vel ipsi hic affirmant quod alibi negant, dicentes tenet confititione annua, ob cano- nem ejusdem Concilii Lateranensis, adeo veritas abscondit latè non poterit.

Valde dubium est an Papa nti possit, forma deprecativa in penitentia Sacramento, & moderari aliqui affirmant, in potestate Papæ esse modum exprimendi, imo cum Morino Græcos id agere fatentur, & scholasticos in eo accusant; quod non legerint ritualia anti- quia. Hanc nos quæstionem infra solvemus de penitentia, interim negamus Græcos id

agere; quippe præmitunt orationes ut Latinis, unde refert Arelius de penitentia, Ruthenos in fine suarum precum sic concludere. *Ego quoque Pater tuus Spiritus, potestate mibi à Deo, & à Superioribus meis concessu, abflos te ab omnibus peccatis tuis.* Et Simeon Philadelphiensis, in suo libello de Sacramentis edito. *Gratia Sancti Spiritus per humilitatem meas habet te venia donata;* & abfolutum. Et Pater Goar in suo Euchologio seu rituali, refert has formas Gracorum. *Dominus noster Iesus Christus, & Deus qui mandatum ligasti, & solvendi peccata, discipulis tradidisti, praetereat omnia peccata tua.* Ego verò indignus ejus seruos, abflos te ab omnibus peccatis tuis. Rursum, *Dominus iustus, qui prouper nos carnem affundit, & universi orbis peccatum tollit, delectus tua delectas.* Ego verò condono tibi omnia peccata tua, ubi vides in his & similibus formis, modum indicativum non deprecativum, qui adhibetur in extrema unctione, cùm ex Jacobo sutoratio fidei, ideoque valde dubia est ea forma.

Non minor quæstio est, utrum, eligere præstet ad Episcopatum, Theologum an vero Canonistam, sicut pro Theologo Theologi, pro Canonista sicut Canoniste. Alii distingunt in terra Ecclesiæ ubi pax est, præponunt Episcopum Canonistam, propætus infidelium vel Hæreticorum præponunt Episcopum Theologum, cùm debeat convincere hæreticos, ex Scripturis, & traditione, nec hæretici decretales admittant, quas Lutherus ut mortuus duxit ad sepulchrum, nec aliam lucem tribuit quāmignis. Hoc tamen est certum Dominicum Sotum, & Theologum simul & Canonistam, à parte Theologi non discederet, cùm Apostolis dictum sit à Christo. *Esutes docete, & causa fidei si potior.* Qui utramque callet facultatem, optimus est habens plenitudinem scientiarum, & in Timotheo suo Paulus, utramque requirit scientiam. An vero melius sit Religiosus, an Secularis Sacerdos, factor optimos extitisse Monachos, optimos extitisse Seculares, & Episcopos esse & Doctores, Basilium Monachum, Gregorium, Hieronymum, sicut & Chrysostomum, & Leonem, & inter Præsules Roma magnus est Leo Presbyter, magnus est Gregorius Monachus.

Eximè verò disputatur, an Papa possit, Religiosi vota dispensare, quod negat schola Thomistarum, & Recentiores cum antiquis confirmant; & reserunt Innocentum tertium capite cùm ad Monasterium. Nec exi-

*Dr. Petrus filius Abbat,* quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare, quia abdicatione proprietatis, sicut & custodia cassitas, adeo annexa est regule Monasticæ, ut contra eam nec summus Pontifex, possit licetum indulgere, & quia non potest Papa dispensare, in jure naturali & Divino, ubi principiū est perfecta traditio, & Tridentinum ponit discrimen, inter celibatum ex lege,

vel ex voto. Contra Thomistas pugnant alii omnes Theologi, & ex Thomista Cajetanus, Joannes à S. Thoma, & Canonista omnes acriter tridentur. Et rationes ipsæ Thomisticæ id evincunt, quippe Papa efficeret non potest, ut Religiosus, manens Religiosus, proprium habeat, & retineat, cum dicat. *Ece nos religiosus omnis, potest tandem de Monacho facere non Monachum, & paritas S. Thomas nobis est propria,* cùm calix consecratus non maneat consecratus, mutatione facta in calicem per dissolviōem; ita in Monacho, si perdit esse Monachi. Altera & ratio evincit oppositum, cùm solemnitas sit juris humani, & frustra labet scripturæ etiam Abbatem, de Monacho posse facere non Monachum, quippe Papa potest quod Abbas, non Abbas potest quod Papa superior. Quin etiam Papa sapienter dispensavit, nec obstat Dominici Soti resonsum, in puro factu Papam non esse infallibilem, quippe ne nos dicimus articulum fidei, at sententiam ex sancto Pontificum probabiliorem, cùm semper eam sequantur ut evicit Faganus & dispensasse Historiæ certe testantur.

Extrema est potestas Papæ in Cardinales, quos vult Spalatinus ita dici, quod incardinarentur alicui Ecclesiæ, & assert numerosas epistolæ Gregorii, at nomen commune concedit Coeffellus, ut tabellarii & Angeli nuncii vocantur, quo ad virtutem longè distant, & cognoscit ex Ioanne octavo vel ipse. Quippe cùm sicut nostram mansuetudinem Moysi, ita vestram Fraternitatem septuaginta seniorum, qui sub eodem castrorum negotio diuidabant vicissitudinem gerere certum habebant, & auctoritatem non modicam tribuit. De his audiendus de consideratione Bernardus. *Veniamus ad collaterales, & coadiutores tuos bi fiduci tibi, bi iniuncti sunt.* Et mox. Sed siue leviter fratre gravent, cui relictus impunitum quamlibet tibi, qui tales aut elegisti, aut admisisti. Non de omnibus dico, nam sicut quos non elegisti sed ipsi te. At potestatem non habent, nisi quam tu eis, aut tribueris aut permisisti. Et pulchritudo, Sanè huic negotio non se ingerat rogans, Consilio non prece agendum est, & alibi inducit Papam ut Moysen loquentem. *Habebit Aaron, & Hur vobiscum,* si quid natura fuerit questionis referatis ad ipsos, & de septuaginta sensibus scriptura. *Auferent de Spiritu qui eras in Moysi & dant septuaginta Viris, nempe Spiritum sapientie, & pietatis. Legantur de his sapientissimæ bullæ Pontificum, & obseruentur.*

L. 4. c. 4.

# P A R S II.

## De Potestate Papæ circa Sacra menta.

*Actum est de baptismo, ordine, & extrema Vnctione, nunc alia quatuor manent Sacra menta.*

### C A P U T I.

*De potestate Papæ in Confirmatione.*



Cutissimus omnium Patrum Tertullianus, illud experientia, & ratione convincit, Nemo ab Hostibus stipendia recipit. Patentur ultra Hostes nostri Papam, & esse Confirmationis Ministerum, & Presbyterum; & Diaconum designare, & materiam mutare posse, & formam, cum vel halsfamum apud ipsos sic pessimi odoris, & velint confirmationem ceremoniam, vel ex Calvinio catechismi, ideoque suspecta haec munera sunt expendenda.

Evincitur ex actis Apostolorum hoc Sacramentum. Cum autem audirent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quod recepisset Maria verbum Dei, misericors adest Petrum, & Joannem, qui cum venerant orationem pro ipsi, ut acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum, daretur Spiritus Sanctus, oblitus eius pecuniam dicens. Date & mihi hanc potestatem, ut encimique imponero manus, accipiat Spiritus Sanctus. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam dominus dei existimat pecunias possideri. Jam baptizati erant Samaritæ, & Viri, & mulieres, & Simon ipse. Cum autem credidisset Philippo Evangelizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi, baptizabantur Viri, & mulieres. Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatis esset, adhuc erat Philippo, evangelizanti de verbo Dei. Jam ergo confirmatio dabatur post baptismum non in ipso baptismo, ut volunt Hostes nostri, jam non erat ceremonia baptismi, cum jam baptizati forent omnes, jam non erat catechesis puerorum, & in fide recepta confirmatione, cum daretur Viris, mulieribus, & Simoni, & donaretur Spiritus Sanctus, & quidem per impositionem manus, quod intellexit Simon ipse volens, per impositionem manus dare Spiritum Sanctum. Jam non est ceremonia illa, ubi mittuntur duo

ex præcipuis Apostolis, nisi & Apostoli so rent stulti, ut ad clariendum baptismi Sacramentum, Diaconum tantum eligerent, & ad ceremoniam duos Apostolos, & stulta foret Sapientia Patris, ut eligeret Diaconum ad baptismi substantiam, ad accidentalem, & non necessarium ritum, Apostolos & quidem primarios, & Spiritum Sanctum donaret per ceremoniam, confundens cum ceremonia Sacramentum, & Ecclesiam suam in excitate reliquens, & æquivocatione inextricabili confundens, ut nesciret Sacramentum à ceremonia discernere.

Exstat & aliud Pauli exemplum. *Fallunt* *All. 19.* *est autem cum apostoli esset Corinti, ut Fan tis peragratis superiusibus partibus, venire Episcopum, & invenerit quodammodo discipulos, dixisse ad eos. Si Spiritum Sanctorum accepisti credentes. At illi discernunt ad eos. Ne que si Spiritus Sanctus est androginus. Et mox His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu. & cum imposuissent illis manus Pauli, venit Spiritus Sanctus super eos, & lo quebatur linguis, & prophetabant, ubi Spiritus Sanctus infunditus per manus Pauli, ubi Apostoli manus impulsione, non catechesi aliqua, aut doctrina, Spiritum Sanctum largiuntur, ubi ceremonia non est, quodat Spiritum Sanctum.*

Volunt ea tela declinare Hostes, imò & in nos retroquerre, at altiore vulnere feriuntur. Afferunt per impositionem manuum, non gratiam justificantem dari, sed gratias tantum gratis concessas, ut dona linguarum, & miraculorum, & ideo confirmationem non esse Sacramentum, at telo infelicius occurunt, eum Spiritus Sancti nomine, gratia justificans significetur. *Vos semper spiritui* *All. 7.* *Sancto resistitis, & rufus. Noudum erat Spiritus datus, & iterum ad Romanos. Cba. 7o. 7. ritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, & iterum C. 5. rum. Spiritus Sanctus discipline effigies suum, & anseret se à cogitationibus, quae sunt Intellectu, & corripetur à superveniente Cap. 12. iniuritate, ubi non habitat cum iniuritate Spiritus Sanctus, & gratia gratis data sunt in peccatore. Multi dicens mibi in illa dicit *Matt. 7.* *Domine Domine, nonne in nomine tuo pro pectorum, & in nomine tuo Demonis ejecimur, & in nomine tuo virtutes multas facimus, & tuus confitebor illis, quia nuncquam novi vos, discedite à me, qui operamini iniuriantes, sic Caliphas pessimus prophetavit, sic Balaam vendens benedictiones, & alio suo stolidior, sic Sybillæ etiam gentiles. Uno verbo Christus Spiritum Sanctum promittit, ad corroborationem verae fidei, qua spectat ad gratiam justificantem. Et ego mitto* *Luc. 6. 12.* *promissum Patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate, quoad usque induamini virtute ex alto. Et rufus. Accipietis virtutem All. 2. Spiritus Sancti in vos, & eritis mibi testes in Ierusalem, & in omni Judea, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Et iterum. Non enim vos esitis, qui loquimini, sed Spiritus* *Matt. 10.**

*Patris vestri, qui loquitur in Vobis. Tradet autem Frater fratrem in mortem, & Pater Filium; Et effectu probavit virtutem rediti à cervis Leones, priùa obmetum Ju dorum clausi, post Spiritum Sanctum invicti. Et illi quidem ibant gaudentes à cons pectu Concilii, quoniam digni habitis sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Omnes autem die non celebrabant in templo, & circa do mor docentes, & Evangelizantes Christum Jesum, ubi & patientes & lati, contumeliam pro Christo decus reputabant, denique gratia hæc cunctis conferebatur, non omnibus dantur gratia gratis data, ut integrum capite demonstrat Apostolus, & concludit. Nunquid omnes Prophetae, nunquid omnes Doctores, nunquid omnes virtutes, nunquid omnes gratiam habent caritatem, nunquid omnes linguis loquuntur, nunquid omnes interpretantur? Volunt aliqui tamen effugere, cum multi reeperint gratias gratis data, qua hoc tempore non amplius conferuntur, at gratia in Sacramenta etiam per ipsos, semper invisibiliter est data, lingua aliquando visibiliter, & si valeret haec debilis ratio, eviceret nec baptismum esse Sacramentum, cum olim fuerint in eo signa, nunc vero visibiliter non apparent, imò hoc responsum solvit, & irridet Augustinus. Num*

*J. 2. de quid modo, quibus imponitur manus, ut acci piant Spiritum Sanctum, expellatur ut ligna quis loquuntur, ant quando imponit manum istis infansibus, attendit unusquisque vestrum, turum linguis loquuntur, cum fierent olim ex nova lege miracula, & modò cessare ostendat experientia, & Scripturae unanimes Interpretes, doceant, modò fieri invisibiliter, quod olim videbatur. Vult Calvinus hanc Catechesim puerorum, in quo & à nostris, & à suis deferitur, at manus impositio, fidei gratia, duorum Apostolorum missio, donatio S. Spiritus & alia mille, catechesim puerorum confutat. Volunt alii denique cum Dallao nos premere, ubi in Scriptura ne ve stigium quidem, aut olei, aut balsami reperitur, & urget acriter Modernus Hostis, si manus impositio Christus significat, nihil est in Calepino quod non significet; at in cluctabile & Dallao, & cunctis est argumen tum, ubi est lignum sensibile, & gratia, ibi est verum Sacramentum ut mos evincemus, & manus impositio & gratia, nec à Dallao nec ab aliis negantur, idéoque nec verum negari potest Sacramentum; & manus impositio est in Scriptura, oleum, & balsamum, in traditione, & antiquitate.*

*Exstat ergo evidens demonstratio vel ex Hostium testimonio invicta, ubi tunc adeat Sacramentum, cum est lignum sensibile, & gratia, & Dei mandatum invenitur, ut docet Calvinus libro primo Institutionum, Kemnitius secunda parte examinis, & McLanthon in apologia Confessionis Augu stanæ. Sacramentum est titus, qui habet mandatum Dei, & cui addita est promissio gratiae, & remissionis peccatorum, & signum*

*externum est manus impositio, & quod constat ex Actis oratio, & gratia promissio est in Evangelio. Ille testimonium peribebit in Jo. 4. me, & Vos testimonium peribebitis, quia ab initio mecum es sis. Et iterum. Et ego rogo Abba Patrem, & alium Paracletum dabis vobis. Extrusus. Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto, non post multas hor dies, & ibi loquitur de discipulis jam baptizatis. Et mox. Accipietis virtutem supervenientem Spiritus Ap. Sanctorum in Vobis, & cuncti vobis refles, ubi accipietur virtus Spiritus Sancti, adhuc ut sint testes in martyrio. Aut ipsi refles mens fidelis, qui occisus est apud Vos, & Martyr idem Jo. 14. est ac testis. Nee Apostolis tantum promittitur, sed & aliis. Ego rogo Patrem, & alium Paracletum dabis vobis, ut maneat vos benevolent eternum, & hoc ex utroque testamento firmatur. Effundam Spiritum meum super omnem carnem, & in Samaria Viri, & mulieres receperc, & Simon sibi, & alii quosrebant, reprehensum tantum quod emere vellet, & apud Paulum discipuli Joannis, ideoque extar mandatum Domini. Quod si non extaret adhuc foret evidens, quippe Deus à se tantum obligatus, nec creatura ulli Spiritum Sanctum rei sensibili potest alligare, quod mirantur Patria in Sacramentis, & Optatus pro Spiritu Sancto in Donatistis, Mutate, ait, illum si poteftis, & filius, Spiritum Sanctum.*

*Supersunt alii Scriptura textus. Et vos nullorum, quam accepistis ab eo manete in Vobis. Et mox. Non necesse habetis ut aliquis doceat Vos, sed sicut nunc ejus doceat vos de omnibus, & verum est, & non est mendaciam. Et sic docuit vos manete in eo, ubi unitus est Deus, & Spiritus Sanctus, & docet omnia, & in eo manendum, & sermo est de Confessione hodi. Omnis qui negat Ep. 1.7.2. Ium, nec Patrem habet, qui confiteretur Filium, & Patrem habet. Et cum Joanne Pau lus. Nolite contrariare Spiritum Sanctum Dei, Eph. 4. tu quo signati es sit in die redemptionis. Et alibi. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui nixit nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus no stris, ubi Spiritus Sanctus signat, & confirmat, unctionis, & dat pignus Spiritus; Et haec nec per Hostias agit ceremonia.*

*Accedit Scriptura Interpretes, non suam sed Christi doctrinam referentes, quam in expositione Scripturae, vel Hostes ipsi traditionem recipiunt. Accedit antiquus, & facundus Cyprianus alludens Apostolorum facto. Nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, per Prepositos Ec cleesi offerantur, & per nostram orationem, & manus impositionem, Spiritum Sanctum consequantur, ubi Episcopus tantum manum imponit, ubi non Apostolorum tantum ex eo, sed etiam Cyprianus hoc fecit, ubi per orationem, & manus impositionem, Spiritum Sanctum baptizati consequuntur. Nee obstat diei in baptismo, quippe olim daba tur*

tur cum baptismo, & si id evincit esse unum Sacramentum, hoc etiam evincet de Eucaristia, cum olim cum baptismo ministraretur; Et quod evidenter exprimitur. Et idcirco quia legitimam, & Ecclesiasticum baptismum consecuti fuerant, baptizari eos ultra non oportebat, sed consummumodo quod decretat, id à Petro, & Joanne factum est, ut oratione pro eis baptiza, & manus imposita invocaretur, & infunderetur super eos Spiritus Sanctus, ubi non in baptismo sed post baptismum non solum invocatur ut fit in oratione, sed per eos infunditur Spiritus Sanctus, & apud eumdem scribit Firmianus.

Ep. 75.

*Vbi president Majores nostri, qui & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi possident potestatem, ubi non Diaconi baptizant sed Majores, ubi tria Sacraenta distinguuntur, non tres ceremoniae ut constat, ubi dicit hodierna quoque die fieri. Nec obstat de baptismo error Firmiani, quippe in eo à Multis reprehenditur, in hoc ab omnibus sequitur, ne uno quidem reprehendente. Accedit Epiphanius*

*Græcus, Hereticorum malleus & triumphator. Simon Magni blandientur est Apostolus,*

*& ipse familiariter cum aliis baptizantur est à Philippo. Omnes vero præter ipsum suscepserunt magnorum Apostolorum presentationem, & per impositionem mannum ipsorum accepserunt Spiritum Sanctum. Nam cùm Philippus Diaconus esset, non bobebat potestatem imponendi manus, ut per hoc acciperet Spiritum Sanctum; & eodem sensu, illudemque verbis, quamvis cum ipso discors Chrysostomus.*

*Quia erat Diaconus, ideo & baptizans Spiritum Sanctum non dabat, neque enim facultatem bobebat, hoc enim donum fons Apostolorum erat. Et mox. Igittu, hoc eras in Apostoli singulare, unde & Præcipio & non alios*

*videmus hoc facere, ubi vides Philippum baptizare, & non solum Spiritum Sanctum non elargiri, sed ne elargiri posse, divertissoque esse penitus Ministros, ubi Apostoli post baptismum mittuntur, ubi baptismus per Hostes ipsos dat Spiritum Sanctum, & tamen Diaconus dare non potuit, ubi perfeciorem exigit Ministrum, & Spiritus Sanctus non dabatur, per aquam, & nomina tremenda, ut nullies docent Scriptura, & Patres, sed per orationem & manum impositionem. Accedit Isidorus Pelusiota, ut sit funiculus triplex difficil rumpendum.*

*Philippus eos, qui Christiana doctrinam, in Maria imbuti fuerant, baptizimi aqua iunxit, Petrus autem, & Ioannes Apostoli ad eos descendentes, Spiritus S. gratiam ipsa parrexerunt. Quod si it à quo baptismum occiperunt, ex Apostolorum clade & numero suisset, Spiritus donandi potestatem profectè habuisse. Accedunt Græcis & Latini. Accedit Augustinus de Trinitate.*

*Negre enim Aliquis Discipulorum ejus dedit Spiritum S. erobant quippe, ut veniret in eos, ex quo manum imponebant, non ipsum dabant. Negre morem in suis Prepositi, etiam nunc servat Ecclesia, ubi Prepositi tantum erant pro*

Spiritu Sancto, nec est gratia transiens sed mos perpetuus. Accedit Hieronymus Augustino non discors. *Exigit ubi scriptum sit?* In aliis Apostolorum; Sed etiam Scriptura. *Auctoritas non subefset totius Orbis in banc partem consensus in his precepti obtineret.* Et repouit Orthodoxus. Non quidem absus banc est consuetudinem, ut eos qui longè in minoribus urbibus, per Presbyteros, & Diaconos baptizati sunt, Episcopos ad invocationem S. Spiritus manum impositurus excurrat. Et mox. Episcopos si manum imponit isti imponeat, qui in rella fide baptizati sunt, ubi post baptismum confirmationem exponit, ubi vel post Presbyteros excurrit Episcopus; nec obstat dici consuetudinem, quippe consuetudo est totius Ecclesie, contra quam disputatione ex Augustino insolentissima insanire est, & acta Apostolorum citantur. Quod idem scribit Innocentius ad Decentium, *Dicit Epis., confignatus insinibus manifestum est, non ab alto, quod ab Episcopo fieri debet. Nam Presbyteri licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicum non habent. Hec autem Pontificibus soli deberi ut consignent, & Paracletum Spiritum S. tradant, non solum consuendo Ecclesiastica demonstrat, veram & illa letitia actuunt Apostolorum, que aucter Pe- trum, & Joannem esse direllit. Inutile vero est responsum Romæ factum, cum sit Ecclesie consuetudo, & factum Apostolorum, non Romæ sed Hierosolymz, & Samariæ. Accedit Pacianus ad Simpronianum. Si ergo & lavaci, & Chrysostomi potestos majorum longè charismatum ad Episcopos, inde ex Apostolorum forma descendit, & ligandi quoque jns adiut, ubi Episcopi Chrysima largiuntur, & potestos ex forma Apostolorum descendit, & tria distinguuntur diversa. Et rursus Chrysostomus de Philippo, baptiza- bat dimicantur non Discipulus, a Apostoli autem gratiam conferebant, & iterum. Nam virtutem quidem accepserunt faciendi Signa, non autem dandi Spiritum Sanctum, ubi distin- guit virtutem signorum, à donatione Spiritus Sancti, ubi Minister baptismi Diaconum, à Ministro confirmationis differnit. Accedit Primatius. *Donum Spiritus Sec. 17. Sancti datur in baptismo per impositionem ma- ad bebr. nus, ubi alludit impositioni manuum Apo- stolica. Denique Ecumenius & dicit & pro- bat, alioquin non irent ab Hierosolymis Ad. Apostoli, ut Spiritum Sanctum largiren-**

*Sunt & Patres Latini & Græci in aliis textibus. Est Augustinus in epistola Joannis. *Unus Spiritualis ipse Spiritus Sanctus Tert. 6: effi, cuius Sacramentum est in uisib. effi.* Est Cyrillus Hierosolymz, ubi rectè assertur Joannem Chrysmati allusione, per quod datur Spiritus Sanctus, quo docet nos de omnibus, & de Unione innumeris docent, sic Tertullianus ad Martyres. *Christus Jesus qui Catec. 3: vos Spiritus unxit, Avitus libro ad locorum 3: Virginibus sacro signatis Christi uite, sic Sent. 342 Isidorus, sic Prosper Utetos à Christo 4: 29. de-**

deducit, sic Isidorus de Ecclesiastis effigie. *Sunt Sacraamenta baptisimorum, & Christi, & Sangui, & mox. Chrysostomus Graecus Venitio, & dicit & evidenter evinet.*

Post Scripturam & Interpretes, manet etiam Divina traditio, quam memorat Bassilius de Spiritu Sancto. *Consecravit autem aquam baptisimatum, & Oleum Unctionis, præterea ipsum qui baptisimatum accipit, nonne à tacita, secretaque traditione, ubi traditio est Oicum Unctionis, quod & Innocentius, & Hieronymus, ut consuetudinem, & à Scriptura deducunt.*

*Extant & Patres traditionis testes, & Novatiani est titulus heretici, ut mox cernemus, quod verbo Dei repugnat, vel scripto vel tradito ut constat, cum hereticis verbo Dei*

*Tibet. sa-  
ber. sa-  
bul. 3.*

*opponatur. Hinc suos Sættatores non obser-  
vavit. Triumphant Antiquitas custos traditionis, & illud aureum Vincentii Lyrinensis. Quod ubique quod semper. Triumphant Tertullianus de Resurrectione carnis. *Caro ablinuit, ut anima emaculetur, caro angustar ut anima consecretur, & mox coniungit cum Eucharistia. Caro corpore Christi nutritur, ut anima de Deo saginetur. Et in libro de baptismo distinguit. Deinde manus imponitur per benedictionem, advocat, & invicat Spiritum Sanctum, ubi post baptismum est confirmatio, nec ceremonia advocat Spiritum Sanctum, ex ultrone Hostium Confessione, & exprefse caro signatur ut anima mu-  
niatur, & libero primo contra Marcionem unit cum baptismo, & Eucharistia & rufus de resurrectione carnis, *Caro angustar ut anima consecretur, & mox. Caro manus impositione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur, ubi ponit Unctionem, signum crucis & impositionem manus, & per gratiam evi-***

*De ref.  
fuer. car-  
nii e. 8.*

*cit. Et de prescriptionibus, aqua signat, Spiritus Sanctus vestit, & Diabolum Dei si-  
miam introducens. Turgis & ipse quoadam  
utique credentes, & Fideles suos, signat illuc & frumentis milites suos, celebrat & paues oblationem, ubi Sacramenta tria cumulat, & diversos effectus describit; & Diabolum imitatorum Christi in Sacraementis. Triumphant Cornelius Papa de Novato. In leto, i*n quo decumbebat aqua circumfusus baptis-  
mum accepit. Et mox. Verum morbo tan-  
dem elapsus neque ceterum, in quibus post  
baptismum secundum Ecclesiæ Canonem imbu-  
eportuerat acquisivis, neque Domini sigillo ab  
Episcopo obsignatus fuit. Quo quidem nenti-  
quanti positus, quomodo quiso Spiritum S.  
adeptus est? Et mox. Ille persecutus tem-  
pore metu debilitatis, & nimis vita expeditate addidit, se presbyterum esse negavit; ubi ex  
eo fidem negavit, quod Episcopi manu non  
sit obligatus, quod de ceremonia dicere est  
irridendum. Est & aliud ex Eusebio exem-  
plum, juvenis Joannis Apostolo commendati.**

*C. 36. e.  
40.*

*Quem ille baptisimi Sacraemento illuminavit,  
postea vero sigillo Domini idest Sacraemento  
confirmationis, tamquam perfetta, tantaque  
ejus anima custodia obsignatur, ubi post ba-*

*ptismi Sacraumentum, confirmatio custodia  
est animæ. Triumphant Basilius in quæstio-  
nibus Orthodoxorum. *Praeratis mysteriis ba-  
ptismi, configvari debet facio unguento, ubi  
peracta sunt mysteria baptismi, nec confir-  
matio est ceremonia baptismi. Triumphant Cyprianus iterum. *Uniginoque necesse est L. 1. ep. 1  
eum, qui baptizatus est, ut accepta Chrysostoma-  
te esse unitas Dei, & habere in se gratiam  
Christi possit. Et iterum. Tunc denum plen-  
satisficiari, & esse Filii Dei postulare, si Sa-  
craemento utroque sufficiatur, ubi vel utrumque  
est verum Sacraumentum vel neutrum, cum  
utrumque Sacraumentum inscribatur, & eodem  
nomine in eadem linea vocetur; &  
utrumque gratia reddat sanctificatum; &  
in vita Cypriani scriptor Pontius. Quis de-  
siisque tot Confessores frontium notatarum, fe-  
cunda inscriptio signata, & ad exemplum  
Martyrum superfluit reservatos, insectivo tuba  
celestis annoveret, ubi sunt secunda inscrip-  
tione signati. Triumphant Origenes in Le-  
viticum. *Conversus à peccato purificatio qui-  
dem, per illa ova datu, que superiori di-  
simus, donum autem gratia Spiritu per olei  
imaginem designatur, ut non solus purgatio-  
nem consequi possit ejus, qui convertitur à pe-  
ccato, sed & Spiritu Sancto repleri, ubi olei  
imago est Spiritus S. significatio, & Spiritu  
Sancto replet. Denique triumphant Diony-  
sius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia,  
ubi vocat Delicium unguentum, & ait.  
Baptizatum induitum vestre alba ad Pontificis  
cœm ducant, baptizatum non baptizandum. p. 3.  
Et rufum. Perficiens, illa uncio facit per-  
fictum, & iterum. Sed & ipsi, qui sacra-  
mentum regenerationis mysterio consecratu-  
adventus Spiritus Sancti consummari unguenti  
immanucl clavigerat. Quænam vero ceremonia  
dat Spiritum S. vel uncio dare potest nisi  
Sacraumentum?****

*Iterum in aciem redeunt Victores Patres.  
redit Optatus plura cumulans Sacra-  
menta. Ergo nec Christus, nec baptisimus, nec cri-  
minis revulsio, nec invocatio corporis S. Pauli  
potestati ejus indulta est, ubi propria urget  
Sacramenta, & contra Dallum distinguunt à  
baptismo. Lavoro enim peccata purgantur, Ser. 4:  
Chrismate Spiritus Sanctus sacerdoti suuditur,  
ubi assignat Christi diversum effectum, &  
lavacrum ipso præstantiorem. Redit Leo Ma-  
gnus de nativitate. Permanere stabilem in ea  
fide, quam confessi ejus coram multis testimoniis,  
& in qua renati per aquam, & Spiritum San-  
ctum accepit. Christi salutis, & signaculum  
uite æternæ, ubi signaculum est vita æter-  
na, & Christus accepit salutis, quod ce-  
remonia nulla potest præstare. Redit Cyril-  
lus Alexandrinus, in commentarium Joëlis  
& docet. Data est nobis ceu pluvia aqua ci-  
vens sacri baptisimatis, & tangam in fren-  
mento panis viens, & tangam in vino san-  
guis, accessit autem usus olei, qui per sacram  
baptisma in Christo justificatis ad consumma-  
tionem conservit, ubi ulius Oci non justifican-  
dis, Sed justificatis conservat ad consumma-  
tio-*

*L. 3. e. 39  
E. f. b.*

*L. 3. e. 7.*

In c. 1.  
C. 10.  
C. 40.

tionem. Redit Theodoreetus in cantica, ubi Christna vocat, *Sanctum & super celeste quod de aliqua ceremonia nefas est dicere.* Redit in aciem Prudentius in Psychomachia, pugna nempe luxuriae & sobrietatis. *Post inscripta oleo frontis signaculo per qua unguentum regale datum est & Chriſma perenne, & hymno ante somnum canit. Cultor Dei memento, Testis & olei, Rorem subiſſe natum, Te Chriſmate innovatum.* Redit Damascenus libro quarto de fide. *Oleum in baptismo insumitur unitiōne significans, & Chriſtus nos afficiens, & misericordiam Dei annuntians per Spiritum Sanctum, ubi loquitur de baptizatis & gratiam jam datam rursus dari per oleum, & ait oleum baptismo succedere, & columbam venire post diluvium idest aquam. Est & Gregorius Turonensis de gloria martyrum, ubi Dæmontimuit juvenem unctum.*

Absque tot Patribus duo vel tres sufficent, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Sufficeret Cyrillus Hierosolima, qui catecheses duas scriptis de Baptismo, tertiam de confirmatione, quartam, & quintam de Eucharistia, ubi enumerat tria Sacra- menta Neophytorum, & quidam omnino distincta, & solvit illud unum Hostium nostrorum, Confirmationem in ceremoniis depu- tari. Præterea sic validè loquitur. *Quemadmodum panis Eucharistia, post S. Spiritus invocationem, non amplius est panis communis, sed est corpus Christi, sic est sanctum hoc unguentum non amplius est unguentum nudum, postquam jam consecratum est, sed est Chriſti Chriſti quod advenit Spiritus Sancti per ipsius Divinitatem energiam babet quo frons & alii senſus symbolice inunguntur, & corpus quidem isto visibili unguento perungitur, anima vero sancto, ac vivifico spiritu sanctificatur, ubi mille sunt tela in Hostie, ubi confert Chriſma cum Eucharistia, ubi unguentum habet vim sanctificandi, quod est proprium veri Sacramenti, ubi anima ipsa impletur Spiritu Sancto, ubi vult Christianos à Chriſmate dici. Huic Patri respondere nequeunt Hos- ties, nisi ipsum reprehendendo, quamvis eximiēt commendetur, à secundo generali Concilio; & à Patribus cum laude citetur. Alter est Eucherius, seu Hilarius Arelaten- sis, in homilia de Pentecoste. *Sed quia diximus quod omnis impositionis & confirmationis ei qui jam renatus in Christo est conferre aliiquid posset, forte cogitat sibi aliquis. Quid mibi prodest post mysterium confirmationis. Et argumen- to eximiēt respondet. In hoc plenitudi- nem habuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praefat ad gratiam. Quia in hoc mundo tota aetate visituris, inter invisibilis Hos- ties, ad pericula gradierundum est, in baptismo regeneramur, ad vitam post baptismum roboramur, ubi vides duo mysteria duos effectus, ubi ex professo utilitas commendatur, & quidam post baptismum, & diversa. Suffi- ceret denique Magnus, Augustinus. Sic clariſſime docet contra literas Petiliani. In bo-**

*unguentum Sacramentum Chriſmatis, vult Petilianus interpretari, quod quidem in gene- re visibilium signaculorum Sacrosanctum est, scit ipſe baptiſmus, sed potest esse in Homini- bus peccatoribus. Nonne blasphemia foret æquare ceremoniam Sacramento, & quidem cum & præcipuis? Nonne vocat visibile, & Sacrosanctum signaculum? Nonne irridenda foret comparatio, baptiſmi cum ipso baptiſmo? Nonne ignavissimi foret & stulti, con- fundere ceremoniam cum baptiſmo? Et iterum Petiliunum urget. Disceire igitur viſi- bile Sanctum Sacramentum, quod esse & in bo- nis, & in malis potest, illis ad prannum, iſlis ad judicium, ubi vocat sanctum visibile Sacra- mentum, quod ad sciendum indiget oculis non discerſu & se irridentium falibus expone- ret, si evincere conaretur Augustinus, cere- moniam in malis esse posse, & bonis in servi- re ad præium, quod ceremonie conveare non potest. Rurſus urget fortiter de baptiſmo. Si ergo ad hoc valet quod dictum est in L.3.c.16. Evangelio Deus peccatores non audit, ut per peccatorum Sacramenta non celebrantur. Quo- modo exaudiſt Homicidam deprecantem, vel ſuper aquam baptiſti, vel ſuper oleum, vel ſuper Euchariftiam, vel ſuper capita eorum: quibus manus imponimus. Certè inter Auguſtinum, & Donatistas, agebatur de vero Sacramento, & unum pro alio respondere, stulti est, ut sapienter Symmachus advertit, certè Euchariftia per omnes est verum Sacra- mentum, & per Calvinum ipſe ordo, cùm quibus oleum conjungit Augustinus, certè non auditur Homicida deprecans, cum aliqua tantum ceremonia. Iterum in Episto- la S. Joannis. Ergo ſicut noſſe quia accepi- fli Spiritum S. interrogat cor tuum, ne forte Praef. in psal-26. Sacramentum babeas, & virtutem Sacramenti non babeas, & de Trinitate docet unctum vel Christum, non oleo visibili sed dono gracie citans illud, quem unxit Deus Spiritu San- to, & alibi docet hac unctione homines spi- ritualiter perfici, & ſapere Chriſma memo- rat.*

*Post Patres pugnant & Papæ, & Concilia, post Cornelium, Innocentium, Leonem, Ge- latius scribit, Episcopis Lucanis. Bapti- zandis, confignandisque Fidelibus pretia nulla praſigant, nec illationibus quibuslibet imposi- tis exagitare cupiane venientes; Quoniam quod gratis accipimus gratis dare mandamus, ubi distinguunt baptizandos, & confignandos, ubi utrumque Sacramentum exponit gratis acceptum gratis dandum. Extat & Grego- riūs Magnus, qui prohibet presbyteris in fronte signare, cùm ad Episcopos tantum pertineat, ideoque non idem est signare ac ba- ptizare. Nec obſtat Dallai ſuſponsum, id in Sardinia extitisse conſuetum, quippe malus erat uſus a Gregorio reprehensus. Est & Concilium illiberitarum de jam baptizato. Si supervixerit ad Episcopum perducatur, ut per manus impositionem perfici posſit, adeo inter- rat inter baptiſmum, & confirmationem, & tempus morbi, & convalescentia, & Minister Pref.*

L.2.c.40

Homo 17.  
in Ea.  
L.3.c.9  
I.11.c.22

C.28.

Presbyter, & Præfus, sic Laodicenum antiquum jubet Novatianos Sacrosancto Christi mate inungui. Oportet baptizatos, *Sacramentum Christi percipere, & cœlestis regni participes fieri*, ubi baptizati non baptizandi christiantur, & per Christi regni sunt participes, ita Araucanum canone primo, & secundo, ita Toletanum primum definit. *Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque Episcopo, nemo Christi conficiat totem quia in aliquibus locis vel provinciis Presbyteri dicunt Christi confidere. Placuit ex hac die nullum alium, nisi Episcopum Christi confidere;* Sic Concilium Chartaginense secundum. Ut Christi & consagratio Puellarum, & reconciliatio penitentium à Presbyteris non fiat, sic tertium. Ut Presbyter inconsulto Episcopo Virgines non consecret, Christi vero nunquam conficiat; Vide an sit ceremonia baptismi.

Quin etiam Auctoritati jungimus rationes; ubi nulla ceremonia dat Spiritum S., ubi Calvinus, & Dallius exemplum Apostolorum in manus impositione admittunt, & Dallius Patres nobis largitur; ubi major post Apostolos est necessitas, Christi milites armanti.

Una sola ratio innumeras complectitur, ex mille titulis non esse baptismum ut vidimus & brevibus dicimus differre in forma, quæ apud Hostes est oratio, non trium Personarum invocatio, differt multipliciter in materia, nec manus impositio, nec oleum, nec unguentum, apud aliquem sunt aqua, differt in Ministro Presbytero, Diacono, vel Episcopo, primis quibus prohibetur Christi confidere, differt in effectu cum aliud sit vita, aliud contra Hostes pugna, nec Athletes armantur aqua sed oleo, differt tempore cum post baptismum sit data, differt quia confirmationis est Sacramentum perfectius, cum ex Patribus efficiat perfectum Christianum, det plenitudinem Spiritus Sancti, & quod detur gratia post illam baptismi, & mille aliis ex causis, longè autem magis differt ab Eucharistia, quamvis ex Cypriano de robur, dat enim robur nutritivum, sic Athletes & pascitur, & ungitur oleo ut pugnet, sic lac est Eucharistia sicut modò geniti infantes lac concepisse, & dat robur confirmationis, quæ pendit in omnibus differt, nec Hostes Eucharistiam nominant sed baptismum, ne duo Sacra menta ponant pro una ceremonia, & Patres enumerant ut distincta, sicut & contraria; & distinguunt gratiam aquæ, & olei.

Nec nomen ipsum vacuum est argumentum, ubi ab Augustino de baptismi dicitur *manus impositio*, & contra literas Petilianas *Sacramentum Christi confidere*, *Christi spiritualis unguenti* à Theodoro, *Christi Sanctum, & super celeste à Concilio Laodiceno, Christi satisfactum à S. Leone de Nativitate Domini, Perfectio à Concilio Illiberitanus*; & alia quæ claram distinguunt à ceremonia, & Prudentio *Christi perenne, & innoveant.*

Ipsi Hæretici præter Novatianos reprehensos, ut vidimus ex Augustino fatebantur, & de Novatianis Theodoretus hæreticarum fabularum. *Puniti enim autem à domo conventu arcent penitus, tisques qui ab ipsis tinguntur, sacram Christi non prebent.* Quo circa eos etiam qui ex hac hæreti corpori Ecclesia conjunguntur, benedicti Patres ungi jussunt) & Pacianus ad Sympronianum. *Vestra Ep. 2. plebi unde Spiritum, quam non confignat nullus Sacerdos,* & Cornelius Papa reprehendit, Fabio Autocheno id commendante, & Rufo ita vertente. *Nec signaculo Christi sacramentum consummatum sit, unde nec Spiritum S. unquam potuerit promereri; ubi est occidente, & oriens, cum Historicus, & Patres Niceni milie elegiis oratae. Ipsi Apostata & Pagani, quod oculus videre poterat Dallius, apud Prudentium eum Juliano repetuunt: *Ablatus le apo. procul absit, & unctus.* Et rursus. *Ipsa quoque examini posito diadema Princeps, palat, & ostentes circumspicis ecclias annuit, Christi inscripto signaret tempora signo.**

Opponit plurima Dallius sibi inutilia, & nobis multum proficia. Supponit non seculi Doctores variasse, dedisse Eucharistiam ante Christi, mutasse materiam sicut & hodie, duplex extitisse Christi, at hac ad rem non sunt, cum queritur an coformatio sit Sacramentum, largitur utique extitisse primis seculis, & idem appareat in Pontificali, in Concilio Florentiae, & Tridenti, & apud Theologos innumeris, nec Doctores in narrando ordinem servant, & si variasset est in disciplina, in qua multa vel ipsis laudantibus sunt variata, & non seculi Patres distinguunt, & si ex conjunctione baptismi & olei, idem vult esse Sacramentum, idem erit baptismus & Eucharistia, quæ vel ipsorum testimonio simul dabantur, & sicut diversitas. est aquæ, & panis, longè melior aquæ, & olei.

Opponit Graecos ut nos dite exuvii, cum Graeci admittant Sacramentum distinctionem, ut constat ex quatuor Euseboliis constat ex Simeone Tessalonicensi de Sacramentis, ex Matthæo Blastare in Nomoeanone, ex Concilio Trullano, ex Theophylacto, ex Jerome Patriarcha ter repetente, & innumeris aliis & ex ipsis Calvinistis factibus cum Claudio Græcos, septem fateri Sacra menta. Inutilia sunt & falsi, quæ ja-<sup>L. 1. 10.</sup> etat Gentiles id non advertisse, mutationem apud Auctores esse, cum sit & controversia de Eucharistia, & non una: Inutile nos arguisse ex nomine confirmationis, cum & non men habeamus & rem; & vel nomina unitio nis olei evincunt. Inutile est vocare magiam benedictionem, quam Tertullianus de baptismi vocat benedictam, & Cyprianus, *oleum in altari sanctificatur,* & Basilus, & <sup>L. 1. 12.</sup> Cyrilus hyerofolima, & Theophilus Antiochenus ad Autolycum vocat sanctum Christum & divinum oleum, sic Optatus. Ut omnia Sacra vestram Episcopi vestri vide rent Eucharistiam iussentur canibut insundi, L. 1. *& am-*

*& amollam Chrysostomus projecterant sic ex ea  
fuit Diaboli, & Deus miraculis firmavit, sic  
ali Patres & Concilia.*

Quād falso quād vana fūt quād ferunt.  
Ip̄i Magdelurgenes dicunt Christma, legi  
tantūm in occidente, at Augustino fatis fuit  
occidens Catholicus, & innumerous orienta-  
les attulimus, adeō tyrones Magistros docere  
debimus. Fert Kemnitius nostros utentes  
apocryphis, at eligere poterat non apocry-  
phos; & nos nec Eusebium Papam, nec Fa-  
bianum, nec epistolam quartam Damasi,  
nec octuagiesim octavam Leonis, nec Au-  
torem de unctione Chrismatis, nec Mel-  
chiadē usi verisattulimus. Ferunt Autō-  
res non oominantes Christma, at alii Christma  
ali oleum dicunt, sicut in baptismō aquam,  
aut verba, in Eucharistia panem, vel vi-  
num, imō idem utrumque referunt. Ferunt  
Plinium scribentem, olim balsamum defi-  
cisse, at non defecit pro ceremonia baptisi-  
mi, & tantūm defecit pro Sacramento, &  
loquitur de tempore antiquo, de suo, ait.

L. i. c. 25. *Et implet colles vinearum*, & Solinus narrat.  
C. 25. *Nobis letissimi colles fidant balsamo*, sic  
Iosephus libro nono antiquitatum, & in Egyp-  
to erat copia, Ferunt Hieronymus ipsius  
contrarium, cūmerint ex actis Apostolorum & usi Ecclesiæ, & legem Ecclesiæ dicit  
excurrere Episcopum, & non esse miseros  
vicos, utpote ut mox cernemus non necessariū;  
& si necessariū necessitate praecepit, à quo excusat impotentia. Ferunt Arau-  
canum Concilium primum. Nullus Mini-  
strorum, qui baptizandi recipit officium, sine  
Chrismate signum debet progredi, quia inter  
nos placuit, famel in baptizare Chrysostomus.  
De eo autem quād in baptizante quacunque ne-  
cessitate faciente chrysostomus non fuerit in con-  
firmatione Sacerdos commovetebatur, at hoc con-

Ep. ad Decent. confirmationem exp̄s memorat, & duplice  
fuisse christianationem habet Innocentius pri-  
mus, & in Codice Gelasii à Thomasio edi-  
to, & Presbyter signabat in vertice, Episco-  
pus in fronte, imō Sirmundus ipse contra-  
rius utramque agnoscit. Invalui tandem ut  
alia baptisari, alia confirmationis sit Chri-  
smatio, quippe Presbyter urgente Episco-  
pus per manus impositionem mox confirma-  
bat; idēque tunc erat una tantum Cris-  
matio. Ferunt Collectores Lipsiensis vel  
Catholieos dicentes olim datam in bapti-  
mo, at & nos fatetur & dicimus, dari adul-  
tisob majorē devotionē. Frustra dicunt  
nos detrahere baptismo, quippe nec detra-  
xit Christus, dando Spiritum Sanctum post  
baptisma, nec Patres nec Concilium nec  
Ecclesia, nec qui post Filium generatum,  
ipsum Athletem inungit ad bellum. Ferunt  
Presbyterum christianam, at ex Sede Apo-  
stolica dispensari, sic ex Hispanensi secundo  
Concilio. Nec Chrysostomus conficit, &  
conciudit. Quæ omnia eis à Sede Apostolica pro-  
hibita esse refutantur, si ergo non prohibet  
possunt, & ordinarius Minister est Episco-  
pus dicente Chrysostomo in acta, voluisse

Simonem Spiritum Sanctum dare, ut su-  
perior effet Philippo, sic Ministro baptis-  
mi.

Ex his habetur effectus confirmationis, ut  
constat ex Evangelio & Patribus, ceremo-  
nia habentur in Pontificali, & mystica si-  
gnificatio apud S. Thomam, Concilium  
quintum sub S. Carolo, & ex Catechismo.  
Ex his deducitur materiam esse Christma, at  
cūm Christma significet Unctionem ex Cy-  
priano. Necesse est angī eum qui baptizatus

fit, cūm apud cumdem Christma sit oleum, Ep. 71.

Christma ideoleum quod repetit; queritur  
an oleum simplex sufficiat, & de neces-  
itate praecepti volunt Canonista, de ne-  
cessitate Sacramenti Theologi, cum quibus

longè melius loquimur, quippe Christma Oleum

Oleum dici potest, ex majori parte Oleo

constans, at Christma in communiori sensu,

Oleum, & balsamum significat, & Patres

sep̄ vocant unguentum, quod oleo foli vix

applicatur, idēque deficient balsamo Sa-

cramentum, ab initio invalidum, dari debet.

Ex his constat impositionem manuū esen-  
tialē effe & indispensabilem, cūm ex Scrit-  
ptura & Patribus habatur, qui necessariam

materiam non filiuerint, sic essentialis est

unctio ex Patribus, & Concilis, ut con-  
stat ex antiquissimo Laodiceno.

Oportet eorū qui illuminantur in angī celesti Chrysostomus, &

Cyprianus. Usq̄i necesse est eum, qād bapti-  
zatus est ut babere in se gratiam posse; nec

obstat his Eugenius quartus. Loco manus im-  
positionis, datur in Ecclesia confirmatio, quippe

loquitur de varietate nominis, & constat,

cūm eum ritum tempore Occidentalis Eccle-  
siae tenerit, & unctione in fronte sola sufficit,

ut scribit Innocentius epistola ad Decen-  
tium, & Gregorius ad Januarium Episco-  
pum Calaritanum, & praxis est Latinorum,

& unctione Graecorum multiplex est cere-  
monia, nec apud omnes latè usitat, idēque ve-  
rò fit ex Augustino enarratione quarta.

Non sine causa signum suum Chrysostomus in fron-  
te nobis sibi voluit, tanquam in sede pnd-  
go. 10.

ris, ne Chrysostomus Chrysostomam erubescat.

Ex his deducitur confirmationem suppleri

non posse, per unctionem verticalem ba-  
ptizatorum, quippe hæc est ex institutione

humana, & confirmationis est ex institutione

Divina, deducitur & necessitas confirmationis

gravis, pro ordinandis ex præcepto in

materia gravi; non tamen illi sunt irregula-  
res, cūm exp̄s non inveniatur in iure,

sic & pro fidelibus tempore perfectionis, ut

ex Concilio Laodiceno vidimus & Cypri-  
ano, & Cornelius Papa apud Eusebium la-  
psum Novati coram Tyranno, tribut pri-  
vationi confirmationis, extra tempus illud

peccat venialiter, ideoque Parisenes the-  
sim damnarunt. Omnes Theologi dicunt con-

firmationem non præcipi, nisi cūm commodi-  
baberi potest, vel ut aliī dicunt commodissime,

quando sine ullo vel minimo prioris incom-  
modo, si forte Episcopus ad lectum ferat,

quaesunt horrida, & irridenda. Ex his de-

ducitur iterari non posse , ut Patres , Chrysostomus , Augustinus , Gregorius , cùm imprimat characterem , nec Ecclesia unquam replicavit nisi invalidum . Nec obstat Euchologium S. Methodii , quippe est Methodii schismatici , & loco Apostatarum poni debet Hæreticorum , in sua secta non confirmantium ut sunt Novatiani , nec rursus obstat canon septimus secundi Concilii , quippe vidimus canones tres esse tantum , vel loqui de Novatianis non confirmatis , vel sermonem non esse de confirmatione , ubi deest impositio manuum , & invocatio Spiritus Sancti . Denique confirmatione dari debet & stulto , nisi certus peccator in ameniam inciderat , cùm foret tunc ineptus ad gratiam .

Major est difficultas de forma , cùm non sit eadem apud omnes , Græci etenim ea forma utuntur *signaculum Spiritus Sancti* , & frustra Petrus à S. Josepho impugnat , cùm à Clemente octavo fuerit approbata , nec unquam Papæ eam suppleverint , sic Armeni antiquissimi alia utuntur . *Vigilium suave in nomine Iesu Christi effusum est super te signaculum duorum electarum , in nomine Patri , & Filii , & Spiritus Sancti* , Juvenin vult esse orationem ex actis Apostolorum , & ex Patribus , nec signo te spectare ad ipsius formam , at omnes hæc forma variae sunt quoad accidentia , satis enim forma signans Spiritum Sanctum , & ut loquitur Tertullianus invitans , & Græca , & Armena rectæ sunt , Græca etenim significat sicut Armena , En signaculum Spiritus Sancti , sicut & nos dicimus , Lumen Christi , nec obest Juvenin argumentum , non semper dici signo vel baptizo , & constat apud Græcos , quippe dicere potest quis signo , vel signetur Christi discipulus , nec necessaria est expressio SS. Trinitatis , qua facta est in baptismō , nec confirmandi edunt fideli professionem .

Multa denique sunt falsa , in hac questione . Falsum est quod docet Sambovius , confirmationem dare primam gratiam , quippe Sacramentum viventium est non mortuorum , & dabatur post baptismum sceleris delentem , nec obstat esse perfectionem baptismi , quippe plenitudo est Spiritus Sancti , & sic datum Apostolis justificatis : Falsum est institutum die cœnæ , quippe Fabiani epistola ea de re est apocrypha , & Ecclesia consecrat Chrismam in die cœnæ , ut præparet pro baptismo Sabbati Sancti , sic etiam ut vult Juvenin institutum post Pascha , ubi nullum ejus rei est monumentum , nec obstat Leo Magnus de ascensione . *Iis enim diebus magna confirmata sunt Sacra menta magna revelata mysteria* , quippe instituta est penitentia , & Episcopatus ; & Patres de hoc Sacramento loquuntur , in homiliis , & sermonibus de Pentecoste , ubi habetur & promissio , & effectus . Falsum est ut vidimus non posse Presbyteros confirmare , ex commissione , vel tolerante Pontifice , quippe Græci Presbyteri confirmarunt , nec unquam de ea re cer-

tatum , nec confirmatio invalida suppleta , & Papæ cùm Gregorio sapienter concessere . Falsum est debere dari tantum jejunis , cùm se pè à prandio Romæ ministretur . Falsum est quod ait Burdigalense Concilium . *Ad tantum Sacra menta non accedant , nisi præmissa peccatorum confessione* , quippe hoc de Eucharistia sola vult Tridentinum . An. 1581

Hinc Papæ deducitur potestas , ut possit verba mutare non sensum , ut nequeat aut manus impositionem , aut oleum , aut balsam ipsum prætermittere , ut possit Presbytero hoc munus committere , ut nequeat dispensare à Confirmatione , nec validum Sacramentum repeteret , nec conferre peccatori noto , bene infanti sed baptizato , nec dispensare in ordinando , cùm dux esset antequam miles perfectus .

## C A P U T II.

### *De Potestate Papæ circa Eucharistiam .*

**A** Cutissimum Olim Augustinus uno brevissimo verbo proba , Hostem eximiè devicit , quod & Discipulus exequor post Magistrum , & lex validissime assilit , ubi Actore non probante reus absolvitur , in criminali præsentim causa , ubi probationes esse debent meridiana luce clariores . Et quod plus est , Rēus probabit in Actore , ex ipsa etiam Hostium Confessione , Papam , & Ecclesiam potuisse , à populo speciem unam auferre .

Eo itaque uno clypeo Hostium tela retundo , quod infirma sint , & absque ictu . Proabant ex Christi institutione præceptum , at Christus constituit Eucharistiam post cœnam , & nos jejunis consecravimus , eam rem laudante Augustino . Instituit Christus baptismum , nec trina vel una merito est necessaria , & instituit Deus matrimonium & Christus renovat , nec tamē est necessarium , alioquin Henoch , Elias , Joannes , & Paulus , & tui Virgines , tanti præcepti forent transgressores . Instituit Deus in veteri testamento sacrificia , nec populus admitebatur ad libamen . Nec urgat baptismus ubi necessaria est aqua . *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , & Spiritu Sancto* , quippe absque aqua non est ablutio , absque sanguine est caro Christi , & Christus . Est & Clypeus validus , non semper imperativa verba , præcipere , ut constat in veteri , & nova Legi .

Idem validissimus clypeus nos tuerit , *Ubi non est lex nec prævaricatio , & legem Hostes querunt nec inveniunt . Querunt Hussites in iiii verbis . Nisi manducaveritis carnem Fili Hominis , & bibetis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis* , at Lutherani neganteo capite , vel apicem haberi de Eucharistia , adeò nec persuadent Hostibus vel Amicis , & Lutherani querunt in aliis verbis , *boc facite in meam commemorationem* , at Lutheri repugnat Ecclesia vetus , Rom. 4. 10. 6. Matt. 26. qua

quæ id intellexit de Sacerdote consecrante, & Patres atculimus, & Concilia, & Lutheri repugnat Calvinus, qui in eo textu querit. *Bibite ex hoc omnes*, at expressè repugnat Evangelio. *Et accipiens calicem gratias egit*, & dedit illis dicentes. *Bibite ex hoc omnes*, & clarius alius Evangelista. *Et accepto calice gratias agens dedit eis*, & biberunt ex illo omnes, & omnium clarissimum Lucas. *Et accepto calice gratias egit*, & dixit accipiente, & dividit inter vos; ubi fuerant discipuli tantum. *Dicit tibi Magister, ubi est divisorum*, ubi Pascha eius discipulis meis manducem; Adde concurrunt Aegyptii in Aegyptios, nec Catholicis nec hereticis concordes.

A reis in actores transimus, & causam fiduci agimus, & tuemur armis ipsis inimicorum, nempe ex capite sexto Joannis. *Dixit ergo eis Jesus. Amen amen dico vobis. Nos Moyses dedit vobis panem de celo*, sed Pater noster dat vobis, panem de celo verum; panis enim Dei est, qui de celo descendit, & dat vitam mundi. Et mox. *Dixit autem eis Jesus. Ego sum panis vita*. Et post plura. *Ego sum panis vita*. Pareret vestri manducaverant manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. *Ego sum panis vivus*, qui de celo descendit, qui manducaverit ex hoc pane vivet in eternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et rursus. *Hic est panis de celo descendens. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna*, & mortui sunt, qui manducavat hanc panem vivet in eternum, ubi congerminat solum Panem, ubi panis est de celo descendens, panis vivus dans vitam, ubi loquitur de carne non de sanguine, & figura ipsa manifestat, ubi manna cibus est non potus.

Pot verba docuit Christus, & exemplo, discipulos euntes in Emmaus. *Et intravit omni illis*, & satum est domino recameretur cum eis accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis, & apertis oculis eorum & cognoverunt eum, & ipse evanuit ex oculis eorum. Et mox. *Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via*, quomodo cognoverunt enim in fractione panis. Hæc de pane Eucharistico, intelligi, constat ex ipso Evangelii textu, ubi sunt eadem verba quæ Eucharistia. *Accipit panem*, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis, & similia. *Accipit Iesu panem*, & benedixit, & fregit, deditque discipulis suis, & exponunt communiter Interpretes, imo Augustinus, & Theophylactus, ex oculorum aperitione convincunt, loquitur Hieronymus in epitaphio Pauli, Iusticius libro secundo in Leviticum, & alli, & saunter Melanthon, Kemnitius, & alii, & si Patres aliqui signum appellant, id etiam unicam speciem demonstrat. Frustra benefictionem aliam citant, quippe ter in benedictione panis, omnipotentiam suam ostendit, nec unquam benedixisse legitur sine mysterio. Frustra in nos retorquent exem-

plum, cum Christus ut Sacerdos, dupliem speciem adhibeat, quippe vel hoc est preceptum Ecclesiæ, ut volunt aliqui Theologii, vel quod probabilius est preceptum Divinum dictum Apostolis, *Hoc facite*, & Christus usus est potestate excellentia, qua carent ceteri Sacerdotes, vel aliqua de caufa consecrata Hostia, consecrare non potest sanguis, ob incursum Hostium, vel terræ motum, & Christus eam habuit ne agnoscatur. Frustra dicunt Christum usum Synedoche, quippe textus expressè illam excludit, cum cognoscentibus ipsum in fractione panis evanuit, nec est contrarius, Augustinus in epistolam Joannis. *Et vere quæ non sibi iudiciorum manducat*, & bibit in fractione panis Christum agnoscit, ubi utriusque speciei sumptu dicit Christum cognoscet, & citat Epistolam Pauli nobis sicutem, & in eo facto, ut vidimus est noster.

Hinc triplex nodus concrectitur, alter figurarum veterum, ubi manna, lignum vitæ, agnus, sacrificia visuntur, at si aliqua est etiam potus, id evincit quod volumus non esse necessariam utramque speciem, at ne una quidem est, quippe non legitur Melchisedech, Abraham vinum dedidisse, & aqua Israëlis distincta erat à manna. Alius suniculus est, Christum totum, sub annuntiantum specie contineri, cum in spiritualibus ibidem sit cibus & potus. *Beatus qui afficiuntur, & sitiunt iustitiam*, sic Paulus, *Venit corpus sumus*, qui de uno pane participamus. *I. Cor. 10. & constat Joannis sexto. Tertium validissimum est carnem esse vivificam*, ut Joannis sexto, & de sanguine solo milles, *Sanguis 1. Joh. 1. Jesus Christi filii ejus evanodit non ab omni peccato, sanguinem redempti, dealbatis, lavare. sicut in sanguine &c.*

Adhuc vel inter Apostolos agimus de Christo, cuius institutum referens Paulus, iis verbis claris expresse. *Itaque quicunque 1. Cor. 11 manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, sens erit corporis, & fan- gavit Domini, ubi sub disjunctione loquitur, Hostia convincuntur, & agnoscuntur*. Paulum disjunctivè loqui, cum vel unius speciei contemptus, judicium vel apud hostes mereatur, cum caro Christi contemni non possit, nec Christi sanguis conculari, quem & Hostes sola figura contesti venerantur. Nec potest Paulus sibi mox effo contrarius, cum immediatè antea scribit. *Quod si defensione enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiantis donec veniat*, evidens itaque est tamen & significare disjunctivè in hoc textu, non solum apud Paulum sed apud Christum, cuius institutionem Paulus commemorat, & ratio ipsa id evidenter convinicit, cum sanguis vel solus, mortem annuntiet Domini.

Quod Apostoli retulere verbis id quoque factis exponunt. *Erant autem perfe- 1. Cor. 11. terentes in doctrina Apostolorum, & com- municatione fractionis panis*, ubi agi de Eu-

charitatis constat, & laudantur primi Christiani, in mensis prophaniis reprehendendi ferventes, quod & concedunt & Lutherus. & Klemensius, & libro quarto Institutionum Calvinus, Beza, Plessius & alii. Et rufus alibi Paulus. *Vox autem Sabbarorum.* cùm conveniens erat ad frangendam panem, *Pastus* disputabat cum eo profecturam in crassum, prostraxitque sermonem, usque ad meatus noctem. Erat autem lampades copiose in casco, ubi eramus congregati, ubi nocturna dies Dominica, ubi lampades copiose, ubi disputatio, & doctrina, & ibi agi de Eucharistia, cum Klemensio, Calvinus, & Beza in eum locum testantur. Nec obest exceptio id scribi per Symeedochem, quippe & dicere possunt Hosties aquam in deferto in vinum conversam, & adesse vinum ubi, panis nominatur, & Evangelistas per Symeedochem locutus. Adeo & Iudeis ritum suum retinentibus, vinum latè displicuisse, nec Nazareos unquam vinum bibisse. *Videt* Frater quo<sup>m</sup> nullus fuit in Iudeis, qui crederunt, & omnes emulatores sunt legis. *Ecce mox.* Sunt nobis Viri quatuor, cotans habentes super se, & ter Lucas panem posuit, nunquam vero sanguinem nominavit, & Symeedoches est certamente antiquitati, & omnium phrasi ut cerneamus.

Sequuntur Apostolos Viri Apostolici, & summa Ecclesia Antiquitas, ut sciant Hosties non undecimo seculo, sed morem hunc extitisse, in secundo, & tertio primum seculo. Extat antiquissima Ecclesia, invictum ex Manichaeis argumentum, ubi vino ipsos abstinuisse notavit, nunquam sanguinis symbolo, & specie, unde contra Faustum sic arguit Augustinus dicentem Catholicis partem Religionem, in pane, & calice cum Manichaeis: *Cur antem arbitretur Faustus, parem nobis esse Religionem, circa panem & calicem recessi, cum Manicheis vinum gustare non Religio sed sacrilegium sit.*

*In rea enim agnoscunt Deum suum in capa nocturna, quasi aliquid eos calcatur, & inclusus offendit, & rursus de haecib[us] in Manicheis, quos Manicheus ipse optimè noverat. Viam non nobis bibimus, dicitur enim nos fel, principium reprobatur, & Leo sermone de quadragesima. Quod sanguinis Redemptoris nostra barbare omnino declinavit, & tamen omnes reprehendunt hunc errorum, & ne uno quod in una specie communicarent, imo Leo suo tempore debuit Catholicis precepere non Manicheis ut sumerent utramque. Emicat & verus confutudo apud Eusebium.*

*Erat quidam Scropion apud nos fidelis senex, qui licet majorum vias partem integrum, in corrupte transfigisset, tempore tamen persecutionis, pra*re* imbecillitate animi lapsus est. Hic sep̄ uanero in Ecclesia deusū recipi supplices postulabat sed nemo quia Idolis sacrificaret eis postulationem aliquando asculcavit. Quin in gravem uirbam delabeat, triduo deinceps mutus, & absente sensu vixit. Quarto autem die paululum relevatus, Ne potest ad se accer-*

*suit, siue alloquitur. Quosque filii me detinetis proprieate obsecro, & me acus dimittite. Aliquem ex Presbyteris advoca ad me. Quae cùm dixisset iterum fuit mutus. Per carnem ad Presbyterum, non jam erat. Ille forte morbo vexatis accedere ad eum non poterat, sed sicutem quoniam à me quidem mandatum dabant ut qui sibi essent vita emi patravisi. sanctorum mysteriorum duummodo peterent, & vel maximè si ante domum integræ valetudine erant suppliciter petuerint, participes fuerint, siue cum pace dimisi, & bona spe confirmati ex hac luce decederent puer exiguans quanquam Eucharistie partem dedit præcipient, ut eum maledictum in os feris infundere, quam puer fecum afferens redire. Cum iam appropinquares præsumquam cum eo quod gestare intraret ades, Scropion denuò voce recuperata dixit. *Venisti Fili tamecs Presbyter non potest tenire tu tamen praefla quod tibi in mandatu dedit, & dimisi me abire.* Particulam igitur puer, quam apportarat maledictum in os feris infudit. Atque ille finaliter atque eum pederentem per saecula dimiserat Spíritum reddidit, ubi panis tantum Eucharisticus mittitur, ubi vinum ipsum excludit, cum puer non presbyter partem Euchaeisticam malediceret, ubi Deus vel miraculis rem confirmavit, ubi puer Eucharistie traditur non calicis, ubi tradito sanguine necessaria non foret maledictio.*

Hocdem confirmat antiquus Cyprianus, de puella idola venerate. *Ubi vero solempnibus adimplitis calicem Diaconus offerre præsentibus capit, & accipientibus ceteris locus eius advenit, faciens suam parvula iustitia Domini Majestatis ostendere, ut labii observantibus pretere, calicem recusat. Perficitur tandem Diaconus, & relutanti hiis de Sacramento calicis infusio. Tunc sequitur singultus, & vomiti. In corpore, atque ore volata, Eucharistia permanere non potuit, sacrificioris in Domini sanguine positus, de pollutiis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, atque Majestas, ubi vides infantibus folium sanguinem, ex verisimilis relatione referri, in eo miraculum efformaci eximium. Et miraculum mirabile cumulatue. Et cùm quadam arcam suam, in qua Domini sanguinem fuit, manibus iudicantis tentasset aperire, igit inde surgente deterrita est ne auderet attingere, ubi sola panis species in domestica communione servabatur. Hoc idem à Magistro Tertulliano, Cyprianus discipulus edidicit; qui uxorem hortatur ne Gentili nubat. *Liber L. 2. ad tebisce tu cùm lebolam, cùm corpus tuum servas.* Non scies Maritum quid secreto, ante omnem cibum gustes. *Cifscies poteris, non illum credes esse qui dicitur, ubi ante omnem cibum sumebatur tantum panis, & rursus de oratione ubi quæcitur, an Eucharistia frangat jejuniu[m]. Dein percepto corpore Domini, & reservato utrumque solempnem est, & participatio panis sacrificii, & executio officii, ubi panis servabatur usque ad prandium & ante prandium sumebatur. Illo & Clemens**

I. 34.

mens Alexandrinus confirmat. Etiam Eucharistiam cùm quidam ut mos est droserit, permittunt neunquamque ex populo partem sumere, ubi mos est domestica communionis, ubi morem Cyprianus cùm Clemente, & Tertulliano ipso describit, antiquus cum antiquiore, ubi quod semper est retentum vel ex Hostibus, est Apostolicae traditionis argumentum. Illic & Ignatius Apostolis

*Ep. ad eocvus;* Ab Eucharistia & oratione absenseret eo quod non confiteatur Eucharistiam carnem  
*Ep. ad Smyrn.* esse Servitorum nostri, & ad Romanos Scribit.  
*Ep. ad Philippi.* Panem Dei volo panem caelestem, panem vise, que est caro Christi Iesu, & alibi.

A primis seculis descendimus ad quartum illudem ac tertium. Patribus decoratum, & quamplurimis & cunctis tertium secutis; ubi Athanasius in ejus initio docet nullos domini calices servatos, & quidem res debuit esse evidens, qua se ab infenstissimis Arianis tueret. Myselfum autem poscam, quod impium eum reddit qui ultra frangit, nonquam nisi apud legitimum Ecclesie Presiderem invenerit, adeo cadunt calices domi servatos, adeo cadit quod referunt de Gorgia, Symbola sanguinis domi servasse. In eodem tculo Magnus Basilus in Epistola ad Cesariam Patriam, ab Anastasio Synaita recitata scribit. Illud autem in persecutionis temporibus, necessitate cagente quempiam, non presence Sacerdotis aut Ministeri communionem propria manu sumere, nequaque esse gravem supercaueum est demonstrare, propterea quia longa consuetudine hoc ipso rerum usit confirmatum est, omnes enim in eisdem solitariam vitam agentes, ubi non est Sacerdos communionem domi servantes, à se ipse communiant. In Alexandria vero & in Egypto unusquisque utrum, qui sunt de populo, ut plurimi habent communionem in domo sua, ubi vides Basiliū recolare, omnes Eremitas, & Alexandrinos imò & Egyptios habentes, vel in domo sua communionem, quae manifestè panis erat, cùm vinum servari non posset, presentim per & annos in eisdem. Exstat & exemplum in Ambroso, Eucharistiam sumente ab Episcopo Vercelleo. Qui descendens obtulit Sancta Domini corpora, quo accepta ubi gloriose eniit Spiritum, ita narrat in ejus vita Paulinus, ubi deglutivit quod tolit Episcopus, & sic obtulit Domini corpus, ubi suscepit corpus Spiritum emisit. Et frustra apud Boschetum Holles, volunt etiam vinum intelligi, cùm solum corpus commemoaret, & deglutiri optimè dicatur de cibo. Frustra urgent non potuisse sanguinem sumere, quippe Paulinus ostendit, velut beatum schizicer defunctum. Frustra Paulinum ipsum reprehendunt, quippe apud omnes notissimum, & rem manifestam cunctis enarrat, & opus obtulit Augustino. Denique contra ipsos militat, quod contra nos ferunt, factum ipsum Gorgoniz ubi ait Oret. in Gregorius. Sic ubi quidam signornis pretiosi corporis, aut sanguinis manus condiderat, ubi quidam aut & disjunctive loquitur.

Validissima sunt quinto seculo exempla, & celeberrimum cum Nicephoro narrat Sozomenus. Vir quidam scilicet barefact Alcedonatus, ejusque solita uxorem habebat. Hic L. 8. c. 5. cùm Joannes de sincero erga Deum Religione, disceptantem foris audiret, destrinat amplius est. & nō rem quoque ut sibi confessaret bortum est. Et quoniam illa notarum mulierum, solita consuetudine capras tenebat, ut maritis quatenus admodumisset iepē, nūbi tamen proficeret. Nisi inquit in Religione mibi consensu fuerit, ne in vita quidem communionens post bac eris. Ibi mulier data fidei sibi solitaria, cum auxilia quidam, quam fidam arbitrabatur de bac re communaret, eamque sibi ad fraudem mortuam solitaram aliavit. Illa quod accepserat continet vestit oratura procumbit, famulis interimi astuta porrigit id, quod manibus adveniens ferrebat, quod quidem finit, atque dentibus admotum esset in lapidem induxit. Tunc mulier timore confundata, ne quid sibi pejat eveniret, ob rautem surcinctam iusta discutit edictum cum festinatione ad Episcopum accedit, se ipsam indicat accepit ostendit, qui manifesta vestigia mortis, sed materiam ignorans & insuffitum quemdam colorem referebat. Cumque profusis lacrymaz veniam impetrasset cum marito deinceps concors vixit. Si autem hac versimilia non videantur esse, refutis est ipse lapis, qui etiamnum hodie, inter urbis cunctis conservatur, ubi non tantum Historici, sed & lapides ipsi clamanti, mortum panis retinentes, in solo pane olim datam communionem. Hec orientis consuetudo, & longè validior in Occidente, de qua Augustinus homilia vigesima. Quanta subtilitate observamus, quando nobis Christi corpus ministratur, ut nūbi de manibus nostris cadat in terram, & sermone de tempore scribit. Omnes Viri quanto communionem desiderant, lavant manus suas, & omnes mulieres mitiga exhibent linteola, ubi Christi corpus accipiunt. ) Et certè hic exultat omnis Syncedone, nec in manibus ponit potest sanguis, nec in linteolis species vini. Exstat & aliud validissimum sub Leone, adversus Manichæos de Quadragezima. Cionque ad regendum in Oratione fidelitatem suam nostris andeant interesset mysteriorum, ita in Sacramentorum communione facient, ut interdum tutius lateant, ore indiguo Christi corpus accipiant. Sanginem autem Redemptoriam nostram barbare omnino declinant. Quod ideb vestram columnam fore Sanctitatem, ut vobis bujuscmodi Homines & bis manifestentur indicat, & quoniam deprehensa fuerit sacrilega simulatio notari, & predicti à Sanctorum Societate, Sacerdotali autoritate pellantur. Evidens est Leonem non precepisse ut nunquam Catholicus, à Christi sanguine abstineret, quod erat inanc decreum, cùm ex jure Divino abstinerem non possent. Evidens est Manichæos nunquam sanguinem sumere, & his indicis manifestari, ut vobis bujuscmodi Homines, & bis manifestentur indicit, at si nouquam Manichæi

ebihi hiberent, & semper hiberent Catholici, nulla erant illa indicia, cum ex se ipsi manifestarentur. Evidens est à Leone notari, non quod una species abstinenter, sed eo titulo sanguinem non hiberent, quod Christum non crederent pallium. Evidens est nosfri interesse mysteris, ut interdum tutius lateant, at sumpto solo pane non latuissent. Evidens est novitatem Manichaeorum, à Romanis potuisse notari ut singularem. Nec ista est filius, Leonis Auctoritas. sed multorum, & omnium, qui contra Manichaeos scripsere, Leonis multis in locis, Epiphanius, Serapionis à Thumeo, & secundissimi Augustini, & aliorum, & ne unus quidem hunc errorem notavit, quod Eucharistiam sumerent sub una specie, sic & Gelasius precipit utramque sumi, ne sacrilegium cum Manichaeis committatur, ut jam vidimus, & Prosper in Chronico laudat Leonem, bellè Manichaeos detegentem. Denique in sexto

*I. 10. de  
sec.  
P. 4  
tr.*

sculo Gregorius Turonensis. S. Gallus revelante à Domino se post triduum migratum convocat populum & omnibus confiteo pane communionem Sanctorum, ac pia voluntate largitar, ubi panem tantum largitur S. Gallus & de gloria Patrum narrat, turrin, in qua alterabatur Eucharistia, in altum evectam, non potuisse deprehendi.

*C. 49.* Tempus est ut Ecclesia consuetudinem interrogemus; adversus quam disputare ex Augustino insolentissime infaniam est. Olim erat missa prefanctificatorum, exceptis Sabhati & Dominicis, ut constat ex Concilio Laodiceno. Non aportet in quadragesima panem offerri nisi Sabato, & Dominicica tantum, ubi erat oblatio sola panis, nec vinum aut servabatur, aut poterat servari. Olim infantibus datus solus sanguis, ut vidimus ex Cypriano, nec panis erant capaces. Olim servabatur Eucharistia diu, ut vidimus ex Basilio, & notat Theodoreus.

Olim cerebrat ad infirmos sub una specie, ut constat ex Serapione, & Ambroso, & cerebratur per itinera longa ut constat ex Irenao, & Satyro ex Ambroso Fratre, ubi narrat Eucharistiam orario inclusam, & sic sub specie panis. Olim servabatur Eucharistia in turribus & columbis, ut narrat Turonensis & canit Paulinus. *Hic locus est veneranda penitus qua conditor, & qua ponitur alma facili pompa ministerii, in calicibus etiam per Hostes vinum.* Olim erat eumunio laica, que licet significet dari extra cancella, etiam significat dari sub una specie, cum Felix tertius jubeat, dari Clericis in puncto mortis, & Sardicensis Synodus, nec in puncto mortis. Una est validissima consuetudo, de communione domestica antiquissima, ut vidimus ex Cypriano, Clemente Alexandrino, Tertulliano, Augustino, ex Cyrillo Hierosolymita & aliis, & statutus Hostes ipsi sub una specie, at viam qua exeat nesciunt. Baldinus assertus est qui Christum non Ecclesiam, at ex Cypriano, & Patribus, non habet Deum Pa-

trem, qui non habet Ecclesiam Matrem, & Ecclesiam jam vidimus infallibilem, & vel hic est articulus non fundamentalis, & cur nos damnant vel fundamentalis & in iis Ecclesia vel per ipsos errare non potest. Asserunt alii eam rem prohibitam in Synodo Cesaraugustana, at concedunt in Ecclesia puriore concessam, & prohibita est ob Priscillianistarum abusum, & contra se testimoniū dicunt, cùm utraque species sit vetita. Aliqui volunt permittam domi, at arguit validè Hieronymus. *An alias in publico Ap. ad. alies in domo Christus, quod in Ecclesia non licet, nec in domo licet, & præcepta Christi obligant vel in domo, & licitum id vel in Ecclesia, vidimus ex Leone, & Cypriano. Alii, singunt calices in domibus, at legant Synodus Alexandrinam, quæ cum Athanasio citat canonem Ecclesiasticum, etiam ab Hæretice admisum, ne unum quidem domi calicem cognoscit. Pocula multa possim in Job. 6. editis, atque adeò in medio foro, quæ collis collidentem non inquinant, & ex professo rem decidit, adeò vitrea sunt ipsorum responsa.*

Rationes non desunt invicta, & apud nos, ubi de pane Christus loquitur. *Qui man. Rem. 6. ducat me vivet propter me, & Christus regens ex mortuis jaws non moritur, & sic est vivens & animatus, & Christus tam fanfætus in una specie, quām baptismus in una tantum mersione, sed & apud Hostes ipsos, ubi una species excitat fidem. Justificati per fidem in Sanguine ipsius.*

Denique reos confitentes habemus, ubi Melanæton libro de usi Sacramenti, docet Ruthenus ob vini inopiam rectè facturos, si pro vino utantur aqua mellita, ubi Brentius in apologia Witembergensi, abstemiis dat unam tantum speciem, uti Baldinus abstemiis negat communionem, contra Christi præceptum, & Calvinistas suos.

Opponunt textum Joannis Hostes nostri, *Nisi manducaveritis carnem Fili Hominis, & C. 6. biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in eobis, at jam nostrum ostendimus textum, & de pane solo idem dicit, ac de Sanguine. Non sicut manducaverunt Patres vestri manus, & mortali sunt, qui manducarunt haec Parentem vivet in eternum, & rursus. Qui mandant me, & ipse vivet propter me, at nostre est etiam per Calvinistas, cùm in una specie excitetur fides, at etiam nostre est apud Hussitas, cùm una species sit signum, at Federicus Baldinus Hus Panegyristes, quod ex textu isto arguat reprobatur, at ex occasione infidelitatis Judæorum, orta est de carne sola controversia, & à Christo ob eam eaufam decisâ, at Christus, & Paulus ita exposuere, & Patres, & vera vel apud Hostes Ecclesia; nec potest sibi Christus contradicere, nec Paulus Apostolus Christo, evidens ergo est & significare vel ut explicat Christus & Paulus & plures Scripturæ textus Argentinas, & aurum nos est mibi. Et qui ma. Dux 21. ledixerit Patri, vel Matri morte moriar, ubi Lev. 20. vel*

vel est & moriatur, & alibi pluribus in locis, & in hac eorum questione Paulus ait. *Qui 22. Ex- mandat & bibit indignè judicium sibi man- ch. 44. ducat & bibit, & mox. Itaque quicunque 1. Cor. 11 manducaverit panem hanc, vel biberit calicem Domini indignè.*

Opponunt illud quod dico vobis omnibus dico, at textus dimidius est ipsorum, integer totus noster, sicut Atheista illud canit, Non est Deus eo relichto dixit insipiens in corde suo, & textus est. *Quod dico vobis omnibus dico Vigilate, quod omnibus con- Matt. 25. venit. Vigilate, quia nescitis dies neque horam.* Opponunt Christum de utraque specie dixisse hoc facite in meam commemorationem, at Matthaeus id reliquit & Marcus, & Lucas posuit post panem, sicut etiam Paulus dixit, seorsim de utraque specie, unde Apostolo, & Evangelistæ sunt ipsi contrarii.

Sunt in contrarium figuræ ut vidimus, Leo, & Gelasius Pontifices. Est in contrarium Cyprianus de cena Domini, seu Autor qui non est Cyprianus. *Lex eum sanguinis prohibet, Evangelium præcipit ut bi- Ecel. 24. batur quippe subdit. Potus & ejus ad eum- dem persister rationem, quod à Scripturis defuspsit. Beati qui estiunti, & stiunt ju- stitiam. Et. Qui edunt me adhuc estiunt, & qui bibunt me adhuc stiunt.* Est in contrarium liber integer de calicibus, cùm ut vidimus domi non extarent, in privata tantum communione, & in Ecclesia adhibitos fateamur, quamvis non semper. Est contrarius sibi Brentius, dum assertit abitemios posse communicari, quippe major est Christo, utramque specie per ipsum præcipiente; & Frustra alii communionem negant, quippe præceptum Christi Divinum, pro humana traditione contemnunt. Et contrarius canon apud Ieronem. *Oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter Presby- ter possit dicere infirmo, Corpus & sanguis, D. N. I. C. proficiat tibi in remissionem pec- catorum, & vitam eternam, ) cùm nullibi inveniatur hoc Concilium, & ratio est ridi- cula, & contraria Ecclesiæ, & si canon apud eundem omnino contrarius. Illud pro com- plemento communionis quidam, intinctoriam Eu- charistiam tradunt populis, non hoc probatum Evangelio testimonium reperirent, seorsim enim panis & seorsim calicis commendatio commentatorur. Nam intinctorium pavem alii præbniſt Christum non legimus excepto tan- tum discipulo, quem intinctoria bucella Magistri proditorum ostenderet, & dabatur aqua vel vi- num non consecratum, ut vidimus in histo- ria Serapionis, & Concilium Bracharene tertium prohibuit. Est in contrarium priva- tio alicuius gratiæ, quippe Christus est qui producit gratiam, Spiritus est qui vivificat, caro juncta divinitati, & si major gratia datur est ex opere operantis, & si major datur in die Nativitatis, cum tria sunt convivia non unum, & ea data sententia Ecclesia non privat gratia necessaria, cùm unam mo-*

do Missam tantum permittat, & olim plures celebrarentur, nec privaretur Sacerdos gratiæ necessaria. Est in contrarium consuetudo etiam bibendi, quippe non necessariam evicimus, & Hostes ipsi sepè fatentur. Est in contrarium Cyrilus Hierosolymæ, ubi narrat consuetudinem bibendi, at narrat communionem domesticam, in qua panis tantum manibus acceptus, domum cereba- tur, ant Hominibus, & nos consuetudinem fatemur, apud aliquos extitisse. Est in contrarium ratio, quod posset auferri pars baptismi, quippe pars essentialis auferri non potest, imo sicut una vel triplex missio est licita, ita una vel altera species. Est in contrarium Christi exemplum, quippe non semper obligat, ut ipsi concedunt vel in ordinatione, vel in prædicatione, vel in baptismi mersione, vel in Eucharistia à non jejunis sumpta. Est in contrarium quod posset etiam aliam partem tollere, quippe ablutiones omnes tollere non potest, potest tollere unum vel alterum cibum non tamen omnem. Est in contrarium quod Papa posset calicem solum relinquere, hoc enim factum est olim in pueris, & ipsi ultra concedunt in abstemiis. Est in contrarium ut vidimus & Gelasius. Est in contrarium potuisse aliquando, in navi ferri speciem vini, at hoc in modico itinere, & speciebus citò consumptis, aliquin repugnat evidens experientia, & quidem omniu[m] scelerorum à Noe in modico vino. Est in contrarium se facere quod Christus egit, quippe in Emmaus unam tantum speciem consecravit. Est in contrarium ubi quis, aliquin panis communis non distingue- tur à consecrato, quod fieri debet etiam per ipsos, frustra legeretur epistola prima ad Corinthios, frustra poneretur panis, cùm Christus sit etiam in lapide, frustra immensus es- set filius Deus. & nec multi ex Adversariis capiunt aut volunt, imo Baldwinus assertus sub una specie, contineri Christum per- sonaliter, non Sacramentaliter, quod causam nostram juvat, & suam jugulat. Adeò & suismet armis feriuntur.

Videamus necessaria nunc quæ Papa non dispensat, & de materia certus est panis triticus, ex Christo, & nomine panis & si Angelicus doceat sufficere filiginem, id ait ex suppositione quod filigo specie non dif- ferat à tritico, quod tamen Missale non admittit, sic vinum ex Christo de genimine vitis, & aqua ex Cypriano est traditio Apostolica, humana tamen quam Papa valet dispensare, & ex Missali ea non inventa Sacerdos, potest sacrificium peragere. Ea verò est necessaria forma, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, & si ponatur calix, sanguinis mei, ut sensus constet verborum. Ita Tertullianus contra Marcionem. *Acceptum panem, & distributum di- scipulis, corpus suum illam effecit Hoc est cor- pus meum dicendo, sic Damascenus libro quarto de fide, Sicut Deus dicendo fiat lux fecit lumen, ita dicendo hoc est corpus meum,* L. 4. 40 & hic

C.4.

& hic est sanguis meus perficit hoc Sacramentum.) Chrysostomus homilia de proditione Iudea. *Hoc est corpus meum, hoc verbo proposita consecrantur*, Ambrosius libro de Sacramentis. *Consecratio igitur cuius verbis est, & cuius sermonibus? Domini, & iterum. Inde verba sunt Christi. Accipite bibite ex eo omnes.* Hic est enim sanguis meus. & ante verba Christi calix est vini & aqua plenus, ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit; & contat quia verba ea materiam convertunt, nec alia est in scripturis forma, & frustra Græci referunt liturgias etiam veteres. Rogamus te S. Pater ut mittas Spiritum tuum super nos, & super haec opposita munera, & sic panem istum pretiosum corpus filii tui & quod est in calice isto pretiosum sanguinem Christi tui; quippe consecratio sit verbis Christi non hominum, instituta à Christo non ab Ecclesia est forma, vera sunt ea verba mox prolatæ, sic Græci mox respondent amen & genuflectunt; frustra volunt omnia Lutherus, & Calvinus, quippe non est instituta à Christo, nec tunc erat Epistola ad Corinthios. Frustra volunt Scotisti aliqui Christum ponit, quippe Missali repetenti ea verba, juber ut ibi incipiat; Qui pridie quād patet. Frustra refertur Angelicus docens, omnia verba & singula sanguinis, in nostra liturgia esse de substantia formæ, nam juxta varias Thomistarum responsiones exponitur, melior ea videtur esse de substantia formæ secundum explicationem, non secundum substantiam, ita non variatur forma iis verbis relictis, at gravissimè peccaret Sacerdos, cùm ea verba præcipue specent, ad integrum formæ explicationem ita variator forma si dicas, hoc est corpus Christi, cùm Minister in persona propria loquatur, sic reliquo hoc tolletur sensus non enim, nec hoc corpus meum, eleganter enim intelligitur, & in Græco Luca textu omittitur, & variatur hæc est caro mea, quippe corpus plura dicit quād carnem.

Circa Ministrum Diaconus solemniter, reliqui etiam pueri ministrabant ut vidi mus, & Acolyti apud Adonem in martyro logio, & Papa vel feminis concedere potest, ut Pius quintus Marie swardæ. De subje cto olim ob gratiam data est infantibus, modò ob reverentiam ablata, ideoque à Papa restituì potest; de suspendendis variis est disciplina; non potest negari peccatori occulta, etiam publicè potenti, exemplo Christi erga Judam, ne tollatur ipsius jus ad famam, sic docet Augustinus variis in locis, private petens nullum jus habet; nisi confessor sciat secreto Sacramentali. Potest & penitentem ante satisfactionem communicare; est enim proscripta thesis ab Aleandro octauo. *Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad communionem prætendunt, antequam condignam de delictis suis penitentiam egerint.*

Potest & non jejunium admittere, quod olim factum est ab Apostolis, & fidelibus, Potest imperare indirectè actum internum:

ut constat ex Innocentio undecimo. *Precce p. 55. pto communionis annue satifit, per sacrificalm Domini mandationem.* Potest prohibere male viventibus, sicut & vulgo dictis devotis, nil habentibus devotionis præter titulum ne ita frequenter communicant. *Frequens confessio, & communio etiam in iis,* qui gentiliter vivunt est nota prædefinitionis, Potest & in puncto mortis ex iusta causa, prohibere vel penitentibus communionem sicut & antiqua decrevere Concilia, nec in fine dandam communionem. Potuit laudante Augustino imperare, ut Eucharistia sumeretur à jejunis, quod negans Ecclesiæ toti calumniatur ex eodem, non tamen tradere hostiam non consecratam, aut occulto peccatori aut tyranno, volenti in peccato communionem quippe notante egregiè Augustino; *Nemo Christi carnem sumit quin adoret,* In P. 38 ret, ad idololatriam expressè concurret. Potest in fermentum consecrare, cùm permettat id Græcis Catholicis, & fermentatus sit verus panis, nec obstat illud Apostoli, nesciis quia modicum fermentum, te Gal. 5. tam massum corrumpt, quippe corrumpt virtute non malo, sicut unica veneni gutta, maximum inficit panem.

Nequit Papa uti filigine pro triticó, quavis aliqui apud de Cruce, probabilius vocat opinionem cùm filio non sit viticum, & Missale ponat pro materia dubia, sicut etiam est spelta. Nec obstat Angelicum, fateri posse in ea consecrari, quippe id fatetur in ea opinione, quod ut vidimus triticum idem sit ac filio. Nequit Papa consecrare hostiam absentem, cùm hoc est corpus meum dici non possit de pane absente, & multum distante, Neomisteri certò non consecrant, cum Episcopo ordinante; etiamsi simul verba pronuntient? Nequit consecrare panem non sensibilem, cùm mutatio debeat esse sensibilis, quavis in toto possit ex Tridentino, & pars illa non sensibilis adhuc maneat consecrata: Nequit obligare, communicantem ad actum purissimum amoris, cùm sit thesis ab Alexandre damananda. Similiter arcendi sunt p. 55. à sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus; Omnis mixtio expers sie nequit arcerre à communione, nondum penitentia factum. *Sacrilegi sunt judicandi,* qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis penitentiam egerint. Potest confermare Eucharistiam in columbis argenteis, ut olim vel signo crucis, At non vini speciem acescentem, & sic ostendit cùm Ecclesia Lutheranos errantes, qui in transitu vel in sua comestione venerantur.

## C A P U T III.

*Au Transubstantatio, & Presentia realis etsi sit à Pontificibus Modernis.*

I Nesperit aliquando vox Omoussion, à Concilio primo Niceno, vox Theotocos à tertia Synodo Generali, nihil officit antiquissima fidei, cùm vox non res nova extitisset, sicut & vox ingenitum, & Trinitas etiam apud Hostes admissa, at nec vox, nec res transubstantiationis, nova sunt ab Innocentio tertio inventa, ut prætendunt Lutherus, Petrus Martyr, Calvinus, Drelincourtius, Kemnitius, & alii, nec presentia realis nono seculo inventa est, aut à Pontificibus Romanis approbata, Paschafio Corbejensi Monacho innovatae.

Primo ergo Evangelium serimus, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis effundetur, ubi Corpus Christi expressè ponitur & sanguis, ideoque evidenter excluditur panis, ubi vel Lutherani mutationem fatentur, & si de pane mutato loquuntur sunt Catholici, si de pane ab benedicto tunc sunt Calvinisti, & quod ait Bebellius mutari Sacramentaliter, nostram confirmat sententiam, quod Bebellius è Lutherano fiat Calvinista. Id etiam verum fore, panis est Corpus Christi, cùm Tò Hoe per Lutheranos sit panis, nec repontant fieri ex benedictione Divina, ut Verbum caro factum est, at est ad oppositum illud exemplum, quippe dici non potest caro est Verbum, nec Verbum vesti potest in carnem, ut constat, & notat Chrysostomus in*

*Hom. 11. Joannem. Non enim mutationem illam, immutabilis illius natura significavit, sicut postea panis in Corpus mortari, & Gelafius de duabus naturis retorquet factum per uniuersum, non per mutationem, qualem admittunt in Eucharistia Lutherani. Id etiam signa practica qualia volunt ea verba vel Lutherani, Corpus iu aliud transmutant, ut hæc virga est serpens, hæc aqua in Cana Galileæ est vinum, hæc lux, germinet terra herbam, & alia. Denique bene potest quis ex communi locutione, utramque substantiam ostendere, cùm regulariter vel ex natura sua continetur, ut vinum in dolio, autrum in crumenæ, at cum per accidens continetur, nunquam vel cader suspicio contineri, veluti sub pomo aurum, vel Alexandrum, & in lapide sepulchri Christum; ut constat in mutationibus, vel apud Scripturam, vel Ovidium. Remanet alter Joannis textus, quem de Eucharistia agere mox cerneremus, ubi clarè proponitur mutatione. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et rursum. Nisi manducaveritis carnem Filii Hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et iterum. Caro mea verè est cibæ, sanguis meus verè est porus, ubi de pane & vino ne vox quidem est, & sola caro, & sanguis nominantur,*

Nec obstat Albertini oppositio non dici accidentia sine subiecto, namque ubi panis nec innuitur, sola substantia est caro Christi, & species vel à sensibus cognoscuntur, & contra Albertinum, & Kemnitium querimus an sit vera & propria propositio. Hoc est Corpus meum, quod uulquam invenient Hostes Corpus ab Angelo assumptum esse Angelum, vel Spiritum Sanctum esse, aut diei columbam, sed sicut columbam, in similitudinem columbae. Armant contra nos Amicos Hostes nostri, & referi Kemnitius Andradum dicentem, transubstantiationem ex Scripturis non probari, at Andradus contra Hostes sic loquitur. *Etsiam si transubstantiatione ex manifestis Scripturis, ut in arbitrio, probari non possit, tamen sicut est in his rebus, que ex certis locis Scripturarum, nec probari, nec refutari possunt, velle suo iudicio potius, quād toti Ecclesiae credere, ubi docet esse infanos, sic & Scotus urges & traditionem & Ecclesiam.*

Interrogemus Patres Scripturae Interpretates, apud Hostes in hoc receptos, ubi Christi non suam exponunt sententiam. Interrogemus Tertullianum in Marcionem. *Acc. L. 4. e 40. panum & distributum dispensat, corpus suum illum effect. Hoc est Corpus meum dividendo, ubi de pane Christi corpus efficit, nec poterat absque mutatione efficer. Interrogemus Justinum Martyrem. Non enim Apol. 2. non communem panem, neque communem partem hac sumimus, sed quemadmodum per verbum fiat, incarnatus Iesus Christus Salvator noster & carnem, & sanguinem pro salute nostra habuit, sic etiam per precies verbi Dei ab ipso Eucharistiam factum cibum, ex quo sanguine, & cornu nostro per mutationem almutat illius Incarnationi Iesu, ubi non est panis communis, ubi mutatione, ubi animam non corporali. Qui manducat meam carnem, & C. 34. bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. & ego resuscitabo eum in novissimo die. Interrogemus Irenæum libro quarto. Quomodo C. 37. constabat eis panem, in quo gratia atque fuit esse Corpus Domini sui, ubi panis exiliens panis & corpus esse non potest Christi Domini. Interrogemus Nyssenum oratione catechetica. Relat Dei verbo Sanctificationem panem in Dei Verbi Corpus creditus immutari. Et infra. *Hoc autem tribuit virtute benedictionis in illo, que videntur naturam mutant, ubi vides panis naturam mutari, vides panem in Dei Verbi Corpus immutari, ubi autem mutatione ei substantiam non manere, docent Philosophi, & Poeta cum Ovidio. Interrogemus Augustinum Sermonem à Beda citato, in caput decimum prima ad Corinthios. Non omnis panis sed accipiens benedictionem sit Corpus Christi, ubi non est Corpus Christi ut vult Lutherus, sed fit, & sermone de verbis Domini. Dixi vobis quod Et ferante verba Christi quod offerunt panis est, ubi ad in Christi verba deprompta fuerint jam non pauperantes dicitur sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominicana. Panem nostrum panem**

*In metra  
metris*

*T. 6.*

qui dem dixit sed Episcopum hoc est super substantiam, non iste panis, qui vadit in Corpus sed ille panis vita eterna, qui anima nostræ substantiam fulcit, ubi videt non panem appellari, sicut ad medium usque germinant Lutherani, sed corpus, & panem supersubstantiam, panem qui animam non corpus fulcit, panem qui non vadit in corpus.

Interrogemus Cyrillum Alexandriæ epistola ad Calosyrium. Ne barreremus carnem, & sanguinem opposita sacris altaris confundentes Deus noster fragilitatis, infusus oblati vino vita conservens ea in veritatem propria carnis, ubi carnem & sanguinem convertit Christus, in veritatem proprie carnis. Interrogemus Gregorium Magnum ex Joanne Diacono. Praefatius Conditor nostra infirmitatis et potestate, quo cuncta fecit ex nibili pane, & vinum aqua mixtum, manente propria specie, in carnem, & sanguinem suum Spiritus sui Sanctificatione convertit, ubi tantum species manent, ubi convertit in sanguinem suum, & virtute eadem qua cuncta fecit. Interrogemus Damascenum libro quarto de fide. Panis, vinumque, & aqua per invocationem, & adventum Spiritus Sancti supernaturiter transmutans in corpus & sanguinem Christi, ubi transmutari idem est, ac transubstantiari, quod & Theophylactus confirmat Transformatur arcans verbis panis illi, per mysticum benedictionem, & occurrentem S. Spiritus in carnem Domini, ubi iterum transmutari dicit transubstantiari, non ex adulatore Papæ sed Hollæ.

Ita divites sumus ut Patres, vel ab Hostiis adducti sint nostri. Adducunt Cyprianum. Non potest videri sanguis ejus, quo redempti, & vivificati sumus esse in calice, quando vinum deest calice, quo Christi sanguis ostenditur, at ibi agitur de vino offerendo, ut constat ex questione ipsi proposita, & subiici ipse Cyprianus. Admonitus est scilicet, ut in calice offerendo Dominica traditio solletetur, ut calix qui offertur, & mox transubstantiationem exponit. Vinum fuisse quod sanguinem suum dicit, ubi vinum non est sed fuit & Christus sanguinem suum dicit, & muto Vino isto communis subdit. Episcopo sanguine Domini, ubi sanguinem distinguit à Vino communis, sibi nostri infra Chrysostomus, & Ambrosius. Est Gelaskus ut diximus seribens, oblata in divinam transfire naturam, quod nemo de aqua vel dixit vel finxit. Uno Theodoreto triumphant. Negat ejus symbola mystica post Sanctificationem recessant à sua natura, manente enim in propria substanciali figura, & forma, at primo passu cadunt Hi Gigantes, cognoscunt enim vel ipsi naturam dici de accidentibus ut Claudius, & Albertinus, & argumentum aliud efformant, Si Orthodoxus vult manere Corpus Christi in se, vult & panem manere, in Eucharistia respondentem, at hæc nocent ipsis non nobis, quippe Uria est essentia non substantia, cum latius pateat quam substan-

tia, quod mox clara Theodoreto expressit, ita ut videri; & tangi possit sicut prius, que verba relativa sunt accidentibus non substantia, que nec videtur nec tangitur, quod constat ex titulo Dialogi inconfusus, ubi natura panis non confunditur cum corpore, nec natura corporis cum Divinitate, & constat ex scopo volente distinctionem, que æquè habetur in natura, ac substantia, ex aliud phrasim Theodoreti, ubi vocat symbola corporis non panis, ex Patribus citatis volentibus mutationem, & forma optimè vertitur species. Evidenter est quod post Orthodoxum Eranistes, sumit argumentum ab Eucharistia. Opportune de Dicinis myste-riis instaurat sermonem. Nam inde tibi ostendit Corpus Domini, in altam unitari naturam, responde igitur ad mea interrogata. Orthod. Respondebo. Eran. Qui appellas dominum quod offertur ante Sacerdotem invocationem. Orth. Aperiè dicendum non est, verisimile est enim adeste aliquo mysterio non initiator. Eran. Respondebo enigmaticè. Orth. Cubi ex taibis feminib. Eran. Alterum vero symbolum quonodo vocamus. Orth. Communem. & hoc nomen poluli speciem significans. Eran. Post sanctificationem vero quonodo hoc appellat? Orth. Corpus Christi & sanguinem Christi. Eran. Et credit te Corpus Christi & sanguinem percipere. Orth. Ha Creda. Eranistes sic deducit. Sicut ergo symbola Dominicæ corporis & sanguinis, ab eo sunt ante Sacerdotem invocationem, per invocationem vero unitantur, & alio sunt, ita Dominicum corpus post Ascensionem in Divinam substantiam mutatum est, quod argumentum nec speciem veri habet, & ab infinito prohaescitur, si solo nomine figura, & virtute symbola mutantur, hic enim sensus est Eranistes, symbola virtute, & figura & nomine mutantur, igitur Corpus Christi substantialiter mutatur, & hic similis symbola non mutantur quod substantiam, igitur Corpus Christi mutatur quod substantiam, & Theodoretus haec inducens fieret stolidus, & tamen haec ratio sapè ab Eutychianis urgetur, non stolidus, ut constat ex aliis argumentis. Quin etiam Theodoreetus & alii pessimè, evidenter rationem siluerint; Stat in Eucharistia substantia panis ut conceditis, & Corpus Domini distinctum, ideoque & Corpus, & Divinitas distincta; distinguuntur solo nomine corpus & panis, ergo & solo nomine Corpus & Divinitas; & ita sola sit mutatio virtutis. Eni arguit validissime Theodoreetus. Si autem caro mutata est in naturam Divinitatis, cur iis communicat, que corpus representant, est enim figura superveracior, si sublata sit veritas, & rufus arguit quod imago, verum corpus representat. Et iterum ex eo quod symbola sunt Corpus Domini. Et nos accensum quod Hominem dicimus, & iterum validè arguit Eranistes. Atque symbolum mysticum, priorem minus appellationem, neque enim amplius nominatur quod prius vocabatur, & corpus appellatur

apo yter ergo , etiam veritatem Deum non cor-  
pus vocare , quod stultum foret in Eutychia-  
no . Ex nominis mutatione virtutem varia-  
re , cui subiicitur respondet Orthodoxus . Igna-  
tius milbi esse videris , non enim corpus solum ,  
sed etiam pars vite nominatur , ita Dominus  
ipse appellatur , ubi caput sextum Joannis ,  
& sine pane Corpus Christi , & cum pane  
vita panem significat , ex omni titulo muta-  
tionem involvens . Uno verbo validè Ortho-  
doxus infurgit , vel accidentia & symbola  
afficiunt naturam hominis , & sic homo est ,  
vel Divinam quod nefas . Denique Centu-  
riatores ipsi Lutherani nostrum ultrò con-  
clamant Theodoretum . *De cena periculose*  
*dicit symbola & panis , & sanguinis Domini ,*  
*post invocationem Sacerdotis mutari , & aha-*  
*fieri . Adeò Patres ferunt quos contrarios*  
*fatentur & probant , & Donatista Optatum*  
*ferentes contrarium , irridentium falibus*  
*expositi , saltum suum esse imaginabas-*  
*tur .*

Rufus opponunt quod credunt validissimum, panem post consecrationem dici panem, ut adversus Valentianos Irenius libro quarto. Quomodo corflabit eis eum pacem, in quo gratie alii sunt corpus esse Domini fuit, at hoc jaculum ipos non nos ferit, cum res sapientiam ex eo quod apparent, veluti Luna lumine minus, velut inter ignes Luna minores, quod ita apparet licet minor sit Stellaris, aut millies res mutata in aliam, priori nomine nuncupatur. Puto et. In paluorem reverterit, & rufus. Quid superbus terra, & cinis? & iterum. Hoc nunc os ex offbris meis, & caro de carne mea, & de virga Moysis. Projeceruntque singuli virgas suas, que verbe sunt in dracones, & devoravit virga Aaron virgas eorum. Et de virga Aaron. Regressas invenerit germinasse virginem Aaron, & de aqua fluminis. Et elevant virginem percussa aquam fluminis, coram Pharaone &

*servis ejus, que versa est in sanguinem. Et  
tunc. Et non poterant Aegypti bibere de  
aqua fluminis, & repetit. Et de aqua Canis  
Exodi 7. Arbitrionis, aquam vivum faciam, & Poete ipse cum Vir-  
gilio de nymphis. Non sumus illae Sacro de-  
ceritate pinas, & de sociis Diomedis in aves  
7o. 2. convernis. Socii petierant astera, sic passum  
Ex. 10. in libris metamorphoseon. De nata Juvenca.  
*Tu ne es quaesita per omnes, Nata mihi terras.*  
I. 1. 17. Sic rufus de transformata. *Cum Iove rixa  
aneri, Eumenem exare molestem. Conspicuit ille**

*quecumque oratione invocatur, Confugit illa  
sua complexus. Et foros Phaeontis. Purce  
precar Mater quicumque est facia clamat.  
Param est non nocere, multum juvat hoc, ut  
substantia mutationem habeamus. Mutatur  
aqua in vinum iisque verhis exprimitur,  
aquam vinum factam, ita Tertullianus allat-  
tus de pane. *Corpus suum ille efficit.* Hie-  
ronymus ad Eusebium de Sacerdotibus. *Ad*  
*querum preces Christi corpus conficiuntur.* Am-  
brosius libro quarto de Sacramentis. Et ante  
verba Christi, *calix est vivi, & aqua plenius.*  
*Ubi verba Christi operata snerius, ibi sanguis**

efficitur qui plebem redemis , sic Augustinus , Irenaeus allati , & alii . Mutatur corpus in aliud , & Sacra , & prophana Scriptura exponit , verba est in statuam salis , verba est in Draconem virga , & millies Ovidius per vertere , & mutare exponit , ne uno quidem dubitante , hoc idem Patres exponunt de pa-<sup>re</sup> se ut vidimus , per conversionem , mutationem , transmutationem , & Theophylactus appellat trans clementationem , Nyssenus , immutationem , Ambrosius , & alii conver-<sup>re</sup> sionem , & clarissimus exponunt de eadem mutatione substantiae , quia facta est in cana Galilea & alii ; & afferunt mutationem realem , quia sine defitione rei non cernitur ; & quod clarissimus est dicunt panem non remanere . Hoc sciens , ait Cyrillus hyerofolimus . Et pro certissimo senecas panem hunc , qui à nobis videntur non esse panem , etiam si gaufrus pa-<sup>re</sup> nus esse sensitas , an panis proportionis be-<sup>re</sup> nedictus , non est panis dicendus ? an in pane benedicto sensibus non est credendum ? Et clarissimi Patres dicentes , remanere folia species , ut Gregorius , Theodoreetus & alii . Mutari vel clarissimi ponunt Sacerdotes in Liturgiis , quibus nil tremendum magis in Ec-<sup>re</sup> lechia ; nulla res magis est Sacrofanta , & dicunt Patrea omnium seculorum , omnium nationum , Liturgie latina & Grecæ antiquissimæ , etiam ab Adversariis admisæ , sic Pa-<sup>re</sup> tres dicunt , cum Tertullianus panem sicutum Corpus Christi . Cum Eusebio Cesariensi in Parallelis Damasceni , è pase , & vino sa-<sup>re</sup> L.3.c.45  
Etiam Corpus Christi , panem & vinum con-<sup>re</sup> versos , mutatos trans elementatos in substanciali Corpus Christi , & innumeraria alia quia cognoscunt vel Hosties & exponunt de muta-<sup>re</sup> tione accidentali , ut homo per peccatum mu-<sup>re</sup> tatur in bellum , at ne hoc unus quidem credit , ubi per decem secula credita con-<sup>re</sup> versio substantialis , ubi in primo non inven-<sup>re</sup> catur ut in secundo Dei virtus .

Usque modò jacula vibravimus, nunc phan-  
retas jaculis gravidas afferimus, & Patres  
ex profecto hoc evincentes. Evincit ex pro-  
fesso Ambrosius libro de Iis qui initiantur  
mysteriis. Fortè dices aliquid video quomodo. C. g.  
tu mihi afferis, quod Christi Corpus recipiam,  
& tecum nobis supereft ut probemus. Quoniam  
igitur utram exemplis ut probemus non hoc  
esse quod nostra formavis, sed quod benedictio  
consecravit. Majoremque eam esse benedictio-  
ni quæ naturæ, quia benedictione etiam na-  
tura ipsa mutatur, ubi benedictione natura  
ipsa mutatur, & major est vis benedictionis  
quam naturæ. Et hoc probat non esse im-  
possibile. Quia Deus potuit facere ut que  
non essent forent. Legisti quia ipse dixit &  
facta sunt, ipse mandauit & creatæ sunt. Sermo  
corde Christi qui potuit ex sibilo facere quod  
non erat, non poterat ea quæ sunt in id mutare,  
quod non erat? Non enim minus est uoxis  
rebus dare, quæna mutare naturæ, sic fert vir-  
gam Moyis in anguei verbam, ubi vides mu-  
tam esse naturam, & serpentes, & virginem  
aqua fluminis in sanguinem, ubi validissimè

suaderet & persuaderet, mutari posse vinum in sanguinem, ubi adhibet motivum validum creationis, ubi invenit dubitantes & consolidat. Si autem de mutatione ageret metaphorica, nil facilius ad explicandum, & irridenda foret comparatio naturæ. Iterum liberum quarto de Sacramentis. Tu fortè dicas. Menti panis est istaen. Sed panis iste panis est ante verba Sacramentis, ubi accesserit consecratio de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstrinximus. Quomodo potest qui panis est corpus esse Christi. Consecratio. Consecratio igitur quibus verbis est, & cajus sermonebus, Domini Iesu. Nam reliqua omnia que dicuntur tandem Deo deferuntur, ortio premitur, pro populo, pro Regibus pro caeteris, ubi veniunt ut conficerent venerabile Sacramentum, jam non sunt sermonibus Sacerdos sed usque sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iustus Dominus & factum est celum, iustus Dominus, & facta est terra, iustus Dominus, & facta sunt Maria, iustus Dominus & omnis creatura generata est. Vides ergo quidam operatorius su sermo Christi. Si ergo tanta vis est in Sermone Domini Iesu, ut incipere possit quia non erant, quantum magis operatorius est, ut que erant in aliud commutentur. Celum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentes. Ipse dixit, & facta sunt, & mox. Ipse dixit & factum est. Adeò vero clara sunt ea verba ut negent Hostes esse librum Ambrosii, at jam vidimus ipsum, & veteres citant. Adeò verò est expressum, de pane fit caro Christi, ut vel apud omnes ita exprimitur mutatione. Adeò verò validum est argumentum à fortiori, ut sermo Christi possit mutare, qui potuit omnia creare, & qui potuit ex nihilo facere omnia, facilius poterit in aliud mutare; cum mutationes cuncti credant, creationem multi negaverint Sapientes. Evincit validissime Cyrilus Hierosolima; Catechisi mystagogica quarta, ubi recitat ex Panlo verbis institutionis subdit. Aquam enim in quinque convertit in Cana Galilea, quod habet quamdam cum sanguine propinquitasem, & cum patre dignum existimatissimum, cui eredamus quod vinum in sanguinem transmutatur? Ad eas rupias, quibus corpora capulans vocant præter opinionem omnium hoc fecit miraculum, & non multo magis, sic eum corpus & sanguinem suum fruenda nobis dedisse persuasum firmiserat babebimus, ut eo cum omni certitudine tanquam corpus ipsius, & sanguinem sumamus? Nam in specie panis dat nobis corpus, & in specie vini das nobis sanguinem. Et post plura. Nam esiamus sensus illud tibi remunias, fides tamen te confirmat, ne judices rem ex gustu, ubi ex aqua vino facta, vinum sit in sanguinem transmutari, ubi dicit simile esse miraculum dignum credi, ubi dicit solam esse panis, & vini speciem, ubi sensus panem gustantea renuntiat, nec gustum ipsum Judicem acceptat. Evin cit Chrysostomus è miraculis. Non sunt hu-

manæ virientis opera hac, que proponantur, <sup>Hom 60</sup> quia tuus ipso fecis in illa cœsa idem ea nunc quoque facit. Nos ministrorum senemus locum, qui verò sanctificat ea & immunit ipsa, ubi Christus sanctificat & immunit, quod rursus congerimat, & quidem miraculo. Et rursus de proditione Iudei. Non enim Homo est, qui proposita de consecratione mensa Domini Corpus Christi fecit, & sanguinem, sed ille qui crucifixus est pro nobis Christus, Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur, & gratia, hoc est ait corpus meum hoc Verbo proposita consecrantur, & scilicet illa vox, qua dicit erescit, & multiplicauit, & replete eternam, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum, ubi vides vocem Dei operativam, & ferme Hominem, è pane corpus efficit. Evincit Gauden tius Brixensis. Ipse nativorum Creator, & Dominus qui producit de terra panem, de pane de exordi rursus (quia & potest, & promisit) effectus pro prium corpus, & qui de aqua vinum fecit, & de vino sanguinem sursum, quod & prosequitur de pane corpus faciens, & de vino sanguinem<sup>Troll. L.4.c.3.</sup> ne de aqua vinum. Evincit Cyrillus Alexan derinus in Joannem, ubi explicans illud quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum, negat proferendum illud quomodo, & evincit ex virginis anguem mutata, aqua in sanguinem mutata &c., sic & Damascenus probat Deo nil impossibile, & concludit. Panis, vinumque & aqua per invocationem Spiritus. Supernaturaliter transmutantur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt dno sed unum & idem, sic fuscus Eu thymius probat transmutationem.

Hæc omnia è primis seculis transubstantiationem, ante Innocentium tertium evincent, sic Theophylactus exprefit dicens non esse panem, Damascenus, Euthymius. Sic Paschalis Corbejensis de Corpore Domini. Licet figura panis, & Vini hic sit, tamen omnis sibil aliud, quam caro Christi, & sanguinis post consecrationem credenda sunt, & fide id evincit. Sic Stephanus Episcopus He duensis tomo quarto Bibliotheca Patrum. Itaque fides nostra est, & verè credendum est quod Sacerdote proferente hoc verba, hoc est corpus meum, jam non est panis terrenus sed ille panis qui de celo descendit, mediator Dei & Hominum Christus Iesus. Sic Fulbertus Carnotensis in epistola ad Adeodatum. Dabitur nefas est ut ad cuius usum cuncta subito ex nibili substiterunt, si pari potentia in spiritualibus Sacramentis terrena materio panis, & vini bacteriam & meritum generis sui transcendent in Christi substatianum commutetur, etiam ipse dicit hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, en testimonium decimi seculi cum primo. Sic Nicolaus Methonensis ex professo impugnat, afferentes non mutari in Corpus Christi, ex verbis Christi, ex omnipotenti, ex aliis Christi miraculis, & inter causas unam affert ipsorum, quod non viderent coram, & sanguinem, nil autem magis iusulsum in mutatione metaphoricam,

ubi

ubi videri nec potest , verus sanguis , & caro , & hic est Hostis juratus Latinorum ; sic innumeros alios referit Arnaldus , in auteo libro de perpetuitate fidei , sic Cabassutius in commentario Histotico , sic Moderna volumina prosequuntur consensum omnium nationum , in hoc articulo mutationis substantiae , sic Bellarminus ante Innocentium tertium refert tringitis duos probatissimos Auctores , transubstantiationem admittentes , inter quos sunt Bernardus , Damascenus quem semper sequuntur Greci , Theophylactus & alii , quos non citamus cum Hostes non admittant , & facientur quæpamines contra Claudium , ipsos non esse suos , & Claudius ipse & Albertinus dicant , post Paschalium Rhadbertum , istos omnes deceptos . Uno verbo præter innumeratos querentes , Pastores eam mutationem & conversionem Confessos , sunt Centuriatores Magdeburgenses Lutherani , qui non tamquam dicunt sed evincunt , Patres , etiam primorum temporum , admissoe conversionem istam , adei nec isti sui sunt mores , adeo volunt Auctorem Innocentium tertium , & Patres antiquos .

Evincimus præstantium realem ex Joannis sexto , *Caro mea verè est cibis sanguis meus verè est potus . Qui manducas hunc panem vivis in eternum , ubi nihil est de passione , in qua nec manducatur nec bibitur . Nisi manducaveris carnem Filiū hominis , & biberis ejus sanguinem non habebitis vitam in nobis , ubi toties repetitur cibus , & potus , si quis manducaveris ex hoc pane . Qui manducat meam carnem , & bibit meum sanguinem , ubi Patres & Concilia etiam apud Hostes traditionem effirmantes testantur , ubi opponuntur manducatio panis manduacioni veteris mannae , ubi loquente de passione Domino , nunquam abiit volauerunt discipuli , ubi sublato eo texto necessitas Eucharistie ex nulla Scriptura posset deduci , ubi sepe de carne manduanda fit mentio , ubi diversus modus edendi , & bibendi innuitur , quod contra nos sepe urgent Adversarii .*

Hic dicitur caro mea est cibus , quod susciceret ad realem præsentiam , veluti hic est Filius meus dilectus , & additur , *Caro mea verè est cibis sanguis meus verè est potus . Hic manet in Christo manducans . Qui manducat me & ipso vives propter me . Hic opponit Christus carnem suam mannae . Non sicut manducaverint Patres vestri manna , & mortui sunt , nec oppoit Eucharistiam manna , ut volunt Hostes ob majorem expressionem , sed dantem vitam danti mortem , qui manducas hunc panem vivis in eternum . Et rursum . Non Moyses debet vobis panem de celo , sed Pater meus , dat vobis panem de celo verum . Hic ardua est sermo audientibus . Diversi est hoc sermo , quis potest eum audire , quod in panibus propositionis , in agno & manna nunquam est auditum ; & Christus solitus erat explanare mysteria , & faciliter etiam redire Magistris , ut constat in Ni-*

codemo de baptismo , & hoc nec rudibus expponit etiam abeuntibus . Ex hoc multi disceptatores ejus objerunt retro , & jam non cum illo ambulabant , nec Christus impedit sed urget discessum . Dixit ergo Iesus ad duodecim . *Nunquid I' vos vultis abi' e' ? Hic altissima mysteria prædicuntur ut baptismus , ideoque & istud prædicti debuit , nec obstat Albertini responsum , multa prædicta non esse miracula , quippe sermo est de mysteriis , non de miraculis , de Sacramentis Ecclesie non de prodigiis . Hic probat mysterium ex ascensione , qua realis est non virtutis & figuræ . Si ergo videritis Filium Hominis ascendenter ubi eras prius , & argumentum foret incepsum , videbitis Filium Hominis realiter ascendenter , ubi prius erat realiter , non ergo vos scandalizet figura , & quis unquam Hebraeorum scandalizatus est , de pavibus benedictis propositionis ant agni figura venturi Messie . Hic apud Calvinistas erit baptistini præceptum , ubi per ipsos side apprehenditur Christus , nec illa erit contra Christi sermonem , necessitas aut potus , aut cibi . Hic Calvinista citant illud Apostoli , *omnes caedam escam manducaverunt , quamvis loquatur Paulus de sola Hebreis & Christus omnino diversam concilat , hanc de celo , & panem de celo verum , non illum , hunc dantem vitam illum mortem . Hic in manduacione per fidem , nulla esset distinctione inter cibum & potum , immo sanguine evidenter apprehenditur passio ; quod una sola Pauli epistola , evidenter & ex professo expavit . Quanto magis sanguis Christi , & mox , Heb.9. emundabilis conscientiam nostram , & sanguinem sapere memorat .**

Frustra Caput hoc rapere festinat , Christum nempe sensum non mutare , at non tantum in eodem capite mutat , ut Paulus post traditam Eucharistiam , multi unus panis sumus , ubi à sensu spirituali transit ad literalem , immo & in eodem membro . *Spiritus ubi i. Cor.10. vult spirat , & vocem ejus audi . & neficiis unde venias , aut quod vadat , sic omnis qui nascitur ex eo . ex Spiritu . Frustra dicunt non haberi à reis vitam eternam quippe qui manducat , & bibit indigne judicium sibi manducat & bibit , nec baptismus ipse qui est vita , impio profecti ad vitam eternam . Frustra valit Albertinus ibi præcipi utramque speciem , quippe suis repugnat omnibus Calvinistis . Frustra vellet sensum faciliorem , quippe discipuli multi abjerunt , & sermonem durum appellarent , & in baptismo ipso certatum cum Nicodemo . Frustra volunt Patres verba accomodasse Eucharistie , quippe Patres edidere commentaria , disputationes & cetercheses , & quibus longè abhunc accommodiores , & idem diei potest de aqua baptismi . Frustradicunt infantes non habituros vitam , quippe ipsos tantum ferit textus , cum fides in ipsis exercitari non possit , bene in nobis exponitor unione , & cum Christo , qui enim nascitur & vivit indiget cibo . Frustra dicunt foliam aquam adhibendam . Qui biberis ex hoc .*

*hic agns, non sicut in eternum, quippe hoc explicatur ab eodem Joanne. Hoc autem dicitur de Spiritu, quem accepti erant credentes in eum, ubi textus Joannis in sua desideratur difficultate. Frustra dicunt non affirmari a cidentia, quippe sapienter distinguit carnem a sanguine, & panem non vocat, sed carnem suam.*

Post promissionem advenit institutio, etiam post longum tempus ut in baptismo. *Hic est corpus meum, quod pro vobis effundetur, at certum est nonnisi verum Christi Corpus pro Hominibus esse traditum, evidens est sanguinem non vinum effusum. Evidens est tres Evangelistas locutos sine tropo, & Lucam tropo calicis omnibus noto, adeo evidens erat, quod scribebat. Evidens est testamento scribi debere clara, ut ratio naturalis dictat, & leges ipsæ civiles sapientissime, & jus ipsum Divinum vetus. Come*

*deritis festi panter est enim Phœbe (id est transi*

*tans Domini,) & transibo per terram Egypti nocte illa, & in novo gemitinatur vetus. Om*

*nem populus aspergit dicent. Hic sanguis te*

*flamenti, quem misit ad nos Deus. Clarissimum*

*verò esse testamentum à nobis expositum,*

*exclamat Lutherus acerrimus Papa Holtis,*

*qui volens & cupiens explicare figuram, id*

*ipso teste non potuit, & faltem à Pachacio*

*Corhejensi per non gentes annos, Ecclesi*

*fia Romana non dubitavit, & ut videhi*

*mus semper credit omni firmata. E*

*contra innumeratas expositiones contra*

*rias, Hostes nostri admiserunt, via vera reli*

*ta, innumeratas ambages inventore & laby*

*rinthos. Evidens est, Sacramenta clarè expo*

*nenda, cùm pusillis iphis sint necessaria, &*

*constat in baptismo exposito, vel Magistris*

*Israel, ut erat Nicodemus, at expositam*

*clarè Eucharistiam negant numerosa, &*

*contraria sententiae. Evidens est apud ipsos*

*textum obscurum, debere per clarum ex*

*poni, at hic nullus alias hunc exponit ut*

*constat. Evidens est aquam baptismatis,*

*nunquam dictam Spiritum Sanctum, quam*

*vix illius virtutem contineat, nec vocatam*

*corpus, aut Sanguinem Domini, quamvis*

*ipsius foret figura, & virtutem gereret sim*

*dem excitandi. Evidens est Lucam Graecè*

*scribentem, qui pro vobis effunditur dicere*

*de calice, ubi non est effusum vinum sed*

*sanguis, & hoc non potuit effugere Beza,*

*nisi Codicem dicendo vitiatum, contra*

*originalium fidem, & vel Hostes horrentes*

*Lucam mutilatum. Evidens est baptismum*

*Christi passionem exprimere, sicut ver*

*bum, imago crucifixi, & simul evidens est*

*esse nudas figuræ, nee de his velut de pane*

*id posse negari, vel affirmari posse esse Chri*

*stum ipsum.*

*Ipsæ umbræ corpus illustrant, cùm asse*

*runtes panem in manibus gestasse, illudque*

*solum dedisse sic & calicem & bibite ex hoc*

*omnes ad vinum resertur, quippe & ipsi*

*Holtis affirmant, Christum pangem gestasse*

*naturalem, & dedisse Apostolis Sacra men*

*talē, sic & nos gestasse naturalem, & de*

*disse consecratum. Referunt Apostolos tur*

*bandos ex tali præsentia, at argumentum*

*retorquet Chrysostomus, turbando ea præ*

*sentia fuisse, nisi sapienter premonitos apud*

*Joannem, & cùm Joannis texto sint turbati,*

*necessæ sunt ea præscutia turbatos. Re*

*ferunt verba Sacramentalia, Sacramentaliter*

*esse accipienda, & sic impropriè, at in*

*baptismo forent Sacramentaliter accipiend*

*a, sic baptizandi fideles aqua metaphoria*

*& cùm Euangelius dixit ecclesie aqua, intellig*

*enda foret aqua impropria, & metaphori*

*ca, sic & alia solvuntur, quod prima verba*

*, panem adhuc & vinum significent, cùm pa*

*nem Sacramentalē & ipsi velint. Re*

*ferunt duos tropos in calice & testamento,*

*at primus est calix tropos uictatissimus*

*, nec alio modo intelligi potest Lucas, quod*

*calix effundatur nempe liquor, & Matthæus,*

*& Marcus exponunt, Hic est sanguis mens.*

*Heb. 9. ubi nullus Evangelista ponit tropum in cor*

*pore, nec vel unus id leviter insinuat & ita*

*clarum est Hic est sanguis testamenti, ac*

*ea. Hic est sanguis novi testamenti. Re*

*ferunt illud Spiritus est qui vivificat, cor au*

*tem non proficit quidquam, atvel ipsi saten*

*tur carnem Christi, unitam verbo Divinum,*

*cum scriptura, & Patribus prodest. Re*

*ferunt cum Calvinus corpus impropriè dici*

*ficere sanguine, at in omni sermone propriè*

*dicitur corpus, cùm vivum est & mortuum*

*dicitur trunus, & cadaver. Referunt me*

*moriam esse præteriorum, at præsentia fa*

*cremantibus non erat præterita, & millies de*

*re præsentis est memoria. Memor fai Dei ait : Cor. 11.*

*Palmista, memento homo quia puluis es. De*

*niisque mors recolenda non est præsens. Mor*

*te Domini annuntiabit donec venias. Re*

*ferunt illud, non bibam de hoc genimise vītū,*

*donec impletar in regno Dei, ubi impletur*

*impropriè bibere, at vinum propriè & ipsi*

*intelligunt, & in regno Dei resurrectio in*

*scripturæ, quippe Apololi testantur, nos Ad. 10.*

*qui manducavimus, & bibimus cum illo. Re*

*ferunt calicem esse tropum, ubi continebat*

*est pro contento, at jam diximus nec aliter*

*intelligi potest. Titium bibisse calicem*

*aqua, cùm calix à nomine intelligatur po*

*tarius, at inauditum est apud Homines & inu*

*stitutum, corpus sumi pro signo corporis.*

*Referunt denique est idem esse ac significat,*

*at innumeris in locis etiam per ipsos allatis,*

*verè & propriè significat, hic etiam dicitur*

*hic est calix, at Calvinus ipse tropum collo*

*cat in verbo corpus; & Patres Scripturæ,*

*Interpretes expressè negant esse figuram, &*

*probant eo quod Christus non dixerit haec*

*est figura corporis mei, & cum Chrysostomo*

*dicunt. Verba & sententias nobis H. 50.*

*immissæ, & noui fidei tantum, verum ipsa re*

*nos suum efficit corpus & metaphora ego sun*

*itis ego Petra, ne unum quidem deceperunt,*

*boc est corpus meum verè est intellectum*

*ab innumeris. Extat & illud Pauli ad Co*

*Cap. 10.* ethioa prima. *Calix benedictionis*, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est, ubi vel ex Hostiis necessaria est consecratio, quam nulli rei vel Sacramento est necessaria, quamvis Christum representet, ubi Paulus avertit Corinthios à sacrificiis, ostendendo aliquid longè præstantius, velut urget Chrysostomus prædictiora quæ potest, & in eam epistolam scribit, (Horum verborum hæc sententia est quod in calice id est, quod à latere fluxit, & illius sumus participes,) an fluxit à latere sanguinia figura? Et conjuncta ait sicut in Incarnatione, & Cœtius libro 10. in Joannem ait uniri nos non solum per charitatem, sed verè & corporaliter. Uno verbo rem mirabilissimam, super excedentem omnem admirationem vocant Patrea non ergo figuram.

*1. Cor. 11.* Extat & alia Pauli doctrina. *Qui manducat & bibit indigne judicium fibi manducat & bibit non iudicantis corpus Domini, & ante. Reus erit corporis & sanguinis Domini*, ubi dicit quod sumitur affterre mortem, cùm aliis vitam ministret, ubi non iudicat corpus Domini, quod maximè indicat manducationem, ubi Iudas vel malus, manducavit. Hoc Interpretes omnes intellexerunt & Patres, Theodoretus ibi peccatum ponit, quod inmundi Christianum corpus affundat, sic Ecumenius vocat hos Christi crucifixores, sic Chrysostomus sep. Cogita quantus adversus Prodigios indignari, & contra eos qui illum crucifixerunt, itaque considerat ne in quoque sit reus corporis & sanguinis Domini. Illi sanctissimum corpus occiderunt, tu vero polluta fasciis anima post tot beneficia, & rursus. Nullus itaque Iudas afflatus, nullatus avarus. Et mox. Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis & immisericors, nemo proflatus immundus, & millions testatur & probat exemplo purpuram regiam projiciens in lutum, Theophylactus evincit clare luce solis, ægris oculis infesta, sic Basilius libro secundo de baptismo, Origenea homilia secunda, Hieronymus in caput primum Malachim, Cyprianus de lapsis, & Arnaldus de frequenti communione innumerous restet, & Ecclesia ipsam expellentem indigos.

*C. 3.* Accedunt Scriptorū interpres innumerati, & Joannis sexto docent agi de Eucharistia, & cognoscunt Calvinistas cum Claudio, & ipse cum multis afflitis omnes errasse, ac Patres Pastores, & Doctores alios, Deus ipse ex Apostolo nobis donavit, ne circumferamus omni veste Doctrinæ, & Concilia, & Ecclesia ipsos audiit, imò Ecclesia apud Hostes nostros vera, non audientem Patres vocavit Athelstam, at traditionem Patrum vel Hostes nostri in expositione Scriptorū solam admittunt, at innumeris Hostes ipsos vocant Magistros, & in hac causa pro se & contra nos citant & tandem cum Augustino exclamamus, nique ne misericordia summa hæc dies, ut Ecclesia un-

stalumina sint tenebrae, & Claudio & Albertinus duo capi luminaria; & in fundamentalibus Ecclesiam infallibilem, & prima quatuor Concilia, totidem velut Evangelii vel Hostes ipsi cum Gregorio sententur.

Unum satis esset argumentum, nec motari potuisse fidem, ut vidimus, nec per decem secula mutata. Apparuit primò Berengarius negans præsentiam realem in Eucharistia, & tamquam novator mox damnatur. Damnatur in Concilio Romano, in Vercellensi, & cum eo Scotus Eriena, & in Parisiensi eodem anno. Damnatur in Florentio sub Vitore secundo, in Turenensi præsidentibus Papæ Legatis, ubi ejus ravit, subscriptis, & juravit in Romano sub Nicolao secundo, in Kotonagensi cum rediret ad vomitum, in Pictavieni, & Burdigalen, & in generali Lateranensi, Constantiensi, Florentino, in quibus extiterat Graeci, & Armeni, & consenserunt Historici narrant, & oculi in actis intuentur, ubi acceptante tota Ecclesia, Berengarius extitit Novator, imò ipso metu teste abjurante, nec Berengariani ullam Ecclesiam, vel particularem pro se citarunt.

Hic Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, prolixè disputat de Ecclesia Catholicæ auctoritate: *Quem Humbertum dum contra Catholicum veritatem scripsisse afferit, non ipsum solum sed & Romanos Pontifices Romanam Ecclesiam, multosque Santos Patres redargunt, incurrisque in illud quod Beati Doctores si non insensu verbis eisdem tamens sententias multis in locis concorditer afferaverunt, hereticum esse omnem Hominem, qui à Romana & universalis Ecclesia in filiis doctrina discordas, en Berengarius contra Catholicam veritatem contra Patres, & universalis Ecclesiam, & contra Pontifices est in fidei doctrina. Sic & Goitmundus Archiepiscopus Averianus, opponit Berengario totam Ecclesiam.* *Augustinus dicit* I. 3. *fromis terra domus Dei qui non habet omni terra, ruisa est non domus.* Et mox. *Nostra Ecclesia Catholicæ per B. Leonem Papam, hoc Berengariana figurata, mox suo exerto domuoviit, en Berengarius unus contra omnes Hic Hugo Lingonensis adversus eundem.*

*Qua in re universali Ecclesiæ scandalizari, & iterum. Ne præsumas singulariter sentire, quod universitas non admisit. Et rursus. Abiecta unitate de parte extolleris, ubi toties idem repetit. Et Durandus Abbas scribit de corpore & Sanguine Domini. *Multa abfarda, fidei Catholicae alieno, alienus declaravit*, ubi aliena docet à veritate Catholicæ. Idem Berengarius ex Lanfranco ajebat: *Prædicatum est Evangelium in omnibus gentibus, credidis mundus, sola est Ecclesia, sed imperitia male intelligentium postea erravit, & perit, in nobis folsi & in iis qui nos sequuntur, sancta in terris Ecclesia remansit, en ex ipsius confessione contra Ecclesiæ, sic & ipse se retractavit sub Nicolao. Rursum**

*Par. 4.* 1059 *in suis terris Ecclesia remansit, en ex ipsius confessione contra Ecclesiæ, sic & ipse se retractavit sub Nicolao. Rursum*

*Decretus  
D. P. 3.*

fus Guitmundus. *Nosissimum ex hoc tempore, prinsquam Berengariis infunxistibus in modi incepit nunquam fuisse, sic est confessio ipsa Berengarii, creditis quod credit Ecclesia Catholica, sicut sunt Bernardi epistolæ integræ, & sicut Arnaldus in perpetuitate fidei, & Mabillonius in annalibus Benedictinis.*

*Post hæc certum est præsentiam realem non incepisse nisi à Christo, cum nulum initium potuerit vel Hostes invenire, ideoque certum est Patres esse nostros, & si veros invenisset textus, ducentos falsos non citasset Mornæus: at valeat ad se suadendam evidens. Evidens est quamplurimos Calvinistas, Henricum Boxornium, Hospiianum, Blondellum & alios, hoc errore liberasse Paschalium, & innumeros negare usque ad illud tempus, Ecclesiam stetissimam immaculatam, debet ergo esse error natus in phantasia, folius Claudi, & Albertini. Evidens est Ecclompadium Calvinistam, ex Ludovico Lavatero in historia sacramentaria cum Hospiiano concludere. Tandem sermota Hominis auctoritate veritas ei fulgidius effusa: ideoque apud ipsum Patres crant in tenebris. Evidens est in confirmationem hæresum, nunquam fieri à Deo miracula, at egit Bernardus pro præsentia reali. Evidens est aquam in baptismis figuram Christi jam præsentis nunquam dici corpus Christi, ut millies panis consecratus vocatur. Evidens est Patres ionumeros inefabillem & miram dicere conversionem, & nunquam auditum de imagine aliqua, aut pastè propositionis Christi figuris. Evidens est eum Chrysostomo paterni Patres. *Ecce enim uides ipsum tangi ipsum manducas.* Et mox. *Ipsæ vero tibi concedit non tantum cedere, verum & manducare & tangere, & intra te sumere quis autem hoc dicit de virtute etiam plena, & fructu retorquent rationem in accidentibus, quippe Christus ait. Quis me tetigit?**

Evidens est Patres hoc mysterium, catechumenis oculatum, & virtutem totam crucis exposuisse, non ergo Eu charistia purum erat signum. Evidens est cum Theophylacto, Euthymio, Damasceno, Hilarie & aliis, negesse esse figuram & dixisse veritatem. *Non dixit hoc est signum corporis mei, sed hoc est corpus meum,* at evidens est vel figuram perfectam non esse Originale, figuram corpus, aut veritatem. Evidens est Patres cum Ambrolio de initiandis, repoenenti. *Allud video quomodo tu mihi afferis, quod Christi Corpus accipiam, repetebant illud. Hoc est corpus meum, evidens ergo erat, sufficiens ad instruendum, quod & Hilarius habet. De veritate corporis & sanguinis Domini non est relitus ambigendi locus, & Cyrilus Hierosolima. Quis audebit deinceps ambigere? Evidens est ut loquitur Arnaldus, id Chrysostomum firmare infinitis in locis. Evidens est Berengarium omnes Patres nostros confessum, ut habet Guitmundus libro*

*secondo, unum præter Augustinum, nec Zuinglius creditur Augustino, igitur Patres nostros esse satentur. Evidens est Calvinum, Lutherum, & Kemnitum, non potuisse quamplurimis Patribus respondere, ideoque nostros ultrè concessisse.*

Mirabile certè paradoxum est de Paschafio Rhadberto, Ecclesiæ Catholice fidem, in libro de corpore & sanguine Domini in commentario Evangelii secundum Matthæum, & in epistola ad Fredugardum exponente, quod Henricus Boxornius & Hospiianus, incredibili certe auctoritate in Calvinistarum partes, trahere omnino sint conati, cum totus liber sit vel per amicos contrarius, & quamvis Hiobus Gastus Hagenensis, integris capitaliis expunctis, subornatis aliis verbis & sententiis, librum Paschafii evulgavit,

*flagitium falsarii detexit, Nicolaus Mame-  
eanus Lucemburgensis, excuso Coloniz  
libro integro Rhadberti; & Calvinistæ Beren-  
garium imitati ejus Hostem, vocant incipi-  
tum, hæreticorum Ducem, uno verbo ad-  
versus Ecclesiæ Novatorem. Adeò magna  
est ipsorum unio & fides, ut aliqui velint  
Calvinistam, alii Calvinistarum destruc-  
tione, & alii suum velint vel fallando. Et  
certè veritatem docuit & transubstantiationem,  
toto fere libro & capite primo. Nullus  
moveatur de hoc corpore Christi, & san-  
guine quod in mysterio vera sit caro. & verus  
sanguis, dum sic ille voluit qui creavit. Omnia  
enim quacumque voluit Dominus fecit in ce-  
lo, & in terra. Et quia voluit, licet figura  
panis & vini hic sit omnino nihil aliud, quam  
caro Christi & sanguis post consecrationem cre-  
denda sunt. Unde ipso veritatæ ad discipulos.*

*Hæc inquit caro mea est pro mundi vita. Et  
ut mirabiliter loqueri, non alla quadra qua para-  
est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit  
de sepulcro. Et mox. Longè ab omnibus qua-  
sita sunt à seculo miraculū distar, hoc myste-  
rium, & probat Christum esse veritatem.  
Et capite secundo evincit, non habere po-  
testatem edendi, nec alienigenam, inquili-  
num, nec ignorantem. Hic quidem myste-  
rium accipit, sed nequit mysteriū virtutem, &  
capite quartu per totum, sit esse veram car-  
nem, quod in veritate Corpus & Sanguis  
sit, & fuscè solvit quomodo sit figura & ve-  
ritas; Et rursus docet impio detiorem, si  
quis non credat verum corpus & matutum,  
& alibi Patres accumulat pro ea re, & litur-  
gias, & in commentariis, & Hostes ipsi hoc  
largiuntur.*

Porrò Paschafius apud omnes, integræ fi-  
dei est non Novator. Apud Synodum Par-  
isiensem ipsum vocant. *Venerabilem Fratrem Radbertum Abbatem, & Monachos discipu-  
los ipsius. Praeculta & pretiosa membra eterni Regis.* Apud Engelmodum Suelloensem  
Episcopum, editur in ejus laudem carmen  
& vocat. *Ecclesia columen, Religiosis  
apicem, fidei fortissimum umbonium.* *Ojubat.  
Quem Non deturpet mensita fidem simulatio,  
sed exornet Pia simplicitas, & virtus reu-*

*Flow. 50  
ad p. 50.  
Aut. 11.*

*Matt. 14*

*C. 9.*

*Ae. 1518*

*C. 12.*

*Ae. 816.*

*cont.*

conscia. Imperio fasces & Regni fulgent gloria venerantur. Ipsi Lupa Ferrariensis vocat. Dilectissimum, & bonis omnibus amplectendam, & eo mortuo ejus doctrinam de Eucharistia commendat. Apud S. Oddonem Gliniacensem in collationibus, citatis aliquot locis de corpore Domini subdit. Hac Ep. 56. C. 17. I. & alia multa plura Pascha fuit ex dictis Pa- 2. c. 30. trium, ad reverentiam ipsius mysterii conserua- 3. dandam, atque Majestatem ejus demonstran- dam conscripsit, que quis licet scolaris ligeris tanta credo dicas, ut de hoc mysterio puerum se eatenus cognovisse putas. Et Herigerus ipse cum verba carpi doctrinam commendat. Sed Pascha fuit Reribus fuit & alia multa in eodem libro ultra bumanorum existimationes utiliter strallos, ita & huic sophismati fortius obviae figuram non semper umbram esse, an destructor fidei laudator etiam ab amulis? ita in commentario testatur neminem, vel accusasse, ita dedicat librum pueris, pro quibus scripsit, & jocofum est simplicem & ignotum Monachum, totum Orbem decopissit, cui nec ipse nec liber notus fuerat.

Ea verò ex Nazari sunt miseranda argumenata, & Claudi Carentio, & Matthai Larrope, Rathbertum dicere si plures ad intelligentiam excitaſſe, petere ut reprehensione dignum significet, quod aliqui reprehendunt ob novitatem, at primum est contrarium, cùm det intelligentiam, item secundum sit in doctrinis operibus, & tertium non est ad rem, cùm quæſtio sit utrum corpus illud, idem sit & dicatur natum ex Virgine, quod constat, cùm in doctrina commendent, & eamdem Herigerus, & Anonymus confirmant, & ait. Ex Augustino, & Hieronymo non aliud affiebat. *Naturae* litter, Corpus Domini, quod ex substantia panis & vini pro mundi vita quotidie per Spiritum S. consecratur, & quod natum est ex Maria Virgine, sed specialiter. Et eiat Augustinum laudatim a Ratherto. Praferunt cùm illa Christi caro refurgens de sepulcro ita glorificata sit, ut jam vorari nullo modo possit. Sic fragmentum de corpore Domini hoc solum impugnat. Aliud specialiter Corpus Domini, quod gloriosum fidelis ad dexteram, & tamen naturaliter nunc est. Quid clarius? Et Rabanus impugnat sumptum ex Ambroſio. Non aliud plaus quidam quo nata est de Maria, & passa in cruce & resurrexit de sepulchro, & dicit Patres alter ac Ambrosium locutos, adeo de locutio- ne sermo fuerat.

Tadem de reali praesentia testes sunt, vel Hostes. Est Lutherus Calvinistis additus, qui negat non potuit quamvis vellet. Est Ecclesi florens Orientis, cum Graecis, & Russis. Est Petrus Martyr ex Simlero in ejus vita, ubi ex eodem afferuit de Eucharistia, Quæſionem tanti non esse, ut inter Fideles communionem, & charitatem solvere debat. Sunt & Waldenses ex Petro de Pilichdorf exprofessio contra Waldenses sententia. Dicit Waldenses recipere Sacra-

menta baptismi, & Eucaristia apud Catholicos, rarissime autem vel nunquam apud suos Magistros. Ut Vieleph libro secundo Dialogorum ubi ait. Devoꝝ adorandum esse Hosiam, quod idem docet Scheidnerus, Christus qui est in Eucharistia est adorandus propri loquendo, & Theologi Wittembergenses citante Lutherum suum, & Daillaua Calvinista, & eorum nomine. Non accusamus simpliciter quod ducunt Christum esse adorandum, quem credant esse praesentem in C. 7. SS. Eucaristia, sic alii multis & Hufstis De eu- & Pefeban. Est concordia Lutheranorum, canent. & Calvinistarum, in Synodo Sandomiria, ortu. & damnatio, & alii, ubi concordant etiam eum praesentia reali. Est Joannes Hus de Sacramentis tenens, Christum esse realiter praesentem in Sacramento Venerabilis. Sum & apud Vvalemburgicos alii, Davenantia, Petrus Martyr, rursus Daillaua, Crocius, Joannes Bergius, Corranus qui & ostendunt Calvinistas sepe, de reali praesentia loquuntur Catholicos, quod Christus sit ad modum rei spiritualis. Tandem apud eosdem vitiant Evangelium, legunt etenim Iesus accipiebat panem, & cum gratias agisset fregit illum, ut significare dediit panem, sic Biblia Hollandica legit in Paulo. Calix benedictionis cui gratias agentes benedicimus, ubi & viant & addunt, contra Patres, ut in vul- gata legentes, unò verbo ex Cal. in istis Lu- therus accepit à Dæmonie, Zwinglius à Spi- riitu malo, & sibi iovicem hoc ultrò respon- dent.

Quam invicta est vis veritatis, ut im- putatio Hostium, apud Patres fidei doctrinam evincat. Impugnant nos Inimici quod corpus in pluribus locis esse non possit, & Patres docent esse de facto. O' miraculum ex. Lk. 22. elamat Chrysostomus. O' Dei benignitatem, qui cùm Patre sursum sedes, in illo temporis articulo omnium manibus pertrahatur, ac se ipse tradit volensibus illum encipere & ample- tub, ubi miraculum est, nec esset in symbolis. Et in epistolam priorem ad Corinthios. Et enim quod summo honore dignus est, id tibi in terra ostendam, nam quemadmodum in regis non paries, non regum autem sed regis corpus in throno sedens omnium praestansissimum est, ita quoque in celis regium corpus quod nunc in terra videndum tibi promisisti, neque enim Angelus, neque Archangelos non ex hoc non ergo celorum, sed ipsum horum omniū Dominum tibi offendit, & rursus ibi regio pueri comparat ferendo, ac si loqueretur de signo tantum, non anteponeret Angelis, & Archangelis, & illuderet Auditores imaginem referens, pro corpore ipso Regis, & pulchritudinem exelamat Gregorius Nyssenus. Con- siderandum est quomodo fieri queat, ut cùm unum illud corpus assidet per totum Orbem terrarum, tot fideliū milibus impinguatur, totum cūfusque per partem evadat, & in se ipso totum permaneat, quod irridendum foret du signo tantum, nec enim vel umbra est difficultatis. Exelamat Augustinus & ipse. Fe- C. 15. rebatur.

*robustus in manibus suis, hoc quomodo possit fieri in Homine quis intelligitur & frusta figuram vult Calvinus, quippe impossibile aliis prædicat, nec in figura impossibile est sed facile, Exclamat Gaudentius olim plures agnos, nunc unum ubique mactari, & in symbolo unum vel Judæi mactabant. Exclamat Eucherius seu Cæsarius de corpore,*

*Serm. de Corp. Dom.* *Quod cùm Ecclesia fidem suam fuisse plenum in universo, ita integrum esse probatur in singulis, ubi docet totum esse in singulis, & cunctis, quod in symbolo nihil esset. Exclamat Cyrillus libro duodecimo in Joannem, & Theophylactus disertis verbis esse in terra, & quotquot dicunt verum presentem. Denique Scriptura & Patres assertant, Christum apparuisse in terra, de quo scribuntur.*

*Aliud video, quomodo in mibi offeris, quod Christi Corpus recipiam, & id innumeris rationibus evincit, & solvit eadem argumenta veterum, quae sunt modernorum Hostium, quamvis videam, sensus deceptu facilissimus est. In Cæsario vel Eucherio, Veri unica & perfecta Hostia fide astimanda non specie, nec exteriori confusa vijs sed interiori affecta, & quotquot panem esse negant. Unum evidens est Cyrilii Hierosolima.*

*Deus Pater nostrorum preordinavit te, ut cognosceres voluntatem eius & videres justum,*

*& audiendes vocem ex ore ejus, non ergo vox in aere ut vult Calvinus, nec ex voce fieret bona testis resurrectionis. Et rursus, *Sicut* Frater Dominus misit me Iesus, qui apparet tibi in via, qua veniebas, in via non in calvo ex Calvino, quam vocem confusè Comites percepissent, sic Athanasius in vita Antonii, ipsi Christum apponit. Sic Gregorius Magnus apparuisse Tharsilæ; sic Gregorio ex Joanne Diacono. Uno verbo Patres vide difficultatem, & credidit. Nec obstant fore unum corpus & multiplex, quippe id non esset in Angelis, ita nec in corpore, nec fore in locis infinitis, quippe divinitus Homo crescere potest, nec tamen evadet infinitus. Si quis verò velit sequi Thomistæ, multa evitabit argumenta, & facile intelligit talen panem, in Corpus Christi mutari, quod & Scotista clarius exponunt per adductiōnem.*

*Rursus impugnant mysterium Hostes, quod res extensis locum non recipiat, at responderet Eucherius seu Cæsarius. Quod corpus Sacerdote dispensante tantum est in extenso, quantum esse constat in toto, sic Nyssenus citatus, & Hilarius Papa inquit. *Ubi pars est corporis est & totum.* Eadem ratio est in corpore Domini, quæ in Manna quod in ejus figura præcessit, de qua dicitur. *Qui**

*Ecclesiæ plus collegatos non habuit amplius, neque qui minus paraverat invenit minus. Non est omnino quantitas visibilis in hoc astimanda mysterio, sed virtus Sacramenti), ubi & autoritate, & rationibus persuadet, ita Chrysostomus & alii multi, cum Eutychio apud Nicetam, cum illis vel minimam partem veneratis, cum innumeris penetrationem mirantibus, in Camelo divinitus transeunte per acum, in Christo januis clausis ingresso, & clausa tumuli petra egredio, & ne unus quidem anihilationem vel finxit, cum & corpus exigat esse extensem, sicut exigit esse gravatum visibile, nec semper tale fuerit in Christo. Impugaant sensus non dacipi, nec*

*Deum posse per eos loqui falsa, at hoc est quod principiæ Patres advertunt, En Tercullianum uxori scribentem. *Non scias Mavritas quid secretè ante omnem cibam gustet, & si forceris panem non illum credit esse qui dicitur, nec obest noscere esse Sacramentum, nam dici panem illum, non Sacramentum, & nulla foret in uxore difficultas, pandere Christi signum, nulla in marito incredulitas, in hoc facili symbolo credendo. En Ambrosio libro de initiandis. Forte dicas, Cg.**

*Aliud video, quomodo in mibi offeris, quod Christi Corpus recipiam, & id innumeris rationibus evincit, & solvit eadem argumenta veterum, quae sunt modernorum Hostium, quamvis videam, sensus deceptu facilissimus est. In Cæsario vel Eucherio, Veri unica & perfecta Hostia fide astimanda non specie, nec exteriori confusa vijs sed interiori affecta, & quotquot panem esse negant. Unum evidens est Cyrilii Hierosolima. *No ergo confidiles tanquam nudum panem, & nudum vi-* *num, corporis enim est & sanguinis Christi secundum ipsum Dominum verba. Quoniam enim sensus hoc tibi suggerit tamen fides te conformat, nec ex gusto recte judicaveris. En infra. Hoc sciens & pro certissimo habens panem hunc, qui videtur à nobis non esse panem, quoniam gustus panem esse sentiunt, sed esse Corpus Christi, *Et* vinum quod à nobis conspicitur numerus Iesu gustus eiusdem esse videatur, non tamen quem sed sanguinem Christi esse. Hoc folis radio scriptum frustra obumbratur. Frustra dieunt falli circa significatum, at sensus non judicant de significato, & Cyrilus assertit falli, quod non panem judicent panem. Frustra sert in Christmate non esse oleum commune, quippe de pane dicit esse Corpus Christi, de Christmate non Spiritum Sanctum, sed oleum appellat Sanctificatum, & non negat adhuc oleum permanere. Frustra dicit Crocius imperfectum sensum judicium, ubi Cyrilus dicit optimè sentire, ubi dicit judicare de proprio objecro, sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie Vini datur sanguis, ubi hortatur validè ad credendum mysterium, ubi idem foret ad dicere Joseph, & Marie, credite Christum natum in Betleem, nec amplius dubitate, quod esset irrideendum; ubi Calvinista diceret certissime tenetatis, panem hunc qui panis est, non esse panem sed figuram Corporis Christi, à suismet irridetur, cum velit panem adhuc esse panem, & diceret gustus non fidendum, ubi nemo unquam avertit à gusto panis, qui vult eum panem eredi, ubi gustus nol facit ad figuram, ubi idem diceret Cyrilus, ac cave ne ex gusto judices de colore, ubi Crocius exponit Cyrilum contrari, dicente Cyrillo non esse panem dicit Crocius esse panem, dicente non esse vinum dicit Crocius esse vinum, & Deo potentior conraddictiora considerat; denique fatetur & Crocius, certò credendum fide, esse corpus & sanguinem Christi de quo non est fermentum judicium ex gusto, sunt & alli Patres**

eres reprehendentes, hoc in mysterio sensu testimonium, ut Chrysostomus in Matthæum, Augustinus de verbis Domini, & alii, nec Deus decipit, sed admonet, velut in Christo latere Divinitatem, unde Thomas dicit Deus meus, non esse in Christo Personam creatam, & Angeli monuere se non esse homines, ut Raphael.

Illud validè urgent cum Petro Molinæo, quod ventus Deum austerat, aut mures Christum edant, quod vocat rem nimis durs digestionis, at fordanum hanc oppositionem, uti vocant Vvalemburgici contra Crocium, jam irrifere Patres in Christo, vocato a Nestorio Deo bimestri, inclusu inutero matris, & tamen dixerunt cum Tertulliano non pudet quia pudendum, & cum Ecclesia non horruisti Virginis uterum, longè fortius irrident in Eucharistia, ubi Christus nihil patitur impavidus, ut Sol in luto ex Theophylacto; & per ipsos virtus Christi, & Spiritus Sancti includitur in paxide, & mure. Urgent cum Augustino indignos non suscipere, at innumeri Patres obstant & Augustinus, libro quinto de baptismō seribit.

*Sicut Iudas, cui bucellam tradidit Dominus non malum accipiendo, sed male accipiendo lacum in se Diabolo præbuit, sic indigni quisque sumens, & citat Apostolum, & aliud in Evangelio, sic libro primo contra Cresconium, probans nūm malum rei bona nocere. Quid de ipso corpore & sanguine Domini unico Sacrificio pro salute nostra, quoniam ipse Dominus dicit. Nisi quis? Nonne idem Apostolus docet etiam hoc perniciosem male intentum fieri cùm dicit, quicunque manducaverit, sic*

*Ep. 31a. Ep. 4.77. ap. etiam satruntur quia non instantur, sic ali. 2. ubi de Iuda, sic in sententia Prospere, à Petro Martyre adductus, immo etiam in locis adductis à Calvinio, ubi addit spiritualiter tractatu vigesimo sexto in Joannem, & sermone secundo de verbis Domini. Illud manducare refici est, illud bibere quid est nisi vivere? & in Psalmum tertium de Iuda. Corporis sui figuram dedit discipulis, ubi loquitur de figura passionis, & ibi diei eamdem carnem quo in terra ambulavis, & adorari, & Calvinistæ dant Lutheranis Eucharistiam, non certis de sua prædestinatione, & Calvinistæ omnibus certò non prædestinatione.*

Urgent inutilem realē præsentiam, at hoc legentibus Evangelium est pudibundum, ubi sputum vel limbris vestimenti erat salubris, & Patres cum Chrysostomo exponunt, & probant, exemplo nostraria lacte suo qurientis, exemplo palli Eliæ, & experientia constat via præsentia, longè major quam

*Lue. 4.11. Lue. 4.12. Matth. 14.12. que figuræ. Denique urgent *Me autem non semper per babetis.* At Evangelium ipsum respondit. *Hæc loquuntur sum vobis cùm adhuc esse vobiscum, & tamen erat corporaliter alio modo, sic & ait. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, & Patres cum Babilio dicunt esse invisibilem. Qui sapientia cum Patre fides, & hic nobiscum invisibiliter ver-**

*saris.* Et millies dicunt in altari occidi, immolari, ipsi afflister Angelos. Uno verbo legantur argumenta Berengarii, & eadem sunt quæ Lutheri, & Calvini.

Quid ultra opponunt, caro non prodest *I. 3.6.* quicquam, si ex Patribus & ipsis Hostiis prodest? Quid resonant illud ex Augustino Flagitiū, carnem Christi manducare, cùm dicit. *Caro non prodest quicquam, sed quoniam illi inserviantur, quoniam in cadavere dilaniantur, aut in macello venditantur,* & dicit alibi de carne Christi. *Ipsam carnem man- Trat. 27. ducandam nobis ad salvagem dedit, & ibi Joan- 16.70.* nem citat caro mea est, nempe pro mundi vita, & se non citat, sed Christum? Quid, opponunt nūl obiecisse Gentiles, at celebatur catechumenos & infideles, at Celsus id sciebat apud Origenem. *Oblatos panes edi- mus Coram Santissima quoddam per precēs effe- s̄t, & sanctificans eos qui cùm Sancto pro- fido utantur.* Sic Maximus Gentilis apud Augustinum, *opponit Christianos Deum in abdito videre, si Gentiles in infanticidium exprobabant. Quid opponunt Tertullianum.* *Accipiunt panem corpus suum, illud fr. Mar- effectis.* Hoc est corpus meum dicendo ideo si ei c. 40. gena corporis mei, ubi contrarium omnino evincitur, cùm panis olim figura hat corpus? Quid denique Patres opponunt, Eucha- ristiam vocantes antitypum, imaginem, figuram, signum Corporis Christi, sic Filius in Liturgia, Augustinus contra Adimantum id frustra opponunt & contra se ipsos, cùm Paschafius Radbertus Galvinistarum Hostis, illud argumentum egregie solvere, & Theologi poliphriores ita fuerint locuti, & de parte exteriori & speciebus, & veteres & moderni loquantur, quam vobis species & symbola, & iidem sub ita collocent verum Christi Corpus, & dicant illud idem quod resurrexit, quod natura è Virginis, sedet ad dexteram Patris. Referunt Patres antiquos, quo tamē contrarios experientur, & fine illo fundamenta exponunt, de virtute non de reali præsentia, & Calvinus nostros con- fiteatur, libro quarto Institutionum. Sed C. 17. enim qui sic fassum habens veteris Ecclesia exemplum. Pastor. Verbum in re tanta, & in qua non sine magno periculo erratur nūbil- tatis est quād veritatem sequi, at veritas est Deum posuisse in Ecclesia, Pastores & Do- stores usque ad consummationem seculi, ut non circumferamus omni vento Doctrinæ, & ipsi traditionem Patrum, in exponentia S. Scripturis, infallibilem & certam defendunt, & quia reua in iudicio hoc non dicit Judicem errare se veritatem sequi? idem dicit Kemnitius veteribus ignoscendum, sicut & ignovit Ecclesia Cypriano, at Ecclesia errantem agnovit Cyprianum, & ignovit in re nondum definita, at Patres laudavit Ecclesia in hac fide. Referunt repugnare penet- trationem, at Patres passim cum Evangelio satent, Christus jambis clausi ingressus est canaculum, unde Apostoli Spiritum credidere, natus ex Maria Virgine, clauso

exivit sepulchro. Referunt panem fieri cælestem per consecrationem, at ipsi cum Petro Martyre, nullam admittunt consecrationem. Referunt Eucharistiam dici manna, at Patres cum Hieronymo, & Evangelio dicunt longè præstantiorem. Referunt Cyrilum dicere in Christmate non esse nudum unguentum, at hoc est ad oppositum, cum nunquam dicat esse Christum vere ut de Eucharistia, Sub specie esse corpus. Referunt Iconoclastas, dixisse imaginem, at etiam Basilius, & alii. Et in ea Synodo perversa sunt contrarii, & laudantur in vera Synodo at solam imaginem admittunt per se subsistentem, sic legenda Synodus, sic Patres Germanus, Damianus. Referunt Facundum Hermianensem, vocasse mysterium corporis corpus at sicut ostendimus adoptionem agnoscit, sic & duplex mysterium præsens admittit. Sic hac reflexione Hostium exuvias ditamur.

A. 6.  
L. 3. 5. 14

## C A P U T IV.

## De Potestate Papæ in sacrificio Missæ:

**E** Loquentissime paucis magna concludit Augustinus, & Wiclephistas, & Waldenses, Calvinistas & Lutheranos vel antequam audiret convincit. *Nostrum sacrificium, non solum Evangelicis, sed etiam prophetis libris demonstratur est*, ubi unum est sacrificium non multiplex, quale describit decimo de civitate. Verum Sacrificium est omne opus bonum, & decem genera enumerat Chrysostomus. Unum ergo proprium est in utroque sedere.

Ep. 49.

C. I.

Incipiamus ab antiquis Prophetis, & figura figuratum præcedat, & primò consulamus Malachiam, de nova lege certè locutum. *Ecce ego misso Angelum meum*. Et mox. *Et purgabit Filios Levi*, quod citat post Prophetam Evangelistam. *Dicit Dominus exercituum ad vos à Sacerdotibus, qui despiciunt nomen meum*, & dixisset, *in quo despexit nomen tuum*. *Offeritis super altare meum panem pollutum*, & dicitis *in quo pollutum es?* In eo quod dicitis mensa Domini despœta es. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum es, si offeratis claudum, & languidum nonne malum es? Et post aliqua. Non es mibi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & mutas non sufficiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in Gentibus dicit Dominus exercituum, ubi oblatio una est non plures ut spirituales, ubi & sacrificatur, & offertur, ubi oblatio munda non est opus bonum, cum apud Hostes sit sedum ut pannus menstruatae, nec obstat dici bonum cum sit malum, & oblatio ista est munda, ubi publicus contemptus Dei refaciari debet per publicum honorem, ubi sacrificii veris pollutis opponit Deus verum,

& mundum, ubi sacrificium per Antoniam proprium dicitur, cum alia cum addito dicantur, *Sacrificium laudis honorificabit me, sacrificata sacrificium justitiae, ubi nequit esse sacrificium crucis*, Hierosolimæ non in omni loco oblatum, ubi de sacrificiis antiquis non est sermo, cum oblatio non fuerit in omni loco, ubi sacrificii veri figura impleri debet per verum sacrificium, ubi Sacerdotibus veros opponit Sacerdotes, ubi hoc sacrificium succedit Moysæ, & impræpriæ exitere vel sub Abele, ubi nequit esse alia oblatio munda, quippe professio, & prædicatio fidei, sunt ex contentione, avaritia, & ambitione.

Hoc idem Patres evidenter exponunt. Exponit Justinus Dialogo cum Triphono, teste vel invito Kemnitio. *De sacrificiis, quæ à Vobis tunc offerebantur loquitur Deus per Malachiam unum ex duodecim*. Ecclitato Malachia subdit. *Ex iis autem quæ à Nobis Gentibus in quolibet loco offerebantur ipso sacrificio, hoc est de pane Eucharistico, & poculo similiere Eucharistia prædicti, ubi opponit sacrificium nostrum, veris Judæorum sacrificiis, & unum multis veris, & propriis, & ante premiserat*. *Gratus amicisque Deo fuerit* L. 4. 5. 32  
*et donis ejus, atque oblationibus ille gau deat*. *Proferam vobis à Viri amici, que de suo protulit ore verbis Dei, cùm ad populum locutus est per Malachiam unum ex duodecim, ubi oblationes proprias & veras pertrabat*. Exponit Malachiam Ireneus antiquus. *Igitur Ecclesia oblatio, quam Dominus docuit offerri in universo mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum, & acceptum est*, & non quod indiget à nobis sacrificium, sed quoniam is, qui offerit glorificatur ipse, in eo quod offert, si acceptetur manus ejus. *Sed & suis Discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigent, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingratii sint, eum qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit dicens hoc est corpus meum, & calicem similiere, qui est ex ea creatura quæ est secundum nos suum sanguinem manifestissimè significans per hoc, quoniam primum quidem populus cessavit offerre Deo, omni autem loco sacrificium offertur Deo, ubi populus cessavit sacrificare, quod de sacrificiis propriis constat, & omni loco sacrificium offertur Deo, & populus prior cessavit, excludens sacrificia impropria adhuc existentia. Exponit Theodoretus in Malachiam. *Vitæmarum C. ratione carentia jugulatio fieri desit*. Solus autem immaculatus agnus sacrificatur, qui tollit peccata mundi, ubi solus agnus immolatur in perenni oblatione, ut alludat textui Malachia, & in epistolam ad Hebreos transcribit; asserens Christum obtulisse panem. *Si ergo & Sacerdotium, quod est ex lege si C. nem accepit, & Sacerdos qui est secundum ordinem Melchizedech efficit, ut alia sacrificia non effent necessaria, ubi loquitur de vero Sacerdotio, de Sacrificio panis & vini, nec loqui potest de sacrificiis impropriis, cum ad-**

huc

*In pgs. hue sint necessarii, ut fidei, laudis. Exponit adversus obstinatissimos Hebreos, ideoque validè os aurum Chrysostomus. Quamdo bec evenerunt Judee? Quando in omni loco incensum oblatum est Deo, quando sacrificium purum, & bellè. Non enim dixit in Israël*

*Fp. ad  
Marcel.* sed in Genibis . Exponit nervosè Hieronymus . Nec in una Iudeæ arce Hierusalem , sed in omni loco offert oblationem nequaquam immundans , ut in populo Israel , sed mandamus in ceremoniis Christianorum , ubi nec hostia vetus , nec est oblatio crucis , sed hostia mundata in ceremoniis Christianorum . Exponit vel nullius . Argumentum deinde . *U. 6.*

L.8.c.35 *criticum per Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedechi, et min omni loco ad foliis ortu usque ad occasum Deo videamus offerri, irridens verò foret de sacrificio impropio, cum oculis non videatur offerri, nec sacrificium impropprium, apud Iudeos cernitur effassile, velut urget Augustinus. Expos*

C. 1. & nit Cyprianus contra Judicos, ait sacrificium  
vetus vocari, & novum celebrari ex Mal-  
abia, Eusebii libro primo demonstrationis  
C. 14. Evangelica. Sacrificamus novo more secun-  
dum novum testamentum, non sicut mundans, ubi  
alia sacrificia propria non sunt nova lexis, sic

Damascenus libro quarto de fide, Tertullianus contra Marcionem libro tertio, & alii, nec obstat hoc sacrificium dici laudis, nam Patres exponunt tantum incensum pro laude, sacrificium verbum prædicant, sic Augustinus ait per successionem Apostolorum, & Chrysostomus in commentario clarissimo. Vide quidam Inculenter, atque dilucide mysticam interpretationem est mensum, quo est incrementa hostia, Thymiam autem purum voces sacerdotum precum, que post Hostiam offeruntur, & Hosties ipsi ultrò largiuntur, Missam consilere in commemoratione sacrificii crucis, & processus à Missa liturgia discernuntur.

Jam vidimus sacrificio Malachite junctum  
illud Melchisedech, de quo Spiritus San-  
ctus per os David loquitur. *In rorat Domi-  
nus, & nos penitebit eum, Tu es. Sacerdos*  
*PF. 109.* *in eternum secundum ordinem Melchisedech*  
quod Paulus in Christo vult consummatum,  
*Si ergo consummatio per Sacerdotium Levi-*  
*ticum erat (Populus enim sub ipso legem acce-  
pit) quid abhinc necessarium secundum ordi-  
nem Melchisedech, aliam surgere Sacerdo-  
tem, & non secundum ordinem Aaron dici,  
*Translate enim Sacerdotio necesse est & legis*  
*translatio fiat. In quo enim bac dicuntur de*  
*cis tribis est, de qua nullus altari prefo-  
sus est. Et mox. Et amplius abhinc manifes-  
tum.**

*suit. Et mox. Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech, exurgat alius Sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vite invisibilis. Conferatur enim quoniam sues Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, ubi Christus Melchisedech Sacerdotem representat, nec potest repraesentare ut constat, nisi in sacrificio panis, & vini, in sacrificio tantum in cruento, ubi in Genesi clarè legitur. As*

verò Melchisedech Rex Salem, proferent pacem, & viam, erat enim Sacerdos Dei Altissimi, ideoque protulit ut Sacerdos, ubi proferre non potuit ad milites reficiendos, cùm forent onusti præda, & saturi; Exceptis his quæ comederunt iuvenes, & decimas Melchisedech largirentur, ubi non benedixit Abraham ut Sacerdos, quippe Solomon benedixit omni Ecclesiæ, & David benedixit populo, & Patres non Sacerdotes, & Matres milles filios suos benedicant, & ex benedictione Paulus, Christum evincit majorem non Sacerdotem. Et frustra vulgariter arguant falsitatis, cùm hebreica legit. Eras autem Sacerdos Dei Altissimi, quippe ita legit Hieronymus, lingue hebreicas peritissimus, & adhibitis hebreis locutissimis falli neficius, & cùm Chrysostomo legit & Graci, inob nostra sententia sunt legentes. Eras autem Sacerdos Dei Altissimi, & idem est sensus particulae in Scripturis. Quoniam ipius est more, & p[ro]f[ectu]s fecis illud. Et rursum. Ecce tu iratus p[ro]f[ectu]s es, & peccatorum tibi, & iterum. Lou[is] Gen. 22. mea Deus, & salves est mihi in salutem Gen. 12. Et alibi. Nunc cognovi quod timeas Domini p[ro]f[ectu]s. & non pepercisti anima tua, & Iudea primo. Benedic tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, ubi Theophylactus & plura alia congerminat; certè Papæ non adulator sed Hostis, & non dicit sed pluribus textibus evincit. Sic legit verso Samaritana. Quia eras Sacerdos Dei, & si legant autem cum versione hebreæ adhuc cùm hac academ latina, & Graeca, & cùm Chaldaica uidetur jungitur, cùm versiculo antecedenti, non subsequenti.

Nil autem evidentius apud Patres testan-  
tes . Testatur Clemens Alexandrinus iis.<sup>L.4.</sup>  
verbis . Melchisedech Rex *Solem Sacerdos*.  
*Dei Altissimi*, *vinum*, & *panem sanctificati-*  
*onem dedit in typum Eucboristie*, ubi necesse  
foret ut Hostes legerent , panem non sancti-  
ficatum dedit, nec in typum dedit Euchari-  
stia; & modo contrario Patres exponunt.  
Testatur Eusebius in demonstratione Evan-  
gelica . *Quemadmodum Melchisedech* qui L.1. c.6.  
*Sacerdos gentium erat, nūquam videtur sa-*  
*crificis corporalibus solis sanctus, sed vino*  
*& pane, dum ipsi Abram benedicit, ita*  
*sane primus ipse Salvator ac Dominus noster.*  
Et mox . *Quae sane mysteria Melchisedech* Rom.35.  
*santo Spiritu Diviso cognoveras, ubi Salva-*  
*tore Sacerdos est ordinis Melchisedech pa-*  
*nem & vinum offerens, & per Sacerdotes*  
*suos aeternum sacrificat ex Eodem . Testa-*  
*tur in Genesim Chrysostomus . Et vide pro-*  
*pter honorem in Patriarcham collatum, quo-*  
*modo Sacramentum infinitarum, extulis enim*  
*illi panem & vinum, ubi & habetur particu-*  
*cula exulta hereticis, & prosequitur: Vi-*  
*dendi typum cogita, oro & veritatem . Et rotu-*  
*fus . Postquam & Melchisedech Rex *Solem**  
*panes, & vinum attulit (erat enim Sacerdos*  
*Dei Altissimi) ab illo Abrahamcepit obla-*  
*ta, ubi rufus repetitur enim, & Sacerdo-*  
*tale*

tale sacrificium con geminatur , & alibi . Quare dixit secundum ordinem Melchisedech & propera sacramenta , quod illa quoque paueum & vinum Abrabe obtulerit . Et mox . Quod enim ille in umbra fuit hoc revera fuit in Iesu , ubi repetitur figura & Sacramen tum . Testatur Arnobius junior in psalmos .

*P. 109.* Hic Patris ore progenitus , hic per mysterium panis & viui fatus est Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech , qui panem & viuam solus obtulit in Sacerdotibus , en mysterium , & per hoc Christus Sacerdos , non per sacrificium crucis , qui solus obtulit hoc sacrificium , sic non spirituales nec laudis . Testatur Julianus loquens cum Tri phone . Ac Dominum de jeraffe secundum ordinem Melchisedech se Sacerdotem eum inauguratorum esse , ubi jungit Genesim , Psalmos , & Malachiam , & Christum in ea oblatione vult Sacerdotem etiam cum iuramento Patris eterni . Testatur evidenter Damascenus de Melchisedech . Mensa illa mysticam banc adumbrabat , quemadmodum

*L. 4. 15.* *de c. 14.* Sacerdos ille veri Pontificis Christi figura ram & imaginem preferbat , ubi mensa mystica & verus Sacerdos , sic Eucherius in Genesim , sic Cesarius homilia quinta de Paschate , sic Prudentius vocat cibum celestem , scerulus celestibus , quæ certè non sunt panis usualis , sic Epiphanius , sic Leo de assumptione sua , sic Theodoretus in psalmos , & in Genesim , sic Basilios in psalmum centesimum nonum , Ilichios libro sexto in Leuiticum , denique sunt innumeri Interpretes commentarii in Genesim in psalmos & epistolam ad Hebreos , sic Cassiodorus , Theodoretus , Cyrus , Theophylactus , Euthymius , & alii , & Hebrai ipse Rabbi Phineas , & Hebrai veteres apud Galatinium .

Parva sunt hæc fusæ Patres rem per trahant . Fusæ Cyprianus scribit ad Cecili um . In Sacerdote Melchisedech sacrificium Domini uici sacramentum præfiguratum videmus secundum quod scriptura divina testatur & dicit . Et Melchisedech Rex Salem prouulit panem & vinum . Fuit autem Sacerdos Dei summi , & benedixit Abram . Quid autem Melchisedech typum Christi portaret declarat in psalmis Spiritus Sanctus , ex Persona Patris ad Filium dicens . Ante Luciferum genui te . Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech . Qui ordo unice hic est , de sacrificio illo veniens , & inde defensio nes quod Melchisedech Dei Sacerdos inuiri fuit , quod , panem & viuum obtulit quod Abram beuedit . Nam quis magis Sacerdos Dei summi quam Dominus noster Iesus Christus , qui sacrificium Deo Patri obtulit , & obtulit hoc idem , quod Melchisedech oblerat id est panem , & viuum suum scilicet corpus , & sanguinem ? Et infra . Ut ergo in Genesim per Melchisedech Sacerdotem benedictio circa Abram posset ritè celebrari , præcedit iste imago sacrificii in pane & vino feliciter constituta . Nam rem perficiens , & adimplente Dominus panem , & calicem mix-

tuum viuo obtulit . & qui est plenissimo verita tem præfiguratus imaginis adimplevit . Quid evidenter eo quod Dei Sacerdos , panem , & vinum obtulit , & obtulit idem quod Sa cerdos Melchisedech ? quid clarius quam eum figuram adimplerat , Melchisedech Christi typum , & in eo esse quod panem & viuum obtulit , & imago præcessit veri sacrificii ?

Hoc testimonium expendit Augustinus li bro quarto de doctrina Christiana & rur fuis De civitate . Ibi quippe primum appa- L. 18. c. ruit sacrificium , quod nunc à Christiansis of ferunt Deo toto orbe terrarum , impleratque illud , quod longè post hoc factum per Prophe tam dicitur ad Corin thum , qui fuerat adiutus in carne . Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech . Nos scilicet secundum ordinem Aratos , qui ordo fuerat auferendus illocepsentibus rebus , qua illis umbris praewotabanis , ubi vides figuratum idem sacrificium , ubi cernis manus rum sacrificium nec auferendum & contra

Adversarium Legis & Prophetarum . No

torverat , qui legunt , quid protulerit Melchisedech , quando benedixit Abram , & jam sibi participes ejus . Vident tale sacrificium sicut offerri Deo toto orbe terrarum , ubi qui legit novit , & videt ; & conceone prima in psalmom trigesimalum tertium , & decimo de civitate capite sexto . Quid etiam Sacramento Altaris fidelibus noto frequenter Ecclesia , ubi in Sacramento nota est sacrificium , & supra jam vidimus , & alibi testatur : Fuerit prosequitur Ambrosius de Sacramen tis . Cognovimus Sacramentorum istorum si garum , Abram temporibus præcessisse , & & & repetit ibi & alibi & libro de iniciando citat canonem missæ , ubi antiquissima Ecclesia legit . Sacrificium Patriarchæ nostræ Abram , & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech , sanctum sacrificium in manuaculatum Hostiam . Quid ergo reformarunt Hostes nisi antiquitatem , & antiquitatem Patrum , & totius Ecclesie ? Adeò eadem Ecclesia cum eadem sententia , vera est & simil apud Hostes pagana . Denique fuisse prosequitur Hieronymus in epistola ad Marcellum ut migrat Bethlehem , Recurre ad Genesim & Melchisedech Regem Salem , bujus Principem iuvenerit civitatis , qui iam tunc in tipo Christi panem & viuum obtulit , & mysticum Christianum in Salvatoris fan gine , & corpore dedicavit , sic in Genesim , & commentarium Matthæi , & in epistola ad Evagtiūm citat , omnium Patrum vetustissimos , adeò Patres ab initio Ecclesie collecti statuerunt .

His nil opponunt Hostes , nisi argutias , ex figuris non deduci firmum argumentum , at explicarunt Patres , Paulus , & Psalmita , & ipsi è figuris deducunt crucis sacrificium . Afferunt Christum in eo Sacerdotem , quod apud Patrem interpellat pro nobis , at interpellare mediatoris est non Sacerdotis , at Patres aliam causam & solam referunt , & Paulus ipse , nos docens Pontificem semper debe-

Sac. 1.6

**debere offere.** Afferunt non exprimere sacrificium crucis, et hoc nec est incurvum Melchisedech, nec Aaronis, cum Christus sit ex tribu Juda. Unum pene omnes alio clementer silentium Pauli panis & vini, at hoc est argumentum negativum, sicut patrem, & matrem Melchisedech, sicut & Elix scriptura, non ergo habuit, sicut Hebreis mysterium ut incapacibus, sicut nec infidelibus, nec cathecumenis pandebatur,  
Hab. 5. *In quo nobis grandis sermo, & ininterpretatio  
bilis ad dicendum, quoniam imbecilles esis  
ad audiendum, & cum Hieronymo interpretes exponunt, ideoque Patres consulere poterant Hostes, sicut ut notum Hebreis ex Genesi, sicut denique ne irideatur, ubi evincitur excellenta Christi Sacerdotii, ferre id in quo minor est vel aequalis, verum si ad probandum Cœli Divinitatem, non afferret Psalus quod afferit. Et adores  
eum omnes Angeli Dei, Filius meus es tu,  
sed Christum natum in diversorio, positum in  
cruce inter latrones.*

Tertia figura est agnus Paschalalis. Ete-  
1 Cor. 5. *sim Pascha nostrum immolatus est Christus,* itaque epulemus in azymis sacrificiatis, & veritatis, & Christus post agnum Paschalalem, immediate Eucharistiam instituit. Nec dicas figuram esse passionis ut cruentum, quippe sacrificia vetera & passionem, & Eucharistie Sacramentum figurantur, & si sacrificium hoc representant & illud crucis, & Patres idem exponeentes de passione, exponunt de Eucharistia & convincunt. Ita Cyprianus de veritate Ecclesie, in domo una comedetis, ubi comedere non est sacrificium crucis, Nsianzenus oratione secunda de Pascha, dicit Deum imperasse ad vesperam immolationem agni, cum Christus ad vesperam corpus suum dederit, Ambrosius in caput primum Luce. Quando sacrificamus Christus adest, Christus immolatus, etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, Gaudens, hoc agni cora sic sanguinis est. Sic Augustinus contra literas Petilianum. Aliud est Pascha, quod illi deocelebrant, quando quod nos in corpore & Sanguine Domini occiperimus, sic Leo de passione Domini, Hoc in Holibam transiit, & nox, discubuerit, tunc ergo discipuli, sic Hieronymus. Af-  
f. 2. in sumis panem qui confosas cor Hominis, & Matthei ad verum Pascha transfigerunt Sacra-  
mentum, & Chrysolomus de proditore Iudeo congeminst & alibi, Sic Iohannes in Leviticum, Procopius Gazzus, Gregorius homilia in Evangelio Leo segmone septimo de passione Domini & numerosi Patres Pascha memorantes.

Quarta figura est Convivium sapientia, Sed & per Solomonem Spiritus S. typum Dominici sacrificii ante premonstret, ubi Cyprianus panem, vinum, altare, Apostoli L. 20, v. 13 non invenit, & Augustinus de civitate fuisse exponit.

Sileo & alias figurae sacrificii nostri. Co-  
gnoscunt Egypti Dominum in die illa, &

colebunt cum Hofst, quod censit Hieronymus, & Eusebius, nec loqui potest de spiritali sacrificio, in quo non est necessarium Altare, & erit altare Domini in medio Ägypti, Sileo Propheticum illud. Non iste Par. 13. ribit de David vir, qui sedebat super thronum domini Israël, & Sacerdotibus, & Levi-  
tis, non interibit Vir à facie mea, qui efficerat bohocastoma, ubi de Sacerdotibus loqui & Levitis, & textus, & Hieronymus, & Theodoretus, & Kemnitius ipse constentur, ubi sermo non est de Christianis omnibus & exponit. Assumam ex eis Sacerdotes, & Legatis. Denique Daniel de Antichristo predicit & afferet juge sacrificium, & frustra vult allegorianus Kemnitius, cum illam exponant Joannes, & Paulus, & frustra vult sacrificium impropiè, cum juge sacrificium sit proprium, & Antichristus tolleret & templis subveniens, quod est verum, & proprium sacrificium.

A veteri testamento ad novum progre-  
dium Christi. Dicis ei Mulier. Domine vi-  
deo quia Propheta es tu; Patres nostri in mon-  
te hoc adoraverunt, & vos dicitis quia Hiero-  
solimis est locus ubi adorari oportet. Dicis ei  
Iesus, Mulier credi mibi, quia venit hora, quando negua in monte hoc, neque in Hiero-  
solimis adorabit Pauperem. Vos adoratis quod  
neficit, nos adoramus quod scimus, quia sa-  
lvi ex Iudeis est. Sed venit hora, & nunc  
est, quando veri Adoratores adorabunt Pa-  
pitem in Spiritu, & Veritate, ubi adorare  
sumitur pro sacrificare. Erant quidam Gen-  
tiles, qui ascenderant ut adorarent in die illo, &  
Aetorum octavo legitur. Enarratus ve-  
neras adorare, in templo, ubi sumitur pro ve-  
ro, & proprio sacrificio, & sehisma pro tem-  
plo Gratissimo ex Iosepho, fuerat de vero &  
proprio sacrificio, ubi Mulier loquitur de  
veteri adoratione. Vos dicitis quis Hiero-  
solimis est locus ubi adorare oportet, & Christus  
loquitur de nova adoratione. Sed venit  
hora & nunc est, ubi Theodoretus, Euse-  
bius, & slii, exponunt de oblatione Mala-  
chiae; vides ergo ex utraque lege proprium  
sacrificium.

Iterum Divinus Magister nos erudit, non  
solum frangens & panem distribuens, sed  
etiam offensans contra Lutherum, ubi Christus Sacerdos ex ordine Melchisedech vetera  
figuras implevit, ubi ex Psalmo semper  
debeuit offerre, ubi effunditur in Graeco di-  
citur de calice, non de sanguine In cruce  
fundendo, & ubi vinum funditus est verum  
sacrificium, ubi dicitur non vobis sed pro  
vobis, quod est verum, & proprium sacrificium, & Matthæus scribit in remissionem  
peccatorum, quod indicat verum propitiationis  
sacrificium, ubi habetur corpus, quod pro vobis datur, nec dicant praescos fu-  
mipro futuro, cum malè, & equivocè lo-  
querentur, & nos utrumque sensum recte  
intelligamus, sicut & Interpretates, & Pa-  
tres exponunt. Jam Cyprianum audivimus  
de Christo. Qui sacrificium Deo Patri ob-  
tinuit,

*tabit, & obenlit hoc idem quod Melchisedech abutlerat, & ante panem & vinum obtulit, ubi quater est verbum offerendi, sic audi vimus in Malachia, & Melchisedech. Audiamus Nicenum Concilium prius, totius mundi reverentia consecratum, Senatorum Martyrum, & Conselorum. Hoc nec regala, neque consuetudo tradidit, ut bi qui offerendi sacrificium non habent postulatum huius, qui offerunt corpus Christi portigant, ubi Sacerdos offerunt corpus Christi, & Diaconi longeminus Laici, possunt offere. Id in Liturgiis passim occurrit, quo nil authenticum magis in ritibus, ubi Christus & Sacerdos obruant, & dona vocantur oblati.*

*In psal. Id ter Ambrosius congerminat. Et si nunc Christus nos videatur offere, ipse tamen offeritur in terris, cum corpus ejus offeratur, sic alii passim quos agnoscit Kemnitius, & ait dici oblationem nempe rem sacram, at notum est non omnem rem sacram esse oblationem, & Liturgiz distinguant oblationem à precibus, & ita à rebus sacris & impro priis sacrificiali, & notissimum est Diaconos olim, sanguinem Christi rem factam dispensasse, nec ex Concilio Niceno potuisse offere, & Augustinus, & Dionyius quos referit, ipsi fuerint aperte contrarii. Ipsi Lutherani Christum dicunt Victimam, ideo que ex notione nominis offrentem. Ipsi Joannes Hus apud Hostes sanctus, & testis fidei veritatis de Sacramento corporis & sanguinis docet Presbyter dum elevat offert in Sacramento V. Deo Patri corpus Christi, quod Ecclesia Graeca, & Aethiopica apud multos Hostium vera confirmat, & urget Joannes Bergius noster Hostis, in hoc validus defensor, quod pro vobis traditur, loquitur de hoc sacrificio, & ubi corpus pro nobis datur etiam offertur, & Uvalenburghici evincunt Crocium, directè Christo ipsi opponi, Christus dicit sanguinem in cena pro nobis dari, Crocius dicit fieri tantum in cruce, Christus dicit fieri tanto in cena, Crocius dicit Christum ibi le non tradere. Denique Kuchneus nomine omnium concludit, sacrificium esse representativum, at si representare tollit rationem sacrificii, nulla erunt vetera sacrificia, cum Christi passionem representarent.*

*Non possumus à Christo adhuc discedere, Matt. 26. verba vita aeterna habente. Hic est sanguis nostri novi testamenti, ubi Christus novum condebat testamentum, ut bellè loquitur Tertullianus sanguine suo obsignatum, nec negare possunt Lutherani, cum dicant mis sam testamentum Christi, sicut ergo ea verba. Hic est sanguis testamenti, quem manda sis ad nos Deus, sanguis erat victimae immolate, ita & sanguis novi testamenti, & si in testamento mors necessaria est testatoris, immolatur Christus ut cum Paribus, vel ipse agnoscit Kemnitius. Est & illud secundum sanguinem facie, quod non tantum apud Prophanos, sed apud Ecclesiasticos exponit Sa crificium. Ita Cyprianus. Nam si Jesus Christus ad Lescu.*

*fuit Dominus, & Deus noster ipse est Summus Sacerdos Dei Patris, & Sacrificium Patris se ipsum obtulit, & hoc fieri in his commemorationem praecepit, utique ille Sacerdos vice Dei fungitur, ubi Apostolus iustus & Sacerdotibus Christus. Ita Hieronymus adversus Pelagianos. ( Sic docuit Apostolos suos, ut quotidie in corporis illius sacrificio credentes ) &c., sic Ambrosius allatus, Ireneus quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo.*

A Magistro transimus ad illuminatos Discipulos. *Calix benedictionis, cui benedicti nonne communicatio sanguinis Christi est?* <sup>1. Cor. 10.</sup> *Cum panis quem frangimus nonne participatio Corporis Domini est? Quoniam nonne panis annus corpus, multi summi omnes, qui de uno pane participamus, Videste Israël secundum coram. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris. Quid ergo? Dico quod idolis immolatum fit alicuius. Et mox. Non potest mensa Domini participes esse, & mensa Daemoniorum, en altare, ubi maestatur Hostia, ubi Gentes immolant Daemonis, & Fideles sacrificant uni Deo, & si mensa non est altare in vero Deo, nec erit altare in Daemonibus. Hoc idem scribit Corinthiis Apostolus Corpus, quod pro vobis frangitur, <sup>ad. 13.</sup> ubi corpus in Cena frangitur non frangetur. Hoc est frequenter est ab Apostolis. *Misstranslatis illis Domino, & jejunantibus, & Graeca vox liturgia ibi posita, pro missa semper est usurpata, & in Scriptura ita sumitur, & Erasmus ipsis gratius vertit. Sacrificium illis Domino, & apologia Confessionis Augustana de Missa, vult ministerium publicum significare, & apud Graecos est certum, & vulgatum. Hoc spectat illud.* <sup>C. 20.</sup> *Actorum secundo. Erant autem perseverantes in Dottrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis. Et rursus. Una Sabato cum convenissent ad frangendum panem, ad sacrificium scilicet celebrandum, ut cum Augustino exponunt Patres, qui & illi primi ad Timotheum secundo exponit. Eligo in his verbis, hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequenter Ecclesia, ut precepcionis accipiantur dilat, quas faciunt in celebratione Sacramentorum, antequam illud quod est in Domini mensa incipiatur benedicti. Hac Scriptura, hac Interpretis expoundunt, etiam ex Adversariis nostri, hac Antiquitas, hæc traditio confirmant.* <sup>Eph. 36. Ep. 59.</sup>*

Ad hac accedit electus Sacerdos, nam sibi Apostolus dicitur *boc facite, nec praesens Mater* <sup>24</sup> *erat semina aliquia, vel Mater, & hac re plena sunt epistola Ignatii, Cypriani, & seminam offerentem irridet Tertullianus, & prima Synodus prohibet vel Diaconis, quod & tomo precedenti evicimus. Accedit altare nominatum à Paulo. Qui altari inferunt, & rursus. Habemus altare, & Tertullianus <sup>Heb. 5.</sup> de oratione Dominicâ. Solemnior erit flatio tua, si ad altare, & Cyprianus reprehendit tutelam, quæ Sacerdotem Dei ab aliis abstrahit, sic Optatus Milevitanus urget.* <sup>Quid?</sup>

L.2. *Quid est tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos obtulisti, frangere. Et vocat altare, sedem corporis Christi, & haec voluntates implerent, ubi notantur evertentes altaria, ut vidit Antonius mulos evertentes altaria, qui notabant Arianos, & notant haereticos, nec obstat vila in celo altaria, quippe illa veniunt ei celo ut Ecclesia, & visus est in celo agnus occisus, nec tamen sacrificium crucis negatur. Accedit sacrificium pro salute oblatum, vel apud ipsos esse verum Sacrificium, & ita oblatum constat ex Liturgiis, etiam vetustis à Dallao admissis, constat ex Chrysostomo ad populum Antiochenum. Altari offensans Sacerdos pro Sacerdoti terrarum orbe, pro Episcopis, pro Ecclesiis, pro gubernantibus Ecclesiis iubetur Deo offerre, & rursus dicit offerri pro sanis, & infirmis, sic Augustinus de civitate vigesimo secundo oblatum scribit a suis Presbyteris pro domo à Demone liberanda, nono Confessionum pro Matre, & innumera sert Joannes Garetus, & Joannes Hus apud Hostes testis veritatis, at prodebet pro vivis, & mortuis. Accedit confessus totius Orbis, ut constat in Liturgiis, etiam schismaticorum, & vocabulum ipsum sacrificii incruenti. Accedit hic Ideam veri sacrificii, quae est oblationem legitimi Ministri, à Deo instituta, ut constat in sacrificiis, inquit quadrat definitio Kemnitii, ubi est substantia corporis, & sanguinis, à Deo precepta verbis. Hoc facite. Accedit necessitas sacrificii extermi, quod omnibus suggerit natura. Accedunt Haeretici ex Ignatio ad Smyrenenses. Eucharistiam. & oblationes non admittunt, eo quod non confiteantur Eucharistiam esse carnem Salvatoris nostri Iesu Christi, ultrò admissi si carnem crederent Christi; & Graci ex Kemnitio vocant latrati. Denique Joannes Hus de Sacramentis ait. In Missa offerri Sacrificium propitiatorium, Vvaldenses ex Reinerio. De Sacramento Eucharistie dicunt, quod Sacerdos in peccata mortali non possit confidere, ex Pezibram, & Vviclepho. Ritus missæ est egregius, & Vvicleph missas suas in forma Ecclesie celebravit.*

C.1. Superfluum est Patres hic inumeros citare, cum Centuriatores dent nobis vetustos, & Kemnitius, omnes & Lutherus Libro de captivitate Babylonica. Nec moveat quod totus Orbis contrarium & sensum & usum habeat; & ante. Accedunt dicta SS. Patrum, & de missa privata. Scimus enim ipsos Prophetas lapidos esse, adeoque Apostolos, sic C.18. Calvinus libro quarto Institutionum. Pestilentiissimo errore Satan totum penè Orbem obcecoris, ut crederet Missam Sacrificium esse, at Patres, Ecclesia vel apud ipsos sunt infallibilis, in fundamentalibus, & Paulus cunctos monet. Si Angelus de celo Evangelizet vobis præter id quod accepisti anathema sit, & Angelus de celo apud omnes est infallibilis, Lutherus apud omnes fallibilis.

Una fugæ via remanet Hostibus nostris,

Missam dici impropiè sacrificium, at viam hanc præcludunt probationes omnes direttæ, & millies Patres Haeresim aggrediuntur. Augustinus contra Cresconium scribit. *Quid C.20. de ipso corpore, & sanguine Domino unicò sacrificio pro salute nostra, en unicum sacrificium & propitiatorium, & libro nono Confessionum. Cum pro ea offerretur Sacrificium pretii nostri, en unum & salubre nobis, & Cyprianus appellat. Sacrificium verum & plenum, quo Sacerdos, sic offerit secundum quod ipsum Christum videt obtulisse, qui sacrificium Patri obulit, vocat. incurrant sacrificii Iuriam Cyrilus Hierosolymæ, Cyrilus epistola ad Nestorium. Summum, verumque sacrificium, & similia passim. Lege seriem liturgiæ apud Justinum, Ireneum fusæ differenter, Cyrilum Hierosolymæ fusæ id exponentem, Optatum oblationis, calicem, altarium, libro sexto mentionem facientem, & Cyrilum dicentem propitiatorium pro Vivis & Defunctis, Alexandrinam Synodum apud Athanasium, & epistolam Julii apud eudem, ubi Presbyteri, calicis, templi fit mentio, & ex iis evincitur extitisse verum sacrificium, lege Cyprianum millies Sacerdotes requirentem, & oblationem apud altare vocatur sacrificium novum, & vetera fuere sacrificia laudis, & Kemnitius videt Patres admittentes oblationem, immolacionem, altaria, & tamen eos reprehendit.*

Crediderant Hostes in Orbem totum armatos, invictas machinas adhibere, at nō adhibent nisi columnas, & sophismata, ut Lutherus, & Illiricus affirmant, Papam in decretaibus evincere, translatum à Christo in Petrum Sacerdotium, ubi nec nomen est Christi, nec Petri, ait Calvinus Papam docere novam oblationem, cum & nos & Patres unam millies clamemus. Refert illud Lutherus eximiū. Accipimus à Deo Eucharistiam, ideoque illi reddere non possumus, contra Scripturam respondentem. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus. dedimus tibi, & tollit omnia sacrificia, cum omnia sint Dei. Refert Christum non obtulisse, quod ut vidimus vel ex Lutheranis est falsum. Refert idem non posse esse sacramentum, simul & sacrificium; & testamentum, at agnus erat haec omnia. Refert Christianos omnes Sacerdotes, at acerbè quidem sed verò reponit Natalis. *Inscitiam suam Exod.19. ubique prodit Lutherus, sed in hac maxime objectione. Si quidem sequitur nullus esse Reges, nisi spirituales, & in veteri lege non omnes erant Sacerdotes, quamvis à Deo diti Regnum Sacerdotale & gens Sancta; & in nova pugnant omnes cum Scriptura. Refert hoc Sacrificium non esse holocaustum, cum Sacerdos partem accipiat, inquit totum, at Sacerdos ignorare non poterat, totum offerri & totum sumi, ex Hieronymo. (Dominus dedit nobis panem verum, ipse comedens, & qui comeditur), & idem est quo Christus se obtulit ex Patribus. Refert Calvinus hoc Sacrificium tollere illud crucis, D d d at*

at si necessariò includit non tollit, & per ipsos Hostes est commemorativeum, non tam solum, cùm & vetera, vera forent sacrificia, quamvis Christi mortis commemorative & Scriptura, & Patres utrumque conuestant. Referunt Chrysolom non egere successore, at fomnia haec sunt, & cum Apostolo dicimus. *Sic nos existimemus Homo ut Ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, & cum Laurentio ex Ambroso de officiis. Tu unquam sine Ministro Sacrificium offerre confidiveras;* & successore ex Paulo Aaron egebat. Referunt Sacrificium infinitum alio non egere, at iudicet applicatione ut in baptismate, & fide, & in misa ex Tridentino per bonos motus, contra Calvinum, & Confessionis Augustinianam, & Saxoniam calumnias manifestas. Referunt ex Augustino dici memoriam *Per sacramentum memoria celebratur, at baptismus memoria est passionis uoc sacrificium, & Patres dicunt sacrificium ex eo quod immolatur, ut Nycteius dicens Christum se immolasse, arcano sacrificii genere, Chrysolomus, & alii cum Ambroso, & Augustinus saep docet offerri soli Dño, non Martyribus & esse latram contra Faustum, & subdit. Prudente vernum sacrificium quod nni debetur Deo solus Christus impletivit.* Et mox. *Unde iam Christiani peracti ejusdem sacrificii memoriam celebrant S. oblationem, & participationem corporis, & sanguinis Christi, videat Calvinus an hoc sacrificium memoriam crucis impedit, & an commemoratione sit sacrificium & quidem latrare, & si hic latram cultus est sacrificium certò est, non ab illo crucis diversum, ideoque manifestum est idem esse, denique Christum referant. Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate. Et ante. Neque Hierosolimis, neque in monte von adorabitis Patrem, cum Basilio etenim dicunt Patres ubique adorandum, & cum Malachia Divina Scripturæ.*

*L. 2. de bapt. & 21. C. 10. H. 10. F. 9.* Unum est quod vel solum aliqui ferunt. *Una enim oblatione consummatio in sempiternum sacrificatos, & de peccatis. Vbi autem horum remissio jam non est oblatio pro peccato, & rursus. Sanctificati sumunt per oblationem corporis Iesu semel & mox. Tans non relinquunt hostias pro peccatis. Et ante. Sine sanguinis effusione non sit remissio. Hac ex centum capitibus deficiunt, cùm ibi Apostolus agat de sacrificio cruento. *Per proprium sanguinem introruit semel in sancta, & mox morde intercedente;* & mox. *Alioquin oportebat eum frequenter pati.* Cùm retorqueat argumentum Natalis, semel Christus remisit peccata, non ergo dicamus, dimittit nobis debita nostra, semel oravit sufficiente non ergo orandum, sic & addo, nec fides, nec baptismus habenda; ubi vel Hostes applicationem affirmant; cùm totus Orbis unam doceat oblationem, & hanc appellat invenientiam, cùm sacrificia sint sine sanguinis effusione, ut constat in sacrificiis panis, thuris & farris, cùm argumentum retorqueant Wa-*

lemburgici, sine sanguinis effusione non sit remissio, at Eucharistia est in remissionem peccatorum, igitur in ea sit sanguinis effusio, & illa continet verum sanguinem, quod si vclini sanguinem, ut in cruce effundi, adhuc eam includit, & habet ab ea pretium. Hinc Chrysolomus ad populum Antiochenum. *Quid agis & Homo, iuras super sacram Mem. 9. mensam, ubi & Christus occisus jacet, sic Patres vocant hostiam;* dicunt oculo & vox ipsa demonstrat, cum sanguis à corpore dividitur, & victimam Hostes nostri compellant.

Ex his constat sacrificium ut vidimus propitiatorium. Et constat ex remissione peccatorum, & cernere est in liturgiis. Constat esse imperatoriū ut vidimus ex Cyrillo, & Tertulliano ad Scapulam. *Sacrificamus pro salute Imperatoris,* sic Chrysolomus in acta, Gregorius, & Augustinus citatus, sic vidimus ex Paulo, & est Ambrosius de Sacramentis, & sunt Interpretes Chrysolomus, Thophilactus, Acumenius & alii in eum locum, sic olim David obtulit sacrificia, pro avertenda peste, & impetravit, Onias pro Heliodoro, & impetravit, sic est latreuticum idest gratiarum actionis, cùm offerri possit ob solum Dei cultum, est Eucharisticum idest gratiarum actionis, pro accepto munere passionis, & gratiae, & Augustinus docet in Enchiridio, & contra Adversarium legis. Constat offerri posse vel pro paganiis, ut constat ex Tertulliano, & in Liturgiis pro errantibus, ut ab errore suo revocentur, sic Chrysolomus in prima ad Timotheum offrendum, ait pro Rege Gentili, sic pro Dario primo Elda sexto, pro Spartati primo Machaborum undecimo, pro Heliodoro primō Machaborum tertio, in Liturgia Basilii pro toto Orbe, cùm publice orationes fiant pro omnibus, & Christus pro confitis sit mortuus. Excipliunt publici excommunicati capite à nobis de sententia excommunicationis. Constat offerri pro mortuis ut vidimus, & constat ex secundo Machaborum *Sancta ergo & facta bris est cogitatio pro defunctis orare, ut à peccatis solvantur,* & evincit Augustinus de cura pro mortuis, in libris confessionum pro Matre, constat ex liturgiis Basilii, Chrysolomi, Ambrosii, evincit Tertullianus traditionem de corona militis, traditio est auxilia, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix, evincit hæresis damota Aetili. Verum amplius docet ait Epiphanius in Anacephaleosi non oportere offerre pro iis qui obdormiunt, ubi de oblatione loquitur non precibus, & Augustinus hoc primum enumerat in hæresibus Aetili, sicut & Damascenus, & alii; Id evincit antiquitas ex Eusebio, ubi Constantinus sepeliri voluit in Basilica Apostolorum, ut frueretur mysticis sacrificiis, ita Cyprianus de suscipientibus tutelam. *Ut si quis hoc fecisset non offerretur pro eo,* nec pro dormitione ejus sacrificium celebraretur, & Tertullianus, de Moysoga-

nogamia, & ad uxorem. Evincent ex professo Patres, Ambrosius in obitu Valentini, Theodosii, & Satyri, & epistola octava, Ephrem in testamento, Augustinus de cura pro mortuis, & singulis pend tomis, Damascenus in oratione pro defunctis, Gregorius, & Chrysostomus sep̄, & ita non est primus Gregorius, & distinguunt à precibus & cum Augustino dieunt propitiationem. Constat etiam offerri Deo pro sanctis, sic Augustinus ait non dici offerro tibi Petre eum apud memorias eorum Deo offeratur, & contra Faustum. Quod offerat. *¶ de tur qui martyres coronavit apud memorias eorum, quos coronavit, sic constat, ut alibi vidimus in Liturgiis, & Patribus, unde corrigit illud hoc facite, in meam commemorationem, ubi constat invocari solum posse, ut pro nobis apud Deum intercedant.* Constat non offerri pro damnatis, quippe in inferno nulla est redemptio, & si aliqui cum Prudentio velint ferias quod est falsum, adhuc indigni sunt pro quibus oretur, & Trajanis historias fabulas continet; Augustinus loquitur de animabus purgatoriis.

*E*chia nihil Paps mutare potuit, nisi prohibitionem pro excommunicatis majoribus. Potest tamen celebrationem Missæ, concedere lingua vulgari, ut concessit Latina, Graecæ, & Hebraica, non expedit alia lingua concedere, ut praxis Ecclesiæ latè demonstrat. Potest plures missas celebrandas concedere, ut in die una Nativitatis tres, & quando Sacerdos duas habet Parochias, quantum una multum diñat ab alia. Potest Sacerdotem cum causa dispensare ab omni Missa celebranda, seu si sit sine causa eum sit scriptum. *Hoc facite in meam commemorationem.* Potest eleemosynam permettere juxta illud qui altari inferuit de altari vivere debet, juxta regulas Urbani VIII. & Alexandri septimi: Potest velle ut missa sit celebretur, ut verba consecrationis exprimat Graecæ, at ob reverentiam non omnis debet ad aures vulgi deferre, ut constat in Liturgiis antiquis, & Sacerdos solus ingreditur Sapientiarium. Potest permittere uero Sacerdos, abfque ullo Ministro celebret, at canones ob decentiam servandi, Quamvis canonici non Divini; at si necessitas urgeat nec adhuc nisi scimus, potius celebrandum est sine Ministro, ut gravissimi docent Doctores, & minus esse malum evidenter constat. Potest Papa celebrare in loco privato, quippe Christus in privata domo, Eucharistiam ipsam instituit, Apostoli frangebant panes circa domos, SS. Pontifices celebrabant in cryptis, SS. Nazianzenus ex Sozomeno solebat in exiguo Oratorio celebrare, Ambrosius ex Paulino Sacrificium obtulit in coniugiam formam domo, & Augustinus de civitate refert, Presbyterum in domo rustica celebrasse, & Sabato Sancto noctu olim est celebratum, sic Hymn. 17 S. Gregorius in Evangelia scribit, Cassum Narrensem celebrasse in Oratorio, cùm morbo impeditur ire ad Ecclesiam, & alibi

Lxx. 6.

L. 7. 2. 5

L. 2. 2. 6. 5

Hymn.

17

scribit Joanni Praefuli Syracusano, ut non prohibeat missas celebrari, in domo Venusti Patrii. Potest Papa missas celebrire quamvis nullus sit, qui communicet, ut contra Lutheranos definit Synodus Tridentina, cùm adstantium communio, nec ad essentiam, nec ad integratatem Eucharistia pertinet, nec Christus ipsum jubeat, cùm Ambrosius populum hortetur ut in quadragesima, falso in Dominicis communicate, idem docet de Ecclesiasticis dogmatibus Gennadius, cùm in Synodo Turonis, & Agathenii in anno tantum præcipiat communio, & Ambrosius de Sacramentis enarrat Graecos post annum communicare solere, cùm multi initiantur, sive ulla animarum cura, qui non poterant alii Sacra menta ministrare, ut de se ad Severum scribit Paulinus. Cùm sit oblatio pro absentibus, & defunctis, cùm nullus præciperet, licet quotidie offerrent ex Cypriano in epistola ad Ceilium, ex Innocentio ad Exuperium, & Augustino. Nec obstat canon Apostolorum duodecimus, excommunicans eos qui non communicant, nam exponitur à Synodo Antiochena de illis. *Qui sanctam Eucharistia participationem propter aliquam insoleriam aversantur, multo minus quod sit iniuste, cùm sit utilis absentibus, haereticis.* Nec obstat illud Chrysostomi apud Hostem invictum. Quod Dominicum est privatum fecerunt, euna enim Domini debet esse communis, quippe oculis conflat Kemnitium, eos textus mala fide detorſisse, agens de convivio quod mox conneicit cum Eucharistia. Sic sunt alia fulmina dicta à Kemnitio, homilia tertia in epistola ad Ephesios. *Erastrus babebat oblatio quotidiana, cùm nemo sit qui communices. Dicens uenustissime suam cenam presumit, non dicit abscondit sed presumit, eos elacitatis & temeritatis semper accusans. Hoc autem significavimus etiam quod deinceps sequitur. Et aliis quidem efficitur alias autem ebrios est. Et mox. Unumquedque autem bornmetiam per se dignum est reprehensione. Nam inebrians etiam absque eo quod despiciantur pauperes est crimen, & despiciunt pauperes etiam absque ebrietate meretur reprehensionem, quomodo autem sumat fuerint conjuncta cogita quanta est exacerbatio sceleris & iniquitatis, deinde dicit fieri ignorantiam Ecclesie, tandem ex convectione mensie Sacrae. Cum hic meminim mysteriorum seu Sacramentorum. Quoniam ad praefatū organūmentū hoc oratio erat ei valde necessaria. Tunc inquit Dominus omnes eadem mensa est dignaria, nec ei est valde reverenda, & longe omnium superavit dignitatem. Tu autem es hoc tuo pomo & vili indignus existimes, ubi de mensa loquitur vulgari ut constat, & de Sacra loquens concudit, longe omnium superare dignitatem, & ipse explicans epistolam ad hebreos, *Sancta Sanctorum, ait sec reos purgari toto quadragesima, ideoque per quadragesima dies non communicare, & ibi expreas, & alibi vult disponi.* Tandem non potest Papa aliud sacrificium offerre, cùm Ddd 2 hoc*

V. 17

17

17

17

17

17

17

17

hoc non solum impletas figuram veteris testamenti , ut innumeri Patres afferunt , non de Sacrificio crucis ut respondent , sed de Sacrificio Eucharistie , & Missæ , ut vel oculis constat . Tertullianus contra Judæos , Iustinius in Triphonem , & milite oblatio fuit figura Eucharistie , lischesius in Leviticum , & alii plures , ad unum omnes implevit figuram , ita Chrysostomus . *Omnia veterum sacrificia nova supervenientia gratia uno completiliter Sacrificio . Sic Augustinus de civitate . Mensa quam Sacerdos novi testamenti exhibet exordium de corpore & sanguine suo est , id est sacrificium quod succedit omnibus sacrificiis & Leo sermone octavo de passione . Sicut unum est pro omni ultima sacrificium , ita omnium Patrum traditio , & una omnium vox dicit unum sacrificium , ideoque proprium & verum .*

In N<sup>o</sup> 35 L. 19. c. 20

*veritis super terram , erunt ligata & in calis . & quacumque soleritis super terram , eritis soluti & in calis , ubi remissio peccatorum ora à Christo primum soli Petri & post Apostolis omnibus communicatur , ubi certe peccatorum retentio , inaudita causa fieri non potest , ubi Homines audire debent se absolviri , nec intelligere possunt nisi signis exter nis .*

Acedunt Scriptura Interpretes , vel apud Hostes nostros , in expositione Scriptura infallibilis , & primus est antiquissimus Cyprianus . Quando primus est ipse , qui legens Ep<sup>54</sup> dedit ut ligato in terris etiam in celis ligata es sent , sibi autem posuerit illa , que jam prius in Ecclesiis solverentur , ubi Deus donavit Apostolis ut ligarent , & solverent in terris , quod ligaretur , aut solveretur in celis .

Accedit Athanasius sermone in ea verba , profecti in pagum , qui ex adverso est , inveteratis pullum alligatum . Non ipsi examinamus num soluta sunt nostra vincula , ut in melius proficiamus . Quid si rwendum soluto sunt vincula tradas te ipsum Discipulus Jesu , adiuncti enim qui te solvant potesthe eum , quam à Salvatore accepimus , quacumque enim ligaveritis super terram , erunt ligata & in calis , & quacumque soleritis in terra erunt soluta , et in celis , et si quibus remiseritis peccata remittuntur eis , ubi duplex & triplex est fundulus , nempe duplex , & triplex textus , qui taliter Hostes alligavit , ut solo silentio responderit Kemnitius ubi uniuntur Matthæus , & Joannes . Accedit Hilarius in Matthæum . Ad terrem autem metus maximus , quo in prefensi omnibus continerentur , immobile severitatis Apostolica judicium premisit , ut quod in terra ligaverint id est peccatorum vinculis innexos reliquerint , & quos solverint confessio ne videlicet venie , receperint in sanctum , in Apostolica conditione sententia , tu cali quando aut ligati sunt , aut soluti , ubi clare ita textum exponit , ut nec umbras offundere potuerit Kemnitius . Accedit Hieronymus utriusque Sol Ecclesiæ , Orientalibus notis simus , & Occiduis , in exponentem Scriptoris eximius . Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in calis , & quodcumque solveris super terram eris solutum & in calis .

C. 18.

70. 10.

P Aradoxum omnium maximum illud est , penitentia Sacramentum apud Hostes nostros , ab Innocentio tertio institutum , & à Neftario Patriarcha sublatum . Adeò ante novem secula est sublatum , & post novem secula institutum , & prius extinctum quam conceptum . Adeò nec omnipotens poterat auferre , quod antea nunquam extiterat . Adeò uno verbo quæstio deciditur , vel enim abstulit Neftarius publicam confessionem , & hoc nil juvavat Hostes nostros , de privata confessione disputantes , vel abstulit penitentiam privatam , & ita quarto seculo floruit , nec ante inventum instituta , & primum Christum habet Autorem .

Altius rem aggredimur ab initio Ecclesie , cum cali Magister discipulos alloquitur . Accipite Spiritum Sanctum , quorum remissio peccato remittuntur eis , & quorum remissio peccato remissa sunt . Et ante . Sicut misit me Pater & ego misso vos . Hec enim dixisset insufflavit in eos & dixit accipite Spiritum Sanctum , ubi clarum est Christi mandatum , ubi clara peccatorum remissio , ubi clarus ritus externus absolutionis , nec enim Homines sicut Angeli , per mentis conceptus loquuntur , sed externè absolvunt & ligant , quod & Calvinus vult libro tertio institutionem . Non unigore aut leue solutum est , babere illic presentem Christi Legatum , reconciliationis mandatae prædictam , à quo denuntiari sibi absolutionem audierit , ubi & videtur reconciliationis Legatus , & denuntiatio absolutionis auditur , adeò ritus externus apud ipsos deficit , & simul apud Hostes congreginatur .

C. 4.

Alter est & quidem geminos locus , quo communicant Apostolis potestas peccata solvendi , atque ligandi . Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in calo , & quodcumque solveris super terram eris solutum & in calo . Et alibi . Quodcumque ligaveris super terram eris solutum & in calo .

Matt. 16

Accedit Hieronymus aliquando discors , nunc omnino concors Augustinus , ioster quinq uaginta homilias penultima . Agit de penitentia Matt. 16

qua-

*qualis in Ecclesia agitur, ut ores pro vobis Ecclesia, nemo sibi dicat occidit ago, apud Denmaga. Ergo sine causa dictum est quicumque solveritis super terram soluta erunt & in celo. Ergo sine causa date sunt claves Ecclesia. Frustrans Evangelium, frustrans verba Christi.*

Audient Hostes Confessionem Deo factam, à nemine prorsus vel dicendam, frustra dictum quacumque solveritis, frustrari Evangelium ipsum. Frustrari verba Christi, & non esse à Christo, sed adversus Christum. Et hoc est Augustini, & Ecclesia testimoniun, & de verbis Domini fermone octavo.

*Quid profect Ecclesia confidenti cui Damians, ait. Quia solveritis in terra; & mox. Quid ergo facit Ecclesia cui dictum est quia solveritis super terram. Et resert exemplum Lazari, qui iussi Domini à discipulis est solutus. Accedit Discipulus Mngister Ambrosius. Sed aijus se Damiano afferre reverentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reservant, cùs nulli majorem injuriam faciant, quād qui ejus volunt mandatis refire, commissum munus reficiere, nam cùm ipse in Evangelio suo dixerit Dominus Iesus, Accipite Spiritum Sanctum, ubi injuria Christi est ex Ambroso, soli Deo facta confessio, ubi commissa est Apostolis remissio, & ad hoc Spiritum Sanctum recipiunt. Accedit Pacianus penitentia Præco. Solas hoc inquit poteris Dens, verum est; Sed & hoc quod per Sacerdotes tuos facit, Ipsi potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit, Quicumque reliqueritis prohibet eis eadem potestas Dei & Hominis, velut Judicis medii & supremi, velut alvi & fontis unda. Accedit Gregorius in*

*Homo. 26 Evangelia peccata remittuntur eis. Videntur est quia culpa, ant quia penitentia facta sit post culpam, ubi Sacerdos expendere debet culpas, & penitentiam culpas fecerat. Accedit Victor Uticensis mox citandus, ubi vel plebi notissimum hoc Sacramentum, ex Matthæi textu convincit. Accedit vel Chrysostomus contra nos adductus; ubi de Sacerdotio rem ex professo convincit. Qui terreni inscolunt, atque in ea versantur his committimus est, ut ea quia in celis sunt dispergit. Ipsit datum est ut potestatem habeant, quam Deus O. M. neque Angelis, neque Archangelis datum voluit. Neque enim ad illos dictum est, Quicumque alligaveritis, ubi nec est correlative Fraterna, nec Evangelii annuntiationi, quod utromque factum est per Angelos, in lege veteri, & nova Cornelio Centurioni, sed remissio peccatorum predicatur, solis Sacerdotibus concessa, quod cùm Chrysostomo tenet Euthymius, & Theophylactus perpetui comites. Denique & alios adducere possemus, nisi cum Calvinio faterentur &*

*Hostes. Non enim cùm Apostoli mandatum dedit Christus & potestatem contulit remissioni peccata, hoc tantum voluit ut eos solvere possit, quia ab impietate ad fidem Christi converterentur, sed magis ut hoc officio sanguinantis perpetuo inserat Fideles. Adeò Patres, Ecclesia, traditio, & iusitium est vel ab Hoste testimonium.*

Nondum textui finis, adhuc sunt claves Apostolis traditae, ut cùm clauderent vel aperirent, quod jam intelleximus ex Augustino, & rufius. Certe sunt claves Eccle-<sup>Hom. vi.</sup> sia, quād &c, sic Hieronymus, Tertullianus, Ambrosius, & quotquot scripserent in Novatianos, & Ecclesia universa contra Montanistas, se claves accepisse professa est, imo in delictis minoribus, quæ delicta forent non monstrari & Novatiani, & Montanisti fatebantur; sic & Joannis textum innumeri exponunt.

& sapè fit divortium. Vanum est Sacra menta esse reconciliativa, & discas Kemni tius ab Eucharistia, sicut etiam litigari de materia & forma, quod etiam fit in Eucha ristia, imò & baptismō. Vanum est con jugium non efficere, coniunctionem Christi cum Ecclesia, quippe ea res est Sacramenti non Sacramentum, & res Sacramenti non efficitur. Denique Durandi rationes sunt inutiles, quod pecunia interveniat in con jugio, quod Ecclesia substantiam mutet, quip pe id evenit in contractu, alioquin pro be nedictione est simonia, sicut nunquam mutata est substantia, cùm materia sit contractus legitimus, & personæ legitime, quod latè est observatum. Uno verbo cùm abyssus aby sum invocet, volunt Hostes usum conjugi um esse peccatum, & heresim alia heresi tuentur. Benedixitque illis Deus & ait, crescite

*Gen. 1. & multiplicamini, & replete terram. Et rur sus. Benedixitque Deus Noe, & filii ejus. Et dixit ad eos. Crescite, & multiplicamini,*

*& replete terram, & Angelus ad Tobiam, & quidem impeccabilis: Transacta autem tertia nocte accipies Virginem cum timore Domini amore filiorum magis, quam libido dulcis, ut in sermone Abrabæ benedictionem in filiis con sequaris, sic in Concilio Gangreni. Si quis nuptias in accusationem duxerit & mulierem fidem ac religiosum cum viro suo dormientem abdominandam crediderit, aut etiam accusandam tanquam non possint, conjuges in regnum Dei ingredi anathema fit, sic Concilium Bracharense. Si quis conjugia humana, damnet & precreationem nacentium per horre scit, sicut Manichæus, & Priscillianus disserunt anathema fit, quod constat ex catalogis hereticum etiam ex Augustino, & de omnibus fidelibus Hieronymus, quamvis conjugatis subiuratus. Nec nos secuti omnem coitum spuri um putamus, sic contra Manicheos omnes penè Patres, sic ex professo Fulgentius, & de bono conjugal Augu stinus, & de nuptiis & concupiscentia. Quamvis conjugalis con cubitus, qui fit intentione generandi non fit ipse peccatum, & notat peccatum si fiat ob volunta t. Iuplantum quod & jure Innocentius XI. deci dit. Ex solviti Apostoli argumentum de venia. (Non nuptias sed illum concubitus secundum veniam concedit qui fit per incontinentiam non sola causa procreandi quem nuptias non fieri cogunt sed ignosci impetrant) ita de bono conjugal, & de nuptiis & concupiscentia, ubi ergo venia danda est aliquid esse culpæ nulla ratione negabitur. Cum igitur culpabilis non fit generandi intentione concubitus, quod & sapè repetunt. Hoc ar gumentum & altero claudicat pede, cùm usus matrimonii non sit matrimonium, ita*

*Prop. 9. Ambrösius de institutione Virginis. Non defloratio Virginitatis facit conjugium, sed patatio conjugalis, quod & repetit ipse & Au gustinus, & de consensu Evangelistarum vocat verum conjugium, inter B. Virginem & S. Joseph, & id notissimum est vel ex jure ci vilis. Nuptias consensus non concubitus facit,*

& conjugium est & inter senes. Sunt autem nuptias imperfectæ non inhonestæ, cum uxoratus ex Apostolo cogitet, quæ sunt mundi, & ad manducandos panes propositionis, deherent pueri esse mundi. Si mudi sunt pueri maximè à mulieribus, & David respondit Sacerdoti. Et quidem si de mulieribus agitur continuimus nos ab heri, & nuditus tertius, & in Apocalypsi dicuntur. His sunt, qui cum mulieribus non sunt coquiniati. Virgines enim sunt, & Sacerdos tempore officii sui debebat ab uxoribus abstinere. Quocirca S. Augustinus uxoratos defendit, quod generent filios sola intentione Deo regenerandi de concupiscentia etenim cautè lo quebatur sicut & in reddendo debito nullam certò ponit culpam. Reddere debitum conjugale, nullius est criminis exigere verò ultra generandi necessitatē culpa venialis.

An verò fit Sacramentum conjugium, inter infideles contractum cùm baptizantur, alii cum Petro Paludano, Capreolo, Echo volunt rursus contrahit matrimonium, & tunc fieri Sacramentum, alii cum Thoma Argentina sine vero consensu volunt esse verum Sacramentum, cum fiat actu quod est in potentia, & certum est per baptismum fieri insolubile, cum omnimoda insolubilitas sit effectus baptismi; & consequenter tunc fit verum Sacramentum, cùm acquirit omnimodam indissolubilitatem. Rursus queritur an inter mutos sit Sacramentum, & negat Juvenin cum non adsunt verba, at verba sunt equivalentia, in nutibus, in signis, in scriptura, cùm matrimonium sit contractus validus vel per nutus. Denique major difficultas est inter absentes eo quod ait Juvenin nunquam, Sacra menta absentibus ministrantur at innumeris tenent contrarium, cùm sit materia, forma, & intentio, & praesentia sit Procuratoris, & quilibet legitimus contrarius, post baptisum transeat in Sacramentum.

A sanctitate matrimonii ad unitatem prægredimur, & posse Papam plures uxores successivè, uni viro concedere docet Apostolus. Si mortuus fuerit vir ejus liberata est à lege viri, ut non sit adulterio si fuerit cum alio viro. Et rursus. Si dormierit vir ejus cui vult nubat tantum in Domino. Et ad Timotheum scribit. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare Adversario maledicti gratia, ubi loquitur de viduis & vult rursus nubere, nec reprehendit nisi voventes. Cum enim luxurianta fuerint in Christo nubere volunt babbentes damnationem, quia primam fidem irritare fecerunt. Constat id ex traditione, ubi Montanistæ, & Novatiani, co titulo damnati sunt ut Hæretici. Constat ex Concilio omnium primo. Si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam ex Novatianis placuit Sac. Concilio, ut ordinentur & maneat in Clero ante omnia. Autem hanc habent ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se cùm omni consensu Ecclesia Casio-

*De bona Coniug.*  
*6.7.*

*Rom. 7.  
1. Cor. 7.  
1. Tim. 5.*

*Cap. 8.*

Catholicae sciamta observatores, id est communis-  
caenrosse. *T*his, qui forte secundas nuptias ex-  
peri sunt, ubi est Ecclesia congregata & per  
orbem dispersa, quia & librum Tertulliani de  
Monogamia inter dannatos reposuit, quod  
& omnibus praedicit Cyrilus Hierofolim, quod  
ut Monogamis hos non reprehendant.

Constat ex libris integris SS. Petrum,  
Ambrosii libro de viduis, Augustini de bono  
viduitatis, & ex Epistola Pauli, unusquisque  
*1. Cor. 7.* suam uxorem habeat, & unaqueque  
Iuum virum. Et infra, *Melius est enim nu-*  
*bere, quam vivi,* quia omnia in vidula milita-  
tio, & longè arduentis, quam in Virginibus;  
et eisque rationes paucimur repetunt Patres.  
Frustra fertur Chrysostomus dicens, *nuptias*

*Item 20.* concedi ab vitananda fornicationem, *& inconti-*  
*ad Eph.* *mentiam sed repositas esse fornicationem,* quippe  
auctoritas est Autoris imperfecti, &

Chrysostomus verus docebat damnari non  
posse. Frustra referunt Hieronymum in Jo-  
vianum, excusantem eas nuptias ob vitan-  
dam fornicationem, quippe se ipsum pro iia

*Eph. ad* *Ermas.* *libris*, & *triganos,* & *si dici pacifictologanos,* & super  
caput primum ad Titum, ponit in libris ha-  
reticis, volumen Tertulliani de Monogamia  
& Epistola ad Geruntiam, id docet expresse.  
Frustra fertur bigamos esse irregulares,  
quippe irregularitas ex defectu oritur, vel  
ex opere Sanctissimo, ut constat in Judge-  
reum justè occidente. Frustra referunt se-  
cundas nuptias non benedici, quippe bene-  
dictio primarum nuptiarum non periret, ex  
capite vir autem de secundis nuptiis. Fru-  
stra dicunt impositam poenitentiam. *De bis*

*31. qu. 1.* *C. de his* qui secundum Ecclesiasticam regulam, liber-  
tas, & legimus secundis nuptiis iuncti sunt, nec  
occulte nuptiarum cubitalam fecerunt, oportet  
ut parvo tempore transfuso, vacante oratio-  
nibus & jejuniis, quibus etiam iuxta in-  
dulgentiam communionem reddi decrevimus,  
ubi communionem redientes approbat bi-  
gamiam, cui ob presumptiōnē incontinen-  
tiae dant poenitentiam. Frustra dicit per-  
missas Tertullianus, ob incontinentiam vi-  
tanandam, sicut Moyses permisit libellum re-  
pudii, quippe non permittit sed vult, &  
subdit. *Beator autem eris si sic permanferis,*

*1. Cor. 7.* *secundum meum consilium,* ubi beata est nu-  
bens, quamvis non beator, & discessus à  
marito, & repudium, sicut ab initio prohibi-  
tum, nunquam vero secunde nuptiae, inò  
approbat in Deuteronomio, ubi uxor de-  
functi recipit fratrem, & Epiphanius Mon-  
tanista eorum jungit numerum, ex Paulo pro-  
hibentium nubere, ubi agit nomine Ecclae-  
sis, & Paulum accepisti Spiritum Sanctum

*Narr. 43.* *constat, de Montano non constat, inò con-*  
*stat oppositum cum opponatur Apostolis.* Frustra vult Kemnitius Papam eas dammare,  
quippe in Concilio Lugdunensi ex Arcadio,  
id tenet in Fidei professione, & praxis asci-  
dua demonstrat.

Aliqua manet in Græcis difficultas, ubi  
lex Imperialis quartas nuptias prohibet, ex

Balsamone in epistolam Basili ad Amphilo-  
chium, & decreto Basili Macedonis, libro  
secundo juris orientalis, & Nicolau Milti-  
cus ad Joannem Papam, ex Barunio in ap-  
pendice ad Tomum undecimum, dixit à Pa-  
pa dispensari non posse. *At factio dispensa-*  
*tionis nomen ut audio praetenditur, quasi ver*  
*per ullam dispensationem, licet fidei dignisa-*  
*tem, Ecclesia dispensationem immisere, quod &*  
*hodie quoque est usus in Missionariis, at*  
*nodus ille facillime solvit, non esse contra*  
*Ius Divinum, ut constat ex Concilio io-*  
*Græcia coaucti, ex Epiphanio, Thendoreo*  
*in epistolam ad Corinthios, ex Chrysostomo,* ita & Nazianzeno, vocante iniquitatem & rem porcinam, quippe dannat eorum incontinentiam, alioquin in sancta li-  
mina Novatum dannat, & Paulo cootra-  
rium ostendit, sic & Basilius posit peniten-  
tiā & ait. *Oportet autem non vos omnino Cr. 39.*  
*arcere a Ecclesia. Et rursus. Legi tertium*  
*matrimonium non prohibebatur. Bene ergo lex*  
*Græcorum prohibet, ut canopibus particu-*  
*laribus contrarium non tamē, ut juri Divi-*  
*no, unde Nicolaus Mysticus est depositus,*  
& à foro laico & canonico reprehensus.

Licita est polygamia successiva, & simul,  
quod constat ex Christo ipso dictante. *Nos Matt. 19*  
*legimus quia, qui fecit Hominem ab initio ma-*  
*culum, & feminam fecit, & dixit. Proper-*  
*hoc dimisit Homo Patrem & Matrem Ec.*  
*& erant duo in carne una, sic creavit Iulom*  
*Adam, & Evam, & rursus. Faciamus ei*  
*adjutorium simile sibi. Et iterum. Ad te ve-*  
*rō non inveniebatur adjutor similis tuis. Im-*  
*misis ergo Dominus Deus soporem in Adam,*  
*cumque obdormisset, tuis unam de costis ejus*  
*replevit carnem pro eo. Et adiuvavit Du-*  
*minus Deus costam quam sulteras de Adam in*  
*multierem, & rursus toto canite tertio. Mag. Frib. ad*  
*hier quam dedisti, mihi faciam, que omnia*  
*unam evidenter significant. Sic ante dilu-*  
*vium ubi maximē necessaria fuerat repletio*  
*terre, unica legitur pro omnibus uxor, ex-*  
*cepto Lamech per Hieronymum repreheno-*  
*& constat ex veteri lege, vel & nova. Olo.*  
*anima salve facta sunt per aquam. Nod, &*  
*tres filii, & quatuor uxores. Etiam Poly-*  
*gamia est contra Charitatem & pacem, si de-*  
*minus præcipuum conjugii, he Sara non*  
*potuit ferre Agar, sic Rachel invidebat Lia-*  
*ob secunditatem, sic Phenenna affligebat*  
*Annam, inò & ancilla despexit Dominam,*  
*quid oxor? At illa concepisse fit videns de-*  
*spexit Dominam suam, & Sara ipsa. Despe-*  
*xit me habet. Nec potest cunctis reddere*  
*debitum, ut unus Solomon mille feminis;*  
*Etiam Christus & Apostoli, semper de uxo-*  
*re una loquuntur, & si matrimonium est Sa-*  
*ceramentum, in Christo, & Ecclesia, unus*  
*est vir una est sponsa, ex quo sequitur Papam*  
*dispensare non posse, cum inferior in lege*  
*superioris, nisi ex volente dispensare non*  
*possit, nec unquam hæc in Ecclesia fuerit*  
*dispensatio, cum homo Deo major non ex-*  
*tet. Non ergo praedicent hostes, omnipot-*  
*teo-*

tantum Romani Pontificis, sed Lutheri, Buceri, & Melanchthorii, qui Phillipo Langravio Hassim, sumendi simul duas uxores potestatem amplam dederunt, quorum consultationes Juvenit in commentary Historico & aliis è nostris per extensum posuerunt. Quod vero narrat Socrates libro quarto Historia

*Cap. 27.* Valentini anum Imperatorem primum. Justinus cuiusdam amore captum. Severa prima uxore retenta, lege licitam effecisse Polygamiam, fabula est, nec sub idolatria admissa, ut recte advertit Pagius & ostendit unican tandem uxorem, nec aliam nilam habuisse, lmo quod magis est laude dignum, Zozimus Gentilis collaudat ut castum, adeò unam tantum habuit, & meruit vel ab Hoste laudem castitatis. Sic Aurelius Victor, sic *Llib. 30.* Zozimus commendant, & nec verisimile est *Llib. 4.* contrarium, ehm Sanctissimi Praesul reclamassent.

Fuit evidem licits in veteri lege, quippe ea usi sunt Abraham & Jacob. Recensib. *Gen. 12.* hunc cum Abraham, & Iacob, & Jacob in regno celorum, & mysterium & dispensatio est ex Paulo. Scriptum est quoque Abraham, dum Filiis habuit, unus de ancilla, & unus de libero. Sed qui de ancilla secundum carnem qui auctem de libero per repromissionem, qua fuisse per allegorianam dicta. Hac enim sunt duo testamento, ubi Deus hoc voluit ut ostenderet duo testamenta, & Augustinus de bono conjugali. Tunc ipsius pietatis erat operatio etiam carnaliter Filios propagare, quia illius populi generatio nuntio futurorum erat, & ad dispensationem propheticium pertinebat. Et iterum de prisca Patribus. De suis nuptiis Filios propter Christum querebant ad genus eis secundum carnem diffingendum ab omnibus gentibus, sicut Deo dispensante placuit, ut hoc pro ceteris ad eum propinquandum valeret, quod pranuntiabatur ex quoctem genere, & ex qua gente esset in carne venturus; ubi dispensationem manifestè supponit, quae necessaria certè erat pro eo precepto. Erant duo in carne una, hoc nunc ex officio meis. Id disertè tradit Josephus liber primo antiquitatem, Dei monitu Sarah id Abrahah suggestisse. Id non oblitus innuit Philo de vita Moysis, ubi Abraham Sara consenserit. Miratus tantam uxoris caritatem, & de futuro tempore carum, quod miraculum creditit à Deo. Ita Ambrosius Abraham excusat, quod egerit aliquid futurum significandum; sic capite Gaudemus de divortiis, sic Thomas in quartum, & dicit, & congreginat, ita Chrysostomus in caput trigessimum Genesios, malam vocat Polygamiam, sed à Deo antiquis Patribus permisam. Id etiam constat in Ecclesia, ubi in conversis solvuntur matrimonia excepto primo legitimo, cum Christiana legitima non vetet coniugia. Denique desiderium prolis, uxoris consensus ut constat, non salvares Abraham ab adulterio, nisi Dei consensus accessisset. Nec obstant auctoritates Augu-

*Sufficienda prolii causa erat uxoris plurium Cap. 12. sciam usi vitro babendarum inscapibilis con- Cap. 48. suetudo, quod repetit libro sexto de Civitate, & vigilium secundo contra Faustum, ubi ait nullum fuisse praeceptum, sed lis in loco morem viguisse, quippe jam se ipsum exposuit, postea in populo electo dispensatione; & fuisse morem Jacobo justum, ubi enim consuetudo est scandalum cessat. Nec obstat Deus non posse, in lege natura dispensare, quippe Poygania est non contra propagationem, sed contra finem minus principium pacis, ideo non posset dispensare Deus cum uxore, ut de Doctrina Christiana advertit Augustinus. Non autem ut mulier usq; pluribus maritis jungetur, nisi providerit magis miraculo non impediendo sed fovendo generationem. Constat vero privilegium Israeli sed concessum; & à Christo non revocatum.*

Eadem ratio est indissolubilitatis, quod sit contra ius natura secundarium, & in ea dispensavit Deus cum Abram: *Exice arcillum & Pithum ejus;* & id constat in libello repudii in Hebreis, quod licitam probabilitus tuemur, cum perpetua castitas in usu non foret, & necessaria foret in uxore à nemineducenda, cum non paniret lex repudiatas, cum lex prohiberet eam amplius recipi, quod vinculo durante fuisse optandum; cum Sacerdos prohibentur ducere repudiata, signo manifesto alio potuisse. Nec obstat repudium datum ob duritiam Hebreorum, cum & Princeps per duritiam populi legem tollat, & introducta consuetudine nemo peccet. Nec dici mulierem repudiata si alteri nupserit fieri pollutam, & ab hominabilem apud Denim, quippe via publica notavit infamia, & Deus arguit à fortiori si non recipis repudiata, nec ego cum pluribus fornicate. Qua vero de causa dimitti posset quiescere à Christo Judi, ob quicunque causam scribit Josephus, ob adulterium Tertullianus, at ob adulterium jubeatur interfici, si suspicio erat exploratio aquæ amara. Et lex ait. *Si acceperit Homo uxorem & babuerit eam,* & non inveniens gratiam ante oculos ejus propter aliquam fiditatem scribet libellum repudiat, ubi vides suffici fiditatem aliquam.

Etiam solvitne in nova lege quoad vinculum, ita de infidelibus docente Paulo. *Quod si infidelis discordit, difcedas non enim servituti subiectus est Frater, aut Soror in hujusmodi, in pace autem vocabis nos Deum,* sic ius canonicum decidit capite quarto, de divortiis & alibi. Nec obstat illud quod Deus conjunxit Homo non separat, quia Deus est qui separat ex Paulo, neque etiam hereticum habitare, cum uxore non sine injuria Creatoris, quippe hoc conjugium est Sacramentum, ideoque ut vidimus omnino firmum, hic autem est ex parte uobis, & forsitan & probabilitus ex neutra, cum conjugium dnoz certè conclamat.

Validissime urgunt, Graci & Calvinisti, &

& cum Anahaptiflis Lutherani, Braimus, Gathenius & Cajeanus, ob fornicationem dissoli matrimonium, ex illo Matthei Cap. 19. textu. *Quicumque dimiserit uxorem suam; excepta fornicationis causa, & aliam ducit machatur;* ubi fornicatio est exceptio à regula generali. At opposita est sententia Syndici Tridentini, & Scriptura etiam adducta est conformis, vel enim ea verba qui duxerit, intelligenda sunt universa, aut cum exceptione. Si universi qui dimissem duxerit, etiam ob fornicationem machatur, ideoque prius vinculum non est solutum. Si cum exceptione fornicationis intelligis, qui fornicariam dimissam duxerit non machatur, ideoque melior est conditio rei quam innocentis, cum fornicaria libera sit, & nubere posset, innocens iustè dimissa non posset, quod justa Christi legi reputat. Neo dicas fornicariam nubere non posse in penam praecedentis peccati, quippe peccaret non macharetur ut constat, & Dominus explesus concludit. *Qui dimissem ducit machatur,* si ergo textus vobis nobis contrarius est amicus & sceleratus quid erunt favorabiles! Legimus claram apud Marcus. *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit adulterium committit super eam,* & si uxor dimiserit virum suum, & aliam nupserit machatur, & ante dixerat. *Quod erga Deum conjugie, homo non separat.* Et apud Cap. 16. Lucas. *Omnis, qui dimissem uxorem suam & alteram ducit machatur,* & qui dimissem à viro ducit machatur, ubi generaliter matrimonium, inter fideles contractum nunquam potest disoluvi. Nec valeat Lucas, & Marcus, explicando esse per Matthaeum, excepta fornicationis causa, alioquin evidenter fore oppositos, omnis qui dimiserit machatur, non omnis qui dimiserit machatur, at Patres nullam vident oppositionem, nec Evangelista unquam addunt quid contrarium, nec Marcus remittit Lectores ad Matthaeum, & Romani scribente Marco, nec Evangelium Matthaei habuerunt, nec Gentes cùm scriberet Lucas, sed tantum falsa aliqua audierunt, ut constat ex Ambrosio in eum locum, ex Hieronymo de Scriptoribus in Luca, ex Eusebio in Historia Ecclesiastica. Et si quis duo legeret Evangelia deciperetur, quod est horrendum, à Spiritu Sancto. Et frusta dicitur ex Augustino obscurus Matthaeus, quippe id reprehendit acriter Angustinus. *Qui sumus nos ut dicamus est qui machatur uixore dimissa aliam ducere,* & si qui hoc facient non machatur, cùm Evangelium dicat omne machari, qui hoc facit. Urgetur & validius ex Augustino textus. *An ignoratis Fratris scientibus enim legem loquor, quia lex in nomine dominatur, quanto tempore vivit.* Nam que sub viro est mulier vivente vita alligata est legi. Si autem mortua fuerit vir ejus solta est à lege viri. Igitur vivente viro vacabatur adultera si fuerit cum alio viro, si autem mortua fuerit vir ejus liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro, ubi Paulum urget Augustinus. *Hoc verba Apostoli L. 2. c. 4: totes repetita, toties incantata, vera sunt, de adulto.* uiva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullus viri conjugi posterioris mulier esse incipit nisi prioris esse deficerit. *Effe autem definiti uxori prius, si moriar vir ejus non si fornicetur.* Et frusta citatur illud scientibus legem loquor, quippe soluto eo vinculo, adultera esse non poterat, nec sensus epistolæ patitur, eam probet legem mortuam non obligare, & Interpretes eam limitationem, excludant Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus & cum Theophylacto, Ecumenio, & aliis. Iterum nervosum docet Gentium Doctor. *His qui matrimonio juncti sunt præcipio non ego sed Domini, uxorem à viro non discedere, quod si discesseris mortero omnino inappat, aut viro redire, vel iusti, & nubere non potest, nec ejecta est cum præcipiatur ne discedat.*

Post scriptorum innumeri sunt Interpretes, qui uno ore causam decidunt, & in ea vel apud Hostes, in exponentibus Scripturis sunt infallibiles. Sunt & Doctores Ecclesiæ, & in eare duo vel tres sufficent rem ex professo tractantes. Primus est Hieronymus, ubi interrogatus ab Armando respondet allatis Pauli variis testimoniis. *Nolo mibi proferas raptoris violencia, Marris perfunctum, Patria autoritatem, propinquorum ceterorum, suorum infidias, atque contemptum, dominae rei familiaris.* Quamvis vir licet adulter sit, licet sedonita, licet flagitii omnibus copertus, & ab uxore propter hæc sceleris derelictus, mortiens ejus reputatur, chos adulterum virum accipere non licet, ubi viudes & adulterum & pejorem, imò & adulterum & pessimum virum esse. Et fusè in commentatori Matthaei, citato Evangelii textu subdit. *Et quia poterat accidere ut alii quis calumniam saceres innocentem, & obsecundum capulam nuptiarum veteri crimen impunerat, sic priorem dimisitare jubet uxorem, ut secundam primam vivente non habeat, ubi decisio est in casu individuo aperta.* Iterum de morte Fabiola scribit. *Aliæ sunt leges Epist. ad Cæsarum alias Christi.* Aliud Papinius occidit, aliud Paulus nosfer præcipit. Et post plura. Igitur & Fabiola quia perfugerat filii, & probabat à se virum jure diesistum. Nec Evangelii rigorem novaret, in quo subiecti universa causatio viventibus viris, seminis amputatur, dum multa Diaboli vitas vulnera unum inculta vulnus accepit. Et iterum. *Sed quid ego in abolitis, & antiquis moror quarent excusare culpam, cuius ipsa panitentiam confessi est.* Et post aliqua. *Quis hoc crederes, ut Sc. Stare in ordine panitentiam, Episcopo, Presbytero & omni populo collucrymant spargere crinem, ora levata, & squalidas manus, fôrdida colla submissa.* Et infra. *Aperuit cauclis vulnus suum, & decolorarem in corpore cicatricem Roma confixis diffusa bauit latera, undum caput, clausum os, non*

## 418 De Potestate Papæ circa Sacraenta.

*ut ingressa in Ecclesiam Domini, sed extra castra cum Maria sorore Moysi, separata confedit, ut quam Sacerdos ejeceras ipse revocares, ubi lex est Christi unitas uxoris, ubi Paulus id præcepit non Papinianus, ubi præcepit Dominus uxorem non debere dimitti, & viria præcepit & feminis, ubi inculta suscepit vulnus Diaboli, ubi penitentia grave crimen ostendit, ubi ejecta est ab Ecclesia, & ab eodem Sacerdote restituta, quod in peccatis venialibus, quale vult hoc Kemnitius est inauditus, cum dimittantur oratione Dominica, & si ob ea Diaboli esse tua, aut ab Ecclesia ejecti, omnes excommunicati forent, & Diaboli vulneribus saeculi; & contra legem Christi audit Kemnitius. Alter est Ambrosius in Lycam ex proposito. *Viximus et uxori noli querere foliacionem, quia non sibi licet uxore vivente uxorem ducere nam & aliam querere cum habeat suum crimen est adulterio hoc gravius, quod putas peccato tuo anterioriter legis querendam, ubi crimen vel adulterii, vel eo gravius exagerat.* Tertius est libris integris Augustinus, quem maximum Magistrum vocant Hostes, & sibi contrarium ineptissimum Discipulum.*

Evidens est occidentem totum, in ea semper sententia constantem. Ita Tertullianus adversus Marcionem, volentem Christum, & Moysen oppositos. *Dico illum concidio soliter nunc scilicet divorciis prohibitionem si ideo quis dimisit uxorem us aliam ducat, ubi docet Christum prohibuisse alterum conjugium post divorcium, & rursus. Deus absurdi confitit circa quam homines, ubi Patres passim agnoscunt obediendum potius Deo, quam legi hominum. Ita Concilium Arelatense primum ex occidente toto coactum, dentis Patribus numerosum. De his, qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & ille sunt adolescentes fideles, & non prohibentur nubere, placuit ut in quantum posset consilium sit detinere, ne viventibus uxoribus suis licet adulteris alias accipiant. Ita Mi-*

*Cap. 17. levitanum secundum vel Africanum. Placuit ut secundum Evangelicum & Apostolicum disciplinam neque dimisit ab uxore, neque dimissa a marito alteri conjugantur. Sed ita manent aut fibi metu concilientur. Quod si contempserint ad penitentiam redigantur. In qua causa legem imperialiem petendam promulgari, ubi Africa tota cognoscit Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, nec aliter esse poterat in iis Conciliis, ubi mens & ingenium aderat Augustinus, ut de eo loquitur Prosper. Et Innocentius Augustino coactus & amicus respondit Exuperio Tholosano. De his etiam requievis dilectio tua, quod inserviente repudio, ali se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulterios esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quoniam disociatum videatur esse conjugium ad aliam copulam festinaverunt, neque possunt adulteri non videri, inservit ut etiam ha persona quibus tales conjuncti sunt etiam ipse*

adulterii commissione videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio. Qui dimisit uxorem suam, & duxerit aliam macabatur similiter & qui dimisit duxerit macabatur. Et ideo tales omnes à communione fideliâ abstinendos, ita scribit in decretis Innocentius, eaque Gallia avidissime est amplexa, & Hispania in canone Elbertino. Item fidelis femina, que adulterum maritum rediret fideliter, & alterum duxerit prohibebatur ne ducat. Si autem duxerit sua prima accipias communionem, quâm in quare rehagis de secundo exierit; sic Iudiciorum de divinis officiis, sic Primatus in caput septimum primam ad Corinthios.

Et contra Catholicos Concilium Tribianense, Beda in caput decimum Marci, An-  
De spons. Cap. 46. fulmus in caput quintum Matthaei, & deci-  
mum nonum, Alexander, & Innocentius tertius, capitibus ex parte, capite gaudemus idem Theologi omnes cum Thoma, & Magistro, & Concilium Florentinum instru-  
ctione Armenorum, ubi Catherinus, & Cajetanus & Magistrum & Concilium Generale non considerarunt.

Nec Graci Patres ullo pacto sunt discor-  
des, ubi latini Patres habiti sunt ut oracula,  
ubi Innocentius in decretis omnes docebat,  
ubi in Arelateni primo extitere, ex orbe  
universo Praesules, ubi latè oriens cum iis  
communicavit, quamvis dicentes doctrinam  
Evangelii. Est inter Grecos Justinus cum  
Athenagora, & inter dogmata reponit esse  
adulterium. *Si quis dimisit ab alto ducat* & Athenagoras etiam addit, si quis priore dimissa aliam ducat, non esse conjugium adul-  
terium, & ibi fidem exponunt Christia-  
nam. Hic est Clemens Alexandrinus libro  
secundo Stromatum. *Adulterium existi-  
mos scriptura, coniungi matronam vivo altero  
ex separatis, & panlo ante dixerat conjuges  
separari non posse nisi ob fornicationem.* Hic Origenes tractatu leptimo in Matthæum  
doceat Episcopos hoc permitentes, contra  
scripturam eisdem. Hic est Pastor i Græcis  
acceptus, & ab innunbris iporum citatus  
est, & Canon Apostolicus inter quinquaginta  
ut jam ostendimus primo volumine, & i  
Græcis ipsa approbatus. *Si quis Laicus uxori  
propriam pellenti, alteram vel ab alio di-  
missam duxerit, communione privetur.* Hic & Baillius in Hexameron evincit malum  
esse & tolerari, & libro de Virginitate repe-  
tit. Non esse autem mortuum ajo maritum  
ejus, cum per omne vice tempus adulteretur.  
Imo vero quia fruatur voluptate intemperauerit  
seorsus, quia vero vivis vir ejus illicitè mar-  
cabatur. Et infra. *Non audiri verò, quod  
etiam qui dimisit ducit adulterium com-  
mittit, et si enim dimissa est propter causam,  
attamen vivit vir ipsius, & prosequitur, ubi  
ex professo, & suadet rem, & persuadet. Hic  
est Chrysostomus in caput quintum Matthæi.  
Illi quidem etiam si alteram non duxerit eo  
ipso se constituit criminis reum, quod illam  
adulterum fecerit, hic verò accipiendo alienam*

*adulterio factus est; & afferit Christum ad punctionem coegerisse, cum nullum sit inventura, sic Theophilactus dicit & repetit, sic Nazianzenus verbu de Virginitate, de uxore acriter concludit, *Pestis quam nulla licet ratione fugare*, sic Epiphanius de Ecclesia universa scribit, *solerare Polygamiam tantum successoriam. Non ut duas uxores sumit habeat*, & scripturam citat & Ecclesiam, sic Victor Antiochenus in Marecum, sic Concilium Trullanum à Græcis receptum, sic Laetantius.*

*Cap. 87.* Militant & cum auctoritate rationea. Urget Ambrosius problemum injuria affectum, quia pro Patre vitricum, pro Matre novercam supponit, & propter Filios vult parenti ignosci. Urget Hieronimus infinitis superdulia, vel injustis ampliam viam pandi, quia clausa janua dimittendi, omnino clauditur, & impeditur. Urget Chrysostomus castitatem provehi, cum sciat vir aliam duci non posse. Urget evidentiam ipsam Innocentius. Urget Ballius expectandam correctionem, & ex hoc fieri facilem ad culpam. Denique unius Augustiniana sumerofas causas adducit, & unus pro cunctis sufficeret.

*Cap. 48.* Invaluit quidem apud aliquos consuetudo quia viro repudiata uxore, alteram ducentam permetteret, at constat ex Basilio ad Amphiliuchum, ex Origena tractatu septimo, ex Laetantio, ac contrarii sunt Patres isti, & Basilius expresse probat oppositum. *Quia* a marito dimissus est mea quidem sententia manere debet. Si Dominus autem dixit, si quis reliquie uxorem præterquam ratione fornicationis facit eam adulterari, ex eo quod adulterio non erat exclusa eam à societate cum alio. Quomodo enim potest vir quidam esse rectus, ut auctor adulterii, mulier autem nulli culpa esse officia, qua adultera appellata est propero confusione cum alio viro? sic Origenes validè subdit. *Coutra Scripturam quidem fecerunt*, & excusat fecisse ob metum pejorum, sicut permittitur fornicatio quamvis vetita, sic Laetantius opponit Divinam legem civili, & Patres passim damnant civiles leges, & divinas semper ingeminant.

*Cap. 6.* Quinimo lex naturalia ordinata nullum unquam permisit repudium, scribit etenim Tertullianus Romam per annos ferme sexcentos non existisse, deinde everis penitus disciplina, cum alia sceleribus & hoc ingressum, & sacro Auctori juncitus prophanau, nempe Valerius Maximus libro secundo, notat nullum extitisse repudium, per quingentos viginti annos, & primum Spurium Corbilium dimisisse causa sterilitatis uxoris qui reprehensione non caruit, ex quo cupiditatem liberorum, conjugali fidei praeposuerit.

*Cap. 7.* Opponunt hostes aliqua, vel ipsa iniutilia vel noxia. Opponunt Concilium Neocefariense, quod prohibet hoc conjugium non invalidat, at hoc agit de nuptiis post mortem, & si de viventium nuptiis addit soluto matrimonio. Opponunt canones apud Gra-

cianum quæstione septima, at primus est Gregorius tertius ad S. Bonifacium, ubi permittit secundum matrimonium, ob ægritudinem non fornicationem, & eam vidimus esse frigiditatem, alii vero sunt de conjugio post mortem, ut constat eadem quæstione, & sequentibus. Opponunt Concilium Milevitanum prohibere, non tamen conjugium illud dissolvere, at vocat Evangelicam doctrinam, & canones illi, vel facti vel collecti sunt sciente Augustino, qui libros intertegros ea de re scripsit.

Opponunt in veteri legi licuisse, at respondet Ambrosius in Lucam. Sed fortè dicit aliquis. *Quomodo Moyses mandavit dare librum repudii, & dimittere uxorem. Qui hoc dicit Judas est*, qui hoc dicit Christianus non est; & urget legem Dei, homo adhæredit uxori sua, addit & à Christo renovatam opponunt. *Melius est subere quam uiri*, at Augustinus reponit Paulum non dicere, melius esse machari quam uiri, & dicit decentem aliam machari, nec cogitur aliquis esse celeba, sed cogitur stare promissis, etiam Deo interveniente factis, quod Dea conjunxit homo non separat, & remedium est viro reconciliari. Opponunt Pollentium non esse haereticum, quamvis ea de dubitativerit, at consulenta vel de rebus haereticis haereticus non est, ut constat sed ignoratus, instructionem querens, at melius ostendit legem divinam.

Opponunt hoc esse intolerabile, at centies responderet Patres Augustinus, Ambrosius, & alii, si morbus insanibilis & captivitas id agunt, saltem agat ob malum vitandum si alienos mores toleras & uxoris &c. opponunt leges civiles, at damnantur à Sanctis Patribus, & egere majoria mali metu. *Contigit us ex his nonnullis ad multas infidias procederent, venegisque, & hoc in foro fori sine pena*. Opponunt Leonem Episcopum Aphris scribentem, Sacerdotem, qui dimisit uxori aliam duxerat ab ordine se removendum, nec irritum declarat illud matrimonium, ut Leo scribit ad Sacerdotium non promoveri, nil autem loquitur de matrimonio rato, imò afferit tenenda decreta Praecessorum, & hic cum Innocentio contrarium decreverat. Opponunt fornicationem spiritualiter dirimere, & sic validiori ratione corporalem, ut jam diximus in baptismo fieri matrimonium omnino insolubile. Denique dicunt Chrysostomum, Ecumenium, & alios, excipere causam, at dicunt debere manere innuptam. Et hoc evincit contra hostes nostros, posse divorzium fieri, ob continentem defiderium & alias causas & jam de divorzio, quoad thorum, diximus in causa fornicationis seu similis eupla, ut latè probat Sanchez. Poteſt separari ob nullitatem matrimonii, quia tunc nullum Iudex pronuntiat, reconualeſcit tamen si fictus ponat verum conſensum, quippe neceſſo non est conſensum, ſimil physice eſſe cum materia, & forma, ſed ſatis eſſe moraliter ſi ob occultum aliquod impedi-

mentum novus consensus exigitur externus, nec certiorari debet aliquis de impedimento, cum sump<sup>t</sup> scandalosus fieret regressus, nec per verba suspicionem ingerentia, sed satis est alicui actui externo consentiat, ubi consensus ille includitur, & ubi nullum est dubium, nec Doctor de veritate interrogatur, nec sit scandalum sed ex revelatione timeatur, melius occultatur quam panditur, cum ignorantia juris in scismis, rusticis, & plebeis non imputetur. Nec semper in adulterio fit thori separatio, nec sit cum in altero est par culpa, cum debitum excusat<sup>ur</sup> à culpa, ut in violentia, in chrietate, cum adest reconciliatio aut venia, sic separatio fit ob scismatum grandem, sic etiam ex morbo contagioso fit separatio. Cum Medicis judicant alterius infestationem, ob heresim &c. Unum monemus admirationi esse, tam frequentia divorti & tantam divisionem in iis, ubi est una caro, & debuit esse dilectio inseparabilis, qualis est Christi ad Ecclesiam.

Nec etiam licet separatio conjugum, altero invito post matrimonium consumatum, quod de conversione conjugatorum deciditur. etiam per professionem Religiosam, sic Tridentino Synodus & Doctores. Nam

*C. et p. C. ex p. C. ex p. Mat. 10. Ep. 190.* quod Christus repetit. *Quot Deus coniunctus homo non separabit.* Et quis dimisferis uxori facit eam macbari in aliquo matrimonio te tua. vim habere debet, sic Hieronymus ad Celsianum eam arguit, quod sine licentia viri continentiam vovisset, sic Augustinus ad Edicium disertè docet, non licere conjugi invito conjugi vovere continentiam, quod & docet Gregorius ad Theotistum, ubi legem civilem reprehendit, permittentem Monacho hanc separationem. Et Basiliss afferit explorandam conjugem, vel recurrendum ad Deum ut mutet; & Theona Abbatis factum, contra regulas ortum necessarium est, ex speciali Dei inspiratione, sicut olim in purgatione vulgari. Oppositum vero deciditur in Tridentino, de matrimonio capitum rato, dissolvi per professionem religiosam, sicut & de conversione conjugatorum, & solvitur objectio, & assignatur ratio.

*Sic nos quidam Sancti de nuptiis vocati fuerunt.* Et mox. *Quia cum non sufficiunt una caro simul effecti satis, potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere.* Id & recta ratio convincit, licet à statu imperfectiori ad perfectionem transire sine injuria alterius, statum vero perfectiore signat Christus. *Nemo est qui reliquis domini, aut parentes, aut fratres, aut matrem, aut filios propter regnum Dei,* & non recipias multo plus in hoc tempore, *& in seculo venturo vitam exerciam.* Et. *Omnis qui reliqueris domum vel fratres aut sorores, aut Patrem, aut matrem, aut agros proprios nomen meum cencenplum accipies.* Extant & exempla Sanctorum, & unum S. Theclam sufficeret, relinquens

*L. 2. ds* pro Virginitate Maritum, que laudatur ab Virg. Epiphonio, & Ambrosio, iudeo quod unum

valet pro mille S. Paulus illam abstraxit à marito, nempe Doctor gentium & excellenter Apostolus, hoc haereticum nos & orbem doceret. Nec defunt apud alios exempla, apud Augustinum libro octavo confessionum, duo milites lecta Antonii vita

*Cap. 6.*

sponsas suas reliquere, quo audito sponsa idem effecere, ubi in uno exemplo laudato, quatuor sunt exempla virtutum; est & exemplum S. Leobaldi, apud Gregorium Turonensem, ubi relicta desponsata fit Monachus, sic apud Gregorium in dialogis. *Sacra Virgo sapientis constitutiss, ad Ecclesiam fragiisse L. 1. 2. 24*

*fit monialis.* Adhuc & alia exempla, sunt & aliae rationes, sic est Ambrosii à lege citati capituli in omni dicens. *In omni matrimonio conjunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat & perficit conjugiorum communio corporalis, & unio spiritualis per mortalem spiritualem, sicut carnalis solvit per carnale.* Nec obstat hoc pacto vel ordinem dirimer, quippe conjugium ordinis reputat ex solo Ecclesiaz decreto, Monachatu per se ex natura ipsius. Nec dicas & ratum esse Sacramentum, & de ipso diei. Quod Deus coniunxit homo non separat, quippe non est confirmatum & perfectum ut vidimus, & matrimonium tantum ratum significat unionem cum Christo charitatis, qui est aliquando solubilis, matrimonium consumatum unionem insolubilem, Christi cum natura humana & Ecclesia, & Christi ea verba protulit post alia, erunt duo in carne una, qua certè matrimonium indicant consummatum, unde hac nostram firmant sententiam, accedentes sensu Pauli, & Ecclesiaz, immo & Christus ipse ubi dixit, non dimitti uxorem nisi ob fornicationem, subdit verba. *Omnis qui reliqueris Patrem, vel matrem, uxorem &c. centuplum recipiet nec dimittens uxorem facit eam macbari, cum alteri viro nubere possit.*

Potest & dissolvi matrimonium tantum ratum, ex dispensatione Papæ filius, ut tenuerit Canonizis, & non pauci Theologi. Et sequitur ex allata thesi, ubi solvi potest matrimonium, per professionem in Religione approbat, & illa approbatio est ex jure humano. Quod etiam solvit votum simplex societatis, ex Gregorio decimo tertio. *Affidente Domino,* quod certè est iuria humani. Id fortiter ut bene monet Beccanus, constat ex multis dispensationibus Pontificium, quas frustra aliqui falsas appellant, cum Navarrus affirmet ad sui instantiam, Paulum tertium, & Pium quartum, cum quibodenam dispensasse, & ita certus erat ac se vivere, & Antoninus tercia parte confirmat se vidisse aliquas dispensationes, & Martini quinti, & Eugenii quarti, ubi sanctus est & testis de vita, & sub Clemente undecimo allata sunt multis, etiam ejusdem doctissimi Pontificis, & Doctores iussi sunt se retractare. Et Evangelium ut vidi mus loquitur de matrimonio tantum consummato. Id etiam constat ex oppositione

Ad.

**Adversariorum.** Quid Deus conjinxit homo non separat, & quia matrimonium ratum non differt essentialiter a consummato, & quia matrimonium ratum etiam ipsum est Sacramentum, ideoque omnino indissolubile, quippe solvi potest matrimonium ratum, per ingressum in Religione approbata, & quidem per Pontificem approbata, & matrimonium ratum solvit, per professio nem Religiosum non consummatum, sic est Sacramentum, at nondum notat, conjugationem Christi cum Ecclesia, in natura non tantum in charitate. Unde Beccanus scribens etiam ante examen, & gravem causam discussionem ajebat. **Sententia Theologorum speculatorum** videtur probabilior, altera tamen est tuta in praxi, & hoc bene notat alioquin Deus, intollerabilem in Ecclesia sua errorem in Pontifice permettere, ut jus divinum in dispensationibus violaret. Si vero dubium est an matrimonium, sit ratum tantum an consummatum, nullo pacto, potest dispensare, cum se exponeret pericu lo, iuris divini concilandi, & ita in causa celeberrima sub Clemente XI. de hac resumpta est omnimoda certudo. & S. Gregorio evidentiam justissime voluit.

Jam vidimus Papam ponere impedimenta, & quia Papa ponit inter fideles tantum. **Quid enim mihi de illis qui foris sunt judicare,** quia Princeps temporalis vel inter infideles, sicut & Princeps Ethnicus ponit pro subditi vel fidelibus, cum matrimonium sit & contractus civilis, non, tamen, id possunt Iudei sine regno. Impedimenta alias sunt impeditientia tantum, olim multa nunc tantum tria, interdictum Episcopi vel Papae, nisi Papa invalides contractum, sponsalia de futuro, & simplices votum. Dirimenti tri bus verbis comprehenduntur.

**Error, conditio, eorum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vir, ordo, ligamen, beneficia.**

**Amen, affinitas, si clando singulis, & impost.**

Patum est error circa Personam, cum sit error circa substantiam. Nec obstat Lex validum matrimonium, cum validum efficeret subsequens consensua. Error qualitatis non invalidat contractum, nisi transeat in substantiam contractus, ut duco te si diverses, matrimonium tamen sit sine conditione, chm regresso sit scandalosa, vel nisi per accidentia signetur substantia, ut volo pulchram, volo primogenitam, debitos do Bertam pulchram vel primogenitam, unde si quis ostenderet pulchram, non tene retur accipere sedam, cum per accidentia Personam ostenderit, nec obstat cum etiam fundam ducturam, cum illa sit habitualis voluntas, quae satis non est ad traditionem perfectam.

Aliud impedimentum est conditio servilis quae hodie inter Christianos est sublata, & adscriptiis ipsi Originarii, servi non sunt ex Sanchez de matrimonio, quamvis majori obligacione pro aliis teneantur, nec a Tur

cis capi, cum sit injusta captivitas. Olma L. 3. C. 4. lex civilis non matrimonium, sed contubernium inter seruos admittet, nunc ex lege canonica est verum conjugium, nec interest ac Dominus consentiat nec se, cum iure naturali & divino sit validum, non debet tam men iure suo Dominus privari. Irritat autem licet sit error qualitatis, cum non sit potestas corporis absolute tradita, & proles ad Dominum pertineat, cum partus ventrem sequatur. Is autem liber est ex titulo, de natu ex libero ventre, cujus mater, vel unico libera fuerit momento. Valet autem matrimonium si non sit error, sed contrahat. **Quod si** quis scienter capite & quia ingenuus, vel si brevi servitus finiat, cum pacum pro nihilo reputetur, vel per contractum fiat liber, cum amplius tunc servus non foret.

Tertium est votum solemne, inspediens, & dirimens matrimonium, capite unico de voto in sexto, in religione approbata tantum emissio, ideoque non sufficit emissum, in tertio ordine S. Francisci, aut Dominic, cum non sit nisi ordo vivendi, sub certa regula, ut fodalitum Virginis, excipitur tamen votum simplex in societate, ex bulla ascendentis Domini, ubi & contrahens ex communicationem incurrit, sicut in solemni de consanguinitate & affinitate, fecus est de votia ingrediendi, Religionem, contractum enim reddunt tantum illicitum, eadem casti tamen nondum sit actu promissa.

Triplex vero est cognatio alia spiritualis, nec alia est modis ex Synodo Tridentina, quam compateritas, inter Parentes & Patri nos, inter Parentem baptizantem, vel confirmantem, & baptismum, & confirmationem ipsum, si plures tangunt omnes conrahant, cum maneat casus in antiquo iure. Si levet Procurator contrahit principialis ex declaracione Cardinalium apud Zocifam. Si levet Pater debitum petere non poterit, nisi sit necessitas. Alia est cognatio legalis ex arrogatione, nec reperitur, alia prohibito expressa, nisi inter adoptantem, & adoptatum & inter filium, aut filiam, naturalem, adoptantia, & filium vel filiam adoptivam capite unico de cogitatione spirituali, at supplet Doctores ex lege civili, lego quin etiam Digeria de rito nuptiarum, inter adoptantem, & adoptatum, ejusque liberos & descendentes, inter adoptantem, & adoptati uxorem, tanquam inter sacerdotem, & norum, & e contra inter adoptatum & uxorem adoptantis, tanquam inter novercam & privignum, & hoc finita etiam arrogatione. In linea collateralis durat tantum, durante adoptione & patria, potestate, nec reperitur expressa prohibito, inter adoptatos ab eodem Patre, unde Sanchez odiofam legem refringit. Manet consanguinitas in primo grado, naturali iure prohibitis, & primo affinitatis in recta linea, ubi nulla unquam dispensatio facta, & Comea de Armeniaco à Papa, nunquam potuit extorquere, nisi falsa diplomatica ex Paulo Emilio in vita Ludovici XI., ob

l. 3. C. 4.  
l. 3. C. 4.  
C. 1. b. 5.

Greg. 13.  
Clement.  
Vs.

l. 3. C. 4.

C. 1. b.  
l. 3. C. 4.

1. Cor. 5. Jam vidimus Papam ponere impedimenta,

& quia Papa ponit inter fideles tantum.

**Quid enim mihi de illis qui foris sunt judicare,** quia Princeps temporalis vel inter infideles, sicut & Princeps Ethnicus ponit pro subditi vel fidelibus, cum matrimonium sit &

contractus civilis, non, tamen, id possunt Iudei sine regno. Impedimenta alias sunt impeditientia tantum, olim multa nunc tantum tria, interdictum Episcopi vel Papae,

nisi Papa invalides contractum, sponsalia de futuro, & simplices votum. Dirimenti tri bus verbis comprehenduntur.

**Error, conditio, eorum, cognatio, crimen,**

**Cultus disparitas, vir, ordo, ligamen, bo-**

**neflas.**

**Amen, affinitas, si clando singulis, & impost.**

Patum est error circa Personam, cum sit error circa substantiam. Nec obstat Lex validum matrimonium, cum validum efficeret subsequens consensua. Error qualitatis non invalidat contractum, nisi transeat in substantiam contractus, ut duco te si diverses, matrimonium tamen sit sine conditione, chm regresso sit scandalosa, vel nisi per accidentia signetur substantia, ut volo pulchram, volo primogenitam, debitos do Bertam pulchram vel primogenitam, unde si quis ostenderet pulchram, non tene retur accipere sedam, cum per accidentia Personam ostenderit, nec obstat cum etiam fundam ducturam, cum illa sit habitualis voluntas, quae satis non est ad traditionem perfectam.

Aliud impedimentum est conditio servilis quae hodie inter Christianos est sublata, &

adscriptiis ipsi Originarii, servi non sunt ex

Sanchez de matrimonio, quamvis majori

obligacione pro aliis teneantur, nec a Tur

ob quam rem capite est multistata, & tamen Picceninus Modernus, hoc Papæ quis crederet, oponit, ubi conubia cum parentibus & sororibus, à Catholicis, & infidelibus ipsa reprehenduntur, ubi Ambrosius de can- jugio filiæ cum Patre. *Interdilatum est natura jure, interdilatum est lege, que est in cor- didis singularum, ubi Tertullianus in apolo- getico, Theodoretus de legibus, Augustinus in Leviticum, & Prosper de Petro. Dicende adulteri Jippiter aspero foror oblitus, & id arguebat etiam Paginus, ubi his exclamante Abraham & semel Isaac dic quod foror mea sit, infideles ipsi credebant, eamdem non esse conjugem, & fororem, slioquin existente ejus rei usu, nemo diceret foror est non ergo conjux, sicut de Junone canit Poeta. Et foror & conjux, quod fatia est ad confundandum Cajetanum, volentem ipsam verè fororem, cùm tamen Fratres dicantur confobrini, ut constat in Tobia, & Evangelio. Sic Aristoteles impugnat communicationem uxorum, quod Fratres jungerentur fororibus, sic Svetonius in flagitis Caii enumerat, quod fororem Drusillam haberet uxorem, sic Eunapius, & alii in Caracalla, quod nec à Noverca ipsa abstinuerit, sic Plato libro octavo de legibus, & eadem libro de republica.*

In his questionibus apud Hostea, necessaria cogimur errare, vel enim citat legem verè terem. *Quando habebaveris Frater fuius, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit uxor defuncti non ubet alteri, sed accipies eam Frater ejus, & suscitabis semen Fratris sui,* & tunc afferunt legem esse mortiferam, vel aliquid addit legi, nec eam obseruat tunc major Deo ipso appellatur, & legem Denteronim respuit, & leges Leviticum volunturis naturalia. At non esse ius naturale constat ex eo precepto. *Qui coeteris cum muliere in fluxu menstruo, & revelaverit surpitidinem ejus, illaque aperneris, fontem sanguinis sui, interficiantur ambo de medio populi sui,* quod neque apud Hostes jus naturale vetat. Addit & diversitatem magnam in precepta. *Qui duxerit uxorem Fratris sui rem facit illicitam, surpitidinem Fratris sui revelavit, sine liberis erat, ubi matrimonium in primo gradu, castigat pœna mortis, & comparat adulterio, & sodomitiam, ilisque jungit naturaliter vetitia. Quinetiam si naturæ jure prohiberentur, veteres Patres eam legem servassent. Et tamen Jacob duxit duas forores, quod prohibetur in preceptis Leviticis, ubi adeo duplex simul affinitas. Est & Judas Patriarcha. *Dixit ergo Judas ad Osam Filium suum. Ingredere ad uxorem Fratris tui, & sociare illi, ut suscite semen Fratris tuo.* Et rursus. *Quam ob rem dixit Judas Thamar marui fua.* Esto vidua in domo Patrii tui, donec crescat Sela filium meum, & tamen erat ibi, vetitus ante legem incestus. Attamen ultra non cognovit eas. Est & aliud exemplum vetustum. *At verè Coath genuit Amram, qui habuit uxorem Joachim**

*bed Filiam Levi, que nota est ei in Egypto<sup>4</sup> hoc genuit Amram viro suo Filio Aaros, & Moylem;* Et iterum in libro Ruth. *De se- ra enim sua natus est,* sic est exemplum Abrahæ, sic Tobiae. Nec obest responsum Melanchthonis, pessimè Hos Patriarchs egisse, quippe in perpetuo crimine omn extiterit, nec obest apud aliquo fuisse dispensatum, quippe nullum est, in ea re mysterium, & allegatur non dispensatio sed consuetudo, quam memorarunt Christo Sadducæi, & Augustinus refert olim, licita conubia inter confobrinos, & rectissimè inter Christianos prohiberi, sic Ambrosius non reprobetit jura sed laudat. *Si Divina re* Ep. 66. *præterentes saltum Imperatorum precepia, & quibus amplissimum acceperisti bonorum band quaque præterire potuerint.* Nam Theodosius Imperator etiam Patrioles, Fratres, & confobrinos vetus inter se conjungi conve nire communione. Et mox. *Si dicas alieni relaxatum, verum hoc Legi non prejudicat,* quod enim in commune flatusit ei tantum proficis cui relaxatur. Aded Ecclesiæ omnium forum laicum, & Ambrosius jura commendat laicorum; nec respondere potuit Pater nus, nisi aliquando jus illud relaxatum. Idem scribit Gregorius Felici Messanensis se cum folia Anglia dispensasse, ut in tertio, & quarto gradu contraherent, adeo alii contrahere non poterant, in iis gradibus, nec Angli ipsi absque dispensatione. Sic decer nit Concilium Agathense. Si quis confobrino sua se sociaverit, si quis vel relitez, vel Filii Avuncula misceatur, aut Patris Fi lie, vel Privigna sua conubia polluit aut dixerit uxorem. Quia omnes & olim, atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, ubi & tunc & olim incestos esse non dubitant, sic Concilium Epaonense definit, sic Herdense canone quarto, sic Toletanum secundum canone quinto, & Aurelianense tertium non solvit conjugia, sed canones vult docere. & repetit antiquos & Aurelia nenses quantum & Arvernense. Sic adde cuntur ab Ambroso, & Augustino rationes, cum officiis pietatis forent libidinis, & humana verecundia sit inter propinquos, vinculis dilectionis restringerentur, & carnalis amor ex Aristotele foret simius. Denique Lz. Pa. vel Hostes nostri sunt, vel contra Picennum noster est Kemnitius, id probans ex Ambroso, & Augustino, & legibus. Noster est Wileph docens præter primum gradum, omnia prohibita de jure humano, sic Melanchton, Lutherus & Buceris liberum esse quoad gradus eos, qui in Levitico non continentur. Noster est Brentius in Confessio ne Wittembergensi docens servandas leges civiles, sic Beza primus Calvini Discipulus. Nec obstat Deum id decrevisse, quippe factetur Augustinus olim licita, nunc prohibita inter confobrinos conjugia, & Lutherus opponens sibi respondet; & argumentum Brentii leges politicas non spectare ad Chris tum, oppositum evincit, cum sint spirituales &

& Christus ipse eas deciderit; sic Gregorius & canonica ut vñimus sunt nostri, sed Thomas à Picenino adductus. Nec rursus obest reprobatio Baptiste, quippe tunc lex adhuc vigebat, in morte tantum Christi vulnerata, & de uxore Fratris viventis loqui, Josephus ait, & cum antiquis Hieronymus, Lxx. 20. Nec rursus urget illud omnia bac fecerunt. Et abominationis sumear, & ob incesta conjugia infidelium, at ob eas nuptias punitos non esse, Theodorus Beza convincit, ex conjugiis Abraham, Iudee non punitis.

Cognitionem sequitur crimen. Primum est homicidium conjugis, vel peractum vel procuratum, ut postea inter se contrahant, capite laudabilem de conversione Fidelium, secundus cum adulteri procurat mortem conjugis suae, vel e contra, ut cum adulterio matrimonium contrahat cap. Super hoc de eo qui duxit &c. Tertius cum adulteri dedurunt sibi fidem, contrahendi post mortem alterius, si enim spondentes mortem videntur procurare. Quartus si de facto adulteri inter se contraherint, viventibus prioribus conjugibus capite finali De eo qui in matrimonium duxit. Hi duo posteriores causas sunt, cum uterque est consensu vite conjugis alterius, si enim vir decipiat dicens esse mortuam non incurrit, & primo caso est homicidium sine adulterio, in reliquo adulterium procedit homicidium sequitur, & debet esse eo fine ut contrahant non casu, non rixa, non uxore in adulterio deprehensa, & similibus; cum non sit ratio prohibitiva legis, ne scilicet adulterii spe innocentem occidant, ob quam rationem satis est facta promissio, dummodo alius ipsam acceptet; nisi sit remissa, qua sit est ac non facta, nec excusat promissio facta diverso tempore ac adulterium. Ceterum tolerari non debet, si quis vel postea cum vixerit uxori ipsius, illum adulterio pollicrit, ubi facta est id aetate constante matrimonio. Tandem in hac materia utpote odiosa stricte explicanda sunt verba, ut non sufficiat promissio, aut propositum, nec mors machinata nisi sequuto effectu.

Sequitur cultus disparitaa, quae dirimit solum iure Ecclesiastico, nam in lege naturae Jacob duxit Filias Laban, Joseph Filiam Putipharis, Moyses Filiam Jethro Aethiopissam, in lege scripta Esther Assuerum, Solomon Filiam Pharaonis, David Filiam Gessuer, & Augustinus de fide & operibus, testatur in lege nova frequentem, & Mater ipsius duxit Paganum, sic Clotildis Clodoveum. Et Concilia solum loquuntur de illicito, & Paulus id expressè prohibet. Nolite jugum ducere cum Infidelibus, & Augustinus citans Cyprianum ait. Omnino evanendum est ne hiant tales coniunctiones. Vis etiam dirimis si sit violentia, cum non sit cum ea illa libertas. Etiam metus cedens in virum constantem, cum onera perpetua debeant, ex lumine rationis esse perfecte libera, qualis non est in metu gravi;

& si aliquis post metum conficeset matrimonium, graviter peccaret cum esset fornicatio. Hic autem metus debet esse iniustus cum incoluisse à Judge justè non dirimat, debet ex titulo matrimonii incuti, ideoquo validum est matrimonium Medici comagratia, nolentis ipsi moderi, nisi cum ipso contrahat, & ducentis cum merito male vitæ uxorem, ut liberetur à morte ut fit in Hispania. Nec potest Princeps cogere, cum non sit Dominus animorum, & Tridentina Synodus id prohibeat, nec Pater ipse cogere potest Filium, cum in Genes dicitur, vocemus puellam, & queramus ejus voluntatem, sic Tobias ex Angeli monitu, iustis parentibus uxorem duxit. Sie Etia plores accepit uxores, nedum infelis sed tristitibus Parentibus. Frustra vero Kemnitius op. 1. Cor. 5. ponit Paulum. Qui matrimonio jungit Virginem suam bone facit, cum nec de valore fit sermo, nec de consensu parentum quarendo. Frustra opponit. Quod Deus con- Mar. 19. junxit bono non separat, quippe Deus au- C. 21. étor matrimonii conjungit, non vero sanctitas sola facit validum, ut constat in duciente uxorem, ob avaritiam, aut libidinem, quod Angelus Tobiam alloquens reprehendit. Frustra citat textua duos Exodi & Deute- Nom, ubi nihil est de valore matrimonii. Frustra citat textum Numerorum trigesimo, ubi Pater votum filie reddit invalidum, quippe textus ait in aetate adhuc puellaris, & contra rem de adulta dicitur. Relinques bonum Patrem tuum & Matrem tuam, & ad- birebas uxori sua. Nec obstat jus civile, ubi Gotofredus arguit validissimum. Filium debere gaudere plenissima libertate, & Wensembe ait. Ponderens hac rationem, qui consensum parentum de necessitate requirunt in matrimonio liberorum.

Huc & spectat raptus, de quo novo iure statutum matrimonium nullum, cum non advenerit pristina libertas, uic in loco tuto sit rapta, & dantea confilium vel favorem sunt excommunicati & infamea Clerici 23. 7. 26. deponendi è suo gradu. Si rapiat ob aliam causam ex declaratione S. Congregationia non incurrit eas penas, cum ea Synodus solum innuat matrimonium, sic uic dolo cum sit seduca non rapta. Sic si mulier rapiat virum, cum ad ea quæ raro accidunt lex non se adapte. Sic si quis rapiat sponsam suam, quia facit quod facere tenebatur, & de raptoribus definitur. Ille raptor dici non debet, cum habuerit mulieria assensum & prius eam despontaverit quam cognoverit, uic volenti fit violencia aut dolus, etiam Parentes essent inviti, cum habeatur plena libertas matrimonii. Denique olim erat pena capitii, nunc Leo Imperator eam solum decrevit pro rapiientibus manu armata.

De ordine sacro constat vel apud Graecos irritare matrimonium, de jure tantum humano, cum Papa Graecis matrimonium permittat, & diu litigatum pro Bohemis. Si con-

contrahant cogantur mulieres dimittere, & agere penitentiam sunt suspensi, interdicti, & irregulares. Non tamen ordo dissolvit matrimonium jam celebratum. De ligamine est claram durante primo, invalidum esse secundum matrimonium, capite licet de sponsa duorum, ut arduum est papæ id probare, nec vox unius cum sit nullius fatus est, & jus de sponsalibus nomine certi nuntii, intelligit certam probationem, cùm naturaliter hi mortui resurgent, ut accidit apud Cannas in bello Annibalis, ubi Romani certo crediti mortui, vivi matribus sunt visi, in luctu vivis, in letitia morientibus, & cum certam sit matrimonium, non est fatus ulla probabilitas, nec sine certitudine moralis, fatus sunt quinque anni, nec quinquaginta; & ut notat Pignatellus nec centum. Et liber Parochi probat, non testamentum, quippe post testamentum plures supersunt. De publica honestate constat non extendi ultra primum gradum, in sponsalibus futuro, securi in matrimonio, ubi ad quartum gradum est impedimentum ex Pio Quinto. Durat etiam sponsalibus, mutuo consensu dissoluta ut declaravit S. Congregatio ap-

6. Iulij 1698. probante Alexandro Septimo apud Fagnanum. Non oritur haec publica honesta ex sponsalibus conditionatis, conditione nondum impleta capite uno de sponsalibus in sexto, nec ex promissione indeterminata, ut cum una ex Filiabus Petri cap. eodem cum non sint sponsalia. De affinitate dicitur ea propinquitas, proveniens ex conjugatione corporum, si lieita sit dirimit usque ad quartum gradum, capite non debet de consanguinitate & affinitate, si est illicita, usque ad secundum ex Tridentino, nec loquitur textus de consanguineis legalibus; nec de spiritu alibus sed de veris, & in hac sunt axiomata varia.

Qno gradu aliquis consanguineus est eodem affinis est ejus uxori & contra. Affinitas affinitatem non parit, & duo Fratres duas ducunt uxores. Nunc sola affinitas est inter virum, & consanguineos uxoris, vir & uxor non sunt affines sed initium affinitatis, Requiritur in affinitate conjunctio completa. De amente constat non posse, cum non adsit nec libertas nec consensus, nisi lucida habeat intervallo, de Clandestino constat nunc esse nullum, ubi promulgatum est Concilium Tridentinum. Potest assistere Episcopus, Vicarius Generalis, & Parochus etiam non Sacerdos, cùm Tridentinum affectat sine Parocho vel Sacerdote, & Parochus non Sacerdos verè sic Parochus, sic Legatus à latere in sua Provincia, Abbas in suo territorio, Capitulum Sede Vacante, cùm hi sint ordinarii, quos inuit Tridentinum, & fatis est Parochus, unius domicilium, vel quasi domicilium habentia, & fatus est Parochus vel excommunicatus, nisi sit sententia Judicis depositus, fatus est invitatus, & potest id in aliena Parochia cum hic sit actus voluntarii jurisdictionis, debet tamen esse praesens

& audiens ut testes, nam lege corsam Titio habetur. Coram Titio aliquid facere nullus, non videntur præsente eo fecisse nisi si intellegit. Ideoque non sufficit ebrios, dormiens, intelligens per Interpretem absens aut furios, in vagis quilibet est Parochus cum ordinarii licentia & examine, ne mutatis locis mutant & uxores, & juramenti exactione quod non sint uxorati, vel impedimento canonico implicati; quod idem est in militibus, vagis, non quiescentibus iu- be vel arte.

Si Sacerdos seu Parochus non sit sed ex- f. de off. stimetur, validè assistit matrimonio ex lega Barbarius. Potest & Parochus alteri licen- tiam dare, ut nomine suo assistat matrimo- nio, quæ nos est facile credendi sed pro- banda, nec sufficit ratificatio ex Synodo Co- loniensi, quippe non sufficit licentia præsumpta, immo nec præsens, cum possit Paro- chus ex aliis mille causis tacere; si det sub conditione non observata, validè non assistit delegatus. Si Parochus revocet licentiam & ignoretur, assistentia est valida, siue si, & mors ignoretur, cùm communis error det jux, si habet licentiam assistendi & neficit, non assistit validè cum non acceptet, quod est commune contra Engel, si quilibet de- signet quilibet est Parochus, si delegetur ad hanc tantum causam, delegatus non potest subdelegare de appellationibus. Hac valent Cap. cum ubi promulgatum est Tridentinum, ubi non casum, est promulgatum, satia est motus confor- fus absole impedimentis, & duo testes re- quiruntur ad probationem; & hoc fieri non debet in fraudem, cùm dolus & fraus nemini patrocnetur, & ita sub Urbano VIII. fue- rit decessa; ita & tenetur veniens ad locum promulgationis, cum solemnitas contractum per omnes, obliget in loco ipsius contractus, nec ignorantia aut necessitas excusat, cùm ista sit forma actui essentialis, nisi inter infideles ubi Papa dispensat, non inter hereticos legi Ecclesiæ subiectos, non tamen sunt matrimonia dissolvenda, ne aperiatur via dimittendi uxorem. Denique testes esse non debent, omni exceptione majoris, at Pro- curator ad matrimonium, testis esse non pos- test cum sit contrahens, & habeat in econo- mine interesse. Relinquam libentissimū ultimum impedimentum, cum ex eo plus di- citur, cum minus dicitur, & editio istorum casum alia moveat risum alii scandalum, & fatus est titulus de frigidis & maleficis. Unum est irridendum aliquos affirmare, Eu- nuchos validè contrahere matrimonium, cùm Valentianus capite punierit unum ex his, ex confessione meretricia reum coovi- etum, & senes per accidens non generant, & vidimus plures casus contrarios, quamvis vir defonsset dotem potius quam uxorem, & curca Hermaphroditos cautissimè est agen- dum.

Cum matrimonio aliquando junguntur sponsalia, quæ ex lege prima de sponsalibus, sunt reprobatio, cùm debeat & alter pro- mit-

*Cult. de  
Proc. in  
6.*

mittere, nec satis est ut gratias agat de exhibitione, nec satis est silentium, cum possit tacere, ut melius deliberet, nec satis ea nullam aliam ducam, cum possit nullam ducere, nec satis est in Procuratore generale mandatum, nec excusat ipsum ignorantia retractationis, nec potest alium substituere. Unus satis est consensus, aut signa consueta. Solvuntur verò mutuo consensu, mutatione facta in viro, aut uxore, si adveniat infamia, paupertas, & alia ut notat lex civilis, cum quibus verisimiliter non contraxisset, si moribus relinques vestigium, si auctoritas Iudicis residentis, cùm matrimonio coacta difficiles habeant exitus, si tempus præfixum sit elapsum, per professionem, aut votum solemnem non simplex, nec per merum ingressum Religionis, cum adhuc alter posset alterum velle, solvitur per absentiam, ubi est periculum incontinentie, si forniciatio veniat, vel gravis inimicitia, solvuntur per matrimonium quod est fortius, non per sponsalia etiam jurata, cùm juramentum non sit vinculum iniquitatis, solvuntur impubero facto pubere, quia frustra expectatur eveniens, cuius nullus est effectus capite cum contingat, solvuntur per dignitatem supremam, secus per alias, cùm unus non sit factus determinatus, solvuntur si unus remittat sine vi, & dolo; si taceretur alter vitium damnum portionis, secus leve, cùm nemo debeat se infamare.

*De Off.  
deleg.*

*Td. 19.*

Supersunt & alia de matrimonio, ubi Baso nota aliud esse verum, aliud putativum matrimonium, & putativum esse invalidum ex aliquo impedimento, in verò filii sunt legitimí, sive antecedent sive subsequantur, sic in vero est successio, alimenta, accusatio, secus in putativo, nec potest occidere, uxorem in adulterio degrehensam, quod iure civili permittit non canonico, cum sit ab Alexandro septimo damnatum, ubi Rota apud Farinacum decidit, Papam dispensare in radice matrimonii, invalidè ob impedimentum juris humani, ad effectus canonicos non civiles, cùm petita est ab uno ex conjugibus vivente.

Remanet videndum discriminem, inter jus canonicum & civile in matrimonio, & vidi-  
mus in sposo absente, & consensu Parentum, etiam si possit filia viginquinque annorum, in Gallia absque ipso nubere, per annum duodecimum. Differt jus canonicum in computatione graduum, cùm singula Personae enim gradum in hereditatibus constituant, & in matrimonio duæ requiriunt, ideoque duo Fratres in primo sunt gradu, & de jure canonico in secundo. Differt quod in jure civili affinitas, est in nuptiis tantum justis L. non facilè. secundum ff. de gradibus affinitatis, in canonico jure etiam in illicitis ex Tridentino. Differt jus civile negans alimenta, filiis ex damnato coitu natis, & de sequitate canonica debeat capite cum habet de eo qui duxit. Differt quod jus civile annos computat, jus cano-

nicum potentiam capite puberes de desponsatione impuberum. Differt quod jus civile intra annum luctus, vidue non permittit matrimonium, bene canonicum ob periculum animæ; & permittit jure civili consobrinis, ex canonico iisdem vetatur matrimonium. Differt quod jure civili matrimonium, inter eos diversa Religionis vetatur secus de jure canonico ex Paulo permittente. Differt quod injure civili licet uxorem adulteram occidere, non in canonico. Differt quod in legitimatione liberorum duo requirit jus civile, ut dotalia instrumenta una cum nuptiis sint consecuta, & ut concubina fuerit domi loco uxoris detenta L. Codicis de naturalibus liberis, in legitimatis per subsequens matrimonium, nulla ex his causis exiguitur, & hoc jus vel in terris Imperii recipitur. Differt à jure civili quod jus canonicum, potest cognoscere de causa incidente, cùm causa conexa non sit decidenda legi nulli Codice de iudiciis, secus in jure canonico capite decernimus de iudiciis. Differt quod jus civile penas imponit transfeuntibus ad secundas nuptias, & haec tolluntur à jure canonico capite ultimo de secundis nuptiis: Differt quod ut vidimus lex civilis, post adulterium permittit novum conjugium non canonica. Differt quod in matrimonio ex jure canonico conditions impossibilis, & turpes reiciuntur, & in jure civili vitiant contractum lege non solum C. de obligati-  
*L. 3.C. de  
secundis  
nuptiis*

## P A R S III.

### De Indulgentiis, & Ceremoniis, & Potestate Papæ circa ipsas.

Hæc duo Sacramentis junguntur, Indulgentia poenitentia, & Cere-  
monia omnibus Sacra-  
mentis,

#### C A P U T I.

##### De Indulgentiis, & Jubilo; & Potestate Papæ circa ipsas.

 Uod in veteri lege de sapientia, per emphasm scripsit Sapiens.  
Infinitus enim Thesaurus est Ho-  
minibus, quo qui usi sunt partici-  
pet facili sunt amicitia Dei, id  
justè de indulgentiis prædicamus, ubi infi-  
nitus est Christi thesaurus, & utentes sunt  
amicitia Dei participes.

Exclamat de Christo Regius Vates. Et  
copiofa apud eum redemptio. Nec obest illud  
ad Philippenses. Humiliavit semetipsum us-  
que ad mortens &c. Proper quod & Deus  
H h exal-

## 426 De Potestate Papæ circa Indulgentias, & Cérémonias.

*exaltavit illum ; & Christum satifice se pro peccatis, quippe primus textus scopum non attingit, cum loquatur de merito non de satisfactione, & altera ratio ab Apostolo con-*

*Rom. 5. futatur. Non sicut delictum, ita & donum.*

*Et infra. Ubi abundavit delictum supera-*

*Hebr. 7. bundavit & gratia, & rursus. Hic autem*

*unum pro peccatis offensum Hostiam. Et mox.*

*Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos, ubi una Hostia superat omnes, & in sempiternum & semel offertur, ubi*

*Serm. 1. Leo Magnus rugit. Effuso enim pro iustis*

*de nos. sanguinis justi, tam potest suad ad privilegium,*

*tam drees ad pretium, ut si Universitas capi-*

*vorum, in Redemptorem suum credentes, nulla*

*tyrannica vincula resurrerent, & Clemens VI.*

*non dicit sed probat, unicum guttam sanguinis*

*Christi, toti mundo sufficere, o uno-*

*nem corporia cum verbo, quod & sumpsit à*

*Paulo, & Leone, & Basilii verè Magnus.*

*Pf. 48. Unum inventum est rebus omnibus praefla-*

*tunt, quod in premium redemptio nostra da-*

*tum est. Sancti nimurum, & pretiosum San-*

*gnum D. N. J. C., ubi pretium est rebus*

*omnibus praeflantibus, ubi os aureum Chry-*

*stopotum decima septima homilia ad habreos*

*C. 108. Quod autem semper offerebatus conviclio erat*

*imbecillitas; Contra autem in Christo acci-*

*dit semel hic oblatus est, & in perpetuum suffi-*

*cies fuit, sic Augustinus in Enchiridio, sic*

*Interpretea, & iterum Paulus ad habreos*

*decimo.*

*Accedunt & membra Capiti, & rivi pela-*

*go uniti. Et certè B. Virgo nullum habuit*

*peccatum, gravissimas pertulit afflictiones,*

*usque ad ipsius anima divisionem Tuam ipsius*

*animam doloris gladius pertransibis. Regina*

*martyrum eximia. Certè Joannes unus omnibus*

*præstat, innocuus, & summè poniens, cu-*

*jus & vita, & habitus predict. Certè In-*

*nocentissimi Martyres, horrenda sustinuerent*

*supplicia & longa; non ergo inutiles erunt*

*hæc satisfactiones. Nec obstat illud Evange-*

*lii. Mensuram bonam, & conservam, & co-*

*gitatam, & supererfluentem dabant in suam*

*vestrum, nec illud Apostoli effatum. Non*

*sunt condigae passiones bajaras temporis ad fu-*

*suram gloriam, quippe ibi sermo est de merito,*

*non satisfactione, ubi merita habent*

*premium, non satisfactiones, que ex chari-*

*tate reservantur in Ecclesia.*

Dupliciter ergo est in Ecclesia thesaurus, al-

ter infinitus Christi, alter paucorum minu-

torum præ Christo, in templi Gaznophacio

reservatus, & articulus est de communione

Sanctorum, ab hostibus ipsi in Symbolo

admissus; & in veteri lege docet Psalmista.

Particeps ego sum omnium timentium te, &

custodiendum mandata tua, & in nova Pauli-

us de te ipso, verbo, & exemplo locutus.

Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimplio

ea, que defuncti passionem Christi in carne mea

pro corpore ejus quod est Ecclesia, ubi Augu-

stinus exprefit nos instruit, passione San-

ctorum conferri in commune bonum Eccle-

sie, & Paulum urgebat Charitas Christi,

ubi Charitas suadet inutilia, in aliorum utilitatem expendi, quod in utraque eleemosyna, & corporis, & Spiritus constat, ubi Ecclesia corpori comparatur, & membra se se mutuo juvant, & alterum fert onera alterius, ubi potest unus pro alio satisfacere, ita Paulus cupit esse Anathema pro Fratribus, Moyse vult è libro vite deleri, & populus castigetur à Deo, Christus suo nos languore fanavit, David vult populi flagella folius sentire, sic merito Pauli ducentæ septuaginta sex animæ salvatae sunt, & populus merito Moysea, quod & concedunt hostes sic Paulus libenter impendat & super impen-  
dor pro animabus vestris, & alibi.

Jam in electo thesauro percipimus admis-  
sionem Episcoporum convenire, & oves sol-  
vere munus esse Pastoris, & reos absolvere  
Judicis officium. Constat id ex Cypriano,  
Sacerdotum arrogantiam reprehendente.

*Vt ex vobis itaque dicant quod docere debue- Ep. 11.*

*ratis, petitiones & desideria vestra Episcopa-  
servent. Et alibi ex profeso docet indul-*

*gentias largiri solum Episcopum, & in eare*

*Lucianum reprehendit. Frater noster Lu- Ep. 23.*

*cianus & ipse unus de Confessoribus, fide qui-*

*cem calidus, & virtute robustus, minus Domini-*

*nicæ letitiam fundatus, quedam contumus est im-*

*perit, jampridem vulgo antlorem constituerat,*

*ut massa ejus scripti libelli gregatus nomine*

*Pauli darentur. Nec obstat Celerium à*

*Cypriano laudatum, remissi sororibus suis*

*peccatum, ubi ait. Quare jam causa audita*

*præcepimus eos Præpositi tantum per sic esse, do-*

*nos Episcopum constitutur. Et rursus. Que Ep. 22.*

*res majorum nobis confitatis invicem, ne nos*

*com singularum causas audire & excutere ce-*

*perimus, videamus multis negare, quod jenunc*

*omnes faciliat à Martyribus, & Confessoribus*

*acepisse. Nec obstat rursus Tertullianus,*

*donare hoc ius Martyribus, quippe erravit*

*in facto, & jure, inde cognovit & Papam*

*largiri. At tu jam & in Martyres tuos, cf. De Pa-*

*fundis hanc potestatem, & Martyres ipsi id*

*petebant ex Cypriano. (Fecerunt ad nos de*

*quibusdam B. Martyres literas petentes ex-*

*aminari desideria sua,) & ipse Cyprianus id*

*negat Presbyteris. Quod enim periculum met-*

*tuere nos debemus de offensa Domini, quando*

*aliqui de Presbyteris, nec Evangelii, nec Ici-*

*sui memoris, & mox. Cum contumelia, &*

*contempnit Presbiteri totum fibi vindicent, ubi*

*ex Evangelio potestatem Episcopi, in con-*

*cedendis indulgentiis deducit, sic decimum*

*in primo Concilio. Licebit etiam Episcopo Cap. 31.*

*diminuere circa eos aliquid cogitare, sic Are-*

*latensis primum canone decimo, & alia*

*Concilia, & factum Pauli, & textus Mat-*

*thathi decimo octavo.*

Quod si dispensatoribus facultas ista con-

ceditur, longe melius primo dispensatori.

*Quis patet, est fidelis forevit, & prudens,*

*quem constituit Dominus suis super familiam*

*suum, & si data est potestas cuilibet Pastori*

*longè fortius, primo omnium Pastori, & ita*

*Pape antiqui confuerunt, nec alium ac-*

cusat Tertullianus Montanista, nisi Zephyrinum Papam nimis indulgentem, & peccata gravia condonantem, adeo vel Hostes id testantur.

*Mas. 16.* Evincitur id ex Evangelio ipso. *Quodcumque solvere super terram, erit solutum & in celis*, ubi verba generalis sunt generis litter intelligenda, ubi vel strictissime accepta hoc significant, cum presertim in privilegiis suis amplianda, & beneficia Principum latissime interpretanda. Nec ex eo deducitur Papam, solvere posse matrimonium consummatum, quippe solvere potest solubilia ut est poena, solvere non potest insolubilia,

*Mas. 19.* quale esse matrimonium consummatum, & docent leges humanæ & divinae; *Quod Deus conjugis buno non separat.* Nec obstat id fieri in Sacramentis, quippe ante culpam nequit culpa remitti, nec culpa sine infusione gratiae, que tantum in Sacramentis subministratur, & poena remissa non indiget Sacramento. Uno verbo rationis lumen, & omnium gentium confundetur evanescit, regni bona per summum Principem ministrari.

*Post Evangelium est & Apostolorum praxis*, ubi Apostolus Corinthiis scribit. *Casi aliquid donosis & ego, nam & ego quod donavi, si quid donavi propter eum in Persona Christi, ut non circumveniamur à Saraceno*, ubi indulgentiam tribuit Paulus, excommunicato Corinthis ob incepsum, ubi remissa culpa minuit & penam, ubi exitit potestis, status gratia communis. Corinthiorum utilitas, ut ob severitatem non triumphet Saracenus, quae omnia indulgentiam demonstrat. Argutie verò sunt non excusasse bullam, aut pecunias, sine quibus innumere dantur indulgentiae.

En origo indulgentiarum non moderna, ut clamat Piecnianus à suis etiam relictus, vici ut vult Kennitiua seculo decimo tertio, & cam ad Christum rursus perducessimus? Rursus in Concilio Lateranensi Generali, Paschalie Secundus Patribus concessit, in dñlgentiam quadraginta dierum, teste Abate Urspergen tunc vivente. Seculo undecimo in Concilio Clermontano, Urbanus Secundus crucifigatus indulgentiam plenariam concessit, teste Antonino secunda parte Historia. Rursus initio seculi noni, Leo Tertius multas indulgentias concessit, ut scribit S. Ludgerus in vita S. Suiberti, en quatuor secula ante indulgentias, & quod validius Hostes configit, fateur Kennitius se originem non inventare, ideoque juxta regulm ab omnibus admisimus. Quod universa tenet Ecclesia, nec à Conciliis institutum rectissime ab Apostolica traditione descendere creditur, ubi est auctoritas, & ratio Augustini. Cum ergo ipsi originem ignorant, nos eam è fonte Christo evince-

mus. Incipiamus à Gregorio Magno, quem ipsi admittunt epistola ad Recharatum. *Ex more Sanctorum misericordia vobis clavigulum au-  
reum, in quo de catenis B. Petri benedictio  
continetur, ut omnipotens Deus, qui illum ad-  
mirabilis potentia uxibus ferre liberavit ejus  
meritis & intercessioneis vos ab omnibus pecca-  
torum vinculis absolvat, & ad gaudia per-  
ducat aeternam, ubi meritis Sanctorum & Pe-  
tri benedictionis, remissionem affigit pecca-  
torum.*

Præcedit Celestinus epistola secunda. *Agrotabitas penitentiam morientibus  
denegari, nec illorum desiderii anni, qui  
obitus sui tempore hoc anima sua cupiant re-  
medio subveniri. Horremus fatorum sunt im-  
pietas aliquem reperiri. Et mox. Veruer-  
go penitentium conversio in ultimis postitorum  
mente potius est existimanda quidam tempore,  
ubi penitentiam morienti minuit, & tribuit  
ipsis quasi jam ea functis.* Præcedit Inno-  
centius ad Decentium. *Caserum de pondere Ep. 1.  
estimando delictorum, Sacerdotem est judicare,  
ut attendas ad confessionem Penitentis, & ad  
fletus atque lacrymas corrigentis, ac tuum de-  
bere dimisti cum videris congruum satisfactio-  
nem, ubi fletus & confessio considerandi; &  
ita Pontifices omnes effecere, cum Synodo  
Nicensi Silvester; cum Cypriano Cornelius,  
& sive Zephyrinus, etiam Tertulliani Hos-  
tis testimonio, & totius Ecclesie venera-  
tione, adeo incepit seculo decimo tertio,  
aut etiam longè posterius spud Hostes, quod  
seculo secundo jam erat antiquum, conce-  
denteribus omnibus Catholicis & nec negan-  
te Tertulliano tunc Catholicis. Præcedit  
Concilium Chartaginense, de penitentiam  
agentibus apud Hæreticos. *Ut cum doc-  
mentis certis hoc ipsum approbarerit sibi, pro-  
qualitate peccati, ficit eidem Episcopo Cat-  
holico, vijsum fuerit, tempus penitentia vel re-  
conciliationis decernat, & hoc est Concilium  
Generale Africæ totius, & penitentia tem-  
pus, in Episcopi Catholici manu reponit.**

Præcedit Concilium Ancyranum de Diacono immolante, & penitente. *Cestare verò  
debet ab omni sacro, ita ut nec panem nec ca-  
licem offerant, nec pronuntiant, nisi forte aliqui  
Episcoporum consilii suis laboris eorum &  
humilitatis & mansuetudinis, & voluntatis sit  
aliquid amplius tribuere vel adimere. Penes  
ipsos ergo erit de his potestas, & alibi. Epi-  
scopum autem hanc habere licentiam oportet. C. 1. 7. 5  
G. Idei ut humanius agens, secundam 7. 9. 16,  
vita modica tempus alicui penitentia breviare,  
aut etiam prolixius quod correctioni nece-  
ssarium videtur addere, ubi vides in aliquibus  
tantum indulgentiam, sic Laodicena Syno-  
dus canone secundo. Et Concilium Nicé-  
num in omnibus primam; de sponte lapsa  
decernit. *Placuit Sancta Synodo licet indi-  
gni sint misericordia tamen uliquid circa eos  
Humanitatis ostendit, & mox de ipsis in ve-  
ritate penitentibus. Licet etiam Episcopo  
humanus circa eos aliquid vegetare, en tota  
Synodus, & Episcopi omnes, non initio  
decimi quarti seculi sed quarto, sic & Neo-**

cesariense Concilium. Sed conversatio, & fides eorum tempus abbreviat, siq[ue] liberatum canone trigesimo secundo.

Hæc ab antiquitate receperunt Patres, & Viri Apostolici ab Apostolia, & sola sufficierunt, cum aliquando antiquitas in evincenda dogmatibus sit sterilia, at quo nulla pretenditur tota est, & sterilitas transit in immam fœcunditatem. Extant epistolas integras Cypriani. Et credideram quidem Prebysterorum & Diaconorum, qui illic presentes sunt monere vot, & instruire plenissimè circa Evangelii legem, sicut in præteritum semper sub Antecessoribus nostris factum est, ut Diaconi ad carceres committentes Martyrum desideria constitutæ fuit, & Scripturarum precepis gubernarent, sed nunc Sc., ubi semper sub Antecessoribus Cypriani, martyrom vota Diaconi explorabant, ubi erat antiquissimum sub Cypriano, semper factum sub ejus Antecessoribus, quod Picenninus & mille alii recens & modernum clamant, an Cypriani Antecessores omnes, vel decimoquarto vel tertio decimo, vivere seculo potuerunt? Et infra, Cum vot ad me literas direxerit, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapidem dari pacem postulatis, cum persecutione finita convenire in unum cum Clerico, & recoligi cuperimus. Et mox, Vobis itaque discane quod docere debuerant. Petitiones, & desideria vestra Episcopo servent, & ad pacem vobis pesentibus dandam matrum & pacatum tempus expedient. Ante Domini pacem mater prior sumat, tunc secundum vestra desideria desiliorum pace tractetur. Et quoniam audito fortissimi & clarissimi Fratres impudentia vot quorundam premi, & reverendum vestram qm pax ovo vot, quibus possum precib[us], ut Evangelii memores, & considerantes, quæ & qualia in præteritum Antecessores vestri concesserint, quād solliciti in omnibus fuerint, vos quoque solliciti. & causæ potentiæ desideria pandentur, utpote amici Domini, & cum illo iudicatur. Et mox. Hoc autem potest fieri, si ea quæ à vobis pertinet, religiosa contemplatione moderentur intelligentes, & compromiscentes eot, qui Personas accipientes in beneficiis vestris, aut gratificant, aut illicite negotiationis undinas occupantur. Et statim. Sed & illud ad diligenter vestram redigere, & emendare debet, ut nominatim designatis est, quibus pacem dare desideratis, audio enim à quibusdam sic libellos fieri, ut dicatur communices ille cum suis, quod nunquam omnino à Martyribus factum est, ut incerta & cœca petitio invidiæ nobis postmodum confiteretur enim pater, quando dicitur ille cum suis, & possunt nobis Viceni, Triceni, vel amplius offerri, ubi totus est Cyprianus, in satisfaciendis Martyrum desideriis, ea tantum admonitione ut determinato & juxta Scripturam designant, & rogat vota Martyrum examinari, quod & epistola sequenti congerminat, & alibi memorat nimios libellos. Exambire ad Martyres passim. Confessores quoque importuna-

& græsia deprecatione corrumpere, ut fine ullo discrimine, asque examine singulariorum darentur quotidianæ libellorum milia, ubi vides libellorum millia, & magnum informatum est Ecclesia, quod è tot libellibus nec unum legerint Hostes. Quād manifesta fuerant indulgentie, Diaconia quorum consilio dirigebantur, Episcopis à quibus petita, Confessoribus & Martyribus orantibus, reis pro quibus rogabantur, virtis, stemnis, & plebi, pro quibus millia libellorum conficiebantur, Cypriano & ipsius Antecessoribus, Adeo omnia testimonio Cyprianus, & docebat & promulgabat indulgentias, à maiori bus latè acceptas.

Hæc maximus Indulgenciarum Doctor, & à Tertulliano Magistro acceperat. In libro ad Martyres commemorat, aliquos in idolatriam lapsos, & nondum Ecclesiæ pace fruente, solitos ipsam à Martyribus exorare, & ubi Martyres bellè appellat, vel in pace Demonis Victoria, quia pax vestra bellum est illi, subdit. Quam pacem quidam in Ecclesia non bobeset à Martyribus in carcere exorare concesserunt, & ideo etiam eam properite in votis babere, & severè & casto dire debet, ut si forte & alibi prestare possit. Super quæ verba Rhenanus, Papæ patrem æqua, ut non dicam iniquus. Allu-<sup>In comp-</sup> ment. dit ad confutandum ejus temporis, quæ etiam ait Cyprianus in ejus suis, quemadmodum ex ejus Viri scriptis colliguntur. Et mox. Proinde idem Sanctissimus Vir scribit sub Antecessoribus suis semper observatum. Imò magis protest nobis Tertullianus hereticus quād Catholicus, quippe dum fidem Catholicam impugnat, eo tempore viguisse demonstrat. At in iam & in Martyres voti effundis banc De P[ro]p[ter]e, ut quisquis ex confessione vincatur. laudis adduc molla in novo casuaria nomina, statim ambiant macbi, statim adeunt fornicatores, jam preces circumsonant, jam lacrymæ circumstagnant maculati cajusque, nec ulli magis aditum carceris redditum quidam qui Ecclesiam perdididerunt. Violantur Viri ac famina in tenebris planè ex usu libidinum nosit, & pacem ab his querunt qui de sua pericitantur. Alii ad metalla consurgunt, & inde communicatores revertuntur, ubi immissam indulgentiarum segetem, & Eo-  
elella Catholicis dogma demonstrat.

Nimia altas radices jecere indulgentia, spud vetustissimos Patres vetusti, ut minimo statu concuti valeant. Habent radices altas in Scripturæ, quæ citant Catholicæ Patres, & primus impugnat Tertullianus eo nomine & titulo hereticus, cujus de p[ro]p[ter]e liber ex Hieronymo scripta est contra Ecclesiam. Habent radices in facto Apostoli, quod memorant Augustinianus, Theodoretus, & alii Patres re uno quidem contrario. Habent in antiquitate ut vidimur summa. Habent in traditione Apostolica, expositione unanimi Patrum, eo quod semper & ubique creditur, nec ullam peccata remittit nisi Christus, & idem est Hostia indul-

dolgentiarum & fidei. Habent radices in Ecclesia vel per Hostes vera, in Conciliis vel apud Hostes legitimis, in Patribus innumeris Augustino, Theodoro, Basilio, & alijs. Habent in ipso nomine apud veteros, relaxationia, donationis &c. Habent in Pontificibus summis, non reluncte sed obsequente Ecclesia. Habent & in Hostibus ipsius ut cernemus.

Hec validissima ariete uno sternere se credunt Hostes nostri, eas indulgentias ponam canonicas in foro tantum externo condonare, at aries iste hostes evertit; & mille sunt hic arma, & propugnacula. Hic sunt

*Mas. 16.* textus gemini Matchei. *Quocumque solveritis super terram erit solus tu & in celo.* Et

*Mas. 18.* eius. *Quocumque solveritis super terram erunt soluta & in celo,* quem textum vel de Petro Tertullianu, etiam Montanista intellexit. (Qualis es evertens, atque commutans manifestam Domini intentionem, personaliter hoc Petro conferentem,) & in remittendis criminibus ut loquitur, quoniam effensa delicta non monstra, & Ecclesia de gravibus etiam intellexit. Hic Paulus de se ipso loquitur. *Cui autem aliquid donosis,* & ego. *Nom & ego quod donavi,* si quid donavi propter vos in Persona Christi, ubi remissio facta est in Persona Christi, & ita in Christi iudicio valebit. Hic Tertullianus non adulator sed Hostis. *Pata nunc sub gladio in capite liberato, pata in patibulo iam corpore expanso, pata in flamine jam Leonc concepso, pata in axe iam incendio adstrita, in ipsa dico secuitate & possessione mortis quis permisero homini, que Deo infernanda fuit, ex quo ea sine excusatione damnata fuit,* que nec Apostoli quid sciunt, Martyres & ipsi donabitis indicaverunt. Denique iam ad bestias depugnaverat Paulus Ephebi, cum interitum dorat inchoet; sufficiens Martyri propria delicta purgasse. Ingrati, & superbi est in alios quoniam spargere, quod pro magno facie expertas. Quis alienam mortem suarum solvit, nisi solus Dei Filius. Nam & in ipsa possessione liberavit latronem. Ad hoc enim verebras ut ipse de deo patus, & omnimode sanctius pro peccatoribus obediret. Proinde qui illum amularis donando delicta, si nihil ipse debuisti plane patere pro me. Si vero peccator et quomodo olim scula tua sufficeret & tibi & mibi poterit. Habeat etiam nasc quo prohibe Christum, si propterea Christus in Martyre est, & macbos & fornicatores Martyr abfloscat, occulat cordis edicas, & ita delicta concedas, & Christus est. Et mox. Cum tamen macbos, & fornicatores à Martyre expulstos veniam, ipse confiteris hujusmodi crimina non nisi proprio Martyrio diluenda, qui presumis aliena; ubi multa praebet arma vel hostis, cum impugnat Ecclesiam scelos remittentem, ubi in alios spargit Martyr quod à Christo ipso recepit, ubi ex Heretico soli Deo, reveratur hac criminum remissio, quod de canonica poena nemo dicet, ubi Christo reservatum afferit, ubi Martyr per Catholicos Christus est, ubi fa-

tetur non posse Martyres, adhuc incertos posse vero securos, ubi fornicatores & Macchos solum excipit, de aliis delicta confitetur, ubi facietur Paulum donasse, at jam ad bellias damnatum. Hic adeo & Martyr, & Doctor Cyprianus. *Nunc est Fratres carissimi ut memores mei sitis, ut inter magnas atque divinas cogitationes vestras, nos quoque animo, ac mente volvatis, sinuque in preciosis orationibus vestris, cum vox illa purificatio ne confessio illastris, & jagi bonoris sui tenore laudabilitate ad Dei aures penetrat, & aper to fibi calo de bis subacti mundi partibus ad Ep. 15. superna transmissa impetrat de Domini voluntate quod postulas.* Et validissimum addit rationem. Quod enim petitis de indulgentia Domini quod impetrare non mereamini, qui si Domini mandata seruatis, & repetit sermone de lapis. *Credimus quidem posse apud Iudicium plurimum valere Martyrum merita.* Et iterum validissime scribit. *Postmodum Ep. 14. erit cum quidam de lapis fratre sua spouse, fratre aliquo incitatorem audaci flagitiatione prostrumperent, ut pacem fibi à Martyribus & Confessoribus promissem extorquere violento impetu niterentur, de hoc etiam hic ad Clerum literat soci, & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoniam modo mitigandam si qui libello à Martyribus accepto de seculo excederent exomologesi faciat, & manu eis in penitentiam imposita cum pace fibi à Martyribus promissi ad Dominum revertentesur. Nec ibi hoc legem dedi, aut me antiore remere consuevi, sed cum videretur, & honor Martyribus habendus, ubi revertuntur ad Dominum, cum pacem habita à Martyribus, quasi honor debet.*

Hic Patres Augustinus, Theodoretus, Pauli factum referunt incestuosi pizenam, ex Persona Christi remittens. Hic Concilium Laodicenam de perfecta conversione. *Pensentis tempus attribuendum est propter misericordiam, & bonitatem Dei.* Hic Pontifices Gregorius, Celestius, de indulgentiis loquuntur apud Deum, denique indulgentia indigent illi, qui tamen canonicas poenas subire non poterant, ideoque poenas apud Deum evitant. Uno verbo penitentiae Deo satisficiunt, & voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit infirmitas, & canonies humanius aliquid flatuentes, crudelius se se gererent, ubi reliquo Ecclesiam miti foro, ad levissimum Dei iudicium alegarent.

Etiam Hostes negant, indulgentiarum articularum fundamentalē, ideoque male difessit Lutherus ab Ecclesia, & pessimè ea de re nos arguit Picenninus. Etiam Bernardus apud ipsos Sanctos, & indulgentias approbavit, & promulgavit, & miraculis etiam munivit, quod Deum mendacem designaret. Etiam Wicleph ab ipsis citatus, est errans in fundamentalibus, & hereticus. *Dens debet obedire Diabolo.* Etiam Pearsonius in vindicione Cypriani, ex eodem firmat orationes Martyrum viventium, exaudiri post mortem pro peccatis tollendia. Etiam Moliniana de suis confitetur. *Ita docete, quod Pa-*

## 430 De Potestate Papæ circa Indulgentias, & Ceremonias.

*Pastores remittunt peccata, eo quod Deus ipsi dem in eorum remissionem statuit. Et iterum. Remittunt ergo omnes. & singuli peccata etiam quod omnem penam, & hoc est indulgentiam fateri, plenariam & plenissimam, cum remitterit omnem penam. Etiam apud ipsos post actum fidet, opera penitentia forent inutiliter, nisi penas temporales remitterent, quod & ipsi negare non audent; sicut nec Ecclesiam apud ipsos veram remittendo penas fidelibus, detrimentum attulisse non commodum. Addimus & Ministros remittentes penas quas infligit eorum disciplina, ut ait Molinæus. Nulla remanente pena, nec apud Homines nec apud Deum, quia est indulgentia & quidem plenaria. Referunt etiam Walemburgi in regula fidei Mestratzum, & denique formam Holtium recitant. Ad impetrandum veniam utendum hac orationis forma, ubi impetravit veniam propter te, quod idem est ac suffragium ferre cum ratione sicut & dicimus. Proprius Ep. 121. David servum tuum non avertas faciem Cibristi tui & longè fortius vel per Hostes de Christo.*

Liceat hoc unum reflectere modernos Hostes ab antiqua armsumpsi & argumenta, præcipue à Tertulliano Montanista, ideoque videant quem impugnant, Ecclesiam vel apud ipsos Catholicam. Arguant solum Deum remittere peccata & solum largiri indulgentias, at hoc idem est Tertulliani Montanista. (Quis permittat Homini dñare, quæ Deo reservanda sunt?) at Homini concessit Deus, quocumque soleriva super terram erit solum & in celis, & hoc ultra fatebatur. Tertullianus, cum Ecclesia Catholica Catholica, & hereticus in multis delicta facebat, tribus tantum gravissimia exceptio, imò Petro datam potestatem concedebat. *Abs te quoque unde hoc juri usurpes, si quis dixit Dominus super hanc Petrum edificabo Ecclesiam &c. qualis es evertens, atque communatis manifestans Domini intentionem Personaliter hoc Petro conferentem, & de Paulo modo cernemus.* Arguant Martyres non remittere peccata, & seruit Leonem Magnum. Quamvis multorum Sanctorum in conspectu Domini prelio mortuus fuerit, nullius tamen insoris occiso propitiatus fuit mundo, & ex Augustino in Joannem. Etsi Fratres pro Fratribus moriamur, nullius tamen sanguis Martyris in remissionem peccatorum funditur, quod fecit Cibristus pro nobis. Et rursus. Sanguis ejus emundans nos ab omni peccato, & Calvinus exultans exclamat. *Indulgentie remissionem peccatorum per Petrum & Paulum, & Martyres largiantur, & multi acerbè censurant, quod Dominum cum servis jungamus at idem habet Tertullianus Montanista.* Merito itaque opponunt quod huius quoniam penitentia fructum idem veniam, in sua potestate usurparerunt, quantum enim ad illos, a quibus pacem consequuntur, quantum autem ad nos, qui solum Dominum minimus delicta concedere, at etiam per nos

Deus peccata remittit, & ex Paciano dicitur ipse remittere, cum per Sacerdotea suos remittit, & sapienter resonat Cyprianus, Magistri non errantii discipulus non hereticus, at Tertullianus Catholicus docuit, remitti ab Ecclesia cuncta sceleris, & hereticus trahantur excepti, sic & nos univem dicimus Salvatorem, quamvis & per Sanctos salvemur. Protegant urbem basc & salvabo nam propter me, & propter David servum meum. Phil. 1: & post veterem legem & novam. Hoc mihi provenerat ad salutem per vestram orationem, & per administrationem Spiritus Iesu, nec simul juncta per hoc sequebantur. Uno verbo Hostes nequeunt nos aggredi, nisi apertissimis calamitiis nos docere necessarios esse Sanctos, cum omnes uno ore dicant contrarium. Arguant nos injuriam Christi facere, satisfactionem Christi minovere, at hoc est querela Tertulliani hereticus. *Quis alienam mortem sua fulvit nisi Christus?* at Tertullianus vel hereticus id fatebatur, in vulgaribus non gravissima delicta, & quis unquam dicat injuriam Christi, ubi ex meritis ipsius datur indulgentia, & merita ipsius dicuntur superexcedentia, copiosa apud Ep. 121. eum redemptio? Ubi & nos & Sancti ipsi totum influxum novimus a capite. Arguant ex illo Christi. *Servi inutilis sumus, & Martyres babere delicta,* ut hoc est Montanista argumentum. Sufficit Martyri sua delicta purgasse, at Catholicus id fatebatur in omnibus, & tria excipiebat delicta hereticus, & proprio telo configitur de martyrio. Omnia huic operi delicta donantur, ubi brevissimo martyrio delicta donantur quid gravissimo, & diuturno? Arguant etiam libris integris, Papam vespillorem penitentiam, eam cum indulgentia tumulare, at eo titulo est hereticus Tertullianus, quod eam indulgentiam negaret in tribus gravissimis delictis, nec hereticus in aliis incisibatur; at legante episcolam Cleri Romani, inter illas Cypriani trigesimalm primam, ubi totus vigor penitentiae sustinetur. *Quid enim aut in pace tam aptum, aut in bello persecutorum tam necessarium, quād debitam severitatem divīnī vigoris tenuerit.* Et infra. *Absit enim ab Ecclesia Romana vigorem suum tam profana facultate dimittere, ubi fusè rigorem tenet Roma Clerus, & Papa opera imperant pietatis, nec est parvus labor Anno Jubilee tringita vicibus visitare quatuor distantissimas Ecclesias.* Arguant non esse puri hominis, aliorum peccata remittere, at hoc est ratio Tertulliani Montanista. Ingrati vel superbi est, in aliis quoque spargere, quod pro magno fuerit confessus, at vel hereticus in multis fatebatur & si possunt Praefules à Christo instituti, peccata remittere, longè melius penas. Arguant non esse sufficientia merita in sanctis pro se & pro aliis, sed fortè non sufficiat nobis & vobis, at hoc est querela Hereticus. Si peccator et quomodo oleum faciat tua sufficere & tibi & mihi poterit, & hereticus in multis sufficere credebat per Propheta

phetas Sanctissimi gravissima sunt passi. & innocua Virgo, & Joannes; & impetratio tibi sufficit & mihi; imo Paulum id eglise constitutus. Quid hic de fornicatore, quid de paterni iheri contaminatore. Quid de Christiano Eboracorum impudenter, supergrefo, ubi gravissima excipit tantum delicta. Et frustra Kemnitius asserit Corinthios, indulgentiam dedisse incestuoso, quippe vel ipse sibi discors affirmit, eam causam Paulo Corinthios retulisse. Arguit nec Apostolus nec Martyres id eglise, at Montanista queritus est. Nec *Apostoli quod sciamus nec Martyres & ipsi domabilis iudicaverunt;* at parum sui memor Tertullianus Apostolum Paulum id eglise commemorat, & Petro quamvis soli datane eam potestatem, & de Martyribus vel ipso queritur cum id agerent, & ante scripserat vel ipse Catholicus; & paulo ante sui immemor Tertullianus. Secundum enim Petri Personam spiritu nostris potestis ista conveniet, aut Apostolo aut Prophetae. Nam & ipsa Ecclesia propriæ, & principaliter est ipsa Spiritus, in quo est Trinitas unius Divinitatis, & mox. Ecclesia quidem delicto donabis. Sed Ecclesia Spiritus per spiritualem dominem non Ecclesia namers Episcoporum, ubi Ecclesiastum concedit delicta donare sed Ecclesiam spiritualem, non carnalem, qualiter vocabat veram, & Catholicam. Denique Tertullianus ex eo titulo indulgentias impugnat quod Martyres egeant ipsi. Quis enim in terris, & in carne sine culpa, quis Martyri secunda denarii supplex, medico obnoxius & funerari, & probat post metalla peccasse, ubi impeccabilem in cœlis credidisset posse apud Deum penas remittere, imo de Paulo ultra concedit. Jam ad bestias depingentes Paulus Episcopi, cum interitum decernit incesto, adeò vel heretici cum Catholicis id constitutur.

Unum libris integris prosequitur Sutilius, unllam remanere prenam post remissionem, & numerosos scripturae textus accusmolat ex Isaiâ, Michæl & sit Calvinus, Alibi dicitur, projicere post tergum, delere instar nubis, demergere in profundum maris non imputare rectumque habere, quod si punit recordator, nec demerit. At hæc de iniquitate folia loquuntur, & verbis manifestis Dens exponit, super nivem dealbabor, & rufas. Si fuerint peccata vestra ut coccinæ quasi nix dealbabantur, alioquin David peccati ubiutus. Tu remissisti iniquitatem peccati mei, millies peccatum sum punit. Laquo per singulas noctes letitiam meum, & lacrymis meis stratum mem rigoabo. Et iterum. Peccatum meum corvo me est, & sep. Hanc errorem Tertullianus, nec Catholicus nec Hereticus tenet, sufficit Martyri propria delicta purgare, adeò Martys propria delicta, non aliena poterat purgare, adeò nec unus vel Catholicus vel Hereticus singulare potuit eum errorem. Hunc & scripturam & Patibus obremus. Primo loquitur millies Scriptura, & in primis Patribus,

quos Deus. Eduxit à delicto tuo, exclamatur. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eu ea cunctis diebus vita tua; & Spinæ & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terra, in sudore valens nisi vesceris pane, donec reverteris in terram, de qua sumpus es, & nos filii miseriarum heredes, & fide crediti, & experientia sentimus; & hoc. Quia ardissi vocem uxoris tuae, ad panem non ad futuram emendationem. Mulier qnoque dixit. Multiplicabo erumpas tuas, & conceperis tuas, in dolore partus filios. & sub viri potestate eris & ipse dominabisur tui. Legite mox acta populi electi. Qui visitat peccata Patrium in filios in terram, & quartus generationem, dimittit obsecra peccata populi hujus. Et mox. Dinitque Dominus dimisit iuxta verbum suum. Vero ego & implebitur gloria Domini universa terra. Attamen omnes homines, qui vidērunt Majestatem meam, & signa que feci in Egypto, & in solitudine, & tentaverunt me jam per decem vices, nec obedierunt voci meæ non videbant terram pro qua jurovi Patribus eorum, ubi Deus jurat se remissione peccatum, & tamen negat terram Israeli juratam, & ex promissione debitam ipsi. Et rufus murmurantes orarunt. Et apparet gloria Domini super eot. Et post aliqua. Dixitque Dominus ad Moysèm, & Aaron. Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducti vos populus in terram, quam dabo eis, ubi pons gravissima est, quam alibi Deus repetit, & exequitur. A' Moysè ad alium Prophetam descendimus. Et dixit David ad Nathan. Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David. Dominus quoque transfluit peccatum suum. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natu est tibi morte morietur. Et mox. Assentit autem die septima ut moreretur in fons en pons & Davidi amarissima; & rufus in numeratione populi. Peccavi validè in hoc factio sed precor Domine ut transferas iniquitatem servi tui, quia flatus egi nimis, & mortua sum septuaginta millia virorum. Lege Historiam inobedientis Prophetæ occisi, & Sancti, cum Leo staret iuxta cadaver, lege Historiam Acab. Et factus est ferro Domini ad Eliam Thoerbyensem dicens. Nonne vidisti Acab humiliatus coram me. Quia igitur humiliatus est mei causa non indicam malum in diebus ejus, sed in diebus filii sui inferam malum domui ejus, en pons cuius moram supplicii gravitate compensat. Lege Historiam Marie sororis Moysis, quæ peccato remisso & orante Moysè, septem diebus stetit extra estra. Lege Paulum tonsantem. Per unum hominem peccatum invrovit in mundum, & per peccatum mors, lege in Exodo multa millia occisa, quamvis veniam Moysi promisisset Dens. Lege epistolam ad Corinthios, ubi multi occisi ob malam communionem, & simul salvi ex Panlo. A' Domino corripitur, ut non cum hoc mundo damnemur.

Legite Petrum post conversionem, amare pec-

## 432 De Potestate Papæ circa Indulgentias, & Cérémonias.

*Matt. 3.* peccatum flevisse, legite Christum & Joannem. Facite fructus dignorum penitentia, legite Publicanum peccatum percutientem. Legite innumerous canones Conciliorum, qui penitentibus imponunt penitentias, quas Calvinus exclamat nimias. Legite non textus Patronum sed opera, Tertullianum de penitentia, Cypriani de lapis, Ambrosium de penitentia & ad Virginem lapsum, Pacianum parenchii ad penitentiam, epistolas Cleri Romani & Cypriani, S. Augustinum homilia quinquagesima, de peccatorum meritis & remissione, prater innumeris alia loca, Casarium Arelatensem in suis homiliis, Gregorium Nissenum, Neocesareensem, & Magnum Basilium in epistolis canonica, Hieronymum epistolis integris, & alios. Et texta scriptura quos cumulant, peccata tua eleemosina redime. Et rursus. Date eleemosinam & omnia munda sunt vobis. Et multa tulimus contra Quenellum. Denique hoc idem fatentur & hostes. Sic ait Kennitius. *Nec verò neficii sunt veteres aliquando nimis largiter, & verbis nimis magnifici disciplinam illam canonicam, commendare, ut Terullianus dicit satisfactiōibus illis peccata expari;* Cyprianus dicit, peccata redimi, ablui, sanori, & Iudicem placari, & Augustinus Deum illis de peccatis prescritis propiciari ubi Patres & traditionem nobis largitor, & antiquissimos contra Calvinum; qui & sibi discors, libro tertio institutionum. Postrema est vindicta, quo

*Cent. 3.* enim severiores in nos sumus, sic Illyricus & *4.5.6.4.* Centuriatores, in euentiis numerant penitentes omnes Patres, sic Illyricus contra suum Lutherum refert. Nec oblati auctoritates a Lutero allatae. *Impietas impii nos nocebit ei in quacumque die conversus fuerit, nec adiutera Christus imposuit satisfactiōinem,* nec quadragesima, & septuagesima in scriptura quippe innumeris repugnare exempla, & immediatè antea deciditur, *justitia justi non liberabit eum in quacumque die peccaverit,* & tamen bona reportat temporalia, adultera à morte salvatur, *sic ergo te condemno ait Christus,* & ratio dicit, penam sceleri correspondere.

*Deut. 21.* Pro mensura delitti eris & plagarum modus, & rursus. Quantum se glorificabis, & in delictis suis, tantum date ei tormenta, & Iacobum, quod & Concilia & Patres decernunt. Nec oblat Melanthonem penam plures canfas afferre, quippe una affectur vel ab ipso punitione peccati. Uno verbo apud scripturam & Patres legant quid sit penitentia, epistolas Cleri Romani, Cyprianum de lapis, Pacianum, Ambrosium, & inventient punitionem & quidem longam, & Poetæ ipsi id sciunt, ex Aufonio de penitentia. Sum Dea qua facti non factique exigo penas, & nullies Ovidius de natura lumine. *Panites & falso torqueor ipse me.*

Ad indulgentias in specie descendimus, & indulgentias asserimus etiam absolutiones. Quodcumque ligaveris, quacumque alligaveritis, & capite consoluisti de pa-

tentis &c. nemo potest concedere indulgentias, nisi propriis subditis, cùm non possit solvere nisi proprii Index, & Martinus V., & Gregorius VII. utuntur verbo absolutio-nis, & quia ejus est solvere cuius ligare, nec defunctis Papa dat nisi per modum suffragii, cùm solvere non possit nisi super terram. Nec oblat dari invito, quippe non requirit contritionem, & confessionem, nec rursus obstat dari sine cognitione cause, quippe aliqua ab-solutio datur cùm conditione, & sic Papa potest se absolvire ut in confessione per alium. Hic Papa dat indulgentias ut vidimus, & Cyprianus ipse scribit Cornelio, dant Episcopi quæcumque solveritis, non Concilium Generale quod non est Papa, sed jurisdictionem recipit à Papa, nec ullum Concilium dedit nisi Basileensem, omnino illegiti-mum & damnatum, dat Archiepiscopus tota Provincia capite nostro de penitentiis & re-missionibus, cùm sit onus ex casibus permis-sis, Legatus in sua legatione, non abbas, aut *b. t. cap.* Parochus, & Episcopi dant quadriginta dies, & annum in consecratione Ecclesie eo-ctiam non ordinati, cum sint actus jurisdictionis. Hic satisfactio premititur indul-gentia, ut vidimus ē Synodo Nicena & aliis & sep̄ docet Cyprianus. Quorum peni-tentiam satisfactionis proximam conspicimus, & indulgentiam aliam bellum vocat non pacem. Nam genus clades, non est pax illa sed bellum, persecutio est, haec alia, & tentatio ut post culpam crimina tollantur & penitentia & vocat concedentes deceptores. *Serm. de* Ea enim concedere quae in perniciem veritas *lapsi.* tanti deciper est, ideoque invalida est hec indulgentia, cùm indulgentia juvet sed dum non desiderem; ideoque dissipatio est non dispensatio, si ob levem causam, magna indulgentia concedatur, nisi ob circumstan-tiam levis sit magna, ut in benedictione Papa concursus, vel in festivitate sancti plenaria indulgentia. Hic exempti lucrantur Praesulum indulgentias, cùm in favorabilibus bus se Praesuli subjiciant, ut in dispensatione, & commutatione votorum, ne quod favore introducitur, ut ait utraque lex, retorneatur in odium. Capite quod ob gratiam do-regulia juris in sexto, & lege quod favore Codice de legibus.

Hic remittuntur penas de injunctis, longè melius de injungendis, cùm prima ex iure Divino ligent, & sint determinate. Et quia potest majus poterit & minus. Hic indulgentia dantur pro re temporali in ordine tam ad spiritualem, ita data sunt crucis signis, & Innocentius Quartus pro fabrick Ecclesiæ, longè melius pro re tantum spiritualem. Hic indulgentia plena est, plenaria & plenissima, quam lucratur operans toto fervore ut bellè docet D. Thomas, si opus sit injunctum unus asilis, ipsum tradens lucratur Pauper non dives, non exigitur tamen exemptione ab omni veniali, si quidem gratia non repugnat cum veniali, & indulgentiam septem Ecclesiarum nemo lucraretur vel ra-tus.

rus. Hic requiruntur omnia opera injuncta cùm omnia prorsus exigantur, nisi forend dans eleemosynam per servum, de quo non sit suspicio, & ille sibi retinacat, adhuc Dominus indulgentiam lucrarur, cùm servum semper invenerit fidem. Hic indulgentia datur, & pro defunctis, cùm eos suffragia ut vidimus juvent, & Petrus Martyr in apologia dicat. Solet & nobis illud objici Ecclesiam semper pro defunctis orare, quod equidem non inficer. Et mox. Scimus veteres loqui de oratione pro mortuis, quam nos non prohibemus, & Joannus Hus apud hostes verus Martyr admisit; an verò profint

*Serm. de ex* *f. 50.* *f. 50.* *& valde agitata, & affirmantes validè arguunt; ubi preces benignitati intantur, ubi nullum est pactum aut Dei promissio, nec Judex tenet acceptare, ut unus se flatus gellet proilio, ubi vel anima apparente, ex Petro Cluniacensi de miraculis, fatetur se Dei misericordia liberari, sicut epistola quinta scribit & Petrus Damianus, ubi*

*Ep. ad Thomas* citat Augustinum de Christo descendente ad inferos. Quod omnes illi, qui in purgatorio erant, fuerint à purgatorio liberati, sed quod aliquibus eorum fuit hoc beneficium collatum illis nimis, qui tum sufficienter purgati erant, vel etiam qui cùm adhuc viverent meruerunt per fidem & devotionem ad mortem Christi, benè tamen notat Christianus Lupus, Papa ubi effundit magnam copiam thesauri, ihi credi posse certam Redemptionem.

Nunc aliqua sunt addenda de Jubiloz, de quo habetur figura vetus. *Sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem canticis habitatoribus terra, ipse enim est Jubileum extraordinarium cum plerisque durat per quindecim dies, ubi adegit potestas eligendi Confessorem, & commutandi vota, quam facultatem non habet Jubileum anni Sancti quamvis in favoribus amplissimum; ut declaravit Clemens X. concedat id tantum Penitentiariis, qui tamen eo anno multiplicantur, Parochis, & Regularibus à Vicegerente approbatis, & differunt erat longitudo temporis. Bulla Jubiloz latissimè interpretanda, cùm sit Principis beneficium. Datum etiam pro impeditis ex Bulla, debet esse confessi, cùm in Bulla vocatur, confessis & contritis, & copulativè duas res exiguntur, sic jejuniū etiam tempore Paschali, nec possunt commutari nisi sit impedimentum. Luratur verò quis Juhiloz posita ultima conditione, cùm dispositio conditionali fortiorum effectum, posita conditione ita lege jubente, & optimū sit ponere extremum vel confessionem vel faciem communionem, cum tunc probabilius sit & credit sit esse in gratia. Debet & visitare quatuor Ecclesias eadem die in Anno Sancto, & septem extra illum ex Bulla. *Qui quatuor Ecclesias femeſtatem in die visitaverit, unde si tres, vel ter visitaverit, tam quoad Jubileum derperdit, & fatis est nocte, cùm & nox sit pars diei.**

Et gaudet etiam peccans sp̄e venie cùm de tali sp̄e ipsum peccauerit, nisi in Bulla id expressè prohibetur, lege etenim non distinguente, nulla facienda est distinctio. Gaudet etiam mors intervenient Pontificibus, cùm non effet causa finalis, uisi ponitur tantum pro salute Papæ, nec obstat cessare istam de salute Papæ, quippe manent adhuc aliae causæ finales. Gaudet vel in una vel altera hebdomada, non tamen his luratur ut est certum. Gaudet si non impleverit cuncta una hebdomada, dispensante ex iusta causa Confessor. Vide alia apud Caluistas.

Remanet dicendum de Jubilezo Anni Sancti. Hic non incepit à Bonifacio Octavo, sed ab eo est instauratus, habet enim idem Papa in bulla *Antiquorum habet fida relatio, quod convenientibus ad Venerabilem Basiliacem Principis Apostolorum do arce, magna fuit concessio remissiones peccatorum;* & Cardinals S. Gregorii Papæ Neps, id libello edito demonstrat, ubi magnæ concessione rurant indulgentia, & modò maxime conciduntur, declarante Bonifacio ipso, quantum extendi possunt claves, ad remissionem peccatorum feliciter penarum; ut sumitur in libris Machabiorum. *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur;* ubi sub Bonifacio visitabantur Basilicæ, solam Petri, & Pauli, & Clemens Sextus addidit S. Joannem, Gregorius XI. S. Mariam Majorem. Hujus causa jam dicta est remissio peccatorum, ex Clemente Sexto additur ut Dei justitia, saepe peregrinatione placetur, & devota Basilarum visitatione, & Gregorio XIII., ut augeatur cultus Principum Apostolorum, ex Innocentio X., Clemente X., & Innocentio XI., ut unio ostendatur membrorum cum capite, non ergo est ut volunt aliqui Hostes, ambitio Bonifacii Octavi, aut lucrum, cùm in numeri sumptus faint, & gravissima debita remaneant. Nec inventa est causa à modernis Pontificibus, Nicolaus Primus epistola ad Michaelem Imperatorem ait. *Tanto millia Hominum protelione, & intercessione B. Apostolorum Principis Petri ex omnibus finibus terra properantem se se quotidie confert,* & Carolus Magnus ex Anastasio, omnes gradus singillatim ejusdem SS. Ecclesie B. Petri osculatus est, & Chrysostomus in Epistolam ad Romanos. *Romanum que urbi est regalissima reliquias omnibus ad Epis. ad sepulchra Piscatoris, & Pelham currunt Reges, & Praefides, & Milites, & Theodoreetus de Roma cam commendat ob Petri, & Pauli sepulchra, qua fidelium animas illuminant, ita Oriens, & Occidens cum Leo-*

*H. 32.* *que Magno.*

*Epis. ad Leo.*

Præcedunt Jubileum promulgatio die Ascensionis, post sit quarta Dominica Adventus, & affigitur Bulla in quatuor Basiliis. In Vigilia Nativitatis clauduntur mane portæ quatuor Basilarum, & accedente Hora vesperarum fit solemnissima Procesio, Papa vestitus pluviali albo, comitatus Car-

## 434 De Potestate Papæ circa Indulgentias, & Ceremonias.

dinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, & Pœnitentiariis in habitu Sacerdotali, Legatis, & Principibus à Cappella paramentorum vadit ad Cappellam Xisti, ibique post brevem orationem intonat *Veni creator Spiritus*, quem prosequuntur Musici Cappelle. Deinde cùm processione pergit ad Basilikam Vaticanam, sedet in throno sub porticu, & sumpto à majori Pœnitentiario malloeo argenteo, percutit Portam Sanctam, ter dicens aperite mihi portas iustitiae, idem faciunt, Pœnitentiarius Major & minores duo & mox reversus Pontifex intonat actiones nostras, & cantantibus Musicis Psalmum Jubilate, interim Papa demolitur murum, quod artifices prosequuntur, & Papa genuflexus tenet in dextra Crucem hastatam, in sinistra faciem accensam, intonat *Te Deum laudamus*, & vadit ad celebrandas vespertas, hoc idem faciunt Legati in ea re declarati à Latere.

Post hæc Roma evadit Jerusalēm cœlestis, & Civitas Sancti, cives erogant eleemosynas ex Ambrosio quantum possunt, & plusquam possunt, & ut describit Chroonicum Magnum Belgicum. *Innumerabilis Populus utrinque sexus perrexit turmas in Romanam*, & nos vidimus & testamur cum aliis, hospitalitas ipsa pauperum magnifica est, & viae ipsæ sunt œdes orationis. Accurrunt Reges cum pio Ladislao Poloniæ, accurrunt Sancti cum S. Carolo, & Birgitta, & Principes inserviunt pauperibus, Cardinales sunt in Hospitalibus frequentes, & Majestas ipsa Papæ humanitate crescit. Non pauci conversi sunt infideles, & hereticivel epistolis integris, cum Christophoro Ranziōvo ad Georgium Calixtum, mirati sunt eam pietatem quam deridebant, & annum dixerunt placabilem Domino.

Finitur tandem eadem die, post celebratas Nativitatis vespertas, visa Lancea & Sudario intonat Papa. Cùm jucunditate exhibitis, & cùm gaudio deducemini, & colles exilient, expectantes uvas cum gaudio Alleluia, & Musici canentibus. Nisi Dominus adiuvaverit domum, processionaliter pergit ad portam, benedicit aquam & lapides, ter ponit calcem, & ponit variis icunculas auri & argenti supra petram quadratam, & alias ponunt Summus, & minores Pœnitentiarii, & cùm intus & foris adiuvatur, Musici canunt cœlestis Urbs Jerusalēm, Papa post orationes clausa porta sursum ascendit, dat benedictionem in forma Jubilai, quod idem faciunt, & Legati Apostolici.

Olim celebrabatur quolibet centesimo, Clemens Sextus extravagant Unigenitus in quinquagesimo anno ad instar Mosaici, Urbanus Sextus trigesimo tertio, ob annos totidem creditos Christi, Paulus Secundus in bulla ineffabilis, ob brevitatem vite reduxit ad quinque lustra. In eo cives per triginta vices visitant quatuor Ecclesiæ, peregrini per quindecim ob laborem itineris, &

An. 1695

expensas, quibus non existentibus tenentur tringinta vicibus; cùm Papa abbreviat ad unam, supplet qui nullam fecit, & qui plures unam superaddere tenetur. In eo ex Bulla Innocentii Duodecimi dicitur. Et pro Sanctæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, & Christiani populi salute, & tranquillitate pias ad Deum preces effuderint. In eo certò suspenduntur indulgentiae plenariae, de partialibus negant quamplures, at cùm novæ bullæ sint editæ pro his indulgentiæ evidens est, & eas fuisse sublatas; non tamen suspenduntur indulgentiae pro defunctis, nec in articulo mortis, nec Inquisitorum, aut Missionariorum, nec personaliter comitantium S. Viaticum, nec visitantium Ecclesiæ ubi adeat expositio, & V. ex Paulo Quinto decima Maii, nec Assisi cum dicatur à Christo data, de Compostellana est valde dubium apud Auctores; non tamen de bulla cruciatæ, ut constat ex præxi. In eo necesse non est ingredi per Portam Sanctam, cùm in bullis id non impereatur, sicut nec pônit posse applicari pro defunctis, bene sumi pluribus vicibus ex Urbano VIII., quod facilè possunt eunes processionaliter, cùm in Confratribus sufficiunt tres vices, & quatuor Alumnis, & Conviتورibus. Debent visitare per se ex Bulla, devotè visitaverint, potest sumi ex DD. pluribus vicibus, repetitis devotionibus ad id requisitis, sic suspenduntur facultates illæ tantum, quæ concessæ sunt in ordine ad indulgentias, non vero alij ut facultas Religiōforum, ut absolvant casus Papæ reservatus, vel Episcoporum eligendi sibi Confessarium, approbatum tamen ab Ordinario Confessoris. Debent Confessarii imponere penas medicinales, quia Medici sunt, & in bullis additur, injuncta eis pœnitentia salutari, bene monet sed claves habet, de communione quamvis bullæ non meminerint, rectè Filiucci credit præsupponi. Denique de otiones ultra impositas, liberae sunt, & variis varia suggestur unum quod placet est Divi Caroli exemplum, continuis elemosynis, & orationibus occupati, & S. Didaci infirmis, & proximis inservientis.

### C A P U T II.

#### *De Potestate Papæ quoad ceremonias.*

**I**N felicissima est in ceremonias pugna, vel etenim vincitur quis & fit hereticus, si est pertinax, vel vincit & telum est sine iudeo si virtus non surgit.

Pugnat adversus Hostes Scriptura, & paucis verbis multa concludit. *Cetera cùm veneeris disponam*, ubi certè fidem servavit Paulus, ubi traditiones has non neglexit Ecclesiæ, ubi nullibi scriptas servavit, easque in specie designant Patres, ita Augustinus inter alias unam notat ut Eucharistiam su-

Ep. 113.

merent tantam jejunii, & Apostolum eam legem promisisse, cum ait, *Cetera cùm vero disponam, & de traditionibus multa expendimus, Pugnat iterum invictus Paulus. Omnis bonefide, & secundum ordinem fiant, quod argumentum evidens est vel Calvinus, & ex eo evincit geniculationem, esse bonam, & divinam, cùm in genere indicator à Paulo, & hoc idem evidenter est nostrum. Pugnat Scriptura cùm Papa, & Ecclesia, leges novas edere queant, ut evicimus vel ex Holium testimonio. Denique quamplures Hostes impugnant, ceremonias & Apostolicas, & Divinas, à Scriptura prescriptas ut eternemus. Hie ergo, & Scriptura est, & Interpretes, hic Ecclesia Apostolicae servantes, & mox non textus sed opera referimus.*

Incipiamus ab antiquissimo Irenaeo, utriusque Ecclesia Doctore, Potini nonagenarii auditore. *Is epistola integra in historia Eu-*  
*Epistola ad febri scribit. Non solum de die Pascha agi-*  
*tur controversia, sed de ipsa specie jejuniorum.* Quidam enim putant una tantum die, obseruari debere jejunium, alii duobus, alii vero pluribus, nonnulli etiam quadraginta. Et prosequitur, & tandem concludit. *Et tamen nibilominus omnes isti etiam cùm in obseruacione varians inter semetipso, & pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt, nec dissonantia jejunii fidei confusione rupit, ubi ab initio varietas ceremoniarum, non induxit varietatem fidei, nec ceremonia illa erat in Scriptura, quod & vidimus, & fatentur Hollies, inter Polycarpum, & Anicetam Pamam, nullum fuisse fidei disidium, quod per integrum duo capitula habet Nicophoruz; enumerana diversitatem in Paschate, & in multis aliis consuetudinibus, de quibus altum est in Scriptura silentium, ubi est antiquius Irenaeus, & antiquior Polycarpua, imo, & Clemens Primus scriptus in libro vita Apo-*

*tolorum eorum usque illuc laudatus. Cùm*  
*igitur haec nobis sint manifesta, etiam in pro-*  
*funda divina cognitionis introspicientes, de-*  
*bemus rite, & ordine facere, qua Dominus peragere nos jussit, præstissimam etiam temporibus oblationem, & officia sacra perficiere, ne quo tempore, vel inordinatè voluntas ista fieri sed statutis temporibus, & horis, ubi etiam, & à quibus peragi vult ipse excepcionis sua voluntate definivit, ut religiosè omnia secundum eum beneplacitum adimpleret, grata, & accepta ipsius voluntati effent. Qui igitur præfissis temporibus oblationes suas faciunt, occipi, & beati sunt, Domini enim mandata sequentes non aberrant. Summo quippe Sacerdoti suu munere tributa sum, Sacerdotibus loci proprii assignatur est, & Levitis sua mysteria incumbens, Laici praecipit, Laici constringitur. Unusquisque vestrum Fratret in suo ordine, & statione maneat Deo in bona conscientia gratias agat, & cum decoro intra prescriptum ministerii sui cananem se constitueat? Non in omni loco Fratres offeruntur sacrificia perpetua, & diuina, ubi vides ce-*

remorias Deo grata, de quibus nihil est in Scriptura, de tempore, hora, & loco sacrificii. Extant & Ecclesia Smyrnensis ceremonias, ubi colentes Polycarpum, & Martyrea. *Tanquam Domini discipulos & imitaatores, sic post martyrium descriptum concludunt. Vident autem Centurio à Iudeis oram contentionem, corpus in medio ignis possum exsus. Atque ita nos postea ossa illarum geminis preciosissimis exquisitora, & super aram probatoria tolentes, ubi decubat depositum. Quae etiam loci nobis ut fieri poteris congregatis, in exultatione, ac gaudio prebebis Dominis nazalem Martyris ejus diem celebrare, tunc in memoriam eorum, qui certummodo pertuleras, tam in venerorum Hominum exercitationem, & alacritatem. Hæc in Scriptura non sunt nec contra Scripturam Ecclesia purissima adhiberet.*

Antiquissimi adhuc sunt Patria ut Justi-  
nus. *A precibus finiti mutuis nos invicem osculis salutamus. Deinde ei, qui Fratribus præstet offertur panis, & poculum aqua & vi-*  
*ni, quibus ille accepta laudem & gloriam re-*  
*sum universarum Patri, per nomen Filli, & Spiritus Sancti afferit, & Eucaristiæ sive gratiarum actionem, pro eo quod non donis bi-*  
*scit suis dignatus sit proliziæ excusat. Atque ubi ille precas, & gratiarum actiones absolvot, populus qui adegit omnis suæ approbatione acclamat, dicens Amen; Amen autem vox Hebrei fuit significat, & fuit prosequitur distributionem, ubi nihil est in Scriptura harum rerum, ubi Græci lingua elamant Hæbraæ, quod apud Hostem nostros est piaeculum, & vituperant Heretici quod nequeont Pagani, quos fidenter alloquebatur Justinus. Est & Tertullianus vetustissimus. Deinde egredi de lacrore perungimus, benedictio un-*

L. de ha-  
ptijme-

*tione de pristina disciplina, qua unig olio de cornu in Sacerdotibus solebant, ex quo Aaron à Moysi, unilim est, unde Christus dicitur à Christiatus quod est antio. Et mox. Sic in nobis carnaliter currit antio, sed spiritualiter profici, quomodo & Spiritus ipsius baptizans carnalit astur quod in aqua mergimur. Spiritalis effectus, quod delicit liberamur. De hinc manus imponitur, per benedictionem ad vocans & invitans Spiritum Sanctum, & probat ex Joseph, Ephrem, & Manasse. Et mox, Tunc ille Santissimus Spiritus supereminenter &c, & ibi nominat sponsores, & mox. Diem baptismi solemnorem Pascha præstat. Et insta. Exinde Penitentia ordinandis lava-*  
*rit baptismum spatum est, ubi vide traditionem vigentem, sic de corona militis, ubi expressæ Scripturam excludit. Denique ut à baptismo ingredior, aquam aditari, sed aliquando prius in Ecclesia sub Antiphone, confessari non renuntiare Diabolo, & pompa, & Angelis ejus. De hinc ter mergimur, amplius aliquis respondent, quād Dominus in Evangelio determinat, & alia evidenter præbets, quas evineat ceremonias non scriptas, denique in libro de penitentia est totus, in ceremonialis penitentium describen-*

## 436 De Potestate Papæ circa Indulgentias, & Cérémonias.

dis, de quibus ne verbum quidem in Scriptura, ad geniculari genibus Sacerdotum &c.

*Etsi ad  
Cecil.* Est & Cyprianus Discipulus tanti Magistrorum. Quando autem in calice vino aqua misceatur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem creditis copulatur, & conjugatur. Quia copulatio, & coniunctio aquæ secundum miserationem in calice Domini, ut commixtio illa non possit ab invicem separari. Unde Ecclesiastis id est plebec in Ecclesiastis constitutam, fideliiter, & firmiter in eo quod creditur perferaverantem nulla res separare poterit à Christo, quominus bareat semper & maneat individua dilectio, sic autem in sacrificando calice Domini, offerri aqua sola non potest, aut vivum fons, nisi utrumque sibi misceretur, ubi antiquissimum ritum & præceptum describit, de quo altum silentium in Evangelii. Est & Polycrates in Epistola ad Victoriem de celebritate Pasche indifferenti. Sunt & plures Cypriani, plures Dionysii de baptismo hereticorum adjaphoro Justinus de non extendendo genus tempore Paschali, quod & renovavit Concilium Nicenum, Theodoretus in historiis SS. Patrum, Isaac de mundi contemptu, & Patria de baptismo.

*Cap. 85.  
et. 120.*

Sequuntur quarti seculi Patres, qui discipuli extitere praecedentium, & multi in tertio vixerunt. Sequitur Athanasius fudus agena de ealice; & concludens, & hoc quidem à nobis ea dicuntur, non quod vel schismaticum pœnulum Macarius fregerit, sed quod ibi omnino nullum fuerit. Qui enim fieri posuit, cum nec ipse locus deminutus esset, neque quipiam Ecclesiasticus, atque adeo me tempus quidem mysteriorum ageretur, ubi video ceremonias scripture ignotas. Sequitur Concilium Nicenum. Quoniam sunt in Dominica Die quidam ad orationes genuflexientes, & in diebus Pentecostes, propterea utique statutum est à Sancta Synodo, quoniam confusa & conveniens per omnes Ecclesiastis custodiendas confundendo est, ut flantes ad orationem Domino reddamus, ubi nihil est in scriptura, sicut & de Pascha, & baptismo hereticorum, in tradenda penitentia, & communione, sic Arelatenie de Pascha ante Nicenum. Ut una die, & tempore, per omnem orbem observetur, sic de Afris qui propria legge stutur, sic ejus seculi Concilia frequenter. Sequitur Basilius post plura numerata. Deficiens me dies si Ecclesiastis mysteria, citra scriptum tradita pergam recensere, ubi hostes nullam inveniunt, & Basilius Magnus innugera, quae nec integra die possint recenseri, & quidem absque scriptura, ubi urget. Quod si glorificandi modum veluti scripto non traditum reiciunt, proferant nobis, & fidei professionis, & ceterorum quæ commemoravimus probationem è scriptaribz. Sequitur Nyssenus oratione de baptismo, ubi altare conservatum meminit & benedictum, & conclydit ab Heretico ad Catholicos. Valens Imperator ingressus in Ecclesiam, ibi ordinem Psalmodie, ceremonias ritù celebratas, aras omni decoras, & reverentia cultas, populum denique

divinae cultui sufficiens admiratus est; ubi miratus est Hereticus antiqua, quod moderni exercantur, & contemnunt; & Catholicos, & Sancti exercebant. Sequitur Nazianzenus in sancta lumina. Ne peccatum tuum confiteri groveris, sciens quo patet Joannes baptizaveris. Et mos Ne exorcismo me dicimus asperneris, & rectè concludit de ceremonia. Ceterum illud ex me intelligat velim, statim bac, qua confessum à baptismo, once magnam sacrarium stabis, futura vita gloriae prefignat. Psalmorum castitatio, cum qua accipies illius hymnodie preludium est, lampades, quas accendes illius lumen gestationis figuram gerunt, cum qua splendide & Virgines anima splendidis fidei lampadibus, Christi Spouse obviam prodibimus, ubi & ceremonia sunt, earumque expositio. Sequitur Ambrosius in libro de penitentia sapientia, & de publica agit, & privata, & earum modia & libro de intiandia aperit mysteria. Nunc de mysteriis dicere tempus admonet, & exponit illud Ephpheta, quod est adspicer. Et episcopi secundo ineohato. Post hec reservata tibi sunt sancta sanctorum, ingressus et regenerationis sacrarium, repetit quid interrogatis sit, recognoscere quid responderis. Renuntiasti Diabolo & operibus ejus, mundo, & luxuria ejus, ac voluptatibus. Et capite tertio. Quid vidisti? Agnos utique sed non solas, Levitas illic ministrantes summum Sacerdotem interrogant, & consecrantes, & capite sexto unctionem in capite, & pedum lotionem exponit, in septimo mysterium candidarum vestium, in octavo, & nono communionem, & de Sacramentis frequenter, & inchoat ab exorcismo, abrenuntiatione &c., ubi video omnia fusè digelta. Sequitur Epiphanius frequenter, collocaans ceremonias in dogmate, & contempentes ponentes inter hereticos ut Quartadecimanos, Aerianos & alios. Tandem sufficeret Cyril in Hierosolima, præter catechesim integrum de Confirmatione, catechesi secunda Mystagogia. Postea exsti uncti estis olco, exorcismis sanctificati, & summus capitellus ad insimul usque pedes perunelli estis, & participes effecti fructifere illius olea Iesu Christi. Illud vero exorcistarum oculum symbolum est pinguedinis Christi, nobiscum communicata, & quod omne religiosum diabolicum operationis in nobis deletum est, Nam at insufflationes flororum, & novinæ Dei invocatio, tanquam vehementissima quedam flamma urit Demonum, ubi non est magia, sed Dei virtus. Et rursus. Et nobis postquam ex aquis sacri lava-  
*Catre. 3*  
cri ascendimus datum est Chrysma quod imaginam gerit illius, quo amplus est Christus, & unctio fit in fronte, auribus, & petiore, & probat argumento à contraria despumpto, sicut aqua pura per invocationem Demouli fit impura, sic impuram omnino pura, per invocationem nominis Dei, adeo est magia, quod magie est oppositum. Rursum catechesi quinta Missam ponit. Deinde vero postquam confitum est illud spirituale sacrificium, & ille cul-

*qui incrementa, super ipsa propitiationis hostia obsecramus Deum pro communis Ecclesiis, pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro Militis, pro sociis, pro egrotis, & afflitis, & in summa pro his omnibus, qui egenis auxilio, cum hoc sacrificium offertis, postea secundum mentionem eorum, qui ante nos dormierunt, maximum credentes, esse animarum juvamen, pro quibus offertis, obsecratio sancti illius, & tremendi quod in altari possum est sacrificii, ubi vides commemorationem etiam mortuorum, & juvamen esse etiam illis hunc ritum, & de verbo ad verbum Missam nostram describit. Clamat Sacerdos sursum corda, verē enim circa illam maximē tremenda boram sursum ad Deum eorda levare uice. Vos deinde respondetis. I habemus ad Dominum. Nullus autem sic confessus, ut ore quidem dicat. I habemus ad Dominum, mensa verē circa bujus vita curas sagerat, dicit deinde Sacerdos Gratias agamus Domino, & ita ad finem uique Missie; adeo Cyrilus antiquam Missam recitat, & Ecclesia moderna eamdem recitat fideliter. Uno verbo Liturgia solleuciunt Basili, & alii antiquiores, vel ab hostibus nostris admisisti. Chrysostomi ubi ceremonia sunt, penē sunt nimis.*

*Triumphant in quinto seculo Patres. Et Ep. 18. primo triumphat Hieronymus. De Sobobo quod querunt utrum jejunandum sit, & de Eucharistia si accipiendu quotidie, quod Romana Ecclesia & Hispania obseruare peribentur, scripti quidem & Hypollitus vir disserimus, & corpmis diversi scriptores ex variis auctoribus edidere, sed ego illud breviter admonendum puto traditiones Ecclesiasticas, prefertim que fidei non officiane ita obseruantur a Majoribus tradita sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subvera, ubi licet sunt consuetudinum varietates, quarum multas enumerat in Luciferianos. Triumphant epistolis integris Augustinus. In his rebus de quibus nihil certa fuit Scriptura Divina nos populi Dei, vel infinita Majorum pro lege tenenda sunt, de quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur intermixta iustitio. Et mox. Si ergo una fides universa, que ubique dilatas est Ecclesia tanquam ius in membris eiusdem ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est impeditur, omnis enim pueritudo filia regis intrinsecus, illa autem obseruationes qua vario celebantur in ejus ueste intelliguntur, unde ibi dicitur in similitudine aureis circumiecta vestitae. Sed ea quoque uestis ita diversa celebrationibus varietur, ut non adversus contentionibus dissipetur. Et postea. Si de bac resumentiam meam queritis, Ego in Evangelicis & Apostolicis libris, totoque instrumento, quod appellatur testamentum novum, animo id revolvente video praeceptum esse jejunium. Quibus autem diebus non spondeat jejunare, & quibus aporteat praecepero Domini vel Apo-*

*stolorum non inventio definitum. Et mox ait Ep. 118. si petuisse ab Ambrolio respondentem. Quando sum jejunio Sabbato, quando Roma sum jejunio Sabbato, & ad quancumque Ecclesiam venciri inquit ejus morem servare, si pati scandalum non vultis aut facere. Hoc respousum retulit ad morem, eisque satisfacie, nec dubitavisse esse obediendum, hoc etiam nos sequitur sumus; ubi Ambrolius docet Magister, & Augustinus discipulus sequitur, & Sanctissima Monica obedit. Et ante incepit. Illa auseum que non scripta, sed tradita custodimus, que quidem toto orbe obseruantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenarius Concilis, quorum est in Ecclesia faberimma autoritas, commendata atque statuta restineri, fecisi quod Domini passus, & resurrexit, & ascensio in celum, & adventus Spiritus Sancti, anniversaria solemnitatis celebrantur. & si quid aliud tale occurrit, quod servostur ab universo quacumque se diffundit Ecclesia. Et in medio gravissime decidit post Scripturam. Similiter etiam si quid horum tota per orbem frequentias Ecclesia, nam & binc quin ita faciendum sit dispartare insolentissime infante, si infante est disputare quid erit negare? Idem agit epistola sequenti, quam ob polixitatem librum appellat. Triumphant Chrysostomus homilia ad baptizandos. Es vellem hoc quidem pri-  
mum mea declarare sermone, car Majores nostri totius anni diebus prateritis hoc in semper Ecclesia filios consecrare voluerunt, & carpe nostrum Magisterium imbuti pedibus nudis, uno tantum vestimento concepero, ad voces exorcizantium accedant. Non enim remedium nec sine ratione & hunc babitum, & hoc semper illi confiserunt sed hoc utrumque babet mysticam, & secretam rationem, & ibi ostendit maximum discrimen, baptismi nostri à Judaico, & tringita dies memorat preparacionis. Triumphant Optatus contra Donatistas. Nam neminem fugit quod omnis homo qui uictus, quoniam de Parentibus Christianis, noscatur sine spiritu mundi esse non posse, quem necesse sit ause salutare lavacrum ab nomine exclusi & separari. Hoc exorcismus operatur per quem spiritus immundus depelliatur & in loco deserto fugatur. Sit dominus uacca in pectore credentis sit dominus munda, intras Deus & habitas Apostoli dicente. Vos estis semplum Dei, & in uobis Deus habbit, & cum Deo anniquique plenus sit de quo far Diabolus aliquid involare contendit vos rebaptizando exorcizatis hominem fidem, & dicitis Deo habitanti. Maledicte ex foras, ubi & Donatistæ exorcismo utebantur, sed Deum vice Demonis expellebant. Triumphant Pacianus sermone de baptismo; & omnia una linea complectitur. Haec autem compleri alias nequeant, nisi loquaci & Chrysostomis & Antifusis Sacramento, & Patres probant ex ceremonia dogmata etiam principia ut culpam originalem exorcismo &c. Venerantur aliqui ceremonias sed adiaphoras, at tria capita contrarium ostendunt, cau-*

*Psal. 44. tio-*

Liber IV.

## 438 De Potestate Papæ circa Indulgentias, & Ceremonias.

causa baptismi, & Paschatis & potestas Papæ in legibus serendis, ita docet Cyprianus ad Ceciliū, ita Concilia ponunt anathema, & hereticos declarant opponunt oppositum tenentes, Tertullianus de corona militis, tradidit præcedidit autrix, consuetudo firmatrix, & ibi multas enumerat necessarias, sic Cyprianus epistola allata expressè, sic Basilicus multa necessaria exponit, & Augustinus epistola allata, post multas ceremonias & fests addit, Et si quid aliud tale occurrit, quod servetur ab uero, quacumque se disfaudit Ecclesia, alia uero que per loca terrorum regionesque varianter &c. totum hoc genus eorum liberas habet observationes, quod non dicit de præcedentibus & plua tribuit universalibus quam particularibus, quod & vidimus in baptismo hereticorum & per caput integrum de traditionibus, sic Epiphanius multas collocat in dogmatibus, & earum Hostes declarat hereticos; sic & Papæ reprehendunt eorum ignorantiam, sic in Novato unionem reliquant, & Theodoretus in hereticis fabulis addit; Patres uincionem in iis geminasse, & tamen apud hostes est ceremonia baptissimi. Tandem vel Hostes confitentes audimus, in ufo diei Dominica, in baptismo non repetendo hereticorum & aliis, & ipsi confitentur etiam præcepta. Ita Confessio Argentinensis sit. Traditiones que cum Scriptura consonant, & ad bonos mores, utilitatemque hominum conscientie sunt, samet in scripturis ad verbum expressè non sunt, nibil omnium cum ex præcepto dilectionis, que omnia quam decentissime iustitie dimauit divina posuit quādum humana merito babentur; sic Confessio Augustana Lutheranorum. De ritibus Ecclesiasticis qui iure humana autoritate constituti doceat ritus illorū servandos esse, qui sine peccato servari posse, & ad tranquillitatem & bonum ordinem in Ecclesia conductus ut certa seria, certe cautiones pia, & alii similes ritus. Sic & Calvinisti cum Calvino præcipiunt, & deducunt ex Apostolo, omnia cum ordine sicut, quod si libera sunt confusio est non ordo.

In hac vastissima materia, que sexente volumina repletet, imitari necesse est Geographos, qui in parva tabula regna, innuant tantum ut Gallia, Hispania. Innuo tantum has novas non esse, si sub Tertulliano, Clemente fuerint antiquæ, nec esse theatrica gestus, qui ab Ecclesia Catholicæ intamplis inter tremenda mysteria sunt exhibita. Innuo non esse Judaicas, & Gentiles, quippe Christus uetus est, & Apostoli, Genitilium, & Hebrorum ceremonias, quod olim pro nobis solvit Tertullianus. *De praest. c. 11.* Diabolus, cuius sunt partes invertendi veritatem ipsa quoque Sacramentorum Divinorum idolorum mysteriis emulatur, singit & ipso quosdam utique credentes, & fideles suos, expositionem delictorum de lavaero reprimisit, & si adiuc memini Misbra signat, in frontibus Milites suos. Celebras, & passis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, ubi

Diabolus Deum imitatur, quod & repetit Angustinus, Juslinus, & alii, at falsum est ceremonias Christi, easdem esse ac Gentilium. Elevatis oculis ad Deum Patrem omnipotentem. Et rursus. *Hec cam diximus Ioh. 20.* infusavit & dixit eis, accipite Spiritum Sanctum. Et rursus. *Et accepto pauce gratias Mat. 26.* egit, & fregit, & dedit eis, dicent hoc est cor meum. Et iterum. Baptizant eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sic nec Judaicas sunt de Christo jam nato, quod & constat in aliis Ecclesiis, ideoque frustra tentatum in Christo, & Ecclesia. Innuo ceremonias non esse articulos fundamentales, ideoque tolerandas in Ecclesia. Innuo elevere cor ad Deum, & esse fidei professionem, ut Patria omnes confitentur, vel experientia, non distrahere ut fingunt Heretici. Sic Ambrosius de termino Amen hoc est verum quod os loquitur, mens interior facetus, sic Basilius vocat fidei confessio, sic Cyprianus de oratione Domini. Cogitemus nos sub conspectu Dei flavi, placendum est dicens oculis, & habitu corporis, & modo vocis, quod verba ipsa altè clamant, orate fratres, fletus corda, bobemus ad Domini, *Gratias agamus Domino Deo nostro*, quod olim sub Cypriano, & Augustino, jam toti populo erat manifestum. Innuo ceremonias frequentissimas existit, sic scribit Basilius de signo crucis, & in Gordium Martyrem, & de Spiritu S., & Tertullianus nomine Catholicorum. Frontem crucis, quod indicat penè omni momento fieri, ut de formica bellè canit Virgilius. *Ei parsam formica terens iter, quod certè frequens est & assiduum.* Innuo dogmata primaria vel ex ceremoniis probata, ut divinitas Spiritus Sancti, à Basilio ex Doxologia, ex suffragiis ab Epiphanio purgatorium, & invictè peccatum originale ab Augustino, ab exorcismo, & aliis ceremoniis, *Cap. et libro sexto contra Julianum.* Ecclesia Filios fideliū nec exorcizaret, nec exsufflaret si non eos de potestate tenebrarum, & à Princeps mortis erueret. Et paulo post. *Id tu commemorare sumi nisi tanquam ipse ab ore tuo exsufflauerit eis,* si buic exsufflatione, quia Princeps mundi à parvulis exsiccatur foras, contradicere valuerit, & de nuptiis, & concupiscentia. Accusat Ecclesiam tota orbe diffusam, in qua ubique omnes baptizandi infantes non ob aliud exsufflantur, nisi ut ab eius Princeps mundi exsiccatur foras, & alibi affirmat Pelagianos filere, ne scandalii mulierum contunderentur, & Calvinus agnoscit cum Augustino Patres, & ait Diabolum inter Evangelii exordia vidisse, receptas esse suas imposturas, ita de Ecclesia, & Patribus loquitur etiam Apostolicis, quibus debemus Scripturarum custodiendam, & insuffabilem, vel ex ipso earum expositionem; & Christus uetus est exsufflationibus, & tamen Hunius contra Exorcismum, edidit plures theses, & argumenta. Innuo propter contempta ceremonia, multos cum Heretici-

*De Sp. c. 27.*

*L. 2. ad ux. c. 3.*

*de con-*

*res. mil.*

*c. 3.*

*Cap. et*

*libro sexto*

*contra Julianum.*

*Ecclesia Fi-*

*lios fideliū*

*nec exorcizaret,*

*nec exsufflaret*

*si non eos de po-*

*testate tenebrarum,*

*& à Pri-*

*nceps mortis erueret.*

*Et paulo post.*

*Id tu*

*commemorare sumi nisi tanquam ipse ab ore*

*suo exsufflauerit eis,*

*si buic exsufflatione*

*qua Princeps mundi exsiccatur foras,*

*& alibi affir-*

*mat Pelagianos filere,*

*ne scandalii mul-*

*ierum contunderentur,*

*& Calvinus agnoscit*

*cum Augustino Patres,*

*& ait Diabolum*

*inter Evangelii exordia vidisse,*

*receptas esse*

*suis imposturas,*

*ita de Ecclesia,*

*& Patri-*

*bus loquitur etiam Apostolicis,*

*quibus debemus*

*Scripturarum custodiendam,*

*& insuffi-*

*abilem,*

*vel ex ipso earum expositionem;*

*& Christus uetus est exsufflationibus,*

*& tamen*

*Hunius contra Exorcismum,*

*edidit plures*

*theses,*

*& argumenta.*

*Innuo propter*

*temptata ceremonia,*

*multos cum Hereti-*

*cis*

cis numerari, ita Vigilantes quod cereos negaret accendi, sic Manichaei ex Augustino contra Faustum, sic sunt plures canones in Concilio Gangreni, sic in tertio Conclilio actione tertia, ut heretici damnantur quartadecimani, sic Aerianni, Petrobuliani, & alii, an ergo sunt Catholicci earum irrisores? Innuo maiestatem è ceremoniis nasci, quod & in Valente heretico vidimus, & Julianus contemnens Evangelia, adhuc veneratus est ceremonias, & voluit introducere in Paganismum, qua Deo vero destitutus, risus excitarunt non reverentiam. Innuo continere mille mysteria, quas paucum Patres exponunt, ut vidimus in Cypriano de aqua sacrifici, & de baptismō paucum Patres sicut de exorcismo. Innuo apud Judos, vel ex Dei iussu imperatas, & partem extitisse cultus Divini, & apud omnes gentes honoris suisse, & probat Plato Dialogo de Regno, & Religionem juris gentium, & naturalis esse, evincit præter jus canonicum, & civile; & poetae ipsi Theologi vocabantur, ut vetus Orpheus, quod hymnos, & ceremonias Deo dicarent. Innuo, reprobentes olim, qui ceremonias negligenter, ut vidimus in hereticis, & constat in Leone Magno, & Magno Basilio, & Innocentio Primo ad Decentium, Episcopos accusantibus, & arguentibus, quod ceremonias ignorarent. Denique in eo quod in nobis accusant se ipsos condemnant, cum ceremonias admittant sine Scriptura, & de Lutheranis constat in Missa, usque ad offertorium, nostras ceremonias admittere, & Calvinistæ Lutheranos socios agnoscunt, & in libello de formula Sacramentorum ministrandorum, has ceremonias praescribit. Ut inservi adversariis ad Ecclesiastie die Dominicæ, quando populus est frequenter, in Ecclesia, ut afferentes spondeant se inservient, cum adoleveris infelicituros, ut novem imponatur infanti baptizando, ut forma baptisimi lingua patria recitetur, ut oratio Dominicæ, & Symboli recitentur, & ne unum quidem istorum præcipitur à Domino, & in funere mortuorum aliqua addunt, de quibus Scriptura ne verbum quidem facit. Adeo ceremonias Apostolicas relinquent, & le se Apostoli anteponunt.

Ea vero que libris integris scribunt, & Hunnius, & Molinæs ita debilia sunt ut se ipsis cadant, & saepe oppriment hostes. Nec Christus nec Apostoli instituerunt id potuit Calvinus, non Ecclesia, & Concilia, & multæ sunt Apostolicæ, imò Christi est exorcismus quod potestatem. Dedit eis potestatem Spiritum immundorum ut elicerent eos, sic est Ecclesia quod ceremoniam, dicit generare falsam opinionem, cum verum sit eiici Daemonem cum peccato, fert illud omnem quod non est ex fide peccatum est, esse originem falsarii opinionis, cum primus textus ad rem non faciat, & exorcismus fuerit in Ecclesia vera. Alii exclamant contra sarraginem ceremoniarum, ut vidimus in Ecclesia veteri, & vera. Alii clamant nos aliquas reli-

quisse, ut lac, & mel in baptismō, at juris humani sunt & variabilis, & innumeras ut ipsi opponunt retinemus, & ipsi non Apostolicas retinent sed Calvinisticas; & nos eas laudamus ipsi vituperant, & Magiam clamans antiquam Religionem. Imò cum Remnitio irrident in Missa. Sacrificium Missæ de quo Pontifices dimitcant, alti irifor in eo consilis quod sacrificulus ceris ornamenti, & instrumentis super panem & vinum Eucharistia, corvis utiliter gesibas, moxibus & aliibus, ut sepunt geniculari, inclinari strigis manibus modò diligendere, modò reducere brachia, subinde se convertere, nunc esse clausum, nunc magno silentio quadam demurmarare, suspirare in altum, esse pronum, confidere non una in loco & similia. Et primò manifestissima calumnia est, in iis consistere sacrificium missæ, ut docent cum Tridentino Theologi omnes. Iterum sunt contrari & toti Ecclesiæ, & Conciliis, & Patribis, & Liturgiis & viris Apostolicis, & Apostolis & Christo, & Deo, & libimetipis ut evidenter ostendo in una genuflexione, qnam arguant. Hæc paucum à Sanctis adhibetur, & in Liturgiis, sic Solomos contra universam multitudinem sic Paulus. Positis genibus in litore orationis, & Christus ipse. Positis genibus orabat, & Lutherani, Reformati, & Bohemii in Synodo Generali Petracovensi ita statuerunt. Ceremonias libertati Christiana donant, ac permittimus ut stantes, vel genuflexientes pùi Sacramentum corporis, & sanguinis sumant; & Synodus Generalis Vologdavienensis. Ut administretur causa Domini flantibus vel genuflexientibus. Et tamen Synodus Dordacena comparat Idolatriæ genuflexionem. Sic de elevatione manuum. Cumque levaret Moyses manus vincibus Irael, sic David Sanctissimus. Elevatio manus mearum sacrificium Vespertinum, sic Paulus. Volo vos orare in omni loco, levanter paras manus, & sapè Solomon, & apud Gentiles est notum ex ratione. Sic intuitus in cœlum, aspiciens in cœlum benedixit, cum Christus egit miracula, & rufus. Sufficiens in cœlum, & id egiſe Christum in ultima creaſa scribit Ambrosius de Sacramentis, & scribit Tertullianus, Christianos orare cœlum intuentes, & de testimonio anima evincent id naturale, cum anima idiotica vertatne ad cœlum. Sic de vestibus sacris, quas Chrysostomus describit in liturgia, & Patres, & Concilia, Joannes Apostolus ex Eusebio Petalon sacerdotiale gestabat, & caput est integrum Levitici. Fecit vestes, Cap. 39 quibus indueretur Aaron quando ministrabat in Sacerdoti, sicut precepit Dominus Moys, & ratio dictat & usus omnium nationum. Sic Basilius meminit elevationis hostia, de Spiritu Sancto, ut traditionis Apostolicæ. Verba invocationis, cum ostenditur panis Eucharistia, & poculum benedictionis quis Sanctorum in scriptis nobis reliquit? & habetur elevatio Hostie in Levitico, sic est ut vidimus Apostolica mixtio aquæ. Sic est tunio pe-

Alii scribunt Philippicas in Monachatum, et jam vidimus Chrysostomum tribus libris, Cassianum, Ephrem texere panegyres. Vidimus etiam continentia vota à Deo promissa, ideoque honesta, & laudabilia, & id in maxima antiquitate sub Cypriano, & Tertulliano, at cum libris integris, cum Hospiniano nos aggrediantur, numerosis hostibus acris est resistendum.

**Ier. 35:** Incipiamus bellum à voto obedientiae. Et primò ad eum exemplum Rechabitarum. *Dixi ad eos. Bibite vinum, qui responderunt non bibemus vinum, quia Ionadab Filius Recab Pater noster præcepit nobis dicens. Non bibitis vinum vos, & Fili vestri usque in sempiternum, & domum non edificabis, & fementem non feretis, & vineas non plantabis,* nec dicat Petrus Martyr præceptum esse decalogi, quippe Deus opponit vocem suam, non auditam voci hominis auditæ, nec filii tenentur in tam arduis Patri obediens. Est in **Mat. 16:** nova lege cumulus consiliorum. *Qui vult post me venire abneget semetipsum, & rursus.*

**Lue. 10:** *Qui vos audis me audit, & ad hebraeos decimo tertio. Obedite præpositis vestris, constat autem posse esse votum, etiam ex hostibus, quod Deo placet. Id constat ex usu Ecclesie vera. Sic Basilii in constitutionibus*

**Cap. 21:** *Monasticis. Nanc rursus sermonem de obedientia exercemus, ostendentes quantam obedientiam ab exercitationibus erga præfatum exæcta doctrina ratio exigat, & ibi docet non obedientem à salute æterna excidere, & ita liberum non esse ostendit, sic Hieronymus epistola ad Eustochium, sic epistola ad Rusticum Monachum, Sulpitius de virtutibus S. Martini, Cassianus libro quarto de institutione Monachorum, Augustinus libro primo de moribus Ecclesie. Et alii passim, & exprefsi de voto. Gregorius homilia vigesima in Ezechielem. Cùm quis suum aliqum Deo vovet, & aliqum non vovet sacrificium est, cum verò omne quod babet, omne quod viri, omne quod sapit, omnipotenti Deo vovet holocaustum est, ubi de votis Monasticis loquitur, quis homo ne iudicium sibi vel retinet; sic*

**C. 23. & seg. c. 31:** *Cassianus libro quarto. Sicut immensa gloria fideliter servientibus Deo, ac secundum regulam institutionem ei adberentibus reprobmittitur in futurum, ita pene gravissime preparantur his, qui tepidè eam, negligenterque fuerint executi, & secundum hoc, quod professi sunt, vel quod ab hominibus esse creduntur, fructus enim congruo fankilitatis eidē exhibere neglexerint, melius est enim secundum scripturam sententiā non vovere quād vovere & non reddere, quid clarus in peritissimo Monachorum? sic Augustinus & antiquos docet, & Modernos.*

**In P. 75:** *Nemo positus in Monasteriis Frater dicat rece-*

*do de Monasterio, neque enim soli, qui sunt in Monasterio pervenienti sunt ad regnum celorum respondeunt ei sed illi non voverunt tu vovisti. Et rursus. Dum non perseveraverit In P. 99 implere quod vovit si desertor tam sancti propositi, & reu voti non reddit, ubi votum congeneratur: Et frustra Martyr refert ille Pauli. Nolite fieri servi hominum, aut Lutherus Abbatem liberum, quippe & Patri, & Duci subdit sumus, & Abbas non est liber à voto. Denique Spalatensis ipse inimicus, & fatetur & evincit ex Cæsario. Tu Monache antequam mibi promitteres in tua erat voluntate facere quod velles, vox tua alligavit te mibi. Numquid te compuli? Numquid ex necessitate fecisti? Nonne liber eras? In tua fuit potestate promittere: Promisisti & natus esse capisti. Et mox. Promittere tuum fuit, dimittere non est tuum. Et vocat. Certe fugisivum & prævaricatorem, en libertas hoium.*

Alterum est votum voluntaria paupertatis; quod Christus docet. Beati pauperes spiritu, & præmium est, quoniam ipsorum est regnum celorum, & opponit ipsos divitiis. Vobis vobis divitiis, & ita exponunt eum locum Ambrosius, Nyssenus, Hieronymus, S. Leo & alii Interpretis, ubi & sapientes reprehendit; *Facilius est Camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum celorum, ait difficile intrare in regnum celorum, comparat divitiias, spinis ideoque, paupertas Deo placens, juxta hostes poterit voveri.* Idem dat optimum Consilium. Si vis perfecti esse vade vende omnia, que habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in coeli. Et ibi. *Ecco nos reliquimus omnia & scuti sumus te, quid ergo erit nobis.* Et mox. **Mat. 19.** *Centuplum accipietis, ubi Augustinus totum ad professionem monasticam refert. Et Ber. ci. 3. nardus in ejus loci declamationem. (Hæc sunt verba, que contemptum mundi in universo mundo, voluntariam persuadere paupertatem.) Etiam discipuli secuti sunt Magistrum. Multitudinis autem credentium erat Att. 4. cor unum, & anima una, nec quisquam eorum que possidebat aliiquid suum esse dicebas, sed erant illi omnia communia; sic Augustinus de communia vita Clericorum, docet se cum suis in eo Apostolos imitatum, & repetit nemini licere habere aliiquid proprium, idque ex professione facta à Deo. Extat & aliud testimonium de Anania. *Fraudacio de pretio agri confacia uxore sua, ubi non dicitur fraudare nisi promittens quod & indicat gravissima pena, & Patres exponunt, Chrysostomus in acta, Hieronymus epistola ad Demetriadem, Augustinus de verbis Apostoli Arator libro primo in acta, & ibi Eusebius S. Gregorius ad Venantium libro primo, Fulgentius & alii.**

Idem repetit Augustinus de voto aliorum. Alius vovet relinquere ista, & ire in communem vitam in societate SS. magnum votum vovit, ubi est votum & magnum, & de civitate refundit in Deum. *Dixerant voventes il-*

*Is. ecce nos reliquias omnia, & secundum sumus te. Hoc autem potentissimè governans, sed nunc de hoc eis, nisi ab illo de quo hic continuo dictum est dat vobis votum; sic Cassianus votum expressè meminit. Unde Brentius confutatur quod inops nil habeat, & dives contra fidem faciat, quippe Apostolus pauperibus dicitur, vos qui reliquistis omnia, etiam affectum possidunt ex Gregorio, & divites agunt ex Apostolico tempore Ananias, Zaphira, & alii locupletes, & Christus diviti ait vade & vende; & omnibus dicit servandum votum quod urget Cassianus enarrata, perfecta renuntiatione ut præcipua virtutem.*

L.4.c.33

*Sicut immensa gloria fidelistis servientibus Deo, ac secundum regnæ institutionem ei adherentibus rem promitterunt in futurum, ita poena gravissima preparantur his, qui tependunt eam, negligenterque fuerint exequuti, & secundum hoc quod profecti sunt, vel quod ab hominibus esse creduntur, fractus etiam congnoscentia eidem exhibere neglexerint, melius est enim secundum scripturæ sententiam non vovere quemquam, quam vovere & non reddere, ubi & dicit, & convincit ex scriptura de verissimis votis loquente, sic paupier Hieronymus & Patres, agentes de Monachis qui mundo renuntiarentur; nil habentes præter corpora, & Spalatensis ipse confirmat. Qui se dedicat Monachorum votumque votum, & professionem monachalem iste vobis virtualiter, & consequenter omnia, que sunt substantia Monachatus, ex vero finis vera conversione, caritatis, & continencia, pauperes cum exclusione proprietatis, & alibi præceptum hoc evincit.*

*Quot vero censuris transgressores paupertatis, Patres feriant longum est dicere, ubi narrat Hieronymus ad Eustochium Monachum cum aliquibus solidis inventum, Maccarii, Isidorii, aliorumque votis, cum pecunia tumulatam exclamantibus cunctis. *Pecunio tuo tecno sit in perditione*, quod egit in simili casu Gregorius, ex Joanne Diacono in ejus vita, & Gregorio ipso in dialogis, ubi Concilium Aurelianense primum graviter punit, Monschos contra professionem aliquid retinentes, & arguit validissime Gregorius. Considera quanto periculo in divino iudicio dignus eris, qui non nummos sed semetipsum Deo Omnipotenti, cui te monachali habitu devoveneras substraxisti. Quid clarius?*

*Hic Basilius peccata in hoc maxima defecribit, probat hunc disciplina corruptorem, Deo dissidentem his Judam vocat. Alter Judas officium dum negliget legibus Spiritus Sancti, & post haec concludit. Quocirca omni modo fungiendum nobis est, ne privatum omnino quidquam possideamus, denique Spalatensis iuratus hostis i. Quid igitur ex vita Apostolica, qualem & Apostoli, & perfectam Pauli, & fidèles primitivæ Ecclesie Hierosolymæ magno seruore spiritu duxerunt privati homines privato studio exempla sumptuerunt, & quod Paulus quod fideles non legge illa non precepto, sed liberè sponte pro-*

pria voluntate observarunt, id sibi aliqui legem, & præceptum propria voluntate fecerunt, ) en lex & præceptum non liberum, en promissio & votum, ob qua à Patribus anathemate, multis criminibus, & perditione ipsa, implicati paupl describuntur. Describat Modernus contra Apostolos, sed scriptura & Hæretici Apostolicam habent.

Ventum est ad votum illud constitutis, quod & verbo & exemplo impugnarunt, Lutherus, & plures alii Imitatores. Et jam Sanctissimum, & in B. Virgine & innumeris Virginibus vidimus coronatum, & de B. Virgine constat iis verbis. *Quomodo fieri iustus Lxx.1.* quoniam virum non cognoscit? quod non potuit solvere Calvinus, nisi blasphemando Virginem ex Evangelio Beatam, nec Petrus Martyr nisi reddendo stultam, quasi Virgo facta uxori non pareret, quod & constat ex Angeli responso. *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Cap.4. Sic Augustinus & afferit, & convincit de Sancta Virgine locutus. *Quod profecto non Ser.2. in diceret, nisi post votum virginitatis, sic Nyf. Cœn. fenus de Nativitate Domini, interdixi nibi consuetudinem viri, & vocat Deo consecratum eam, imò primam extitisse in voto virginitatis, cum Bernardo Patres inumeri continentur.*

Alter est textus Christi Domini. *Sunt Mat.19. Eunuchi, qui se ipso castraverunt propter regnum calorum. Qui potest capere capias.* Evidens est istos esse voluntarios Eunuchos, qui se ipso castraverunt. Evidens est id relinquì libero arbitrio. Qui potest capere capiat. Evidens est opponi Eunuchis per vim aut naturam Eunuchis. Et frustra vult Petrus Martyr parabolam, cum parabola ne sit vana, intentum dicentes exponat, & Christus eas optimè exposuerit, & Patres omnes unsnimes explicarint. Frustra de baptismô ait Christum loqui, cum in baptismo nemo promittat continentiam, & Petrus Martyr & alii ultra fateantur, Christum ad castitatem hortari. Frustra fert parabolam villici, quippe dicitur villicus iniquitatis, hic Eunuchus ob regnum calorum; & Patres cum Augustino de S. Virginitate. *Quid veritas, quid incediis dei ponit, Christus dicit veritas dicit, Virtus, & Sapientia Dei dicit eos, qui pio proposito ab uxore ducenda se continuerint, cofrare se propter regnum calorum, & contra humana vanitas impia temeritate contendunt eos, qui hoc faciat presentem tantummodo necessitatem molestiarum conjugialium decitare, in regno calorum amplius quidquam caseris nibil habere, ubi Augustinus & dicit id & convincit, & Petrus Martyrem confutat antequam audiat, sic Epiphanius afferit expreßè.*

*Quinam bis fueritis, qui se castraverunt propter regnum calorum, quam generosi Apostoli, ac monasticam vitam degeneri, & deinceps Virgines, & post Apostolos innumeratos describit. Post ipsos verò quattuor millia in mundo solitariam vitam agentes, & à Monasteriis, & Virgineis convectibus bujne Her.5.6.*

*ceraminiis gloriam abfuderent, sic Fulgen-  
tius de fide ad Petrum. Quisquis se ipsum ca-  
straverit propter regnum calorum, & in corde  
fuo continentiam Deo voverit,) sic Hierony-  
mus ibi, & adversus Jovinianum, & Spal-  
tenia ipse adductus confitetur, continen-  
tiā statu monachali, substantialem; imò  
& viduas voventes admittit, si senes, contra  
Ambrosium de Virenitate docentem.*

**Post Magistrum adest praeco & discipulus.**

- 1.Tim.3** Adolescentiores viduas deca<sup>ta</sup>, cum enor<sup>m</sup> in  
unriate snerint in Christo nubere volunt, ha-  
bentes damnationem, quia primam fidem irri-  
tam fecerunt, ubi fides est Deo non conju-  
m<sup>to</sup> ut confusat, ubi fides non est in baptis-  
mo, sed ut clara Paulus nubere volunt, ubi

*Ad Rom. 3. & 13. 3. & 3.* luxuriari & nubere , conjugium indicant non defectionem à fide , ubi damnatio est non accusatio , ut vult Bucerus , ubi non de

scortatione arguuntur, cum ob id nubere  
volentes laudentur. Id etiam clare docent  
exppositores, tum Graci Chrysostomus,  
Theodoreetus, Theophylactus, Eumenius &  
alii tum Latini Ambrosius Primarius, Aug-  
ustinus & alii. Id exponunt Concilia, & Pa-  
tres, & Chartaginenses quartum cum ducentis

**Cat. 104. Patribus.** Si quae vidua quamvis libet in minoribus annis posset se devoverunt Domino, Et ueste laicali abjecta sub testimonio Episcopi, Et Ecclesie religiose babitu apparuerint, posse verò ad nuptias fecundares transferint, secundum Apostolum damnationem habebunt, quam fidem castitatis, quam Domino voverint

*Cap. 13. irritam facere ause sunt, ubi vides quemam sit damnatio, & fides violata, sic Chrysostomus. (Cum illi se devoverint nubere volunt*

**L.1.c.44** habentes damnationem , quia primam fidem irritam fecerunt) sic Innocentius primus epistola secunda . Gelasius epistola prima . Terc-

Hier. 43. nota secunda. Genitius epistola prima , Tertullianus de Monogamia, Basilii de virginitate, Hieronymus in Iovinianum, & Ezechiel exponens, Fulgentius epistola prima, Epiphanius, Augustinus de S. Virginitate, & de bono viduitatis capite octavo & nono , & in psalmum septuagesimum primum , & Spalatensis ipse numero undecimo , excludit viudas tantum juvenes non alias à voto.

Poli Apoltolum veniunt viri Apostolici. Ibi Ignatius ad Tarsenses jubet, honorari Virgines Deo sacras, & ad Antiochenes Virgines agnoscant eum se consecraverunt. Ibi Origenes in Numeros. Unde mibi videtur illius foelius esse indefensus offerre sacrificium, qui se indefensus, & perpetuo devoratis contumie. Ibi Clemens Alexandrinus de uxore. Qui autem professus est se nunquam deflarmus sine uxore perseveret. Ibi Cyprianus ad Pomponium. Christus Dominus, & Iudex noster, cum Virginem suam sibi dicatas, & sanctissima destinatas facere cum altero certuit, quoniam indignatur & iroscit & quas patet inceptio ejusmodi confusione comminatur. Et in ista. Quae hoc crimen admisit non mariti sed Christi adulterio est. Ibi Tertullianus de velandis Virginibus. O' sacrilegio manus, quia dicatus Dei habitum detrahere

*potuerat, & in fine libri. Non proficit Christo illi tradidisti carnem tuam illi spansasti matr-  
ritatem tuam, & ibi. Quis facies ipsum con-  
tinentem vocam. Ibi & de ea Epiphanius.  
Tradiderunt sancti Dei Apostoli peccatum esse  
post decretum virginitatem ad nupcias conver-  
ti. An Lutherus & Calvinus preualeant Aposto-  
lum? Annon loquitur Epiphanius nomine  
Ecclesia, ubi agit de heretibus ideoque de  
fide. Vides hic traditionem Apostolicam  
expressam, vides expositores scripturae Pa-  
tres, etiam apud hostes exceptione maiores,  
vides Ecclesiam purissimam id credere, ideo-  
que antiquam eos reformatissime Ecclesiam, vi-  
des traditionem quod ubique quod semper  
credimus. ut arguit Lyrinensis.*

Ianuarii sunt textus Patrum prater ad-  
ductos, ubi votum repugnat matrimonio,  
ubi Basilius in prohemio constitutionem Mo-  
nasticarum docet. Itaque quid mandat vincentis  
liber esse capitis, nuptias veluti pedicata quaf-  
dam fugit, his liberè relitice vitam suam Deo  
consecrat. & castitatem proficitur, ut neque  
facultas ipsius conversionis ad nuptias, ubi  
neq; facultas est post votum nuptiarum, &  
ad Virginem lapsam: Et quia impie in pro-  
fundum collapsus mala de cetero contemnit,  
etiam ipsa abnegat ad verum sponsum patitur,  
neque esse virgo, neque unquam promississe clausa.  
Revoca in memoriam honestam professio-  
nem, quam professa coram Deo, & Angelis,  
& Hominibus, ubi Basilius professionem  
Deo factam memorat, & Virgo in profun-  
dum malorum lapsa, non negabat se promis-  
sis teneri, sed non promisisse, ubi Optatua Lib. 6.  
Milevitanus scribit. Spirituale hoc genere  
unbendi est in nuptias Sponsi iam vocerant  
professione sua, ubi votum est; & Sponsa, ubi  
Chryostomus in prima ad Timotheum. Es Ho.15:  
vidua in viduitate professione Christi confen-  
tit, id est Christo nubis, ubi Ambrosius de  
virginitate. Initias Sacris Mysteriis, & con-  
secratus integrati puellaris nubere prohibet.  
Urinam posuisse revocare nuptias, ninius  
potuisse flammeum nuptiale pio integratis  
velamini matare, an indignum videtur, ut  
sacratae Virgines ab altaris non abducatur  
ad nuptias, & quibus licet sponsum eli-  
gere non licet Deum praferre, ex nuptia-  
rum prohibito & Christi sponsalia, ubi se-  
pe Augustinus votum commemorat; libro  
primo de adulteria consigilis. Quod cuius-  
quam antequam vocaret licet, cum id se  
nunquam salutarium voceris non licet, statu-  
men id voceri, quod vocandum sicut est  
in libro primo de adulteria consigilis.

perpetua virginitas, ubi Fulgentius de noe  
ad Petrum. *Eis qui sive conjugati sive à con-  
jugio liberi continentiam Deo voventur admo-  
dum est damnabile, si illi conjugato opus vo-  
luerint appetere, et vel appetere tantum est  
damnabile, sic Hilarius, Athanasius de Vir-  
ginitate, sic Petrus Martyr convicia  
onerat, sic Hieronymus quo nullum magis  
infestum Petrus Martyr confitetur, sic Epi-  
phanius, siccè citatus, Cæsarius, & alii multi  
quos vel Petrus Martyr confitetur, & dicit  
*In Pj. 64**

**Cap. 15.** Scripturam bene sequi non Patres, quasi melius ipse quam Patres eam expoferuit, quasi Patres in fundamentalibus, etiam apud ipsos non sint infallibilis. Innumeris sunt textus, ubi culpa exponitur in nubentibus Virginibus, & semper gravia, immo & gravissima. Audiatur Concilium quartum ad hostibus admisum, & unum olim ex quatuor Evangelii. Si ipsi Virgo se dedicaverit Deo, familiiter & Monachus nos licet eis nuptias iugis. Si vero inventi fuerint hoc facere excommunicantur, ubi nec licet, & ultra debent excommunicari, sicut & Diaconissa & injuria facit gratia Dei. Audiant antiqua Pontifices Sircium etiam legeas cives, & sacras, non permittentes Monachis, aut Monialibus conjugia, Innocentium vocant adulteras Christi, Leonem sceleria reos agnoscunt, quod enim quis votos Deo debet reddere; Gelasium vocant incesta fœdera, sacrilegique, Gregorium jubentem eas separari, & ad Monasterium iterum remitti. Audiant legem civilem, eas nuptias capite plecentem ex Sozomeno, & adhuc extantem Codice de Episcopis & Clericis, & à Gelasio, Basilio & alia laudatam. Audiant Couellis totius orbis, Aetieum ut jam vidimus, ubi de illa dieitur. Quae etiam secundum convechio cum Christianis communicent, & ante. Sine Christianorum communione maneat. Quot fulmina cadunt supra Lutherum & socios, mors & corporis, & spiritualis, in Europa Turonense secundum. Nec (quod absit) ullus eorum conjugem ducere. Et mox. Si uxorem duxerit excommunicetur, & de uxoria male societas consuetum etiam Iudicium auxilio separetur. In Asia est Ancyranum

**Cap. 16.** decidens. Quosque Virginem pollicitam prævaricatis sunt professione contempta, inter digamoris, id est qui ad secundas nuptias transfruerint haberet dehebunt.) Denique audiant Patres Basilium, stupri scelus honesto conjugis nominis obsecrare cupint, & ante. Horrendo scelere ergo Christi sponsa adulteri efficiunt, ubi est horrendum sacrilegium, audiant Chrysostomum ad Theodorum lapsum. Quamvis frequenter hoc ipsum nuptias vocet, ego tamen adulterio filia pejus existimo, ubi non tantum adulteras ut Patreae vocant, sed peiores adulteria quod & alii confirmant. Post Patrea habemus Spalatensem etiam firmantem.

Et sene nemo potest sine causa diffundere cum Monacho vero, ut non sit ompli Monachus. Quia sine causa hic non potest esse defensor sui propositi, neque licet sine damnatione fidem priorem irritam facere, & negare potest homo ullus concedere ei, ut licet faciat, & citat Apostolum, deinde Cæsarium: Tremenda sunt verba, quibus Cæsarius Arelateus induxit Deum Monachum sic alloquenter. Vox tua ligavit te mibi. Et citat Chrysostomum, & Augustinum dicentes, pejora adulteris ea matrimonia, & rursus. Si fidem casitatis in sua ordinatione promissam faciunt irritam, reatu peccati fractionis voti & promissione incorrenses, & fusa prosequitur.

**Cap. 3.**  
2-3.

**Lib. de Virg.**

Innumeris sunt textus, quies tale matrimonium irritum definitor, quamvis validum velit Spalatenus, & primo citat Concilia & Patres, non dicentes ea matrimonia invalida, at sensu vocant quamvis non voce, ita Baccianus ab ipso adductus de lapside, vocat stupra, adulteria, incestus, sic Innocentius vocat adulteria, & Spalatenus fatetur de aliis Patribus, ita plura refert Couellia, Valentinius, Chaledonense, Monachos nubentes excommunicantia, usque dum satisficerint nempe separati sint, mox agnoscat Patres, contrarium Basilium, Hieronymum, Ambrosium, Chrysostomum, Gelasium, Gregorium, legea Justiniani, Cæsarium, & potuerat adducere alios Catholicos, immo & schismaticos Balfamonem, & Photium, ubi de peccatis Episcoporum scribit. Si quis Virginem sacram uxorem accipere sollem covans fuerit, capitali supplicio punitur. & Balfamon in Concilium Chaledonense, & Ancyranum. Unus, inquit, pugnat contra omnes Augustinus, at parum lucratus cum solo Augustino, ex morte hereticorum adducendo contra omnes, contra Concilia Generalia, & Ecclesiam, adverba quam vel dispartare ex Augustino insolentissime infanxi est. Augustinus ergo interfuit velut ingenium, quartu Chartaginensi Concilio, ubi viduæ, si se devoverunt Domino, si nubant, sunt excommunicantur damnationem habentca, & adulteræ, Iterum ipse Augustinus. Alius ex manu Dei maior aliquid vobis statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur, si daxisset uxorem, post votum quod Deo promisit. Si duxerit, dominabitur, cum hoc faciat quod ille, Psl. g. qui non promisceret, tamen ille non damnatur, iste damnatur. Quare nisi quia iste respexit retro. Ille enim iam ante erat, iste nondum pervenerat. Sic Virgo que si nubaret non peccaret, Santimonialis si nupserit Christi adulteria reputabatur. Respxit enim retro de loco quo accelerat, & ipse Spalatenus agnoscat ex Augustino adulteram, & rursus de Monachis. (Spontè abjerunt, spontè defuerunt, nobis quantum potuimus propter eorum salute resistentibus, Jen Monachos licet uxoratos, nempe contra ipsorum salutem, Monasterium Augustini relinquentea. Rursus non haec favet, cum nocet ex Augustino, sed ideo illi Heretici sunt, quoniam se ab Ecclesia separavisse nullam spem putant eos babere, qui stantur bis rebus, quibus ipsi carent, non enim heretici sunt quia ab uxoribus se abstinent, cum ut ait Augustinus plurimos habeat Ecclesia Catholica, quod idem servent Epiphanius, & alii adverba heres, & Epiphanius æquiparat Apostolia & deducit ex Salvatore nil possidente. Et Concilium Gangrense Monachos laudat. Non autem & Virginitatem cum humilitate admiramus, & continentiam cum castitate, & Religione, si Catholica admiratur heretici sunt, qui spernent.

Fallitur ergo Spalatenia, cum refert Augustinum, matrimonia non reprobantem

Monachorum, quippe loquitur Augustinus de promittentibus, non de votum habentibus, seu de voto simplici, & votum solemne factum coram Episcopo, nec pueri ait Coeffellius ignorant, & Innocentius, Ambrosius & alii memorant, & Virgines bene oruatas cum viris habitantes, meminit Cyprianus, & fuisse probat Psmelius, & Innocentius comparat spousalibus, & de iis etiam loquitur S. Epiphanius, & Spalatinus ipse cognoscit irritum matrimonium. Non igitur votum, ut votum sed præceptum Ecclesie, ne voentes contrahant facit irritum matrimonium. Ex his solvit illud hostium argumentum, melius est nubere quam sibi, ubi expressè Patres votum excipiunt, sic Ambrosius ad Virginem lapsim. Dicit aliquis melius est nubere, quam sibi. Hoc dictum ad nos polliciam persinat ad nondum velatum, sic Hieronymus in Jovinianum probat ex Paulo. Virgines enim quae post consecrationem supererint, non tam adulterio sunt, quam incesta, sic Augustinus sapè Chrysostomus & sapè Theodoretus, Theophylactus, Eumenius in eum locum, sic Epiphanius, Gregorius, & Clemens Alexandrinus eam explicationem tribuit Basilidis discipulis.

Post textus innumeris superuent & libri, & quidem plures in hac una materia, & jam multos attulimus de Virginitate, & voto continentia, & Virginitatis, & ipsius premia sumus prosecuti & nunc remanent libri plures de landibus continentia, & Virginitatis, Cypriani de habitu Virginum, Augustini de sancta Virginitate, Ambrosii plurea de Virginibus, Basilius de vers Virginitate, & alii, ubi Virgines sacras Angelis equant, & sponsas Christi condamnat, quod vel hostis Spalatinus agnoscit. Veteres Patres commendarunt, at Petrus Martyr Ambrosius, & Patres de Virginitate scribentes disteri lacerat & probris, at lacerat scripturam, & Ecclesiam, cum qua ea omnis scripserunt, & Christum ipsum doceantem.

*M. 22.* Erunt sicut Aegeli Dei, non subeni, neque subentur; & ultra forum sacram est & laetitia eum, & Constantinus ex Eusebio in ejus vita Virgineum chorum tantum non adorabat, illuc habitare Deum, cui se pueri devoverant arbitrabatur, ut Helena mater ex Ruffino, earum mensa aliquando inserviebat, & Monachorum pedes osculari Imperatores ipsos libro sexto censimus, & quidem more consueto, adeo nou est inconveniens in summo Pontificum.

Aliud volumen impletant Patres, non tantum tractatibus ipsis propositis, sed adducti ab ipsis ut hostes, ubi adducitur à Crocio Epiphanius, & millies armant in hostea Walemburgici, ubi docet votum inducere obligationem, Ecclesiam ab Apostolis accepisse post decretam Virginitatem ad nuptias esse conferre, scelere impletum videri, ubi pecuniam statuit matrimonium post votum, debere tunc Deo penitentiam agere, ut lapsum & fractum, & obligatione opus habentem,

tradit hoc ut dogma ad vitandum feleis, qua omnia sunt opposita Calvinistis, sicut quod Ecclesia non recipit, uxoratos Episcopos, & Presbyteros, nec sua fuisse contra Apostolos nuptias post votum, sic Tertullianus, sic Cyprianus, Basilius, & alii plures, quia tandem vel ipsi cognoscunt & Petrus Martyr dicit Basilius, & Epiphanius oblitus sui, Crocius Epiphanius plusculum, ipsi trihuere Virginitatem quod idem sicut ac humeris maximam pro dogmate Catholicismo vendidisse. Tertium volumen ostendat & possibilè & actualem continentiam, nec obtare textus scripturae. *Nemo potest esse cognitus nisi Deus sit.* Et in Evangelio *Veritas ipsa.* Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, & infra. Qui potest capere capiat, sic Paulus. *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, unus sicut aliis autem sic.* & Hic Patres omnes dicunt hoc possibile, Tertullianus de Monogamia etiam probat, elige quod bonum est, si non poset, est quia nos vix, sic Nazianzenus. *Cum audis quibus datum est, adde das tam esse illi, qui volunt, & affectionantur,* sic Augustinus sexto Confessionum de continentia. *Uix dare si gemina interno pulsarem aures tuas,* sic in eum locum Interpretes copiosi, sic ex professo Augustinus de adulterio in conjugio, Basilius de Virginitate, Chrysostomus ostendit Christum ex professo possibilitatem ostendisse, & si ex Petro Martyre hortatur sicut & Paulus, & Patres possibili est, sic preambulant Virginies ideoque sunt liberae, & argumentum milles retoqueretur in uxoritis, de quibus scribitur. *Nemo potest esse continent, nisi Deus sit,* & unusquisque habet proprium donum, enim ex mille causis reddere debitum nequeunt, ex mille morbis perpetuis, constat in mercatoribus, spadonibus, militibus, captiis, & si urgent occidere se ipsorum, urgant & in uxoritis & aliis, & gravissima est conjugium Virginitate, ut evicuit innumeris Hieronymus ex Apostolis. *Expedite non subeni;* *sic ergo ut & ipsi dicunt Deus juvet, sicut in fide.* *Non omnium est fides.* Quartum volumen impletant rationes in tractationibus de Virginitate adducta, ex ratione contratenus, & promissionis, ex eo quod fuit Deo dicatus, & Ambrosius resert de Herode. *Sic hoc de amore Fratris quanto magis de Virgine Deo sacra.* & innumeris aliis, sic & libros citavimus de Monachorum, & solitariorum magnis premiis. Alterum sit volumen vaflissimum, de sanctis Patribus ex Theodoreto, & Sozomeno, & de vita Patrum ab orbis toto, & à Deo ipso laudes merentium, quos contra orenes Hofmannianus, Evangelii viatatores vult evincere, argumentis nec Catholicos nec hereticos sustinibus, & quidem libro integro per duodecim capita. Sit liber alias de votis a Deo laudatis. *Votete & reddite.* Et rufus. *Ipsa est lex Novitatis cum voceris oblationem suam Domino,* & ibi *Vir sine mulier cum fecerunt votum se sanctificentur,* nec levia certe sunt quæ praescribuntur.

*Sap. R.*  
*Mat. 19.*  
*1 Cor. 7.*

*Sap. L.*

Ho. 8.  
In Mat.

2 Thes. 3.

P. 1. 7. 5.

sic sapientia & Propheta cum Jacobi, David, & aliis, & Sancti cum Anna a Deo exauditi.  
 Dabo eum Domino omnibus diebus vita ejus, si sic iu numeri Patres, & error, & injury est dicere coactio agere, & non solum Sancti, sed & populi erant libentes. Latitudo est populus eum sponte vota promitteret, & de votutibus plenus sunt vita Monachorum. Cudant alii librum de Monachia modernis, qui umbras vocantur antiquorum, cum & substantialia habeant vota, eadem regulas Basili, Augustini, Benedicti, codem habitu & ritu, & si velit eo libro tueri circa mores, etiam antiquos defendere debuit Chrysostomus adversus vituperatores vita monachica Hieronymus, Augustinus antiquum dictum & summe admirans, & resellens, quod uno Monacho peccante, omnes dicantur peccasse ea phras. Hi Monachi, bi Clerici sua reliquias ut aliena rapiant, quod non accidit in Iacis furibus & adulteris. Quanta vero erigerunt Mouachi infinitum est dicere contra Spalatensem vocantem eos inutiles, etiam si fatem contemplarentur. Maria optimam partem elegit, qua non auferetur ab ea, at est Monachia innumeri Pontifices etiam summi Apostoli, Scriptores, mille & mille Sancti ex sola Religione Benedicti latè promisi & semper digni mercede, & de nostra Religione Augustini, & Magni Basillii, & Antonii, qui soles astra illuminant, sequentia Sanctorum vestigia.

Ex. 10.

## PARS ULTA.

### De Potestate Papæ quoad Infideles, & Hæreticos.

Infideles sunt nondum Ecclesiam ingressi, iisque vel Pagani, vel Iudei, Hæretici filii sunt sed rebelles.

#### CAPUT I.

De Patefacto Papa quoad Paganos, & Iudeos.

 LLUD est Romani Pontificis officium, quod mellitus scribit Bernardus, ut aversi convertantur; & Pastoris est ova adducere. Alios ovem habea, quare cens. operis adducere, cum Petro dictum sit Pa-  
 cca. fuisse ova messa. Et rursus Papa Bernardus. Exi in agrum Domini, exi inquam in munum, ager enim est mundus.

Rugit Leo Magnus de Petro. Jam popula-  
 tot qui ex circumlocutione crediderant erudierat,  
 jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primum  
 Christiani nominis dignitas est erat, fundave-

rat, jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bityniam legibus Evangelica predicatione imploverat, nec ut dubius de proverbi operis, ans de spatio tua ignarus at-  
 sis trophaea Crucis Romanis arcubus inferrebat, quo se Divinitus praordinationibus ante-  
 ibat, & honor possestat, & gloria passionis. Et ex Inuocatio Primo Petrus. Italiam, Galliam, Hispaniam, Africam, Siciliam, per missos suos converterat, & Msrco Ale-  
 xandrinus missio, eam erexerat Ecclesiast. Adò tres Patriarchas orbem dividentes, eorumque Ecclesias unus fundaverat, & de Epiph. ad Cornelio bellè notat Hieronymus. Primus ab Apstolo baptizans salutem Gentium de-  
 dicavit, & ipsi ostensum est linteum, in quod Gentiles ipsi colligerentur. Quod & egere, & agunt Pontifices, fecuti Celestium, Gregorium, & alios.

Habet ergo Ecclesia potestem prædi-  
 candi. Euntes ergo docete omnes gentes. Et  
 rursus. Ubicumque predicanum fuerit hoc  
 Evangelium. Et rursus. Euntes in mundum  
 universum prædicare Evangelium omni crea-  
 tura. Et Paulus. Confundebat Iudeos, qui  
 habitabant Damasci, affirmant quoniam hic  
 est Christus. Et cum Apostolis Discipuli. Atq. 9.  
 Segregate mihi Saulum, & Barnabam. Et  
 meo. Et ipsi quidem missi à Spiritu Sancto Ad. 13.  
 abiens Seleuciam, & inde navigavimus  
 Cyprum. Et cum venissent Salaminam pre-  
 dicabant verbum Dei in Synagogis Iudeo-  
 num. Habebant autem, & Joannem in mi-  
 nisteria, ubi & Discipulis commissa est præ-  
 dicatio, & Episcopis per Apostolos ordinatis,  
 qui & plures Provincias converterent,  
 & Deus illuminat omnem Hominem ve-  
 nientem in hunc mundum, nec sati provi-  
 disset Gentilibus, & fide per omnes terras  
 non promulgata, vel invidis Daemonis ex-  
 tiulta, esse debuerant Prædicatores, qui vel  
 sererent verbum vel excitarent, dicente Apo-  
 stolo, & evincente. Quomodo audient sine  
 predicanente? Potest ergo Papa compellere in-  
 fideles ad audiendum prædicacionem Verbi  
 Dei. Ita Nicolaus Tertius decernit. Viror  
 peritos deputati ad concionandum Iudeos, si  
 audire voluerint nobis referbere non omittas,  
 ut circa peripheras tuusmodi de salutari es-  
 sum remedium, sicut expedire videbimus cog-  
 temus. Ita Gregorius Decimus Tertius  
 Sancta Mater, decernit ut Iudei in die Sab-  
 bathi, prædicacionem audiant verbi Dei. Conf. 93:  
 Quod si facere neglexerint interdicti cum  
 Fidelibus commercii, & aliis ponis arbitrio  
 Ordinarii &c. compellantur, & rursus. Hor-  
 tatur Reges, Principes, ac Imperatores, ut  
 ad hoc exequendum Patriarchis, Episco-  
 pis &c. auxilium impetrantur, & hoc idem  
 quolibet Sabbatho fit Romæ, & decretivit  
 Paulus Quartus tertia constitutione, &  
 & Coucilium primum Mediolani sub S. Ca-  
 rolo: Et ratio est cum audire Evange-  
 lium, non excedat vires naturæ. Nec ob-  
 stat Christianos audire non posse, hæreti-  
 cos aut paganos predicantes, idem enim

Rom. 10.

Cof. 1.

Conf. 93:

Cappad.

foret ac prohibetur falsum ideoque, & veritas.

Non tamen compelli possunt ad credendum, ut constat in Ssmaritis non recipientibus Christum. *Cum vidissent autem Discipuli ejus Jacobus, & Joannes dixerant. Domine quis dicimus, ut ignis descendat de Cœlo, & consummes illos. Et conversus increpauit illos dicens. Nescitis cuius Spiritus estis? Filius hominis non venit animas perdere sed salvare.* Et abiuntes in aliud castellum. Et rursus <sup>2 Cor. 6:10;</sup> Paulus ad Corinthios. *Arma militia nostra non carnalia sunt, ubi nulla vis adhibenda credere nolenti; ita respondet ad consulta Bulgarorum, allegans Nicolaus primus.*

*De his qui Christianitatis bonum suscipere regnari, & idolis immolari. & genio caravant nisi aliud scribere possamus vobis, nisi ut eos ad fidem regiam monitis, & exhortationibus, & ratione illorū potius quādā vi convincatis, & post plura. Porro illis violencia, ut credant nullatenus inferendā est, ubi nulla est violētia, & repetit. Idem de Baptismo scribit*

*Ca. 102. Gregorius. Qui extraneos à Christiana Religione cupiens regiam perducere blandimentis non operitatis debent studere. Et definitur capite sicut Judæi, & in Toletano quartto laudanti zelus, Religiosissimi Principia Sifebuti, & prohibetur id amplius fieri. De*

*Judæis præcepit Sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim infici. Cui enim vult Deus misericordia? & quem vult inducat. Non enim tales invisi salvandi sunt, sed volentes ut integra sit forma iustitia, sic ex Hieronymo Episcopus imperat volentibus, & ex Patribus quisque credit volens. Nec obstat promoveri bonum ipsorum, quippe malum est cogi, veluti si quis cogatur ad Evangelii consilia, bonum est coacti sed malum cogi.*

Vides Papæ Missionarios ut Apostolos definiatos nationibus Ministros, primum Sp̄itu Sancto plenos. Sint morea sine avaritia, contenti praesertim, ipse enim dixit non te deseram, ne se ipsos pascant non convertandos, & verum sit. Pauperes Evangelizantur, eant cum hamo ad piscandum aurum, cum rete magno ad piscandas animas, sint docentes servare omnia quecumque mandavi vobis non aliqua, sint periti lingui, & docti, ut post Apostolos egere viri Apostolici, ne vice convertendi pervertantur, non mittantur Laici ex Leone Magno, nec scimine iussi taceret in Ecclesia, nec juvenes nisi prudentia maturi, ut Joannes Apostolus, & Timotheus, de quo scribitur.

*Nemo adolescentium tuam spernas, non teneantur inobedientes Presuli, & Papæ, non utantur privilegiis, nisi in sua Provincia, non eminent rixas, & discordias, sed ingrediens dicat. Pax buic domui, & Christus ipse clamat.*

*In hoc cogitantes omnes, quod Discipuli mei estis si dilectionem habueritis adiuvarem; & hoc in privatissimis dissidilis membrorum, in publicis fidei, & morum*

poteſtatibus ſublimioribus ſubditā fit. Uno verbo concludit Apoſtolorum Princeps. *Reportantes finem fidei vestra, fatuam animarum.*

Poſſunt autem hi, & alii communicare in temporalibus, in spiritualibus non, molle jugum ducere cum infidelibus, excepta predicatione verbi. Hæc de spirituali poſteſtate mox de temporali. Poſt Ecclesiæ priuare antiquo dominio Infideles, respectu eorum ſubditorum qui hanc Christiani, si Domini ſubditī ſint Principi Christiano, ita ſtatuit seruos Iudeorum ad fidem convertoſ mox eſſe liberos, & ſi empti ſunt ad mercatum, ut intra tres menses venum exponantur, ut è Principib⁹ Christiania emi poſſint capite multorum de Iudeis &c. Id eonstat cum poſſit imponi hi tributum, ſic & hoc onus poterit imponi, & poſt Princeps iusta de cauſa, privare aliquem dominio, ſicut & in bonum commune ut leges, & Interpretes decernunt, & ita poterit fervorum dominium tollere. An vero poſſit hoc cum non ſubjectis affirmat D. Thomas, cùm ob inobedientiam digni ſunt qui peruentur. Poſt & alia ratio referri, cum Ecclesia juſtiſticationem habeat in convertoſ, & ita debeat corum ſuoi confulere. Et ita coſtinuit lex canonica, & civilis, capite primo de Iudeis, & Saracenis, & toto titulo Codicis. Ne Christianum mancipium Hæreticis, vel Iudeus, vel Paganus habeat. Et circa filios infidelium convertoſ refert Joannes Honorus ſtatuisse Paulum Tertium, eo ipso liberari à patria poſteſtate, legitimam, & bona ſibi competencyam, etiam invitus parentibus poſſe retinere, & ſi ex uſuſ ſint acquiſita, & neſcantur veri Domini poſſe tenere, cùm alioquin piis cauſis applicari deuiliſt. Adeò in omni cauſa Ecclesia, poſtive potest omnibus convertoſ.

Celeberrima liis est inter Doctores, & Theologos, & Canonistas, an liceat infideles bello expugnare, propter infidelitatem vel idololatriam, aut alia peccata contra Ius Divinum, & concordant si tales infideles ſubdiſti fuerint Magiſtrati Christiano, vel injuriam intulerint Christianis, aut aliis innocentibus ut occidendo, vel immolando filios ſuos Idolis, aut fervos, iuxta monitum illud Proverbiorum. Erat eis qui ducuntur Cap. 24. ad mortem, & Ecclesiastici decimoſeptimo. Unicuique mandavit Deus de Proximo ſuo; & de fidelibus angustiatis conſtat, eis Paſtor Ius habet ut oves ſuas, & fancibus luporum eripiat. Quod idem valet in tyranide spirituali, ut ſi Princeps interdicteret ritus Christianos, ſicut Pharaos circumciditionem Iſraeli; & Doctores negativare dicunt probabiliorem. Verum ut nota Engel, affirmativa ſententia videtur admodum probabiliſ, maximè ſi conſensus Pontificis accedat, cojuſ est defendere Divinum Ius, ei que ratione peccati iuriſdictio competat in omnes, ſi enim licet vindicare injuriam Homini illatam, quare non etiam Deo illatam per

per idolatriam, sicut ea de causa olim Iudeis permisum fuit multas gentes delere, ut in SS. Literis habetur, ita citat aliquos apud Molinam, qui sunt Major, & Alfonso de Castro, at longè plures citat Beccanus vel contrarius, Alphonsum præter, & Majorem, Hostiensem, Panormitanum, Alvarum Pelagium, Silvestrum, Genesium, Sepulvedam, ideoque gravissimos habet Auctores. Accedit, & Auctoritas Alexandri Sexti. Auctoritas omnipotens Dei, sub his in B. Petro concessa, ac Vicariatus Iesu Christi, quo fungimus in terris cum omnibus illarum Provinciis, Civitatibus &c. vobis, heredibusque & successoribus vestris (Castilla, & Legionis Regibus) in perpetuum se- nore praesentium donamus, concedimus, & signamus. Vosque, & heredes, ac successores prefatos illarum Dominos cum plena libertate, & omnimodo potestate, anterioritate, & jurisdictione, facimus confitemimus, & deputavimus. Decremus nibilominus, per bus- jusmodi donationem, concessionem, assignationem nostram, ubi est donatio, & data su- sterioritas, uno verbo si haec non sit vera sententia, quomodo piissimi Reges Hispaniam, Americanic licet euperant? & frustra suscep- respondet Laurea, nullam ibi auctoritatem intelligi, quippe donare, & sacre Domini- num, auctoritatem certe indicant, & potestatem. Frustra errasse in facto Papam assertit Beccanus, quippe Iesu in ea re ostendit, & in ea tam gravi errasse Papam est erroneum, & quomodo piissimi Reges eas retinent? Frustra Israel Dominus est ex successione, quippe Deus vult ne Israël bella gerat propter idolatriam non ob usurpationem, & suarum urbium recuperationem. Frustra dicunt nullam Papam jurisdictionem, quippe ut Vicarios potest Christi summè idola- tria offendit, quām ē terris venit repellere. Frustra dicunt Papam punire non posse, alla sceleris sic nec idolatriam, cūm alia sceleris contra jus naturale punire possit Paganus non idolatriam. Frustra dicunt Christianum, & Apostolos non egisse, cūm Christianos af- filios nec liberarent, nec haberent Reges proprios, & fideles.

Potest & bellum indicere Ecclesia, si prædicationem infideles impediunt, cūd ad eam jus habeat ut vidimus. Potest indicere hel- lum, si violet Legatos Papæ missos, cum tuus violentius jugementum naturale, at notat Cardinalis de Laurea, non expedire cum arma nostra non sint carnalia. Potest, & indirectè punire, à propriis arbitribus expellen- do, negando commercium & similia, cum hoc possint & alii multo plus isti. Potest Ecclesia & Princeps, indirectè politice iurisdi- cionem, exercere in non subjectos in- fideles, si per se vel per alios ulciscuntur injuri- as, secus directè id agere ut constat, cum ipsis tales infideles non sint subjecti. Potest nolle permettere ut infideles, acquirant do- minium in Christianos, quod ante non ha- buerant, sicut Paulus vetuit ne fideles, co-

ram infidelibus contenterentur iudicio. Sed Frater cum Fratre iudicio contendit, & hoc Cor. 6.1; apud infideles, quod & egere Sanctissimi Re- ges cum S. Ludovico, & numeroſi & S. Pa- pa in cruciatis; non tamen potest privare iusto dominio, cūm dominium non funde- tur in fide, & Prophetæ obediunt Cyro, & Apostoli Augusto, nec obstat Christi ar- gumentum, ergo liberi sunt Filii, cum lo- quatur de se ipso, Patres aterni Filio natu- rali; & Deus ipse regnum dederit Cyro, quod auferri nequit ab hominibus.

Ad Judæos tandem ventum, quos Papa tolerat fremente Petro Molinæo, appellantes Christum seductorem teneri, & Chris- tianos, & fideles expelli, at facilius seducunt hæretici, quam Judæi, & vix fidelia transfit ad Iudaismum, ubi hæretici regna in- tegra amplectuntur, & ex Augustino sunt nostri scribent. Quid est aliud bodie geni ista nisi quedam scribentia bajulans legem, & Pro- phetas ad testimoniaria assertio[n]is Ecclesia, ut nos baberemus per Sacramentum, quod illa nuntiat per literam, ubi in umbra cernimus veritatem, & testimonio ho[mo]nium eam firmamus, ubi assiduè convertuntur ad prædicacionem, & trecenti ad conversionem Elias Si- nagogæ Praefecti sub Pio V., fidem receperè & baptismon, & Clemens XI. aliquos bat- pizavit, & fideles, & Christiis hæreticos, Calvinus, Beza, Lutherus, mortis supplicio damnarunt, Hebraeos vero Princi- pes, & Republica etiam Calvinistæ, & Au- gustana Confessionis, in suis civitatis ad- mittunt, nec Ministri, ut Romæ predican[t], quo neliœ studio alienæ salutis.

Interim tamen scribit Engel quia nimia Indororum in locis Christianis abundantia non caret periculo apud rudem plebem, nec sas sit ut ritus sint in tanto vigore, ideo capite consulsit de Iudeis, & Saracenis, per- mittitur Judæis veteres restaurare Synago- gas, nouas edificare, nec altiores, & capite nonnullis eodem precipit, ut distin- ctum omnino habitum ferant; nec exēscit ultima diebus Passionalis.

Propter idem periculum vetitum est Chris- tianis, ne familiaritate Indorum utantur, vel habitent in eadem domo, vel eo Medico utantur, ne Indorum axima comedant, ne eorum festis, & ceremoniis interfiant, quod Romæ validè in nuptiis exitit funeris, ca- dente in nuptiarum rito laqueari, mortis non paucis Christianis, quos Innocentius XII. primo auditu nolebat in loco sacro sepeliri, ne nutrices Christianæ Hebraorum outrisat infantes, ne conjugia cum ipsis ha- beant, ne locent operam suam, nisi ad mo- dicum tempus, & alia pluribus capitibus re- cenfita. Precipue tamen prohibita est socie- tas, & familiaritas assidua, non contractus, & necessitas corporis, aut animæ excusat.

Juvat hic aliqua Principes, & privatos monere. Advertant Judæos valedixisse de- calogo, quoad secundum, sextum, & octau- um præceptum. Advertant usuras apud ipsos

ipsos permissas, ideoque ne scrupulo quidem  
angi, iisque nimium vexari Christianos.  
Advertant plures fidem complecti, aut avarici-  
ta, aut amore obsecratos, ideoque velut  
eturum probando. Advertant res omnia  
obtritas, passim vendi pro novis, & uti in  
contractibus omni fallacia. Advertant amici-  
tias ab eis utilitate probari, & inimicitiam  
nobiscum a pueritia, cum iis in pulvere dor-  
mire. Advertant in rebus minimis obser-  
vantissimos, in maximis maximè segnes, ut  
olim decimas dabant mente, & ruta, & inte-  
gros boves sibi reservabant. Uno verbo ex no-  
va lege, semper Spiritui Sancto resistit, &  
in veteri Moysè omnium mitissimum, ad  
violentam iracundiam penè cogit.

Omnium pessimorum, & aculeatiorum sunt libri, ideoque Gregorius nonus ex Bernardo de Luxemburgo, prohibuit eorum libros Thalmudicos, deinde Innocentius quartus, Julius tertius, & Paulus quartus. Et iustè damnari contra ipsos primum, deinde adversus haereticos probamus. Et certè jus naturale dictat, eos noxios, & Reipublice, & civibus. Certè narrat Valerius Maximus, libros Religionem solventes, à Pretore urbis auctoritate Senatus, coram populo crematos, & Tullius de natura Deorum narrat Protagoram Abderitum, quod libros Religioni noxios scripsisset, aqua & igne interdictum, libroisque Atheniensium iussu combustos, & Edilibus hoc munus ex Tacito datum, & Plato docet de Republica, & docent]. C. etiam Pagani, imo libros ipsos sacros Canticorum, Iudei adolecentibus prohibent. Quod si vel infidelibus notum quid Christianis? Hæc exitit consuetudo Ecclesiæ Apostolorum, & SS. Hieronimi, Multo

*ne Apoloitorum, & SS. Hominum. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosi scelati intulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, dubium quinam fuerint libri certe mali. Hic Dionysius Episcopus Alexandrinus apud Eusebium, quod hereticorum libros legerat à Fidelibus est reprehensus. Hic apud Socratum*

tem Marcellus Ancyranus , quod libros

**Nicetas** Concilio ac Nicetano lib. i. A. 359.

Niceno Concilio ex Nicephoro, libri ARII  
flamnis sunt additi. in Ephesino libri Ne-

*statim sunt addicti, in Ephelino libri Nestorii ex Liberato, in quarto Concilio libri*

*Eutychetis*, in quinto libri Anthimi, & Celsi.

**Origenis. Hic Imperatores, Constantinus, accipitenti libato. Atilio Sacerdos.**

occultantibus libros Arii ex Socrate pœnam capit, imposuit. Thodosius Nestorii exuri

*bitis importit, Theodore Necton exultus jussit lege damnato C. de hereticis; contra*

**Mathematicos Honorii, & Theodosii I. Mat-**

**thematicos C. de Episcopali audientia , Valentianus . S. Marcellinus . S. G.**

*lentinianus, & Marcianus l. quicumque C.  
de hereticis - lex Justiniani contra Origenem*

de hereticis, lex Julianam contra Origenem  
& alios, & id consulentibus Paulo, Ulpiano.

& aliis. Hic Summi Pontifices vctuere.

**Leo ita vetat, ut Episcopos vocet hæreticos,**

permittentes teneri in domibus fidelium , sic  
Gelasius cum scutaginta Presbiteris . *Cro-*

Gelatus cum leptuaginta Prælatis, Gregorius librum Eutichii hæresi cōvicti. iussu

**Imperatoris cremavit . Hic P̄tres Hierony-**

*mus, Augustinus, qui ex ipsis Gentilibus*

vinci, sic Epiphanius cum Concilio Cypri,  
libros Origenis ex Socrate damnant, Prof-  
per in Chronico laudat Leonem, quod hæ-  
reticorum libros damnaret, Origenes eos li-  
bros vocat ranas Ægypti. Idem hæretici  
alios damnant. Calvinus fanaticos libros  
accusat. *Exstimo nemini non esse prospicuum*  
*quam sive fugiendi tales libri insepsi opinioni-*  
*bus adeo fanatici, sic Lutherus contra Eras-*  
*mum & alii innumeri. Exstat & lumen ra-*  
*tiosum, si vox transiens pessima est quid per-*  
*maneas, si sermo eorum serpit ut cancer*  
*&c.* L.6. c. 9.

Nec obstat esse multa utilia, cùm nemo  
staret illi convivio, ubi unicum epulum fo-  
ret venenatum, quamvis reliqua forent utilia.  
nec pastor ducit oves in pratum, vel unica  
herbo noxia infestum, cum vel stilla veneni  
ad necem sufficiat, nec obstat citari à Dio-  
nysio, omnia probate, quod bonum est tenete, c. 6.  
quippe vox de celo dixit satis habes vi-  
rium, & subdit Paulus abstinentiam ab omni  
specie mali, Hieronymus est in contrarium.  
Eorum dumtaxat tractatus lege quorum fides  
nota est, non necesse habes aurum in luto que-  
rere, ipse erat doctissimus, & Episcopi pot-  
erant ex Synodo Chartaginensi in necessi-  
tate legere, libri infidelium ob lingua per-  
mittuntur, Tertulliani heresies jam con-  
futatae; imò & libri sybillini vetiti ex Tacito.  
Quia multa vana sub nomine celebri vul-  
gabuntur. Hæc nota Gentilibus, Hebrewis,  
& Hæreticis, ab Apostolis Conciliis, & Pa-  
tribus admissa, Giannonus acerrime repre-  
hendit, nec horret damnata à Concilio Tri-  
dentino, Confantensi, & septima Synodo,  
at saltu venerari debuit Catholicus, ea  
Concilia quæ venerantur Hæretici, & Do-  
ctor vel suas audire leges, vel naturæ.

Remanet brevissimè dicendum, & M. S. esse prohibita, cùm aliquin per mille, & amplius annos; nulli libri hæretici forent damnati cùm & M.S. sint libri, & adhuc hæretici suas hæreses disseminarent. Nec obstat in paenitentibus non fieri extensonem, quippe nulla extensio est sed par ratio, & periculum fidei, & contemptus Hæreticorum, & ita tenet Romana Ecclesia.

## C A P U T II.

## *De Potestate Papæ in Hæreticos.*

**P**ost spiritualem tyrannidem Papæ, Ha-  
retici vel affingunt corporalem, ubi pe-  
na exiliis, & mortis eum condemnem, at non  
est tota tyrannus sed justitia, nec victima  
gratior est Deo, quam Hæreticus ob here-  
sim occisus, & jussus à Deo justo interfici.  
Consulamus Dei oraculum in Deuteron-  
mio. *Cap. 17*  
*Si difficile, & ambiguum apud teju-*  
*dicium esse perspiceris inter sanguinem, &*  
*sanguinem, lepram, & lepram. Et mox. Ve-*  
*nisque ad Sacerdotes Levitici generis, & ad*  
*judicem qui fuerit illo tempore, quæsque ab*  
*eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem.*  
*E.*

**Et facies quodcumque dixerint tibi, qui praefun-  
sunt loco quem elegerit Dominus, & docue-  
sint te iuxta legem ejus, seque, iisque senten-  
tiam eorum, nec declinabis ad dexteram, ne-  
gue ad sinistram. Qui autem superhieros no-  
dens abedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore  
ministrat Dominum Deo suo, ex decreto Iуди-  
eis morietur Homo ille, & auferes malum de  
Israel, cunctisque populus audiens timebit,  
et nullus deinceps intumeferat superbia, ubi  
praeceptum Domini est facies quodcumque  
dixerint, & qui superhieros nolens obedire  
Sacerdoti, morte morietur Homo ille, &  
auferes malum de Israel, non excommunican-  
do sed occidendo, & timebit Israel ob  
ponam mortis, ubi si aliquis est maximè  
inobediens Sacerdoti, tunc est cum heretim  
sequitur damnatum, quām totis viribus prae-  
cepit Sacerdos. Nec obstat leges esse iudi-  
ciales, quippe si hæresis capitale crimen non  
foret, nunquam Deus ponam capitius im-  
poneret; & eadem ratio moralis est, sine iis  
ponis conservari non posse Religionem, &  
si illa data est à Deo, & ista. Et rufus jubet  
Propheta interfici, & quoad Apostola-  
siam concedit & Gherardus. Constat, &  
innumeris exemplis laudatis, ubi Elias, Jo-  
sias, Jehu, & alii falsos Prophetas occide-  
runt, & hæretici sunt Prophetas falsi, &  
uterque exclamat. Hec dicit Dominus,  
cūm Dominus ea non sit locutus, & id ege-  
re Reges Sancti, & veri Vates, ubi Moyses  
tria millia ob idolatriam occidit, Mata-  
thias Judæum sacrificantem, Aza juventem  
interfici quemcumque, ex corde Deo non  
adhærentem, sic Nabuchodonosor, & alii,  
nec constat de abrogatione, imò constat à  
Patribus citari cum laude; inò in novo te-  
stamento impleta sunt. Et erit cùm prope-  
taverit ultra quām dicet illi pater, & mater  
ejus qui genuerunt eum. Non vivet quia men-  
daciūm locus eius est in nomine Domini, &  
1 sch. 12 sicut eum pater, & mater ejus genitores cùm  
prophetaverit, ubi mater, & pater transeunt  
in carnifices.**

Post vetus est, & novum testamentum.  
**Non enim sine causa gladium portat, minister  
animi Dei est vindicta in iram.** at hoc argu-  
mentum irridet Gherardus, sed non est Bel-  
larmini, sed Augustini, & Patrum, & ait  
gladium stringere sed non in omnes, quod  
etiam nos dicimus in pertinaces tantum? sic  
Petrus Ananias, & Saphyræ, mortem infi-  
rens justam decernit.

Satis nostra manu tela jecimus, è Seri-  
pturam pharetris educta, nunc aliena ma-  
nu validius pugnemus. Pugnat Augustinus  
contra Gaudentium. **Quod autem vobis vi-  
des invitos ob veritatem non esse cogendos.**  
Erratis nefcientes Scripturas, neque virtutem  
Dei, ubi nefcienti Scripturas, & Dei virtu-  
tem. Et ibi verba epistole sunt ad insinuan-  
dam fidem Piscatores non milites misit. Au-  
dit erga Prophetas sanctos, & sanctos pisca-  
tores, & molesti non patiemini Religiosissimos  
Reges, & libro secundo contra Petilianum.

**Qui tamen adversus leges constituerunt nomo-  
bi, de quibus dicit Apostolus. Quia non sine  
causa gladium portant, ministri enim Dei sunt  
vindictæ in iram ei, qui male agit? ubi non  
agit de turbatoribus pacis civilis, sed de per-  
turbantibus pacem Ecclesiæ, & applicat  
textum hæreticis non seditionis.**

Pugnat iterum secundissima epistola. **Pu-  
gas neminem debere cogi ad iustitiam, cùm le-  
gas Patrem familiæ dixisse. Quoscumque in-  
veneritis cogite intrare, & assert plura exem-  
pla, Moyses affixit populum, & occidit,**

Elias occidit Pseudoprophetas, Paulus tra-  
didit Satanæ quosdam, & de Nabuchodonosor, & aliis enarrat, & rufus de Regibus  
piis locutus. **Quia homo est ei servis fidelis-  
ter, quia verò esiam Rex est servis leges iusta-  
principientes, & contraria prohibentes, conve-  
niens vigore sanciendo, sicut seruiois Eze-  
chias lucos, & templo idolorum, & illa excel-  
sa, que contra Dei precepta fuerant construenda  
desfruendo, sicut seruiois Josias talia, & ipse  
faciendo, sic fecit Regem Ninivitarum, &  
Nabuchodonosor, & alios. Sic alibi fusæ  
Scripturas accumulat. Pugnat Optatus**

contra Donatistas, ægræ ferentes duos ex

fuis, à Macario Catholico occisos. **Habe-  
tis bujusmodi res antiquos. Accusat pri-  
mum Moysem ipsum Legislatorum, qui cum de  
Sina Monte descendens propè nec dum pro-  
positus tabulis legis, in quibus scriptum erat non  
occides, tria milia hominum uno momento  
iussit occidi. Macarium differte paulisper.**

**Phineus Filium Sacerdotis in iudicium pro-  
vocate, si tamen invenieritis præter Deum al-  
 quam litudinem. Nam quod accusatur in Per-  
sona ipsius à Deo laudatum est, quod in zelo  
Dei factum est. Supprimite interim voces,  
quibus in Macaynam dicitur invidia. Recurri-  
te primò ad Eliam Prophetam, qui in rivo  
Cysion, cùm parceret voluntati Dei, quadra-  
ginta, & quadravigintos occidit. Sed forte di-  
citis illos merito occisi istos indigni. Et mox.  
Omnis confusus in hoc vindicata, à quibus ius-  
fit Divina contempta est. Nam non tibi fa-  
cies sculpsit Dei vox est, & non facies adul-  
terium ejusdem Dei vox est. Non sacrificabis  
Idolis idem Deus locutus est, & non facies  
schismæ, & querere pacem, & consequaris eam  
ejusdem præceptum est, ubi non excusat fa-  
tum Optatus, sed tuerit, & Scripturæ  
numeris confirmat, & rationibus ex ea  
deductis concludit. Ergo videtis à Moysi,**

**& Phineo, & Elia, & Macario familia esse  
facta, quia ab omnibus unius Dei præceptis  
sunt vindicata.**

Pugnat innumeris Scripturis Lucifer, li-

Ex. 18

bro de non parcendo delinquentibus in  
Deum, ibi percutientur non ponens in poste  
sanguinem agni, ibi. **Dixit Moyses ad Ju-  
dices Israel occidat unusquisque proximos suos,**  
qui iniciati sunt Beelphegor, & iuratus Domini-  
nus ait ad Moysem ante. Tolle cunctos principes  
populi, & suspende eos contra Solem in  
potib[il]i. illi Propheta ille aut filiorum somniorum  
interficiet, & si aliquis dicat, sacrificemus Diis  
fla-

*flos im interficies eum, & mox. Percuties ba-*  
*bitorores illius in ore gladii, & delebis eam, &*  
*omnia, que in ea sunt usque ad pecora, sic*

*1. Re. 15. Josue septimo occisus est Achan, contra præ-*  
*ceptum Domini scilicet retinens, ibi perculsi-*

*4. Reg. 9. sus Amalech eo, quod restitueret Israhel, ubi*

*Percuties domum & Achab Domini tui, ibi di-*  
*scendens Propheta, scio inquit quod cogitaver-*

*4. Reg. 9. Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, &*

*4. 19. 25. ius super non acquisivisti consilio meo, ibi Tobias*

*sexta septem viri occiduntur, eo quod con-*

*jugium ob delectationem inierint, ibi Eze-*

*chielis tertio. Si dicente te ad impium mori-*

*te morieris, non annunciareris ei, & adducto*

*novo testamento, ubi mercenarius est, qui*

*fugit, nec occidit ovium raptore, concludit*

*7. 10. summos Pontifices esse Pastores, qui venien-*

*tes Lupo atrucent, & vicem Pastoris Petri*

*7. 11. gerant, adeo Scriptura omnis in hoc tota est,*

*& Paulus sèpè citatur.*

*Pugnat denum pro nobis vel Calvinus.*

*Huius rati illustre nobis exemplum Spiritus*

*Dei proponit in Nabuchodonosor. Nam ejus*

*edictum celebrat Daniel, quo capitalem pa-*

*nam denuntiat. Si quis in Deum Israhel blo-*

*spem suerit, & mox. Quid? An Spir-*

*tus Sancti, & Prophete elogio laudatur Na-*

*buchodonosor, qui veri Dei gloriam pro impe-*

*rio tutandom suscepit, ut ad impium ejus pro-*

*pphanasem convineant piii Magistratus, an-*

*nnon potius his Dominus sub profani Regis per-*

*sona, quid agere ipsorum docet prescribit. Et*

*iterum. Sed jam audiamus quid juris Dominus*

*statueris in suo Ecclesi. Postquam enim*

*Prophetam, & somnacorem, qui populum*

*abducere teuoveris à recto pietatis cultu iussit*

*occidi, eodem passam ad singulos extensis bis*

*verbis. Si inveteratus te Frater tuus filius*

*matri tuae, aut Filius tuus, aut Filia tua,*

*aut uxor, que est in finu tuo, aut proximus,*

*quem habes quasi animam tuam secreta dicens,*

*camus, & serviamus diis alienis, quos nec tu*

*nevis, nec Patres tui, non acquisiebas ei, nec o-*

*ditas esum, nec parcer ei oculus tuus, nec ei*

*propitiis crisi ut occulcas esum. Quin potius co-*

*cidendo occides eos, & manus tua prima sit, ut*

*illum interficies, deinde manus totius populi,*

*opprimes autem cum lapidibus donec moriasur.*

*Eas unne & crudelitatis Deum accusent,*

*quibus instar levis, & venialis delicti est à*

*parafide, & Dei cultu desecatio. Et postea.*

*Addit quod eadem pena paulo post integrros*

*arbes constringit.*

*Poll Scripturam, & interpres, alli non*

*defunt Interpretes, & Patres. Non deest*

*Leo Magnus adversus Præcilianistas. Me-*

*rit Patres nostri, sub quorum temporibus hæ-*

*retis nec nefanda prorsus, per totum mundum*

*instanter egere, ut impius furor ob universa*

*Ecclesia polleretur, quando etiam Principes*

*mundi, ita boue sacrilegum amentiam detesta-*

*si sunt, ut auferent eis, & pectoraque disci-*

*pulas legum publicarum easce prostrerent.*

*Videbant enim omnem carnem bonefostis aufer-*

*ri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque*

*divinum ius, humanumque subverti, si homi-*

*nius usquam vivere cum tali professione licen-*

*sit, & profuit diu ista distictio Ecclesiastica*

*lenitatis, quae esti Sacerdotali contento iudicio*

*cruentas refugit ultiones, severis tamen Chri-*

*stianorum Principis constitutionsibus adjuva-*

*tur, cum ad spirituale nonnullum recurruat*

*remedium, qui timent corporale supplicium,*

*ubi vides Ecclesiam, Princeps laudatos, &*

*experientiam ipsam id evincere, & frustra*

*de anathema exponit Gerhardus, quo te-*

*xui nihil magis oppositum, legum publica-*

*rum ene prosterneret, profuit diu ista di-*

*strictio Ecclesiastice lenitatis, quae cruentas*

*refugit ultionea, & ibi nominat corporale*

*supplicium, an anathema est cruentum, an*

*est corporale supplicium? nec ob sceleras sunt*

*damnati, ubi lex communis est non scelus,*

*ubi nefandus hæresim Leo vocat, assertit ut*

*hæreticos esse punitos, ita zizania in triti-*

*cum conversa, & ne comburantur in horre*

*rediisse. Non deest Gregorius ex professo,*

*laudans Genesim Apirix Exarchum, Lib. 2:*

*ep. 72. quod bellum hæreticum movisset. Non deest*

*Hieronymus in illud ad Galatas, Modicum*

*sermonem rotom massam corruptum. Igitur*

*scintilla statim ut apparuerit extingueda est.*

*& sermone a massa vicina removendum, se-*

*conde putrida carnes, & scabiosum animal &*

*caulis ovium repellendum, ne rata damus, ma-*

*sa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, pu-*

*terficit, intercante, Arius una scintilla fuit, sed*

*quia non statim oppressa est, totum orbem Arius*

*flammo populo est, ubi non exitium, quod*

*Gerhardus agnoscit, sed dari debuit, quod*

*non est datum, scintilla extingueda carnea*

*secunda sunt. Non deest Bernardus, in*

*canica. Melius procurabile gladio coer- Cap. 2:*

*rentur, illius videlicet qui non fuit confusus*

*lumen portat, quam in suum errorem multos*

*trajicere permisit, Dei enim minister ille*

*est index in iram ei, qui molo agit; nec re-*

*fert non approbare factum a populo, cum Ser. 66:*

*populus non sit Dei minister. Nec deest*

*Martinus, & Severus Sulpitius, quamvis*

*ambo contra nos ferantur, ubi damnant*

*causam Ecclesie deferentes ad Principem, &*

*accusatores esse Praefulea, & concludit. (Hoc*

*modo homines luce indignissimi pessimo ex-*

*emplo damnati sunt.) Non deest Optatua fu-*

*so clamio, non Lucifer ab Athanasio lauda-*

*tus, & alii.*

*Unus sat is est Augustinus in ea re ve-*

*ternus, & Princeps. Is contra Parmenianum,*

*& Donatistas. Quis etiam onder conqueri-*

*Parmenianus, quod eos Constantium ad cum-*

*pum id est ad supplicium duci iussit, ubi per*

*Augustinum est audacia conqueri. Et mox.*

*Quid enim isti non juste patiuntur, cùm ea*

*etiam Dei praefidentis, & ad cædendum igne-*

*rum flagellis talibus admodum erubet iudici-*

*o periretur, & merito crimium, & ordine*

*pote statum. Primit enim probatus se non esse bæ-*

*reticos vel schismaticos, tunc demum de iudi-*

*gnis penit fuit levitatem emittens vocem, ubi*

*queritur antiquis Augustinus, quod nos ab*

*hæreticis querimus modernis. Et rufus va-*

*lidif.*

lidissimè urget. *Quis autem nostrum, quis vestrum non laudas leges ab Imperatoribus datas adversus sacrificia Paganorum, & rursus.*  
 Ep. 48. *Et tamen reverit, ne cum Imperialibus legibus ad unitatem cognomi, nomen Dei à Iudeis, & Paganis, diuinis blasphemetur, quos nefciant Iudei, quemadmodum primus populus Israël etiam bello dolere voluerit duas illas tribus, & dividiam, que ultra Jordanem terras accepferat, quando eas putaverunt se ab unitate sui populi separari. Paganis verò magis nos blasphemare possint de legibus, quas contra Idolorum cultores Christiani Imperatores tulerunt.* Et tamen ex eis multi correli sunt, ad Deum vivum, verumque conversi sunt, & quotidie convertuntur. Et ibi. *Illi impietatis crimen capitale est.* Vide integras epistolæ hacten de re, vide integrum librum, de quo libro secundo retractationum. *Eodem tempore scripsi librum de correctione Donatistarum propter eos, qui noblebant illos legibus imperialibus corrigi, & ibi probat. Adulteria legibus puniuntur, & sacrilegia permisantur.* *An fidem non servare levius est animam Deo, quād feminam viro? Lege adversum Petilianum, ubi millies querentibus de capitali supplicio, nunquam vel una vice dixit illicium, sed late justissimum ostendit.*

Cum Augustino veniunt, & Reges, ab ipso & Ecclesia laudati, & constat l. quicumque, ubi jubentur occidi omnes, quia prava docre tentant, quæ est Valentiniani, & Martiani, & de edicto Theodosii fatetur, & Gerhardus, & de Constantino jam vidiimus, & affirmat quod ante negaverat existere, at respondet latas ad terrorem, quod nemo vel finxit, & quod ait non constare quemquam, ob heresim supplicio affectum falso est ut vidiimus, & millies constat in Donatistis ipsis testibus, & Catholicis omnibus, & justissimas eas leges, & Leo, Patres, & Catholici omnes clamarunt.

Cum foro laico, & Ecclesiasticum cōcordat, & cum Regibus Pontifices Leo, Gregorius, sic Hispania adversus Priscillianistas, Africa tota etiam in collatione, & Ecclesia vel in Conciliis collecta, vel per orhem totum diffusa. In Concilio Chalcedonensi omnium numerosissimo, dicebat nondum damnatus Diocorus, & ipsius perpetuus defensor. *Si Eutyches præter Ecclesia dogmata sapit non solum pœna dignus est, sed & igne,* ubi ne dum mors sed gravissima extat, & Reges promulgabant pro tota Ecclesia leges, & Leo, ait, Episcopos veteres, per totum mundum instanter egisse.

Eo tendunt accusationes Donatistarum, qui Catholicis crudelitatem opponunt, & Catholici & facta affirmant & jura. Clamant Donatistæ in literis Petiliani. *Ne tetigeritis Christos meos, Santorum compunates funera, & vivum Christum toties occidatis.* Postremo si sacrilegus non sit, *Santus esse cap. 20. non potes homicida.* Et rursus. *Cum nostra corpora occiditis bis baptismum facimus, sed baptismus nostro, ut sanguine baptizanrus, ut*

Christus. Erubescite erubescite persecutores similes Christo martyres facitis, quos post aquam veri baptismi sanguinem baptista perfudit. Et postea. *Quasi sanguinem porcinum fundati sciente vestrum sacrificium, qui sanguinem humatum jam sudisisti.* Et rursus. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur vos nostri carnifices Cap. 63. Ingentes facitis non lugetis. Et iterum. *Vos beati non esisti, sed beato martyres facitis, quorum scilicet animabus cali repleti sunt corporum que memoria terra floruerunt:* & rursus. *Vbi Cap. 93. lex Dei, ubi Christianitas vestra est, si cædes & mortes facitis ac jubetis.* Et rursus. *Cum occiditis inimicos, at respondet Augustinus cum Catholicis.* *Quamquam vobis agamus invitatis, ex charitate tamen agimus;* & se tuetur, & Catholicos, & argumenta in ipsis retorquet. Ex hoc libro Walemburgici multa extrahunt, sed totus legendus liber totus noster. Si ergo Parmenianum ex inferis existant, hereticorum nomine agentem, nos è celo advocamus Augustinum, Ecclesie totius iura defendantem.

Succedunt Auctoritatib[us] rationes, & prima est evidens experientia; sic Augustinus, sic Leo, & legis deficientia luget Hieronymus, & Leo.) Ex quo autem multis provincias hostilis occupavit irruptio, & executionem legum tempestates interdixere bellorum. Ep. 93. Ex quo inter Sacerdotes Dei difficiles commeat[us] & rari cōperunt esse conventus, inventi ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem, & ad multarum mentem subversionem his malis est incitata quibus debuerat esse correcta. Et iterum. Non sit perversus liberum simulare,) & ita ob experientiam mutatus est Augustinus. Iterum urgeat Augustinus ex Ideâ justi. Quis mente sobrios Regibus dicat. Nolite curare in regno vestro, à quo teneatur, vel oppugnetur Ecclesia? & arguit ab aliis criminibus ad sacrilegium. Iterum ex concessione Hostium, puniendo esse seditiones evidenter dictat, in Arianis, Donatistis, Eutychianis, & milie aliis antiquis, & modernis, & constat in Hispania, & Gallia.

Intolerabile est illud, ut Hostes nostri in se ipsis illud commendent, quod in Catholicis Rom. 2. acerimè reprehendunt. Quis tulerit Gracchus de seditione querentes, & propter quod inexcusabilis es à homo omnis qui iudicas. In quo enim judicas alterum te ipsum condemnas, eadem enim agis quæ judicas: En antiqiū quos urgeat Augustinus. (Defendite vos ipsos à persecutione, quam passi sunt à vestris, qui cum Maximiano se à vobis separaverunt, & illic inveniuntur defensionem nostram. Si enim dicitis vos non fecistis, gesta proconsularia, & municipalia recitamus. Si dicitis recte vos illis fecistis, cur ipsi talia Cap. 20. pati non vultis? & iterum Maximianista à quibusdam vestris ista passi sunt, & rursus Cap. 83 amarissimè narrat de Crispino Calamensi non dubitavit &c. uno terroris impetu octoginta fermè animas miserabiliter gemiti missilantes rebaptizando submergere, sic Donatiste ac-

cusarunt Cœcilianum, & accidit iis ut Hobnobis Danielis, ut laerarentur à legibus veluti leonibus, uno verbo. Si dicunt non licere cur ipsi faciunt? Hoc idem accidit Calvinio in Servetum, & frustra seditionem ingeminat, cum Calvinus probet damnari posse ob hæresim, sic Valentino Gentili, quamvis pœnitentis appareret, sic nobis sub Henrico octavo, & aliis, & ipsi docent Reges ob hæresim, non tantum deponi posse, sed & occidi, sic Calvinus tractatu integro doceat de hæreticis, sic Lutherus voluit comburi Pontificem.

Ad confutationem descendimus cum Calvinio. Dicit Servetus Christus ait adulterio. *Vade, & postib[us] ne peccer[is]*, ut qui nec per Servetum à pœna mortis eximit Christus adulterium. Opponit Hilarius de Synodis querentem in Ecclesia carcera esse, & exilia at loquitor de hæreticis veritate destituti, cùm nos Catholicos persequeatur. Opponit Apostolos non missos cum armis, at nec adulteria, nec surta permisere, & hoc jam solvit Augustinus. Opponit convertendos homines prædicatione, at non relinqua inultam blasphemiam, quamvis non castigat parrens non erit inultus, longè minus Princeps. Opponit verbi gladio pugnare Apostolos, at Petrus gladium adhibuit in Sapphiram; opponit ne forte colligentes zizania simul eradicetis, & triticum, at hoc omnem disciplinā tollit, & scelus omne deserit inultum. Opponunt non occident in universo monte sancto meo, at hoc prohibet occidi maleficos, & constat sermonem esse de pace Ecclesiæ, alioquin durant enes, & cedes. Opponit si ex hominibus consilium est dissolvetur, si vero ex Deo est non poterunt dissolvere, at hoc reos omnes absolvit etiam pessimos: sicut non eradicandum triticum, & alia.

*Att. 5.* A Serveto multa mutuantur Gerhardus & Lutherani, ut illud convertet gladios suos in vomeres, at pax est Ecclesiæ ex Zacharia. Succidentur arcus hellici & loquetur pacem gentibus, sic de zianis, & solum vitandis hæreticis. Addunt Christum noluisse eum discipulis, ignem è calo descendere, at hoc egit Elias, & illi erant infideles non hæretici. Addunt fidem esse donum Spiritus Sancti, & opus liberi arbitrii, at vel ipsi in carcerem coiebunt, & in exilium non credentes mittunt. Addunt Augustinum manichæum non castigatum, at ipsi castigant Manichæos, & si convertendum respiciunt, nec maleficos nec Idolatras, aliquando convertendos punire possunt.

Frustra & rationibus pugnant veteres, & moderni duo libri Gallici, cum eos iitteret in exilium Rex Ludovicus, & jam in antiquos solvit Augustinus. Quod autem objiciunt, quod res eorum concupiscamus, & auferamus, utinam Catholicos fierent, & non solum que dieunt sua, sed etiam nostra in pace nobis, & charitate possidente, & mox ostendit contraria loqui, quippe que suntur se cogi ad nostram communionem,

non ergo tamen gratia expellimus, & Moderni exilio castigant, & solum capitum supplicium condemnant, & Catholicorum r[es] sibi diripiunt. Frustra afferunt fidem non cogendam, quippe & ipsi careere, & exilio cogunt, & Paulus Elymam pereussit cecitate, & vivos schismatics Deus, ad inferos usque detrusit; si fallum est spirituale delictum non posse corporis pena puniri, quippe & ipsi in Apostolia concedunt; & pena exilii Arium percussum, & Donatistas in Arii mulætia cognoscunt, & nec Deus olim aliquem cogebat ad fidem, & tamen hæretici sunt morte mulætati. Frustra dicent charitatem cuncta tolerare, quippe nec Deus nec ipsi tolerant exilio, careere, & morte puniunt. Frustra dicunt se cum Apostolia iniuriant, at Apostoli etiam morte Annoiam, & Saphyram multarunt. Frustra afferunt fieri Catholicos fictos, at ja respondit Augustinus multos fuisse optimos Catholicos, & post Partem factum filium fidelem. Frustra afferunt aliquos convertendos ut accidit in Paulo, & bono latrone, at hoc evinceret nec blasphemos, nec adulteros, nec Apostolatas aut idolatrias puniendos. Denique frusta ferunt Concilium Toletanum, de Judæis agens non de hæreticis, siue & infidelis liber est non hæreticus. Uno verbo rationes istæ sunt Donatistarum. (Charitas nunquam excidit, hoc est breviter dicitur nō persequitur charitas.) *Cap. 79.*

& capite sequenti. (Ego vero ē contra respondeo Christum Dominum neminem perse- *Cap. 83.*) Et rursus, (sed ab isti nostra

conscientia, ut ad vestram fidem aliquem compellamus,) & iterum. (Numquid igitur eadem vel schismatics Deus iussit inferi,) ut eidem repetunt Lutherani, quæ Donatista, & illi jam eximiè respondit Augustinus. Referunt Augustinum apud Judices intervenientem, ne pœna capitii punirentur Donatistæ, ut cognoscit etiam Bellarminus, at hoc dicimus, & retractasse sententiam. Et *Ep. 50.* verd. Tunc hoc nullatenus mihi placebat, quia nondum expertus eram, vel quantum in malis eorum auderes impiebas, vel quantum eis audierat mutandis conferre posset diligenter discipline. Imò eum mortem ab ipsis avertit, morte dignos expressè judicavit, allata enim lege Nahucdonolor. Hanc legem si quid consentierant id, quid fuerat constitutum merito perpepsi sunt. Et tamen ibi docet. (Non tam supplicio capitali propter servandam etiam circi indignos mansuetudinem,) & milles contra Parmenianum morte vult dignos, & tamen Hosium vult mitiora suggerisse, & rursus in verbis à Gherardo citatis. Corrigi eos cupimus non necari, nec disciplinam *Ep. 127.* circa eos negligi volumus, nec supplicio quibus digni sumus exerceri, imò sapè orat pro Dona- *Ep. 153.* tissimis occidentibus. Referunt Hilarium, ut *Ep. 172.* vidimus contra se ipsos. Reserunt Chrysostomum in caput decimum tertium Matthæi. (Non prohibet Dominus conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi considerare, verum interficiere, ac

trucidare,) at subdit. Certè autem quia si ar-  
ma capientis inquit necesse est, cum hereticis  
trucidant multos Sanctorum simul interi-  
mire,) quod idem docent Catholici omnes,  
reliquæ auctoritates sunt de privatis, vel de  
hereticis excommunicandis. Unum rema-  
net praxis Ecclesiæ veteris, at Constantinus  
Ep. 50. inter baptizatos primus, hoc egit ex titulo  
laudatus, Apostoli sub Ethnico Magistratu, ex-  
traordinariè id in praxim redigerunt, &  
argumentum retorquet Augustinus. (Quod  
enim dicunt, qui contra suas impieates legea  
justas constitui nolant, nec petiunt à Regi-  
bus terra Apostolos talia, non consideran-  
tes aliud suisse tunc tempus, & omnia sua  
temporibus agi.) Et mox citat tempus pre-  
dictionis, servite Domino in timore, & mox.  
Et adorabunt eum omnes Reges terræ, en-  
eadem est ratio Lutheranis quo Donatistis,  
& mille exemplia eos confutat Augustinus,  
& ferre non debent Lutherani, cum nec  
eucerem, nec exilia Apostoli petierint.

Fr. 11. Exclamet hic heretici latè, & nostra  
annis Giannous Catholicus, se veritatem in-  
quisitionis, & accuset, jungens se socios  
Donatistis, & de iis cum Augustino in Joan-  
num dicimus. Semper in mortes afficiunt,  
& temporales se perpeti conqueruntur, &  
experiens docet tribunal illud, nimis mi-  
te in Giannoum extitisse. Hoc tribunal  
mortem raro decernit, & carcere vel Lu-  
therani admittunt, nec homines comburi,  
niisi defunctos, ideoque Ecclesie sunt propen-  
tores Hostes, quam sit Giannonus amicus.

Nec vituperari possunt Romæ Praefules,  
qui ad fervandam fidem socios dedere Epis-  
copis, hoc enim latè servatum est in anti-  
quitate, ut Romani Pontifices Vicarios de-  
stinarent, ad videndum ne Ecclesia aliquid  
caperet detrimenti, ut toto capite de Legati-  
stis ostendimus, & heretici ipsi non negant  
de jure saltem humano, & Vicarios ad tem-  
pus, vel perpetuos. Et Episcopos ipsos affi-  
fiores habuisse aut Synodos, aut Presbyterium,  
immensa eruditiose seger apud Lau-  
team, & apud antiquissimum constat Cypri-  
num, & Syricus scribit Ambrosio. Facto  
Presbyterio constituit doctrinæ nostræ, idest  
Catholicæ fidei esse contraria, sic & alii pas-  
sim. Et major diligentia laudanda est non  
reprehendenda, & novi morbi novas exqui-  
runt medicinas, etiam substantia nova so-  
ret, & necessitas introduxit pro Albigen-  
ibus, quos armatos & in numero scimus,  
mox tenuit, & servavit, Episcoporum ne-  
gligentia, maxima occupatio, morbi, &  
mille aliae cause, & Papam institutum jam  
vidimus ad supplendam Prælatorum neglig-  
entiam, ex Gregorio Magno & aliis. Nec  
abusus tollit usum ex ipsis hostibus, & si  
paucos malos invenia innumeris sunt fidei  
vindices, & egregii, & detractores ipsi  
ignorantiam exprobant, raro & vix malitia-  
m, ignaviam vocant Aristotelis doctri-  
nam, & Theologiam scholasticam ut dicunt  
positivam, & polemicas penè contrariam, &

si inquisitionem Hispanicam reprehendunt  
quod aliquando ex impiis fiant boni, hoc  
idem reprehendant in adulteriis, blasphemias,  
errantibus in aliquo fundamentali articulo,  
cum leges da præsenti decernant, & seculis  
impunitum plerunque graviora producit.

Mirum non est hereticos inquisitionis ho-  
stes, cum & fuerint Constantini Donatisti,  
ipso severè punientis & laudarint Julianum  
Apostolam, præ Sanctissimo Constantino,  
laudentes accusandum, & accusantes lau-  
dandum, & cum Heretici Albigenes Catho-  
licos, & avos suos conclamat. Mirum est  
vituperari à Giannonio, & aliquibus aliis  
Cathelicis, & modum procedendi accusari.  
Hanc primus exercuit Sanctissimus Domini-  
nus, & virtutibus, & miraculis clarissimus,  
quem vel multi hostes commendant, & ipsi  
commisum est hoc munus ab Innocentio  
tertio Papa clarissimo, & a successore con-  
firmatum recepit. Hoc exercuit Petrus Mart-  
yr, & ob ipsum martyr effectus, & simili  
prophetæ prædicens, post mortem surrecto-  
ros Inquisidores, & numero, & virtute vali-  
dissimos, unde veluti alter Sampson plura  
hostes occidit moriens quam vivus, ut scri-  
bit Author ejus vita, & Ecclesia Inquisitionis  
Protector, & verbo, & exemplo poten-  
tem, in officiis commendat; & ipsum sequunt  
sunt Martyres alii, tum in Italia, tum in  
Hispania, encomiis dignis rite celebratis.  
Hoc confirmavit Sanctissimus Pius V., di-  
versis bullis & omnium prima, qualis debuit  
esse causa fidei, præcipiendo ut omnes obe-  
diant, & Principes favorem impendant.  
Hanc non modo Pontifices instituerunt, sed  
& piissimi Reges Hispaniæ petierunt, ut extan-  
tant exemplaria apud Salleles, neque negat  
ipse Giannonus, id protrahens usque ad  
Carolum secundum. Hoc Premislaus Rex  
Bohemiarum, de quo Rainaldus ex Natali do-  
llimus scribit. Premislaus Rex Bohemia  
egregium Religionis exemplum, qui cum ac-  
cepisset heresim in Bohemia, & Polonia confi-  
niis pullulare ad eam excidendam possem  
Alexandrum sollicitavit, us strenuus defen-  
sor fidei preficeret. Comissa est provincia ea  
Bartholomeo Breuno, & Lamberto Theoronio  
Minoritis, quos pietatis profectio in illius ho-  
stes zelo inflammabat. Extat apud Salleles  
Friderici Imperatoris, pro Inquisitione Si-  
ciliae commendatio, sic diffusio pro Hispa-  
nia tota, & novo orbe petita, sic pro Liguria,  
& Insibria ab Alexandro quarto, & in-  
numere aliæ, sic in Gallia ad excidendos  
Albigenenses. Unum pro cunctis valet ex-  
emplum Ludovici noni Sanctissimi Galliæ  
Regis, de quo narrat in ejus vita Gulielmus.  
Quam veraciter, & humiliter ergo S. Roma-  
nam Ecclesiam semper se babuit, quam devo-  
tè & obedienter & efficaciter fecit veras Filias  
obedientie adimplere, norum illi, qui ei familiari  
adhaerebant. Ipse enim negotia Ma-  
tris Ecclesie plusquam propriæ reputant, ex to-  
ris afflictibus promovere curabat. Inquisidores  
etiam hereticorum pro negotio fidei, & Eccle-  
sia

*sue laborantes quandocumque recurrebant ad ipsum, recipiebat dulciter & benignè, diligenter exaudiens, & celeriter expeditus cum omni gratia & favore, postpositis aliis quantumcumque ordinis negotiis, afferent negotiis fidei debere omnibus aliis anteponi. Et mox. Anna-  
listæ præclarè. Præclarissimè bac exempla re-  
liquit Rex optimus ceteris Regibus, que si imitarentur ut ait Iovinianus, magna gloriæ decus colleghuri sunt, si spernatis infamiam sibi parviri. Et rursus. Inflitiose Sanctissimi Regis vestigii in suendit fidei Cenobiorib[us] in universo Francorum regno concurrentre multo tempore, posterius Reges visuri sumus, donec aliqui ab illa pietate degeneret sublati sacris tribunalibus, que Sancti Regis studio fuerant constituta, impietati liberat habentas infelicititer effudere, ex quo quantum incendium paucorum cruento facilè restinguendum excitatum sit, tandem hereticorum ferro, lamiata Francia restatur, alternumque supparem Religione S. Ludovico, qui sacra fides tribunalia in Galliis re-  
futauit piorum vota expellant, en laudes Ludovici sancti, ob tribunalia inquisitionis attributæ, en exemplum Sanctissimi Regis, en experientia nimium funebris, en responsum dandum Giannono, qui, & ipse fidem in re-  
gno titubantem, veritate coactus aliquando est confessus. Imò & Natalis Gallus & Gallus suis totus addicetus, referit S. Ludovici legem secundam. Ut Hæretici per Episco-  
pum loci, vel per aliam Ecclesiasticam Perfor-  
mat, que potestatem habeat condemnandi, in-  
dilatè animadversione debita puniantur. Et post aliqua. Urgente Henrico à Colonia ordi-  
nis Dominicani Professori, verbi Dei Præcom-  
illustri, libros Talmudicor[um], atiosque Iudeorum  
Codicet in Christum Dominum, Deparamque*

*Virginem, ejus Matrem blasphemias esper-  
for combari iussit. Hoc & Sancti Pontifices  
promoverunt, etiam illi quos commendat  
Giannonus.*

Nec valet aliquid ratio Giannoni, occi-  
tas vigeret inimicitias, quippe via ordinaria  
procedendo, mille certissima imminent inimi-  
citez, & quidem perpetua odia, & cœ-  
des, & si occultè proceditur inquisitus, inter-  
rogatur de inimicis quos habet, examen &  
inquisitio fit de accusatoribus, & in Italia,  
ubi est amarissima Giannoni accusatio, om-  
nes processus Romani mittuntur, & à Theo-  
logis Cardinalibus, & Papa, nullam hahen-  
tibus in ea re passionem, iterum ad justitiam  
trutinam expenduntur. Uno verbo Sanctissimi & Doctissimi, cum Beato Raimundo  
Canonista, & Theologo, virtutibus & meriti  
enmulato, Principibus suaseri inquisi-  
tionem. (Jacobo Aragonie Regi Sacre In-  
quisitionis officii suis in regnis instituendi  
auctor fuit.) Et immediatè multa patravit  
miracula &c., cui fidendum est magis quam  
Giannono, Principes, Pontifices, & sanctos  
ipso, salibus & dictis irridenti, ut oculi  
lari constat inspectione. Exxit certè liber  
aliquis, contra iugisiticis officium scribi-  
ens, at calumniis pugnat non rationibus,  
histoeris plerumque salis innixus, & si ali-  
quæ vera forent de aliquo Inquisitore, ar-  
gueret adversus omnia tribunalia, & profa-  
na & sacræ vel à Deo instituta, ut in Aaron,  
Heli, Caipha, Anna & aliis ex Scriptura  
constat, nec invenire eñ tribunali aliquod,  
ubi Magistratus omnes aut optimi, cum nec  
in Angelis nec in Apostolis, hoc ipsum inven-  
ire sit datum, & homo apathos erit tantum  
in celo.

In ejus  
vita.

Sell. 13.  
C. 14. art.  
tit. 3.





# LIBER QUINTUS

*De Mutuo Honore, & utilitate inter Papam,  
Imperia, & Regna.*

Jafn satis egimus de Papa & Regibus, pro Primatu divinitus  
instituto; jam satis de Papa, & Concilio, ubi convocat  
Papa non Imperator, praesidet ipse, & confir-  
mat, Regum brachio adjuvante. Jam  
satis de Papa, & Regibus, libro in-  
tegro hac de re differuimus,  
at quod plura diximus, co-  
plura supersunt.

## P A R S P R I M A.

### DE MUTUO HONORE, ET UTILITATE INTER PAPAM, ET IMPERIA.

Cum Imperia duo fuerint Graecorum alterum, aliud Latinorum, ab antiquiore  
est inchoandum, ut saltum Graeci suis Regibus credant.

#### C A P U T I.

*De Mutuo Honore, & utilitate inter Papam,  
& Imperium Graecorum.*



A est verè Religio-  
nis Majestas, ut  
Pontificem amici  
Imperatores semper,  
inimici aliquando  
venerentur, sic Alexander  
Jaddo Pontificem  
adoravit, sic Pto-  
lomeus Philadel-

phus à Pontifice sacra biblia expetiit, sic  
Darius, & Artaxerxes, & libertatem, &  
divitias donarunt, sic ob Onis Pontificis  
pietatem fiebat, ut & ipso Reges, & Princi-  
per locum summo honore digni-  
tatem maneribus illustrarent,  
quod & in nova lege post veterem est fa-  
ctum, & Petri templo, & Summo Pontifi-  
ci.

Certè nullum vidit Roma pejorem Ma-  
xentio tyranno, qui nec Christum ipsum in  
tempis longè minus Vicarii honoravit, imò  
& Christum ipsum è tempis ejicit, & tamè  
Ecclesia Romana bona, & plura loca dona-  
vit, ut constat in actis Proconsularibus

apud Augustinum, in breviculo collationis  
tertia diei. Quibus peralit cùm Cognitor  
miraretur aliud promissum, aliud recitatum.  
illi adhuc ejus patientiam depositentes gesta  
alia recitarent, in quibus legebatur Melchior-  
dem misericordie Diaconos cum literis Maxentii,  
& Praefectio Praetorio ad Praefictum urbis, ut  
ea recuperet, qua tempore persecutio ablata  
memoratus Imperator Christianus iusterat  
reddi. Et rursus. Donatista dixerunt Strati-  
tem Diaconum, quem cum alio Melchiades  
ad recipienda bona Ecclesiastica miserat, esse  
traditorem, ubi Maxentius Papam infelitus,  
eidem reddi loca jussit, Sie Aurelianus  
Ethnicus jussit ex Eusebii, Paulo Samofa-  
teno damnato, domum Ecclesia iis reddi,  
quibus Roma urbis Episcopi dicere redi-  
dendam, & hoc Sanctissimè factum doc-  
et Eusebius, & bene nobis affectum  
Principem laudat, & eximiit tandem conclu-  
dit. Sic demum Paulus, de quo docimus Lib. 7. c. 24.  
cunsummo dedecore secularis Imperii, & po-  
testatis auctoritate ob Ecclesia penitus extra-  
distur, ubi vel Pagani Papam venerabantur.

Post Philippum ut vidimus Christianum,  
Papæ auctoritatem veneratum, primus ba-  
ptismo lotus Constantinus, milles Papam  
est veneratus, ab eodem milles instructus.  
Et primò Lateranensemdem Romano Pon-  
tifici largitur, ut se demonstrasse contendit  
Bar-

Baronius, & quamvis Macedo neget, id evinci, ex Concilio in ea celebrato, cum prima Synodus Nicena in Palatio Imperatoris fuerit celebrata, & alia in Trullo in sede Principis, nil respondet demonstrationi Baronii, antiquissimum esse templum Lateranense, nec ab alio quam a Constantino donatum, quod bellè canit Prudentius. *Cetibus aut magnis Lateranas carrit ad aedes*, nec inscripsi potuit Macedo faltem ades Faustae in Laterano donatas. Hoe idem de Petri Basilica evincitur, eodem Prudentio canente, *Aus Vaticano tumulum sub monte frequentat*, & de S. Pauli templo scribunt Valentianus, Theodosius, & Arcadius A.A. A Gallus urbis Praefectus. *Desideratibus urbis contemplationis Venerationis*, antiquissimam Sacratam Basiliacem Pauli Apolloni, pro sumptuoso religiose ornare, ubi ea Basilica antiquitatem sacrata, & in actis Xisti tertii vocatur. Basilica S. Crucis Heleniana, & de aliis aedibus sacris adeo libellus de magnificentia Constantini, & liber Ciampini de aedificiis Constantini, cuius exemplis Giannonis qui templo, & Monasterio reprehendit, quem tamen totus orbis commendat, & hoc Neapoli ubi templa sunt pulchra, non tamen ullum est magnificentum, ut Solomonis, nullum amplum ut S. Petri Romæ, nec templum Alexandrinum ullum, quod totius civitatis cives caperet, ut enarrat ejus urbis Pastor Athanasius, nec templum ut Mahomet Meccæ, ubi quotidie ardent duodecim millia lampadum, nec templum Diana Ephesina, ubi fuerant centum viginis septem columnæ à totidem Afix Regibus erectæ, quæ Hilariori omnes laudibus evocantur, quisque pro sua Religione commendans. Et certè in veteri lege templum Deus ipse commendavit, & divina maiestate replevit, & Josephus à Regibus Afixa veneratum, ob ejus maiestatem scribit, & ob Onix pietatem Scriptura commemorat, & ultra templum augustum in Jerusalēm, octoginta erectæ sunt synagogæ, ut advertunt Toletus, & Serarius, & aderant viginti duo millia Leuitarum, & quadraginta & octo eorum civitates, nec unquam vel unus tentavit eripere, nec reges questi sunt de nimio numero.

*Certè Athanasius Constantem exaltat, cuius donariis Ecclesiæ plene sunt.* Certè Constantini Panegyristes laudat. Merito igitur angustissima illa delubra tantis donarilis honestata, ut jam vetera non quarant, omnia avocare ad se templo videantur, & Eusebius reprehendit Paganos, & opponit ipsis liberalissimum Principem ait. Illi sacras aedes precibus destinatas funditus evertere, easque è sublimi disjectas solo aquare, hic sumeat que supererant altius erigere, tum novas sumptu ex ipsis regis shefauris suppeditato magnifice extribo faniere, & mox. Lex præterea illud est, in se complexa, ut pecunias largiendis non se Cof. 43. in ei parceretur, & auget panegyrim paucis verbis. Quibus neque quid praeflantur, neque

labor Deo gravor, nequod plus habet utilitas, uno verbo Concilia, & Patres id repeatunt, & Giannonis afferat Salvianum ea docentem, & ea dona relinqui præ animale salutem, & ipsum irridet zelantissimum Praefulem, respectu cujus zeli ignis est frigidus, & Dei providentia excitatum ut eam tuetur, & cum Salviano Patres omnes irridet, & se solum cunctis anteponit.

Illud etiam quod narrat Ammianus Marcellinus, de magnificentia, & Damasi divitiae, sub filiis Constantini evenit, & verisimilius sub Constantino ipso. *Nec ego ab Lib. 2. suo ostentationem considerans rerum arbora*rum *quujus rei cupidos ob imperandum*, quod apparet omni contentione laborum jurgari debere, cum id aediri futuri sint ita secari, ut detinent oblationibus matronarum, procedantque vehiculis infidenses, circumspicte vestiti, opibus autem profusis, adeo ut eorum convivio regaler supererent mensas, ubi curules, & pretiose vestes, non nisi Imperatoris auxiliis habentur, & apud Hieronymum Praefetus urbis ajebat. *Facite me Romanae urbis Episcopum*, & protinus ero Christianus, aleso vel Paganorum oculos etiam illustrum, ea regia magnificentia ferichat.

Nec in temporalibus tantum Constantinus, sed in spiritualibus veneratus Papam, ut Pa. Epif. ad trem, & supremum Judicem fidei. Is in cau. ab. si. Donatistarum scribit, Melchiadis finem cause impoluisse. *Finis debitus suis est impossitus*, & apud Augustinum ejus causa per istum. *Dedit ille Arelatense Concilium*, ab horum scilicet Episcoporum, non quia negligenter erat, sed eorum perseveratibus cedens, ubi nec Patriarchalis Synodus, post judicium Melchiadis necessaria erat, longè minus plenarium Concilium, longèque minus Ecumenicum; & rursus Constantinus ipse ad Christum. Nonnulli ut serè fit & propriæ salutis, & Venerationis, quæ Santissima fidei debetur oblati, privatas adhuc simulacra protegunt nos cestant, probata jam sententia acquiescentes nolentes. Et infra. *Hac quo post deponitum judicium jam finita esse debuerant*, ubi Donatista ex Constantino oblitii sunt, & propriez salutis, & fidei, & ea post deponitum judicium finita esse debuerant, uno verbo Rex calamo pugnat, & ense, ut contra epistolam Armeniani Augustinus. Au. Cap. 7. det conqueri Armenianus, quod eos Constantinus duci iussit ad campum id est ad supplenum, adeò post judicium Melchiadis, absque ullo Generali Concilio non supererat Donatistis, nisi supplicium, etiam in veteri lege promulgatum. Qui superbierit solens Deu. 17. obediens Sacerdotis imperio, qui ex tempore ministeriat Deo tuo, morit morieretur Homo ille. Is Osius Romani Pontificis Legatum, in Hispania merum suffraganeum, & nullius in Oriente Autoritatis, praesidere videt Alexandrino Concilio, ob ejus præsentiam generali vocato, videt Concilii Ecumenici Presidem, videt Synodum eo auctore convocatam, & audivit ut narrat Severus Sulpitius di-

Lib. 2. dictare ipsum formulam fidei. Is in gravissima Paschatis causa, de qua gravida pharsi scribit Eusebius. Nemo erat qui huic malo remedium posset adhibere, scribit cum Are-

Epi. ad Sylv. hantensi Concilio, ante Nicenum ipsum cele- brato. *Quod decrevimus communis consilio, charitati tue significamus, ut omnes scians*

*quid in futurum observare debeat. De obser- ratione Pasche Domini, ut uno die, & tempore per omnem orbem observetur, & iuxta consuetudinem literas ad omnes tu dirigas,* ubi Silvester ad omnes dirigit, ut unodie, & tempore Pascha observetur, & Constantinus ipse ad Ecclesias, ponit in numero be- ne sentientiam Ecclesiarum, nonnullos etiam Orientalium, & cum Acesio fatur Apostolicam traditionem: Is de rebaptizan-

Cap. 7. tibus ex eadem Synodo scribit. *De Afris, qui propria lege sua utuntur us rebaptizent, placuisse ad Ecclesiam aliqui de heretice ve- nerint, interrogans eos nostra fidei Sacerdos-*

*symbolum. Et si poveriderint in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, ut accipiant Spir- itum Sanctum; & laudat judicium Melchia- dis, ubi Optato Milevitano teste. In Do-*

*namus be fuji sententia late, quod confessus*

*fit rebaptizasse, quod ab Ecclesia alienum est,*

*ubi erat ultima decifio & Pape, & Ecclesia.*

*Is cum Silvestro primam Synodus convo- cavit, tanquam ut se vocat, Episcopus ex-*

*terior, & Silvester Episcopus interior, & id*

*telle sexto generali Concilio. Atrius diefor*

*Trinitatis insurgebat, & continuo Constanti-*

*nus semper Augustus, & Silvester laudabilis*

*magnam, atque insignem in Nicæa Synodum*

*congregabant. Is sextum Canonem lauda-*

*vit, ubi Primatus vel apud Hostes eluet.*

*Denique Acesio Novatianorum Præfuli,*

*Soc. 1. 1. Cornelium Papam argenti respondit. Eri-*

*gito tibi scalam Acesi, & tu solus cælum ascen- de. Adeò unus Constantinus pro cunctis*

*sufficeret.*

*Successit Constans Patri, Hæres & so-*

*lli, & pietatis, & Athanasium à Julio Papa*

*restitutum, honorificissime recepit, &*

*Fratri epistolas direxit, ut si pacifice non re-*

*ciperet le præpararet ad bellum. Adeò Ju-*

*lium Fratri præposuit, & Hostem ita in De-*

*fensorem mutavit, ut Synodus Sardicensem*

*convocaret, ubi appellations ad Papam ex*

*orbe toto, gemino canone decernuntur, ob*

*memoriam Petri honorandam, & pluribus*

*epistolis revocavit ad thronum, etiam post*

*mortem Constantis, etiam invitio Arianis,*

*etiam contra Concilia damnantia. Confes-*

*sus Ecclesiam stetisse sine Episcopo, & Ro-*

*manam fidem sequendam Alexandrinis.*

*Quod & Valens quamvis Arianus exequi-*

*tur, ex Synodo in Illyrico celebrata. Ita-*

*et 371. que coaucti sumus Dominum, & Collegam no-*

*strum Elpidium Roma, que est Caput imperii*

*ad vos missere, ut discat an vestra predicatione*

*ita se habeat, ubi Roma mittitur fidei regu-*

*la, & ante decernit. De fide Trinitatis Ca-*

*tholica, quam etiam vestra celsitudine passim*

*predicari laudavis. Quin etiam Valentini-*

*nus, Valens, & Gratianus scribunt Praefec-*

*to urbis, ne Ursicus Romanum accedat,*

*adeò cum Catholicos vel Ariani, schisma ab*

*Ecclesia Romana depulere, & Jovianus gra-*

*tulatur Siricio, de Ursicino tandem quie-*

*scente.*

*Maximus est Theodosius, & laudatus Gra-*

*tinianus, & ambo Catholicos ab haereticis di-*

*stinguunt. Cunctos populos quo clementia Edict ad*

*nostræ regis temperamentum, in tali volumen pop. Cp.*

*Religione versari, quam Divinum Petrum*

*Apostolum tradidisse Romanis, religio usque*

*nunc ab ipso insinuata declarat, quamque Pon-*

*tificem Damasus segui clares, & mandato*

*isti populi omnes parebant, & Historicus*

*vacat Primitias Dco donatas. Quin etiam*

*Maximus Tyrannus, scripsit Romano Pon-*

*tifici, de fide Catholica integrè servanda,*

*& de primatu ipsius ad Imperatorem, & de*

*Theodosio scribit Hieronymus. Cumq[ue] Ep. 27.*

*Oriensis, & Occidentis Episcopos Imperiales*

*litera Romam traxissent, ubi Papa per literas*

*Imperatoris, Episcopos omnes cogit ad Sy-*

*nodus Generalem, ut scribunt ipsi Praesules*

*apud Theodoreum, ita eo de re certi ac se*

*vivere. Concilium voluntate Dei, & natus*

*convocantes nos velut membra propria, per li-*

*teras amatissimi Dei Imperatoris accessi/vis.*

*Idem in causa Flaviani Antiocheni Romanos*

*Pontifices audit, & reprehensu libenter se*

*corrigit; apud eundem Theodoreum. Sed Ep. ad*

*Damas.*

*cum Episcopi Romani, non Damasus solum*

*ille admirabilius, verum etiam poss illum, &*

*Anastasius Siricii successor, vobementis in*

*Lib. 5. e. Imperatore inveniēt essent, dixissentque eum*

*illos, qui tyrannidem contra se moliverunt op-*

*primere, sed bis qui per tyrannidem Christi le-*

*ges evertere studerent impunitatem concedere,*

*eum denuso accessit Imperator, Romaque se-*

*dulō, ut contuleret cogere laboras, ubi coa-*

*ctio effectum habuit missa à Flaviano am-*

*plissima legatione, nec ante sedere potuit in*

*folio, quā Papa electioni consentiret, quam-*

*vis peracta à Generali Concilio, & ab eo-*

*dem confirmata, & hoc suadente, & cogente*

*Imperatore. Et iterum Synodus Aquile-*

*ja cum Ambrolio, Imperatorem rogat con-*

*tra Ursicum. Es quomodo fieri potest, ut*

*eum quem societati eorum infertum vidimus,*

*non etiam afferorem perfidie judicemus, ubi*

*Arianis mixtum Ursicum accusant. Quod*

*etiam defors, tam etius orbis Romani Ca-*

*pus Romanam Ecclesiam atque illam] Sacro-*

*santam fidem Apostolorum, ne surbari sine-*

*res obsecranda fuit clementia vestra, inde enim*

*in omnes venerandas communimis jura dima-*

*nant. Et ideò petimus, & rogamus, ut ob-*

*seremus ei adimere dignetur facultatem, quod*

*egregiè præstit Imperator.*

*A Patre ad Filios descendimus Arcadium*

*nempe, & Honoriūm, & prius occurrit cau-*

*sa Chrysostomi ex Palladio. Scribit Innocen-*

*tius ad Honoriūm Imperatorem. Quibus*

*literis motus Princeps jubes Synodum, Occi-*

*entalium Episcoporum congregari, & cùm*

*in*

*in unam sententiam concurrensen ad se referre. Congregati Italia Episcopi Imperatorem orant, ut scriberet Arcadio Fratri suo, ut juberet Thessalonica Concilium fieri, quo facilius posset utraque partes Orientis, Occidentisque convenire. Missi Legati cum episcopis Honorii, & Innocentii, & ea insufflione non oportere Joannem judicium ingredi, nisi prius Ecclesia illi, communioque redderetur, ubi Fratri literas mittit Honorius, & cum Innocentio pro Chrysostomo laborat. Et rursus. Tertiū scribo ad Mansuetudinem tuam orans, ut que contra Joannem Cp. malignè gesta effens corrigeres. Verum id hæcens ut video factum non est. Et de Legatis Papa scribit. Quos ut cum omni honore excipias queso; ubi tertio scribit Fratri, & Patrem Fratri longè præponit.*

Volumen impletet causa Pelagii, de qua Prosper, & versu, & prosa. Decernis quod Roma probet quod Regna sequuntur, & contra Collatorem de Bonifacio. Quando B. memoria Papa Bonifacius p̄fissorum Imperatorum Catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiae, non solum Apostolicis, sed & regiis uebat editis, & de Sanctissimo Cœlito. Sciens dominatis non examen judicis, sed solum penitentia remedium esse prestantum, Cœlestium quasi non discussò negotio audiens postulante, totius Italie finibus iussit extundi, & in vita Augustini Possidius. At illi tanta fides Antifiles Innocentius, & Zozimus suis diversis temporibus eosdem no[n]tantes, atque à membris Ecclesie præcedentes datus literis ad Africanas orientis, atque occidentis Ecclesias eos anathematizandos, atque devitandos ab omnibus Catholicis censuerant, atque hoc tale de illis Catholicæ Ecclesie judicium etiam p̄fissimus Imperator audiens, & sequens, quod & faciendo monuerat Augustinus. Quid adhuc queris examen, quod apud Apostolicam Sedem factum est, & mox. Ergo heresis ab Episcopis non adhuc examinanda, sed coercenda est potestibus Christianis, & Mercator in commonitorio. Julianus & reliqui complures, subscribere detrahantur, non solum imperialibus statutis depositis, atque exauthentis sunt; quod & Honorius in occidente, & Theodosius in oriente complevit. Extant in Codice Ecclesia Romana, decreta Honorii, & aliorum Principum, adversus Pelagium & Cœlestium, quæ & sua judicat Papa, & sua Princeps confederatus, quæ extant, & apud Goldastum, non Imperatoris auctoritatem firmantia, sed Papæ auctoritati obedientia, ut hic & alibi clarè perspeximus. Extant & plura decreta, pro schismate, Romana Ecclesiæ tollendo, quæ similiter exæst refert Goldastus ad Theodoricum Arianum recurrat, certè nullam auctoritatem habentem, imò & id expressè constentem. Ipsum quoque Papam in collizenda Synodo voluntatem suam demonstrasse. Et item. In Synodali esse arbitrio, in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reverentiam de Ecclesiasticis negotiis

pertinere. Sequitur Theodosius minor, & tempore, & cura erga Ecclesiam, quam in tertio, & quarto Concilio, in extremum discrimen adduxit, illic à Nestorianis deceptus, hic ab Eutychie, & Eutychianis, at justi est non via nescisse sed emendatio, quorum aliqua ex Nicephoro correxit. Deinde verò Theodosius ibi re secum perpendit se Chrysophili astuta deceptum esse competrerit, per quam graviter & impietatem in Flavianum perpetrata, & alios Episcopos nefariori illatam contumeliam & condemnationem tulit, & cum dolori suo mederi non potuit in Chrysophili, Lib. 14. legitimum, iustumque effudit suorum. Itaque illum propriæ dignitate, mox etiam subflantius umui spoliis in Insulam quamdam relegavit, ubi se deceptum Theodosius vindicavit, Et Pulcheria Augusta ad Leonem.

Anatolius in eadem fide permanuit, atque religione, & tuarum literarum Apostolicam confessionem complevit, ubi ex eo cognoscit Pulcheria Catholicum, quod literis Leonis dederit assensum, & rurus de Theodosio Leo. Religiosa Clementissimi Principis fides Ep. 15. sciens ad suam Gloriam maximè pertinere, si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germin exurget, banc reverentiam diviniti detulit instituit, ut ad Sancta dispositionis effectum auctoritatem Apostolica Sedis adhiberet, tanguam ab ipso Beatisimo Petro cuperet declarari, quid in ejus confessione laudatum sit, ubi a Petro disicit fidem Theodosius. Et rursus. Acceptis Clementia vestra literis, & Ep. 16. multum universali Ecclesie gaudendum esse præspxi, quod Christianam fidem, qua divinitus honoratur, & colitur in nullo dissimilem in nullo vult esse discordem. Iterum rescribit Theodosio pro Anatolio, ea conditione, ut subscrivat epistolæ Cyrilli, quam Romanæ Ecclesiæ scrinia suscepserunt, sic & alia rescribit Pulcheria, cum Leone Papa concordi. Ep. 33:

Nobilissima sunt epistolæ Valentini, Galla Placidie, & Eudoxie ad Theodosium & Pulcheriam Augustam, sic scribit egregie Valentianus. Cum Sedis Apostolica Primitatum S. Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis corona. Synodi quoque firmaris autoritas. Et rurus integra altera epistola. Tunc enim omnium Ecclesiarum pars ubiqui servabitur, si Restorem suum cognoscat universitas. Et Galla Placidia scribit. Igitur tua Clementia secundum Catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter inspirare dignetur, ut quidquid in illo tumultuoso apud Ephesum Concilio constitutum est omni virute removatur, sic Eudoxia de latrocinali Concilio, quod volunt à Papa in irritum mitti, quod & quartum Concilium, à Papa jam peractum commendat.

Nec minus religiosè Marcianus Primitum reprobat Cp. Patriarchæ, vel à Concilio Generali approbatum, de qua re Leo Magnus ipsi scribit. Mibi autem multum fiducie Deo per vos operante collatum est, quod probasse vos obseruantiam meam, de custodia canonicum Paternorum Pietatis vestra affabibus in-

Cap. 41.

Lit. 2. op. ult.

An. 501.

indicatis, & merito gemitatur gaudium meum, cùm vobis Religiosissime placere cognosco, ut & fides Nicena suam reueat firmitatem. & privilegia Ecclesiastarum illibata permaneant, ubi approbat Marciatus, quod Leo scriperat, non de custodia canonum in genere, sed de custodia canonum Niceni, & privilegiis Ecclesiastici iuria firmitate. Iterum Leoni scribit pro Anatolio. Christianissimus Princeps ad nos epistolam dedit interveniens pro Anatolio, ut nostri animi gratia illi prefletur, quoniam correctionem ejus promittit.

Iterum petit confirmationem quarti Concilii. Quod verò p̄fissimus Imperator ad omnes Episcopos, qui Chalcedonensi Synodo interfuerunt, voluit me scripta dirigere, quibus que illuc sunt de regula fidei definita, firmarem, libenter supplicei, libenter implevi, ne fallax cingulam simulatio sententiam meam baberi vellit incertam, ubi fidem firmat, & in ea Concilium confirmat. Iterum Concilium Ephesinum secundum, ex decreto Leonis invalidat Imperator. Marciani editiis Sedem Apostolicam fecerit Ephesina Synodus damnatur. Iterum aliud promulgat editum. De cetero autem de Nativitate Domini, & Salvatoris nostri alius disputari, præter quod Apostolicum proemium trecentorum decem, & oīlo Patrum conformia huic doctrina tradidisse noscentur, sicut Sanctissimi Leonis Papæ, qui Apostolicum gubernat thronum ad S. memorie Flavianum regie arbitrii Cp. quondam Episcoporum testantur litera, ubi ex folo Leonis testimonio colligit infallibile quartum Concilium. Iterum ad Chalcedonensem Concilium scribit. Nam & Episcopi Romani, qui vice Leonis Archiepiscopi urbis Roma venerantur, & nostra tranquillitate pesierunt, quatenus omnino nos adesse debeamus S. Concilio affirmantes, quoniam non paternerint illis abfæ nec nostra pietate venire, ubi interfuit Princeps ex parte Legatorum, quod & iu Conclitio protestatus est Imperator. Imperatores verò ad ornandum praefebant. Etiam Leo Papæ Manichæos editiis Principum exiles reddidit, Attilam Dei flagellum placavit, & discedere ex Italia coegit teste Jornande, & Prospero in Chronicō, & Genesico sua sit urbem invadent ut ferro & igne abstineret, non minus Religioni quam Imperio proficuus, sic & Leo Imperator quartum Concilium firmavit, nolente Papa aliud congregari, mittit Legatos ut doceant. Quæ si Apostolica fidei regula, licet ut dixi vobis bene fit nosa demonstraret. Et mox. Neque S. Ecclesia Alexandrina lamentabilem captivitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestra, iustitiaque praefidio suam restituiri libertatem. Quod & egregie Leo perfecit abfique ullo alio Concilio.

Ep. 73.

Inimici, & fidei, & Papæ certò extitere Anastasias, & Zeno, nihilominua veritate coacti Papæ honorem promoverunt, Zeno ex Simplicio de more, mittit ad Papam fidel professionem, iterum petit à Simplicio dispensationem, ut Antiochias Præsul Cp. ordi-

naretur, quod pro unica vice concedit Simplicius. Et ad Anastasiom scribit Symmachus. Dicis quod mecum conspirante Senatus excommunicaverim te. Ista quidem ego. Sed rationabiliter factum à decefforibus meis sine dubio subsequor. Et mox. Quid ad me inquit, quod egit Acacius? Recede ergo & nibil ad te. Nam si non recedis ab eo pertinet ad te. Et iterum. Nos non te excommunicavimus Imperator, sed Acaciam. Tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recodis. Et post plura. Omnes Catholicos Principes sive cum gubernaculo imperii suscepserunt, sive cum Apostolica Sedi novos agnoverunt Presules infinitos, ad eam sive proxinus scripta miserunt, ut se docerent ejus esse conforter; ubi factetur Anastasius fe à Symmacho excommunicatum, factetur Acacium à Papa damnatum, ubi Imperatores omnes Papæ fidei professionem direxerunt. Iterum Anastasius Hormisdæ. Omnibus negotiis divina res proponenda sunt, Deo etenim omnipotente proposito Rempublicam, & conservandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quadam de orthodoxa Religione in Scythia partibus, vindicentur esse commota, id specialister Clementia nostra placuit, ut Venerabilis Synodus in Heraclianona civitate Provinçia Europea celebretur, quatenus concordantibus animis, & omni veritate discussa vera fides nostra, omni orbi terrarum manifestius innotescat, ut deinceps nulla posse esse dubitatio vel discordia, & orat ut mittat Legatos. Et alia epistola. Nunc currentis de vobis suavis opinio ad memoriam nostram bonitatem paternæ affectionis adduxit, ut illa requiramus, quia Deus & Salvator noster Sanctos Apostolorum divino sermone edocuit, ac maximè B. Petrum, in quo fortitudinem Ecclesie sua constituit. His igitur presatis initii bortiamur, ut ad ea, quæ de Scythia partibus nota sunt, unde & Concilium fieri convenire per perspicuum mediatorem se Apostolus vester faciat. Cui responderet Hormisdæ collaudans, & concludit. Fratres diuersi ad nos sacra afflatus commemorationem S. Concilii sacre Pietatis vestra dignata est. De qua tunc plenissimum paterimus præberere respondum, cùm causam Congregationis nos voluerint evidenter agnoscere, & in alia Legatos mittit, ubi Anastasius Synodus à Papa exposcit, & Papa mox non concedit, & Legatos mittit optimè instructos. Rursum directus Hormisdæ legationem, & ad Romam Senatum scripsit, ut Papam pro communis bono sollicitent, & rursum fidei professionem transmittent, ubi sacras literas suas enumerat. Per quas oblongovimus eis fidei non arbitrentur posse sufficere directam fidei doctrinam, recedentes ab anathemate Chalcedonensis Synodi, vel venerande memoria Leonis Episcopi, ubi Apostolum agit non Hæreticum, & maximum Par-

px cultorem.

Post hos veripellea inferi titionea, surrexere duo cœli luminaria, Justinius, & Justinianus Catholicos. Et Primus Hormisdæ legatos ut ipsi scribunt, omni veneratione su-

Ep. 77.

Ep. 14.

N a n s e a -

## 466 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Imperia.

secepsit, decimo ab urbe millario ocurrentibus magnificis vici. Et mox, *Oberlinus* B. vestra literas, quas Clementissimus Imperator cum grandi veneratione recepit, & ita scribit Hormisdæ. *Cetera clementiori quadam indigent moderatione, in uominibus An- tistitum non eorum, qui specialetiter enumerati sunt in epistola, quam Sanctitudo tua nobis de finasse uocatur, ubi obediens exhibet pro specialiter enumeratis, & pro aliis specialetiter exorat. Quapropter Legatis quidem tua Sanctitatis nulla fuit licentia mandati seu rem egrediendi, cum quo directi sunt, omnis autem eius negotio vestro jam tantum pender arbitrio, ut solus pacem concludere valeret, qui prima rei commovit exordia, ubi abfiqueullo Concilio Ecumenico, omnia solus providebat Hormisdæ, & rursus Justinus scribit Hormisdæ, annuntians subscriptum à Patriarcha libellum, & tamen ea erat fidei confessio. Quia uos posset prætermitti Dominii sententia dicentis. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Hec que dicta sunt rerum probatur effectibus, quia in Sede Apostolica inviolabilis semper Catholicus custoditur Religio, ubi non aliquando sed semper Romæ Catholicus custoditur Religio. Et rursus. Quidquid Hormisdæ per Beatissimos suos Sacerdotes annuit peragendum propria divinitate effectum cuncta sociata sunt, & etra dynasticis sunt nomina Sacerdotum, qui primi contra constituta venerant Apostolica, vel successores erroris facti sunt, rursus pro pace mitit Legatos, & sociat suis literas Patriarchæ, iterum scribit & mittit Legatum. Non multo itaque post à nobis quidam destituibit ad certiorem faciendam Beatitudinem suam super omnibus, & in finiuadat vobis supplicationes, que nobis oblate sunt, & responsum pietatis vestre refereundam, quo possint refescari tandem dubitationes incongrua, mittit Legatos, & alias epistolas, & in una orat pro aliquibus Præfibus, & addit. Verum nec iudicio caput Sedis Apostolica, ut non magis venia dicenda sit, quam deliberata iam ac perspectiva diffinio. Anastasius quidem Religiosissime memoria vestre culmen Ecclesiæ palam aperiuerit, cum hoc idem scriberet negotium Prædecessori nostro, satis esse pacem afflantibus, si uenient tantum reticetur Acacii, ubi Justinus Catholicus, & Anastasius Hæretici loquuntur, nec sunt Papa Philæteria dilatantes, ut de Sanctissimis decidunt Hæretici, & rhesus scribit de Patriarcha Antiocheno, & numerosis sunt Epistolas Justiniani, nondum Imperatoris & suo, & Justinis nomine scriptentis. Unus manet Joannes Papa coactus, à Theodosiro Rege Arian legationem obire ad Justinum, ut à vexantis Arianis deterretur, in itinere exco lumen restituit, & slia patravit miracula, ut referit in dialogis Gregorius, à Justino summo honore receptus. Occurrerunt B. Joannis Papa à millario duodecimo omnis civitas cum ceteris, & crucibus, in honorem BB. Apóstolorum Petri, & Pauli. Et mox. Tunc Justi-*

nus Augustus dans bourem Deo humiliavit se pronus in terram, & adoravit B. Joannem Papam gaudio repletus, quia meruit temporibus suis Vicarium B. Petri Apostoli videre in regno suo, de cuius maioribus cum gloria coronatus est Augustus, ita narrat Anastasius, qui in eo errat cum Autore Mifcellæ, quod dicat Justinum Ecclesias restituisse, & ab Arianorum persecutione cessasse, cum epistola secunda ad Italiam Præfules dicat Papam Ecclesias omnes Arianorum, ritu sacro consecrasse & Catholicis omnes tradidisse, eosque ad simile opus hortetur, & vincula, & miracula testentur, id noluisse petere à Justinio.

Similia Jolino egit Justinianus, & similiter edidit profelctionem. Quia non posset pretermitti Domini sententia dicentis. Tu es Petrus, & aliam trium Imperatorum, in suo Codice inferuit. *Cunctos populos, quos Clemencia nostra regit temperamentum in tali voluntu Religione versari, quam diuina Petrus Apostolatum reliquisse Romanum, Religio usque nunc ab ipso insinuata declarat, & editum habet ad Ioannem Papam. Reddentes honorem Apóstolicæ Sedi, & ut decet Patrem honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, se finivimus ad noscum deserere vestra sanctitatem.*

Et mox. *Idcoque omnes Sacerdotes universi orientis tractans, & subiecere & unire sedi vestre sanctitatis properavimus.* Et rursus. Nec eius patitur quidquam quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quoniam maiuscum, & indubitateum sit, quod moveret, ut non etiam vestre inuestigat sanctitati, quæ Caput est omnium Sanctorum Ecclesiarum, ubi Justinianus honorat ut Patrem, & Papam defert causas fidelis, & unit omnes Sacerdotes cum capite. Is in causa Anthimi Agapetum, vel contra Augustam est veneratus ex Liberato. Denique

*Cap. 21.*

petentibus Princibus ut Antibium Papa in salutationem, & communionem suscipere. Ille fieri inquit posse si se libello probaret orthodoxum, & ad catbedram suam reverteretur. Impossibile esse aiebat translatisum bonum in ista fide permanere, & mox. Augustus verò prominentे numeru multa, & Papa minus intentante in hoc Papam perficit, ut ejus audiret permissionem; & de ipsa causa Anastasius. Tunc p̄fissus Augustus Justinianus rogauit B. Papam Agapetum, ut in locum Antibii Episcopi Carbolicum ordinaret Meunam, & clarissimè Justinianus decidit enumerato inter haereticos Anthimo. *Sicque divisa, & bimaria pariter concorrentia, unum confonantem rectis sententiis efficeret, ubi divina est Agapeti sententia, humana tantum Imperatoris, & Anthimus à solo Papa dsmnatus, cum verissimis haereticis numeratnr, ab Ecclesia & Conciliis generalibus, quatuor ut Evangelis nota illa inustis, uno verbo & viuentem Agapetum honoravit, & mortuum*

ut

*V. 42.*

ut Papam est veneratus. Is in causa trium  
Capitulorum. Ipse Vigilius non semel nec bis  
sed etiam sepius in scriptis, & sine scriptis  
anathematizatis impla tria capitata. Quod  
verb ejusdem voluntatis semper fuit de conde-  
mnatione trium capitulorum, & per plurima  
alia demonstravit. Et per condemnationem Rus-  
sici, & Sebastiani, & repetit alibi sepe. Et  
texta Synodus in Prosphechetico Vigilius  
post bac Iustiniano pessimo consenserit, & quin-  
tam Concilium constitutum est, ut eorum opu-  
scula qua latenter reperta sunt repleta abbo-  
minatione anathematizarentur, & in edito  
fidei Origenem, ubique damnatum vult post  
anathema Anastasi, & Sardicensem Syno-  
dum proscriptus Acumenicam, quamvis solas  
quatuor velit Generales, uno verbo in cau-  
sus Acumenorum, & aliis, sedem consulit Ro-  
manam, & ait. Nos credimus esse Catolici-  
cum, quod vestro Religioso responso fueris in-  
stitutum, aedc extrellum, & supremum Ju-  
dicem proscriptur.

Remanent intra sex secula Mauritius, & Phocas, & utrius imperio Gregorius invigilat. *Ariulphus exercitum Asturis, & Nordulphi habent eorum sibi dari precaria defederat, ut nobiscum aliquid logari de pace dignetur, & alibi. Breviter indico quia sicut in Ravenna partibus Dominorum Pictus, apud primum exercituum Italia Sacellarium habet, qui causit supervenientibus quotidianas expensas faciat, ita & in bac urbe in causis tabulariis Sacellarii et eorum ego sum. Et rufius. Mibi pro subducta est, quam cum Longobardis in Tuscia positis sine ultra Republice di-*

*spendit secerant. Interim dum pax fieret scribit Presulibus. Sis Fraternitas vestra felicitas, ut nullum neque per nostrum vel Ecclesie nomen, aut quolibet alio modo defendendi vigilii patiarunt. Et Romani omnium indigam defendit, & simplicem non esse se se tuerit, & pacem concludit, ut in responsu ad*

*Liber VII. capitulo IV. de pacem concordia, ut in responso ad  
episcopum Agilolphum, & in gratiarum actione ad  
Theodolindam, adeo defendit Pontifex imperium,  
quod Imperator, & Ministri deva-  
stabant, de qua re etiam Phoca Principi  
scriptis. Hac de cura corporum extat, &  
cura animalium, cum Mauritium deterret,  
milites monasterium ingredi prohibentem.  
Quam constitutionem ego fateor Dominis meis  
vobementer expovi, quia per eam calorum re-  
gnorum multis clauditur; & rufus in epistola  
vel citata à Maimburgo; inducit Christum  
Imperatoris Judicem; Sacerdotes meos tua  
magis amant, ut in eorum favoribus illa*

*Liber. 2. cap. 52.* manu commisi, & tu ex meo servisito milites tuos subfraberis, & epistola sequenti. Vnde autem mihi durum videatur, ut ab ejus servitio militet suos prohibeas, qui ei, & omnia tribuit. Quia omnia ita serunt oculos Mamburgi, ut non tantum vexet acriter Baroniūm, sed Gregorium ipsum magnum, & mirabilem, veluti mendacem refellit, & evidentissimam rationem quod via tollitur salutis, quali ejusdem sint sanctitatis castra, & Monasteria, nec castra vita corrigit, sed sovent. Etiam in causa Ecumenici est

victor. *Vos eamden causam nullam esse dicere non debetis, & Imperatori scribit.* Tri-  
ste mibi aliquid Serenissimus Dominus innuit,  
quod non ille corripuit sed me magis, & ab in-  
flatione mea declinari studijs & Praefulm,  
& Principum animos vicit; etiam Phocæ  
quem maximè commendat, ubi titulum  
Æcumenici Papæ restituit, & abstulit à  
Greco Patriarcha, ubi Pantheon dedit Ro-  
niscio Quarto, in honorem Martyrum ver-  
tendam, ubi fidei professionem Papæ trans-  
misit, & Romanam Caput omnium Eccle-  
siarum, cum Justiniano, & aliis appellat.  
Lib. 6.  
epiph. 84.  
ind. 15.  
Lib. 4.  
ep. 31.

Referunt Papa Hostes Anastasium scribentem juberi non possumus , at male scripta gloriose retractat , quod & egit Theodosius minor deceptor . Referunt Silverium Pataram relegatum , at Patarenis Praefule Deum obtestante , ab exilio est liberatus ; & Vigilius prius affictus mox veneratus . Referunt Zenonis impium Enoticum , at à Papa damnatum , & à Zenone ipso faltem facte revocatum , & addere possunt , Zenonem , & Anastasium post mortem à Justino , & Justiniano condemnatos . Denique referunt Agapetum ita pauperem , ut pro itinere Cp. vasea vasa venderidet , at ex Callistodoro ea rursus recepit , & sub Damaso Papa erant ditissimi , & Symmachus ducentos viagintaquaque Praefules , in Sardinia exiles saluit , & Gregorius prædia ubique terrorum enumerat , in Europa , Africa , & Oriente . Sublato = vivis Phoca succedit Heraclius , & Eusebius , & Hieronimus .

qui mox Ethesim promulgat ubi duplarem in Christo negat operationem; at Sophronius Hierosolymorum Antistes, encyclicam emitit Honorio Papam, ubi duas operations proptetur, & Monothelitas anathemate configit, verum damnationem exhorret Heraclius, & edictum promulgat, ne quis unam, vel duas prædictas operations, & Ecclesiam ex actis S. Maximi suam negat, sic & Constantius typum promulgavit, quo una vel duplex operatio fierentur, quam misit Severinus Papa firmam, quam Pontifex vice Bernandi damnavit, & Joannes Quartus Constantino filio rescripsit, ut Heraclius Ethesim rescinderet, quam ex Synodo Romanam etiam Theodosius Papa damnavit, & Martinus, Vitalianus tamen Constantem, Romanum urbi accedentem, quamvis impudentem honorificè recepit. Denique Constantius Pogonatus epistola rescripsit Donnino Papa de pace Ecclesie, & Synodi conocatione, & de ipso Imperatore Graci loquuntur. *Intersuisisti*, & vos cum universitate Principis Pastorum simul cum ipso die invictissimi locentes. & mox. *Tangens ipsius Divini Petri vocem Agathonis supermirasi sumus. Et Iuris.* Ac velut Principis Apostolicis cibis, primicie loci Pontificem Petrum intuitum, mentium nostrarum oculis totius dispensationis mysterium divinavit alloquenter, veraque hoc per eas literas Christo facienssem. *Et Christus Filius Dei vidi, nam ipsius eum Christianum nobis sacra ejus litera dispensavit.*

## 468 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Imperia.

rendo exprimabant, quod omnes libentibus animis sincere accepimus. Et alia scribit egregia Papæ.

Pot sextam celebrata est Synodus Trullana, quam approbari Reges à Papa petiere; & narrat in Sergii vita Anastasius. Hujus temporibus Justinianus Imperator Concilium in regia urbe iussit fieri, in quo & Legati Apostolicae convenerunt, & decrepti subscriperunt. Compellebatur autem & ipse subscrivere, sed nullatenus acquieavit, & Venerabilis Beda de Justiniano. Hic B. memoria Pontificum Romanæ Ecclesie Sergium, quiescerat se sua Synodo quam perfecerat sature, & subscriversi noluit. Et rursus misit ad Joannem septimum ex Anastasio Illico ut palatium ingressus est, propterea que ad eum est Imperium somos quos ante sub Dominio Sergio Apostolica memoria Pontifice direxerat, in quibus diversa capitula Romane Ecclesie contraria scripta fuerant per duos Metropolitanos Episcopos demandaverat, dirigens per hos & sacram, per quam Romanum Pontificem conjuravit & adhortatus est in Apostolica Ecclesie Concilium aggregaret, ut quaque ei visa effem stabiliret, & que adverba sentiendo excluderet, ubi post generale Concilium in manu Pontificis est hrmare, vel in iritum mittere invalidum. Et in eadem re de Constantini adventu. Egressi à portu contingenter in Insula, que dicunt Lea, Theophylus Patriarcha, & strategus Campaniæ, & cùm summo labore eum suscepit, & amplectens ut iusso continebas iter ab solito peragebat caput. A quo loco navigantes venerunt à septimo milario Cp. ubi egressus Tiberius Imperator Filii Christiani Augusti cum Patriis & omni Syncleto (nempè Senni) & Patriarcha cum Clero, & populi multitudine omnes festantes. & diem festum agentes. Et mox. Dominus autem Justinianus Imperator audiens ejus adventum magno repleti gaudio à Nicæa Byzantium misi sacram gratiarum actione pleuam & ut deberet Pontifex occurrere Nicomediæ & ipse veniret à Nicomedia. In Die autem quose invicem viderunt Augustus Christianissimus cum regno in capite se prostravisse pedes osculans Pontificis, deinde in amplexum mutuum correrunt, & salto est letitia magna in populo omnibus aspicientibus tantam humilitatem boni Principis. Die vero Dominico missas Imperatori fecit, & communicas Princeps ab ejus manus pro que fuit debetis, ut deprecaretur Pontifici postulant, omnia privilegia Ecclesia renovarvit.

Iterum certum est Papam sextam Synodum tueri à Philippico rejectam, de quo Anastasius post redditum Constantini Papæ. Post mensis autem tres lugubre monstrum personauit quod Justinianus Christianissimus Imperator & orthodoxus Imperator trucidatus est, & Philippicus hereticus in Imperiali præfectus est vice. Cujus & Sacramentum prædictum do-gmaris Constantiū suscepit, sed cum Apostolice Sedis iudicio respuit. Et mox. Unde nec ejus effigies in Ecclesiam introducta est, nec su-

um nomes ad Missarum solemnia proferebant, ubi ex more confecta facram misit, in eo reprobata in Anastasio admittam. Post aliud quod vero temporis Scholasticis cubicularius Patriitus & Exarchus Italicus veniens Romanus detulit facram Anastasi Principis, per quam vere, seu orthodoxa fidei predicatorum, & S. sexti Concilii Confessorem esse omnibus declaravit, quam & Pontifici obtulit. Unde pacem habuit sexta Synodus, etiam à Theodosio Catholico restituta.

A sexta ad septimam Synodum transimus, & primo Gregorio secundus Leonis Iauri professionem recepit, ut scribit epistola prima ad eumdem. Religiosè confessionem iiscalpata & orthodoxa fidei nostra edidisti sed & scriptisti ad eum qui nefratabat & destruxit terminos Patrum exercrandum esse. Et post plura. Scriptissimi Conciliique universale cogereret, & nobis inutilis ea res visa est. Ejusdem infans exitit Copronymua, qui tamen ex Anastasio Legato Papæ honoravit. Post hac regi-rens misis Apostolica Sedit, quos ibidem tempore persurbationis contigerat ad eumisse, eosque repertos ad Sudem absolvit Apostolicam, & juxta quod Beatissimus Pontifex postulaverat donacionem, in scriptis de ducatis Marofis, que Nimpbor, & Normias appellantur juris emblemata publici, eidem Sanctissimo, ac Beatissimo Papæ S. Romane Ecclesie tum per nos dixit possidentis, idem & controveriam imaginum scripti Gallia Legatis Papæ in ea Apostolica Sede constituta. Regnante po- stea Constantino & Irene litera ad Episcopos convocatos prodierunt, ubi in fine concludunt. Literas autem suscipimus iustas ab Hadriano Sanctissimo Papa vesteris Roma. Et mox. Et in hemisecundum ius Synodicum in audienciam omnium recitari, & Imperatores cum Tharasio scripserant Papæ ut veniret aut Legato nitteret ad Synodum, sic Michaelae Princepe Michael, in vita Theodoris Suditi scribit, de Patriarchis, & causa fidei. Placuit hoc in primis Romano Antiflisi qui per literas, nautisque suos sententias confirmavit, nam & illum sequestrum pacis, & Leonem Pontificem eum ad devincendum Patri animos puer Imperator addibuerat, en Imperator Catholicus eximidi se gerit, imo & Michael Balbus hereticus, jubena Synodum Catholicorum & Iconoclastarum, auditâ voce Episcoporum. Quod si quid est huiusmodi de quo ambigas. Et mox Jubeat magna ipsius, & à Deo confirmata manus ad communem utilitatem à vetere Roma suscipi declarationem, prout olim & ab initio paterna traditio-ne transmissons mos fuit. Hæc enim Christi amula Imperator suprema est Ecclesiarum Dei, in quo Petrus sedem primas tenuit, ad quem Dominus dixit. Tu es Petrus &c., & Imperator annui postulatis, & tandem Theodorus & Michael tertius, Nicæa Synodum confirmarunt.

Post septimam est octava Synodus, ubi nuntiis Basili Imperatoris fatentur. Dexterrissimus Filius vester Basilius Imperator etiam

*Patriarcha munere vestro refitimus Ignatius dux Ecclesie Cp. per intercolum vestrum in- uoferem Photium pepulisse, & scribit ipse de Photio, & ab eo ordinatis, & subfcribit celebri fidei profissionem. Primo salus est pre- fecte fidei regularum custodiare, & à Patrium con- flentis deviare. Quia non potest Domini pra- termitti sententiæ dicentes. Tu es Petrus Sc. & allatam epistolam concludit. Ut autem fonslicitas sua docimur, & Apostolicum judi- cium de SS. Patriarcha Ignatio, & infelicitate Photo, ac Photianis quoque palam fieri ab ultraque parte, atque alii à nobis ipsi mississimæ Legati, ut presentibus illis causa se defini- eatur, tuique Legato unâ cum nostris certissimam torias Ecclesiæ fidem saeculo mistantur, ubi extreum & divinum est iudicium.*

Post octavam adeit Synodus Lugdunensis secunda, quam Graci oclavam vocant ex Gennadio. Post Nicolaum Summi Pontificem per temporum vices non desisterunt scribere & bortari Graecos ad conversionem, & obedientiam, quoque coetio est Synodus apud Lugdu- num, quam Graci oclavam vocant. De unione agi ex parte cum Michaelo Paleologo, sub Urbano IV. & Clemente IV., erga quem propensissimus erat Imperator, unde ad Gregorium X. successorem nuntium misit, & Ludovicum IX. S. interponit, ut Gregori- rius scribit eidem Imperatori, qui scribit Papa Gregorio. *Sanctissimo & Beatisimo Primo & Summo Pontifici Apostolice Sedis V. Papa, & communis Patri omnium Chri- stianorum, & V. Patri imperii nostri, & ibi proficitur divini juris primum, rogat ut serventur Graeci ritus, & symbolum canantur velut ante schisma, & lectori sunt epistole Graecorum conformes, Legatus Imperatoris schismatis ejuravit, Imperator & Andronicus filius ipsius, literas gratulatorias Papæ mi- scere sub Nicolaio III. scripsit Papæ se eti in ea re Æconomia, à Martino IV. excommuni- niciatur, quamvis Jordanus, Ptolemeus Lu- censis, & Paemmera, dient unionem pro- curasse, & Eberardus assertit Martinum ana- thema vibrasse, eo quod multorum cerneret defectum.*

A pace recessit Andronicus, at crucifi- gnatos metuens, desiderio unionis exarxit & Carolum IV. Francorum Regem concorde sequestrem adhibuit, missis ad ipsum oratoribus. De ipsis voluntate ut Rex certior fieret misit Benedictum à Cunis, Roma- ni Pontificis beneplacito, ut scribit Regi Si- ciliæ Joannes 22. Eadem optavit Androni- nicus Junior ex Gregorio, qui disputationem inter Latinos, & Graecos variis rationibus disuauit. Mox Cantacuzenus de unione egit cum Clemente VI., & Innocentio VI. ut ipse narrat, & Legatos Apostolicos honorificè excepit, & conditionem propositum Concilii & post multa subdit. *Papa & ipse non se à Synodo abborrere confessus. Mox Joannes Paleologus cum Innocentio VI. contra Turcas An. 1355 sedas pepigit, obedientiam pollicitus, & plura & 1359. privilegia quoniam tabula extant apud Ray-*

*naldum obtinuit, nisi deinde Innocentio VI. Legato, deinde Urbano V., & professionem prescriptam subserbit ex Raynaldo.*

Ad hæc cùm Baldwinus Flandriæ Comea Graecia pulsis Cp. & ipsis imperio foret adeptus magna ex parte Graecos ad unionem Romanæ reduxit Ecclesie, & Martinus V. pro unione laboravit, & Graci ipsi Bal- leensibus reliqua, enixè Graecos rogantibus Ferratiam ad Eugenium IV. se contulere, & Imperator genua flestere voluit, sed non permisit piissimus Papa, sed sic ipsum hu- maniter exceptit, & adstantibus præter Cp. Alexandriæ, Antiochiae, & Hierosolimæ Patriarchs, Imperator cum Graecis unionem est amplexus, & Joseph Patriarcha in puncto mortis, ubi oculis corporis clausi aperierunt lumina mentis Romanum Pontificem est veneratus. Nam quo Domini Nostræ Jesu Christi Catholicæ, & Apostolica Ecclesia Ro- manæ veteris sentiat ac celebret omnia, me quoque sentire, credereque profitear, ac ipsi plurimi acutus. Beatissimum autem Patrum In profe- patrem, ac summum Pontificem Romana ve- fici. teris Papam Domini Nostræ Jesu Christi Vicarium esse concedere, atque ignem Pur- gatorium esse non inficior, ubi utrumque forū in Graecis, Romanum Praesulem vene- rari cernimus, imò & post Graecorum Patriarcha Niphon Florentinam Synodus commendat. Cur vero infeliciter acciderit scribit Nicolaus V. ad Constantem Paleologi Fratrem. Nimirum Joannis studium erga res civiles effectit ut res ad optatum finem non perverterent, ob quam rem similitudine arboris instructiose, à Deo autem eradicanda, post triennium cladem indicat, & ob Joanno te- peditatum pacem mittit auxilia.

Nec sub Turea ipso Tyranno defecit Papa mittere captiuos auxilia, ut à captivitate li- berarentur, sic Pius II. expeditionem est meditatus, sic & celeberrima sunt alia misio- nes, imò & in animabus salvandis, quamvis filia prodigis eura patrii non defecit, & cum Lutherani venenum spargerent, sub Je- remia Patriarcha Papa misit Legatos, qui antidotum veneno ferrent, & Legiones innumeræ transiit, quas vel hostes Latini exagerant, & Graeci vel in suis Historiæ agnoscunt & Ecclesiastica passim habet his- toria. Adeò vel invitata Graecia Roma au- xilium impedit.

## C A P U T II.

*De Translatione Imperii.*

**E**a est humanarum mentium diversitas, ut alter fulo calamo rem peträret, alia brevi periodo rem decidat, ita Bellarmius tractatum edit de translatione Imperii con- tra Illyricum, & doctissimus è contra Baroniis, relatio Eginharto, & Anastasio de col- late à Leone tertio Imperatoria dignitate subdit. *At non ipse tantum, & Anastasius de collata per Romanum Pontificem Leonem Im- pe-*

periali dignitate Carolo Magno sunt testes, sed & sicutenim id ipsum (ut uno verbo dicam) Latini omnes, & Graci Auctores, utpote de re non intra parietes domesticos gesta, sed in ipso orbis Theatro urbe Roma, in amplissima Basilica Vaticana, non solum Romanis ipsis praesentibus, sed quotquoniam ex toto Christiano orbe solerent illas, Religiosis causa confovere, peregrinis & ipsis, quos ipse Carolus secum duixerat exercitios, & addit id divino confilio factum, nec aliter potuisse fieri ut translatum fuerit, ut perferret. Addere poterat Reges ipsos, in causa sibi parum propitia, ultro confessos etiam hostes Pontificum, & omni genere testium rem firmatam.

Eam rem cum negare non posset Maimburgus, Romani Pontificis hostis insensibilissimus, in historia Iconoclastarum docet. Carolum Magnum imperium occidentale, & ipsam Italianam jure belli occupasse, Romanum vero populi Romani donatione, nec aliud a Leone Papa quam coronam, hoc est non ipsum imperium sed insignia tantum, nudamque ceremoniam accepisse; imo nec istam nisi ciuum Romanorum precibus compulsum, eum sine fine Augustum acclamavit, tunc enim non prius a Leone coronatum. Favet partim Natalis Alexander, tomo primo dissertatione prima. *Nec à Gracis ad Francos à Leone tertio translatum Imperium dici possit, si propriè vox illa translatio sumatur cùm imperio spoliati Principes Graci non sint nec ullas ab ipsis Provincias aut urbes Leo Pontifex absulerit. Et mox. Neque si nomine Imperii ditiones intelligat, non est translatum Imperium à Leone à Gracis ad Francos. Et rursus. Quantu[m]cumque provincias Carolus Magnus intra veteris occidentalis Imperii fines possidebat, eas partim hereditariae sibi successione devolutas, partim legitimo bello partas accepitos, & in sua potestate tenebat. Et ante hos Illyricos secunda parte. Quod non sit facta per Papas Imperii translatio à Gracis ad Germanos.* Et rursus donatum occidentis Imperium, Carolo ab Irene contendit, & moderni nihil Papam dedisse velint, & translationem penitirerunt.

Rem brevissime decidit Cedrenus, in vita Constantini, & Irenes. Venerant etiam a Carolo, quem Leo Papa Roma coronaverat Legati ad Ireneum, eam Carolo in uxorem ambo[n]tes. Hic Annalia Francorum. Ipse autem cùm die Sacratissimo Natali Domini ad Misericordia solemnia Basilikam B. Petri Apostolo suisset ingressus & coram altari, ubi ad orationem se inclinaverat affluster Leo Papa coronam capiti ejus imposuit, cunctio Romanorum populo acclamante Carolo Augusto a Deo coronato, magno & pacifice Imperatoris Romanorum vita & victoria, ubi mentio fit populi Romani, qui ab aliis prætermittitur, sed acclamantis post coronationem; Hic Amminus vivus sub Ludovico Pio libro quinto de gestis Francorum, describit iisdem verbis exordium Imperii Caroli Magni nec populus Rome dat nisi acclamations. Hic

Ado Episcopus Vieuenensis, vivens sub neptihius Caroli Magni scribit. In die Savelio Cas. 92. Nativitatis Domini ante confessionem B. Petri Apostoli, cum glorio[s]us Rex Carolus ab oratione surrexisse Leo Pontifex capiti ejus coronam imposuit, siveque ab universo populo acclamatum est Carolo Augusto a Deo coronato. magno, & pacifice Imperatoris Romanorum vita, & victoria, ubi Auctor nullam habet mentionem aut Populi, aut Senatus, sic Regino Abbas Prumiensis in Chronico, ejusdem Adonis verbis coronationem Caroli Magni describit, & Auctor iste dicit Imperatorem creatum. Arnulphus Civitatis Au. 896. ingressus à Formoso Apostolica Sedit Praefacie magno bonore suscep[er]t, ante Confessionem S. Petri coronatus Imperator creatus est, & rursus. Ordo Primus Rome favorabiliter suscep[er]t acclamacione totius Romani Populi, & Cleri ab Apostolico Joanne Imperator, & Augustus vocatur, & ordinatur, ubi vides festivitas populi acclamacionem, sed à Papa Imperatorem dici, & ordinari. Hic Luitprandus Ticinenis sub Othono Primo. De L. 6. c. 6. hinc Romam simili scilicet adiit, ubi miro ornata, miraque apparatu suscep[er]t ab eodem Summo Pontifice, & universalis Papa Joanne unctionem suscep[er]t Imperii; & infra, & unctionem, & dignitatem memorat. P[ro]prio tunc Regi, nunc Augusto Cesar[io] Ottoni, ubi ante coronationem Rex est, post coronationem Imperator. Hic Wittichindus Reginoni aquilis, libro tertio Regnum Saxonicorum, Othonem Secundum inducit loquentem, & de eo loquitur. Lices jam olim unius est in Regem, & à B. Apostolico designatus in Imperatorem, ubi distinguitu Regum Germanie ab Imperio. Hic Hermanus Contractus nobilissimus, vivens sub S. Henrico Imperatore. Carolus Imperialis In Cbr. benedictione sublimatus Augustus, & Cesar[io] Au. 895. Romano more appellatur. Et rursus. Leo Au. 816. Papa obiit. & Ludovicus Imperator à Stephanio Papa satius est, & anno 962. Ordo Rex ab Ottone Joanne Papa Imperator ordinatur. Et anno 1026. Conradus Rex Filium suum Henricum Regem fecit, & ipse Romana pergens Imperator officiatur, ubi per coronationem fuit Imperatores. Hic Martinus Seetus. Carolus Romam pervenient datis Joanni Papa magnis munieribus Imperator satius est, & anno 896. Arnulphus urbem ingressus cum magno bonore à Formoso Papa suscep[er]t, & ante Confessionem S. Petri Imperator satius est, sic Dodechinus Marianus continuator, sic Lambertus Seafnaburgensis, In pro. Gem. 17. Godefridus Viterbiensis, Leopoldus Lib. 11. Bambergensis de Juribus Imperii, Palmarius in Chronico, & aliis quos citat Bellarius, Joannes Naucleus, Philippus Bergomensis libro supplementi, Polydorus Virgilii libro quarto de Inventoribus rerum, & aliis apud Roccabertum.

Adeamus Principes ipsos quorum maximè interest, ultro gravissime confitentes, & primus sit ipse Carolus Magnus accipiens, & se

& se accepero testatus, cum Imperium filii dividere, rem à Papa voluit firmari, & ipsius manu subscriri, ut constat ex Aimoino in historia Francorum *Teslamentum Caroli Leoni Papae missum est, ut approbaretur quod factum est*, & Ado Viennensis de eodem testamento, & Leoni Papae missum ut sua manu subscriberet, & in antiquissimis Francorum annalibus. Hec omnia literis mandata sunt, & Leoni Papa ut ipse sua manu subscriberet per Eginarthum missa. Quibus Pontifex letis, & assensu prebuit, & propria manu subscriptus. Alter est Lotharius Ludovici Filius, & Caroli Magni Nepos, de quo Ado. *Ludovicum Filium suum per se Regem Italiae fecit, sed cùm Imperatorem quando illam fieri vellere Romam ad Pontificem misit per Drogonem Patrum suum, aucto eo modo Ludovicus Junior à Sergio Papa Imperator creatus est*, ubi ex hac Lotharia confessione, Imperator potest Regem creare, Imperatorem solus Papa constituit, & Sergius creavit non Lotharius. Tertius est Carolus Calvus, Ludovici Junioris in Imperio successor, qui in contentione de Imperio libi viam ad Imperium muneribus patefecit Joanne Cuspiniano in Vita Caroli. Ipse omni mora obiecta, summo cum festinatione Alpibus superatis in Longobardiam contendit, ut hinc recid Romam proficiatur pro corona Imperiali in Franciam Caesarum nomen allaturt. *Ludovicus Germanicus Rex Filium missis Carolum, ut iter prohibeat, & cùm it cederet indignatus Pater Filium cum exercitu missi, qui Carolus avertas. Sed cùm copias praeflaret, & potentiam ferre non posset, reversus ad Patrem missus in Franciam cum exercitu, diris incursumbus eam vexans. Interim Carolus Italianum ingreditur, quem Joannes Oftone Summus Pontifex benignissime accepit, Diadema Imperiale, ac Augusti nomine adornans, ubi videt in uno plures Principes sic Regino in Chronico de ea re sic loquitur. Anno 877. Carolus Romanum secundò profectus est, ubi jam pridem Imperatoris nomen à Praefule Sedit Apostolice Joanne ingenti prelio emerat. Et Marianus Scotus in Chronico. Carolus Romanum perueniens datis Joanni Papae magnis muneribus Imperator factus est. Si solum nomen datur, cur bella vel inter Fratres, cur munera, cur permisso valstionis regnum regnorum potius, quam Imperii coronam de manu Pontificis non accipere? Est & Albertus Imperator, in Chronico, de illius vita, & fatis. *Vebementer contendit, ut Imperium sibi, & hereditibus confirmaret, id quod minime impetravit. Volnis enim Summus Pontifex Imperatore Romanum eligi non nasci*, ubi vides absolutam potestate quam fateantur Reges ipsi, & Pontifex nollet hereditariam in Principe; & hoc narrat Albertus Argentinensis ex tempore vivens, sic & Henricus VII. Alberti successor, ex Corrado Vergerio in ejus gestis. *Lucemburgus mistit in orans Narbonensem, qui à Clemente Quinto postulauit, ut ratam sui sacre sub-**

*rogationem pro more diguaretur, ubi & subrogationem, & morem satetur. Est & Ludovicus Quartus successor, perpetuus Papa Holtis, de quo Albertus Argentinensis in Ludovici Quarti Historia scribit. Eumdem Ludovicum defuncto Joanne Papa XXII. missis ad Benedictum XII., qui Joanni successerat Legatos, qui demississimis precibus peterent absolutionem, & restitutionem. In nem. Est & Carolus IV. ex Theodorico de Niem tractatu sexto, toto pro Imperio nullo pro Papa, procuravit talem quallem electionem dicti Vencislai Regis per Urbanum VI. orto jam schismate, ac in ejus principio fecit approbari, & per hoc acquisivit idem Urbanus, quod dictus Carolus Imperator adhuc erat eidem. Est & Fridericus I. ex Alberto Kranio, in historia Saxonie petens per Legatos à Papa Imperium. *Nosum ergo sibi esse volunt R. P. quis omnis Ecclesia de fidelitate orbitis ad honorem Regni collecta adduxit Principem suum ad tram beatitudinem, provebendum per te ad culmen Imperii. Hoc meretur nobilis, Prudentia, Fortitudo, Dei timor, & Catholica pacis amor in corde illius regnans & S. R. E. cultus non vulgaris. Ecce te veniam exceptis venerabundis initis sanctissimis vestigios bimilliter provolutus. Ergo veneranda Mater ut circa ipsum peragat, ut qua ei defensu de plenitudine Imperialis culmen per tua beatitudinis mansuetiam suppleantur*, ubi ad imperiale culmen se proveniendum, per Legatos dicit Fridericus, & prolixè rem Kranio enarrat. Est & Philippus Francorum Rex, vacante sede ob mortem Alberti, à Clemente V. in Gallia existente, petit Imperium transuersi à Germanis ad Gallos, cum Procerum suorum consilio dicens hoc, & alios fecisse Pontifices, at Papa mox scripsit Electoribus, ut electionem maturarent quod & egere, adeo notum erat Proceribus Gallis, & Regi, & Comitiis ipsis imperii, Papam imperia transserre, & hoc scribit Corrado Vergerius libro de gestis Henrici VII. & Eletores mox Lucemburgum elegere. Sunt, & alii Reges à nobis allati Arnulphus, Othones, Ludovicus, & alios referentes Ecclesiam. Sunt & alii historici referentes: Chronicum Moysiaceum ad annum DCCCI. concludit. *Item primus ex genere Francorum Caesar est appellatus, & Carolus Calvus ad Nicolaum Primum, de Ludovico Pio scribit. Stephanus V. in imperii bonorem consecravit, & Annales Bertiniiani ad annum 888. de Lotharii filio Ludovico. Lotharius filium suum Ludovicum Romanum misit. Qui à Leone Papa honorificatus est in Imperatore usque est, sic Luitprandus scribens Othoni vivente ipso Imperatoris historiam. De hinc Romanum familia factum adit, & Imperatoris dignitatem scribit accepisse. Denique numerosos adducit Bellarminus, & alios Jacobus Greserus ubi non tantum Pontifices sed & Reges, Romanum prosecti ut potestatem, Imperatoris à Papa obtinerent, & quidem precibus, & sum-**

summo labore, & conatu. Aded fortis est  
hac translatio, ut vel arma ab hoste Natali  
aferamus, & ipsius copiosus exuvias ditemur.  
*Quid igitur in illa Imperii, ut vulgo vocant  
translatione, seu potius communicatione Caro-  
lus Magnus accepit? Imperiale nomen ac di-  
gnitatem, & imperialia insignia. Cujus Au-  
toritate Leonis III. Pontificis Maximi, qui  
ipsum coronavit, & Romanis auctor suis ut ip-  
sum Imperatorem substatuerent. Tefsis est Anso-  
stafius Bibliothecarius in vita Leonis III.  
Post bac inquis adveniente die Natali D.N.  
I. C. in ipsa dicta Basiliaca B. Petri Apostoli  
omnes iterum congregati sunt, & tunc V. Al-  
musicus Pontifex manus suis propriae presto-  
fissima corona coronauit eum, & mox ponit  
plaustrum Romanorum. Tefsis est Eginhardus  
in vita Caroli Magni. Necille, inquit  
toto regni sui tempore quidquam duxit antiquius,  
quam ut urbe Roma sua opera, suaque  
labora veteri polsteret Auctoritate, & Ecclesie  
S. Petri non solum per illum tota ac defensa  
sed etiam suis opibus pra omniis Ecclesiis es-  
set ornatae atque dictatae. Quam cunctantem pen-  
deret tamen intra sexaginta annorum, quibus re-  
gnoverat spatium quater tantum illud votorum  
solventorum, ac supplicandi causa profectus  
est. Ultimi adventus sui non solum be fnerunt  
causa, verum etiam quod Romani Leonem Pa-  
pam multis affectum injuriis eritis videlicet  
oculis, linguaque amputata fides Regis im-  
plorare competerunt. Idecirque Romanum venientem  
proper implorandum, qui nimis conturbatus  
erat Ecclesia statim, ibi totum byemis tempus  
protraxit. Quo tempore, & Imperatoris, &  
Augusti nomen accepit, quod primo in sanctum  
aversatus est, ut affluitus esse eo die, quanevis  
principia festivitas esset Ecclesia non intratu-  
rum suffit, si Pontificis consilium praeferre pos-  
suisset. Cp. tamen Imperatoribus super hoc in-  
dignantibus magnis tulit patientia, vicitque  
eorum iniuriam magnanimitate, qua eis pro-  
culdubio longe praestantior erat mitiendo ad eos  
crebrus legationes, & in epistolis Fratrei eot  
appellando. Unius Pontificis non populi  
Romani consilium de Carolo constitudo, &  
coronando Imperatore Eginhardus com-  
memorat. Tefsis est Paulus Diaconus libro  
XXIII., ubi de Leone III. ita scribit. *At*  
*ille confugit ad Carolum Regem Francie, qui*  
*ultus est inimicos ejus amare, & restituit eum*  
*in sede sua. Ceterum vicem Carolo recompen-  
sans in Imperatorem coronavit eum. Leonem*  
*III. grati animi vicem Carolo Magno repen-  
disse palam afferit, tamque ipsi Aucto-  
re fuisset Imperialis dignitatis, quam ipsi Au-  
tor fuit Carolus restorationis in sedem. Te-  
stes sunt annales Francorum Lavetamenses,*  
*qui sub Eginhardi nomine vulgati sunt, sic*  
*enim habent ad annum DCCCI. Ipsa autem*  
*cum die sacrarissima Natalis Domini ad Mis-  
serum solemnia Basiliaca B. Petri Apostoli*  
*fuisset ingredi, & coram altari, ubi ad ora-  
tionem se inclinaverat afferret, Leo Papa co-  
ronam capiti ejus impoñens cuncto Romanorum*  
*populo acclamante Carolo Augusto à Deo co-**

*ronato, magno & pacifice Imperatori Roma-  
norum vita, & virtute. Post quas laudes à  
Pontifice more antiquorum Principum adora-  
tus est, ac deinde omnes Patrii nomine Im-  
perator, & Augustus appellatus. Carolo  
Magno Imperatori coronato populus Roma-  
norum acclamavit, sed populi Romani suspe-  
gia, ut Carolum Imperatorem appellaret, atque coronaret Pontifex non rogavit. Eadem  
habent Annales Tiliani, Loiseliani, Fuldenies, Bertiniani, Ado Viennensis, &  
Regino Prumienis in Chrontico. Idem te-  
statur Chronticon Hildensheimense, quod  
totum recitat Natalis. Favet Octo Frisin-  
gensis libro quinto. Anno inquit ab Incarnatione  
Domini DCCCCI. Carolus Rex XXXIII.  
Regni sui anno à Summo Pontifice ablatu  
Patrii nomine coronatus omni populo tunc ac-  
clamante Carolo Augusto à Deo coronato, &  
Pacifico Romanorum Imperatori vita & vi-  
toria. Et mox. Id omnino disertissime affer-  
rit Conradus Abbas Uripergenensis in Chro-  
ntico. Anno Domini DCCXCVI. Leo Papa  
ordinatur. Hic Carolus fecit Imperatorem.  
Et ad annum DCCC., ubi de adventu Ca-  
roli Magni in urbe, & de purgatione Leo-  
nis III. ab impactis criminibus sermonem fa-  
ci huc habet. Hæc usque Romanum Imper-  
rium à temporibus Constantini Magni apud  
Cp. in Grecorum Imperatoribus maneat, ex  
hoc iam ad Reges Francorum. & ad Imperato-  
res transiit, & ad annum sequentem narrat  
copiosè coronationem; Non minus dicitur  
S. Antoninus in Chrontico. Carols Magnus  
primus Principum Romanorum imperium acce-  
pit, conserente fibi illud, seu conformante  
Leone Papa. Et mox. Graci quoque scri-  
tores ei sententia suffragantur, quæ collatam  
Carolo Migno à Leone Papa Imperato-  
ris dignitate, & appellationem afferit. Ita  
Zenarus tomo III. annalium de Leone III.  
scribit. Qui eum deinde se ad Carolus Fran-  
corum Regem consulisset, ab illo Sedi Romanae  
restitutus inimicos fuisse ultus est, ab eoque tem-  
pore Roma prorsus Franci potius sunt Carlo à  
Leone coronato & Romanorum Imperatore ap-  
pellato; & repetitis, sic eitac caput venerabilem de electione. *Apostolica Sedes* inquit im-  
perium in Persona Magnifici Caroli à Grecis  
transfusum ad Germanos, sic Clemens V. in  
Clementina Romani Principes de jureju-  
rando, & plures alios referunt etiam Princeps  
sub nomine tutorum Ecclesie. Et ait. Op-  
pidò itaque falluntur, qui nudum titulum  
Carolo Magno à Leone Papa collatum volunt,  
cum Imperator coronatus est, ubi Maimbur-  
gum & alios validè refellit.*

Nec occidenta tantum sed & oriens, hanc  
translationem primò agrè tulit ut vidimus,  
deinde & ipse recepit vel contra se ipsum;  
ut narrat Ado Viennensis in Chrontico. Mi-  
serunt, quod ex Reginone constat. In Lamberto,  
Italie Rege & Imperatore dicto, & alii à  
foco Papa coronatio, & Ouphrius ab Illyri-  
co citatus, honorificè loquitur de Imperiis  
Widois, Lamberti, Ludovici, & Berenga-  
rii, quos passim vocat Augustos, & Impera-  
tores, imò & Otho magnus Imperator jam  
factus in privilegio, quod Episcopo Patavii  
dedit, apud Sigonium libro septimo de Re-  
gno Italie Berengarium Imperatorem, ac

Prædecessorem suum appellat, quod testi-  
monium Magni est, & apud omnia magnum,  
sic supia vidimus à Papa, oblatam coronam  
Imperii Henrico primo, unde Illyricus Pseudo-  
Imperatorca appellans, ab Imperatoribus  
ipsia dissident, & ab eis toto contrarium  
sentiente, imò Ouphrius Passivius ex pro-  
fesso demonstrat non coronatos à Papa, Im-  
peratores non dici, & ex ipsorum Impera-  
torum diplomatis, & fusé, & evidenter  
P pp ostens-

## 482 De Mutuo Honore, & Utilitate int̄t Papam, & Imperia:

*Lib. 4.* ostendit. Etiam Wido ex Frodoardo coronatus Imperator invidiam alii concitavit, Formosus Papa concitavit contra se ipsum invidiam eorum, qui ejusdem Imperii curam cuperent, nempe Arnulphi, & Berengarii, ubi Papa alii reliquit, Widonem eligit Imperatorem.

Vestis in hostes Ecclesie defensoribus Pan-  
na vocavit in auxilium Othonem Primum,  
et enim ex Luitprando de Berengario, &  
Alberto scribit Joannes Papa Othoni Augu-  
sto. Se si quis commissariam Sanctam Romanam  
Ecclesiam ex illorum sanctis liberaret, ac fa-  
luti, & libertati pristinae restituere, sic Ab-  
*An. 960.*bas Uspergensis in Chronico. Otto rogata  
Jornani Papae, & querimonia multorum de  
Berengario, & Filio proclamantium, Romam  
tendit, ibique Imperator ab eodem Papa fa-  
*Cap. 23.*llas Berengariorum capis, sic Otto Frisingensis  
libro sexto historiæ, & jam vidimus Illyri-  
cum, & Centuriatores, & adventum, & co-  
ronationem describere, & Natalis Alexan-  
der concludit. Anno demum nonagesimo  
sexagesimo primo à Legatis Sedit Apostolice,  
& Italici Proceribus invitatus Otto Italiam à  
Berengarii tyrannide liberavit, ipsumque post  
annos tres in Burariam abduxit, ut Regino-  
ris Continuator testatur. Et Natalis Ale-  
xander enarrat. Italicæ deinde expeditione  
suscepit Berengariorum Tyrannum exauilloravit  
totumque sibi subiecti Longobardum. Tum  
Romanæ profectus anno Cbrisii nonagesimo se-  
xagesimo quarto à Joanne XII. Pontifice Ma-  
ximo Imperator appellatus est. Qui ante se  
ad Romanæ Ecclesie defensionem Sacramento  
obstrinxerat à Summo Pontifice juramentum  
pariter exegit, quod Berengario, & Adelber-  
to Tyrannis nunquam saperet, ut Luitpran-  
dus libro sexto capite sexto, & Regino li-  
bro secundo Chronicorum testantur. Eccle-  
sie Romanae non solum ablatæ à Tyrannis resti-  
tuit, non solum Pippini Regis Francorum, &  
Caroli Magni Imperatoris donationes amplissi-  
mas confirmavit, verum etiam novas civitas  
ad dicit, Reatum, Anternam, Farconem,  
Nurham, Balvam, & Marsiam nec non civita-  
tem Interamnum. Ostobis I. Imperatoris di-  
ploma aureis exaratum literis Roma in Castro  
S. Angelii affermatur. Ejus exemplar ex Va-  
ticanæ bibliotheca descriptum, decimo Anna-  
bium suorum Ecclesiasticorum tomo inserit,  
*An. 961.* dotilius Cardinalis Baronius, & post ipsum  
exaratum subdit. Romani Pontificis elec-  
tionem cassicè fieri sancit, verisque ne nullus  
impedimentum Romanis illis afferret. Quos  
ad hanc electionem per constitutioem SS. Pa-  
trum antiqua admisit consuetudo, ubi est electio  
antiqua. Iussit vero ut Pontifex electus non an-  
te consecraretur, quâd promissione de Reipubli-  
ca conservazione procuraverit, praesenti-  
bus Imperatoris Legatis, & omni populo instar  
eius quam fecerat Leo III. & dicit gravissime  
peccasse in Joannis depositione, & fines po-  
testatis suo prætergressum, at ignorantis ex-  
cusat Laicos, reddit inexcusabiles Prælatos.

Othoni Magno in Imperium, ex Natali

succedit Otho Filius eo vivente i Joanne XIII  
Romano Pontifice inauguratus anno non-  
gentesimo sexagesimo, septimo. Et mox.  
Tandem celebrato Verona placito, in quo  
filium suum Othonem III. Regem eligi cu-  
ravit, Romam perrexit, obi crisis animi  
segritudine tabefactus obiit anno nonage-  
simus octogesimo testio die octava Decembri-  
facta coram Summo Pontifice, ceterique  
Coepiscopis, atque Presbyteris publica pec-  
catorum confessione, perceptaque indulgen-  
tia, ut Ditmarus libro tertio testatur. Et  
Gregorius V. Othonem Tertium unâ cum  
Maria conjugi Augustalibus insignibus de-  
coravit, ex Othone Frisingensi libro sexto,  
Signo libro Septimo, Glabro libro primo *An. 961.*  
capite quarto. A Gregorio V. ait Natalis,  
Imperator creatus est, ut Lambertus Scâ-  
fnaburgensis testatur. Et mox. Crescen-  
tium Romæ per honorem Consulatus tyran-  
nicè graffiantem, & inexpugnabilis septum  
ace capitis condemnavit, ut Glaber Rodul-  
phius libro primo historiarum, capite quarto  
fusè commemorat, & Genebrardus in Chro-  
nico privilegium notat. Ut eam Majestatem  
vel ad suas, vel ad alienos suo arbitrio trans-  
ferens, verè magnum pro Germania privile-  
gium.

*Lib. 4.* Othone Tertio defuncto imperiali corona  
à Benedicto octavo Henricus Primus infi-  
gnitus, qui ante acceptam à Papa coronam  
Imperator non habebatur, ut scribit Ptolomeus  
Lucensis, Genebrardus in Chronico  
libro quarto, Palmerius, & Sigibertus. Is  
recipit Benedictum Ostavum, à propria Se-  
de dejectum, & de ipso Ditmarus narrat,  
de Hardufo falso Longobardorum Rege.  
Hoc solum ingensens, quod Rex ad majo-  
rem tunc vocatus accipit honorem, nempe ad  
Imperium. Primo ergo ex Glabro Benedic-  
tum restituit, & coronationem præcessit de-  
cretum. Ut ne quisquem audacter Imperii Ro-  
mani sceptrum præproperus gestare Princeps  
apparet, seu Imperator dici, aut effe valeat,  
nisi quem Papaæ Sedis Romane morum probi-  
tate delegerit, aptum Républica, eique com-  
miserit insigne imperiale. Et pessimata rati-  
onem. Cum videbicer olim ubique Tyranni  
se se procaciter impellentes sepiissimè sint Imper-  
atores creati & assignat insignis Imperia-  
le, pomum gemmatum cum orbe & cruce,  
& optimum cognovit Henricus Principibus,  
qui calcatis mundi pompis crucem sequen-  
tentur Salvatoris. Idem quæsivit à Cleso  
Romano, cur ad instar alios Symbolum  
non canescet, & responsum est quod Roma-  
na Ecclesia, nulla unquam heresi solet in-  
fecta, sed secundum S. Petri doctrinam in  
soliditate Catholicæ fidei permanaret incon-  
cussa, ut narrat Berno Augiensis. Idem fir-  
mavit præsilegium Roma Ecclesie, ut in *De. Migr.*  
electione Papa nullum foret impedimentum  
nei à libero, nec à servo, sic decreto de  
servando patrimonio S. Petri. Is Benedic-  
tum secum duxit in Germaniam, ubi ex  
Leone Ostiensi. *Idem Augustus ex sui putri-*

monis sumptibus construxit Ecclesiam ad bonorem S. Georgii, quam advenienti Benedicto Papa consecrari fecit, Episcopalemque in ea sedem consilieui B. Petro ex integrō obtulit statuta per annos fūgulos censu, quo suo optimo albo cam ornamenti omnibus, & phaleris suis contumq[ue] marchii argenti &c. Postmodum Leo Nodus Papa Vicarius gratia Beneficentum ab Henrico Conradi Filio accipiens predictum Bambergensem Episcopatum sub eius ditione dimittens remisit equo tantum quem prediximus retento. Eum in SS. album retulit Eugenius Tertius.

Post Sanctissimum Virum Joannes vigescens, Conradum Imperatorem creavit, ut testatur Naclerus volumine secundo ita scribens. *Conradus Rex secundo Regni sui anno Früh fūnu adolescentem Henricum Regem designavit, pacatoque regno in Italiā ad suscipiendam coronam ingreditur, magna comitate potestis venient Romani, honorisfice suscipitur, & in die Paschali inter duas Reges procedent à Romana Pontifice Joanne XX. est coronatus, Imperisque dignitatem adeptus, & Naclero subscrubunt Lambertus Schafnburgensis, Marianus Scotus, Sigibertus ad eundem annum, Paulus Langius in Cytigeni Chronico, Otho Friburgensis libro sexto. Glaber de ipso scribit. Sicne Romanum devientem coronans ex more sumpsit Imperii, & ante dispensationem à Papa, incestuosi conjugii, quod Imperium retardabat accept.*

Eius Filius Henricus Secundus à Gregorio VI. coronam habuit imperii, eo quod à Clemente VI. fuerat coronatus, in qua re eum Autores discordant, in cotamen convenient ut coronatum fatentur. Is Gregorio VI. sponte cedente, ne schismatis fieret ex Leone Ostiensi. *Electione omnium Bambergensis Episcopus de gente Saxonum Papa Romanus eligitur. It ab Andrea Hungaria Rege ad componendas liteas evocatur ex Hermino oculato teste. Interim Dominus Leo Papa ab Andrea acciuit eum, pro pace componeenda interveniesset, Imperatorem ab obdictione excusavit, imo ex eodem Imperatorem per omnia sibi consentientem invenit, & Andream non parenti excommunicationem minitans, cum eodem Imperatore discessit, aliam profecitionis causam dat Leo Ostiensis. Cumque idem Papa de Northmanorum violentis & injuriis, qui res S. Petri se invito retinebant malta conquestris effet, ad hoc eriam competendos Imperator ei auxilia delegante. Etiam*

*Anno Victor II. congregavit Turonense Concilium, ad quod misit Henricus Legatos, querentes Ferdinandum Magnum, Castellæ & Legionis Regem, nomen sibi Imperatoria assumere, & Papa excommunicationem minitatur Ferdinando, nisi à male ceptis desisteret, ut referat Joannes Marianus, & Autores. Denique teste Gregorio Septimo Henricus filium suum Victor commendavit. Ipse Henricus Imperator monens Romanæ Ecclesiæ per V. memorie Popam Villarem prædictum*

*filium suum commendavit. In qua re congregatum est Colonensi Concilium, de quo Sigebertus. Colonia generali Comitem babito Baldinus, & Godifridus mediante Papa Villare ad gratiam Regis, & pacem reducuntur, & omnes bellorum motus sedantur, & Natalis enarrat eos, ut excommunicatos, Imperatorum ad deditiōnem compulisse.*

Malum tractavit Henricus tutorem suum, & coronari voluit sed ab Antipapa, & comitit delictum, de quo Petrus Damiani. Eminens sicut per anexum dicitur *Saintis Sanctorum, & Cantico Canticorum*, sic Romanam Ecclesiam penaliter diffrabat peccatum est neque peccatorum, & de ipso Natalis Alexander. Propter Simoniam & Ecclesiasticas violationem libertatis à Gregorio VII. Sancto & Magnanimo Pontifice communionē <sup>anno</sup> 1076. privatus est, & simulata sequente anno penitentia reconciliatus est, sēpē accusatus est Rothus, quod Othonem Bavariæ ducem sub specie Iesu Majestatis deposuerit, & plures Episcopi accusant & Roma citatur, excommunicatur à Gregorio & successore, de qua re scribit Bertoldus Conflatiensis sententiam quoque anathematis à Predecessore suo Papa Gregorio promulgatam ea distinctione confirmavit, ut in primo gradu Ravennatem hæresiarcham, cum Henrico Regge anathematizaret, sic rursus ob sceleris in uxore commissa, ex Dodechino ipsum excommunicavit, at plura præbet infidelitas Henrici argumenta quam fidelitas Matildis, & Normanorum, qui ab Henricianis ursus abstulerunt, ut Gregorio VII. restituerent.

Hic Petro Damiani Legato, uxorem quam repudiare conabatur, in gratiam urgente, Papa recepit. Hic ex Abbatte Uspergenis in Romanum promisit. Anno Domini millesimo centesimo secundo Imperator Henricus babito cum Principib[us] collegio Romanum se profectusnum, ad generale Concilium circa Kalendas Februario int̄lō convocatum condidit, quatenus tam suam, quam Domini Apostolici causa canonice ventilata Catholica Inter regnum, & Sacerdotium confirmaret unitas. Et iterum Abbas Uspergenis. Sed t̄ pedibus Apostolici Legati ad voluntate oranti, & obsecro ne se à banno solvere, & communioni Ecclesie redderet. Laici misericordia mōti veniant debant. Legatus autem Domini Apostolici absolutionem negabat afferens non haec sua potestatis esse oportere, sed ab ipso Apostolico absolutionis gratiam ipsam expediendam, rursus Regi Celtaatum scribit. Primum quidem quodam solam vobis sed totis Christianis professoriis hominibus gravissimum ac intolerabilem abliteram, quod de Apostolica Sede unde nō quod ad memoriam nostri temporis salutifer fructus confolutionis dudcederint, & salutionis antidotum eruebatur, modis persecutionis excommunicationis & omnis perditionis flagellum emititur, & mox. Cum obdientiam, & omnem subjectionem debitam sēpē obtulerim Apostolice Sedi. Et Filio pro Papa contra Patrem stanti. Te ergo rogamus pro bono

segni, & tua & Paterno devotione, & per au-  
terioritatem Romani Pontificis, & Romana Ec-  
clesie, ut de injuria nobis allata, & de his,  
qua vñ, & injuste abstulisti justissim facias.  
Et Principibus ipsis scribit. Præterea sicut  
Domino Papa in preflesia Legati fai, & ve-  
stri obediens paratis sumus omnino debitam re-  
verentiam, & obediens sincero corde, & de-  
votione præfessionaliter exhibere; & omnes re-  
spondent deponi debere. Iterum Henricus  
alias literas scribit, ubi ait. Appellavimus,  
appellanus D. N. Paschale. Uno verbo  
fraudulenter Princeps, vel post mortem  
quinquenio sterit infespuit, & de ipso  
Martinus Polonus, & Ptolomæus Lucensis,  
& Helmoldus Presbyter Ecclesie Lucensis,  
quivixit eodem tempore cum Gregorio scri-  
bit. Percutiente Domino Apostolico quin-  
nam in Germania esset dignus tanto imperii  
culmine. Designatus est Rex Suevorum Ru-  
dolphus eo quod esset iste bonus, amator pacis,  
& circa cultum Sacerdotum, & Ecclesiarum  
maxime officias. Cui Dominus Papa arrebat  
transmisit coronam hoc versu inscriptam, Petra  
dedit Romanum Petru tibi Petra coronam. Etiam  
Patre vivente succedit Henricus Quartus,  
Patrem utpote Papæ holtem depellens. In-  
ter hec obortis lacrymis ipsum Regem cali-  
cunflamque militiam celi testabatur, se valla  
regnandi cupiditate paternum sibi regnum  
usurpare, neque Dominum, & Patrem à Ro-  
mano deponi Imperia exoptare, inquit debitam  
pertinaciam & inobedientiam ejus semper compas-  
sionem exhibere, siveque S. Petru saisque succe-  
soribus subiecti velut sine regno cadere, sive ser-  
vilem ipse se subesse promisit, Saxones Sedi  
Apostolicae subiicit, Patria harenim anathematizat,  
& promittens se investiture non amplius usurpatum, à Paschali secundo  
coronatur. Et de Henrico V. canit Domini-  
zo. Defuncti Regis querens ut fisi repni,  
concedat Sedi Sanctæ capituli esse fideli, effe ve-  
luti Marii subiecti vel quasi Patri, at jurans,  
& Papam decipiens, extorquet investituram  
beneficiorum, & sepè in Conciliis damnatur  
ut tandem gloriost pro anima iis renun-  
tiat, & gratiis à Papa cumulatur, ut fusio  
calamo narrat Baronius, confessionem po-  
nens etiam à Germanis Principibus esse sub-  
scriptam.

Sub Innocentio II. Lotharius Germanus  
Rex & Imperator electus, in Italiam cum  
magnō exercitu veniens & Innocentium in  
Romanam urbem reducens, ac Petri Leonis,  
schisma extirpans, in solemnitate Paschali  
ab eodem coronam accepit, qui post corona-  
tionem Dei, & fiduci zelo succensus, Impe-  
rii viros contra Rogerium excitavit, ut scri-  
bunt Martinus Polonus, & Dodechinus. Et  
Innocentius gratitudinis ergo, quod in Pon-  
tificiam Sedem restituerit, Imperiali corona  
in signivit, cique allodium Comitissa  
Matthilis, quod ipsa Apostolicae Sedi dona-  
verat in feudum concessit, retento censu  
centum librarum argenti, ita Palmerius in  
Chronico & Genebrardus, & orta ob Apu-

lia ducem lite, & Papæ, & Imperatoris de-  
core diremit. Extat & Conradus ex Otto-  
ne Frisingensi praesente Theodoino Episcopo  
Cardinali, ac S. R. E. Legato Summi Pon-  
tifici, ac Totius Romæ populo, ubiunque  
Italiz assensum promittente nonagestimum  
quartum ab Augusto Regem creant, cuī  
scribit S. Bernardus (Legi omnia anima pot-  
estibus sublimioribus subdita sit, & qui po-  
testati resistit Dei ordinationi resistit).

Quam tamen sententiam cupio vos, & om-  
nem modum moneo custodire in exhibenda rever-  
entia Summae, & Apostolicae Sedi, & B.  
Petri Vicario sicut ipsam vobis vultis ab uni-  
verso servari imperio), & rursus animatur ad  
defensionem Papæ, cui Bernardus securum  
spondet triumphum, & rorsus expeditionem  
in terram Sanctam, ex Bernardi & Papa  
consilio aggreditur, verē S. Bernardi consi-  
liis obsecutus.

Accessit Patrono Fridericua, ab Adriano  
Quarto coronatus, Quippe electus fuerat  
ipse in solum Alemannis Regem, ut tradunt  
Ptolemaeus Lucensis, Otto Frisingensis de  
gestis Friderici, Dodechinus in appendice  
ad eum annum, & expressius Helmoldus,  
Lubecensis Ecclesie Praef., tunc florens in  
libro Francofurti edito, ubi narrat ejus ad-  
ventum, & orationem Episcopi Bambergensis  
habitam in postulatione corona. Is pa-  
tium initit cum Eugenio & tales erant con-  
ditiones. Ut pacem cum Romanis, & cum  
Rogerio Sicilia Rege sine consensu Romani  
Pontificis non faceret, Ut Romanos Pon-  
tifici subjugaret, ut honorem Papatus, &  
regalia B. Petri tueretur, & ad eorum que  
direpta fuerant recuperationem preberet  
auxilium, Græcum Imperatorē nullam in  
Italia terram concedere, & si quam invaderet  
ipsum ejicere totis regni viribus niteretur.  
Pontifex Regum Corona Imperatoris orna-  
ret, ejus Hostes ad satisfactionem comple-  
ret, etiam armis spiritualibus. Sic & Cele-  
stinus Tertius Henricum Sextum, Friderici  
Ænobarbi Filium, post præstum de con-  
seruandis Romanis Ecclesie joribus Sacra-  
mentum, una cum uxore coronavit, ut in  
annib[us] Anglia describit Rogetius.

Prosequitur novam secolam Natalis.  
Duodecimo eadentis seculo gravis inter Phi-  
lippum Svevis Ducem Henrici Sexti. Eli-  
lium & Othonem Saxonis Ducem, de Im-  
perio contentio fuit. Philippo Rex Fran-  
cie Othoni Rex Anglia Richardus favebant  
in eumque Innocentius Tertius Pont. Max.  
propendebat, Eufordij à majori Principium  
parte primus in Regem Romanorum electus  
Philippus est, ab alia Otho Henrici quon-  
dam Saxonis Ducis Filius. Et mox. Dis-  
cussis electiis utriusque, & electorum mer-  
itis Summus Pontifex Othoni regnum Ro-  
manorum confirmavit. Armis deinde iura  
sua tuiti sunt, nunc in hanc nunca in illam  
partem inclinante victoria, donec Sedi  
Apostolica Legati absolute ab anathemate  
Philippo inducias inter utraque conciliarunt

<sup>anno</sup> Anno sequenti à Palatino quodam nefaria  
1207 proditione occisus est Philippus. Et infra  
Otho mortuo Competitore cum Beatrice  
ejus Filiam duxisset, ac Sacramento Sedi  
Apostolicis obstrictus Ecclesie jura confir-  
masset ab Innocentio III. anno 1209. Roma  
coronatus est. Sed cùm paulò post fidem  
datam violasset Romana Ecclesie jura, dictio-  
nemque invadens ejusdem sententia Pontificis  
est à communione repulsa est, ejusque sub-  
ditus Sacramento fidelitatis soluti. A Friderico  
Siciliæ Rege profligatus, & Germania  
inferiori mulctatus, eum denique pa-  
sus amplus est, sensimque ab omnibus destitu-  
tus obiit anno Christi 1218. datis Chri-  
stianis penitentia non dubius argumentus,  
et Abbas Stadenis, & Richardus à S. Ger-  
mano in Chronico, Godefridus in annali-  
bus, & Thomas Cantipratensis referunt  
Fridericus II. Henrici Sexti Filius Siciliæ  
Rege exauktorato, à Germanis Principibus  
electus ab Honorio Tertio est coronatus.  
<sup>anno</sup> Post solemnum inaugurationis sua pompam,  
1208 leges tulit pro tua Ecclesie dignitate.  
Et mox. Signum ad Hierosolimitanam ex-  
peditionem ex manu Hugolini Cardinalis  
Holtiensis accepit, seque ad profectiōnē  
maturandam die à Summo Pontifice consti-  
tuenda fore paratum juravit. At mox ex  
D. Antonino tertia parte, Ecclesiam mo-  
nordit ut coluber, & Martinus Polonus  
Friderico coevis. Propter quod Honorius  
Papa, qui ipsum coronaverat sibi rebelleret,  
& Ecclesie Romane Adversarium compe-  
tens ipsum anathematizavit, & omnes Ba-  
rones à sua fidelitate absolvit. Electus est  
Henricus Hassia, & Thuringia Langravias,  
cui stipendia ex arario Romani Ecclesie Inno-  
centius IV. suppedavit, & ipsius exerci-  
tum eruce insignivit, & Legatum misit in  
Germaniam, ut Praefates, & Proceres, &  
populus ad ejus obsequium inclinaretur. Ipsi  
septemviribus Comitiis sufficiens est Gu-  
ilielmus Hollandiæ Comes, qui novus Cæ-  
sar Aquisgranum expugnavit, in ea urbe ritu  
solemni inauguruatus, Innocentio IV. Ponti-  
fici fidei Sacramento se devinxit, & conce-  
sa ab aliis Imperatoribus privilegia, Eccle-  
sie Romana confirmavit, id eodem anno in  
historiis ex Natali confirmatur. ipse Frideri-  
cus Legatus ad Papam misit, qui in die  
anno 1244. obedientiam Pontifici, nomine  
Imperatoris juraverunt, & satisfactionem  
prò damnis illatis, quas Matthæus Paris enu-  
merat, ut Fridericus terras omnes restitu-  
ret ante dissidium Pontificis ditionis, & il-  
lis quas foderatis eriperet, ut ad Principe-  
pes Christianos scriberet; se fententiam  
Gregorii IX. non sprevisse sed sibi denuo-  
tientia larva negavit se pacta conventa fer-  
vatorum, nisi prius anathemate solveretur,  
iterum in Conciliū minime, promisit. Frideri-  
ci Legatus Thaddæus, & grandia, &  
splendida, & magnifica, se Græcos obedien-  
tia Pontificis revocaturum, terram sanctam

pristino decori restitutus, ditionis Papa in-  
tegram restitutionem, & damnorum, & in-  
juriarum compensationem. In ea re Natalis  
dissertationem habet, negat Concilium Lu-  
gdunense Generale contra Historicos Paulum  
Langium de Innocentio. Hic Conci-  
lium Generale Lugduni contra Fridericum  
Imperatorem congregavit, sic Mutius, con-  
vocavit Generale Synodus, sic Cathalo-  
gus Archiepiscoporum Rhemensium. Inter-  
fuit Concilio Generali Lugdunensi, sic Spon-  
danus, Baillius S. Antoninus, & innumeri, &  
Maimburgus, & quod magis mirandum Na-  
talix ipse de Innocentio. Ecumenicam Sy-  
nodum indixit. Negat Ludovicum questum  
de alio, quam de Papa, at in epistola ad Re-  
gem Galliæ apud Goldastum ait esto p[ro]iae  
prejudicio nostro quod haeat hujusmodi  
potestatem estne illud à plenitudine potesta-  
tis, quod nullo proscribo ordine juris, aut or-  
dinis iure servato, & de Papa queritur, &  
Concilio, & Parisius luce clarus affirmat,  
Fridericum esse iure damnatum, & à Conci-  
lio damnatum Parisius, in pleno Concilio,  
ait Nangius, sacro approbante Concilio, &  
Thaddæus ipse ad plenius Concilium appel-  
lavit, & Episcopi apposuerunt omnes ligna  
sua, & candelas extinguentibus Prælatis di-  
xit Thaddæus. Verò dies ista dies ira. Et  
Natalis ipse dicit de aliquibus prælatis, &  
citat Parisium dicentes de omnibus; Domini-  
nus igitur Papa, & Prælati afflentes Con-  
cilio, candels accensis in dictum Imperato-  
rem Fridericum, qui Imperator non est no-  
minaodus, terribiliter recedentibus, & cassis  
ejus Procuratoribus fulgorant, & infra fa-  
tetur Parifum loqui de omnibus. Taedium  
quamvis multiveliunt mortuum impeniten-  
tem, & veneno è Manfredo sublatum, Ab-  
bas tamen Stadenis, Gulielmus de Podio  
Laurentii, & Matthæus Paris dicunt peni-  
tuisse, & Manfredus ipse ac Conradum Re-  
gem, apud Baluzium tomo 2. Miscellaneorū  
ait. Sacrosanctam Romanam Ecclesiam ma-  
trem suam in corde contrito velut fidei or-  
thodoxa zelator humiliter recognovit, &  
damnumque dadum Ecclesiis invitus forsi-  
tan, vel potius provocatus intulerat, inter-  
grè restauranda faneavit.

Post obitum Wileimi Batavi, Electores  
in varia studia distracti alii Richardum Cor-  
nubie Comitem, Henrici Anglorum Regis  
Fratrem, alii Alphonsum Castellum, & Le-  
gionis Regem, in novum Imperatorem de-  
signarent, Richardi electio prior erat Al-  
phonsi majorem somerum ferebat. Causa  
coram Apostolica Sede diu disceptata, sub  
Alexandro IV. Urbano IV., & Clemente IV  
Richardo IX. Gregorius X., Alphonsum  
monuit ut suo juri cederet, & electus Ro-  
dalphus Comes Habspurgensis, quem ab Al-  
berto occisum defendit, epistolam acerbi-  
am scribens Bonifacius, dicens factum evi-  
dens nec accusationis indigum. Nec ter-  
giversatione aliqua tegi potest, & penè to-  
tus orbis ad Apostolicam Sedem unique  
con-

P. 473.

Lib. 7.  
p[ro]p[ter]is.

473.

## 486 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Imperia.

confusis detulit clamore sonoro, ubi perjurii, & læsa majestatis crimen, adversus Adolphum exagerat.

Post Adolphum in bello occisum Albertus electionem suam à septemviris ratam haberi voluit, & cum primum Bonifacius VIII firmare nollet, tandem ipsam approbavit, ut Colmarie Chronicus testatur. Alberto sufficitur Principum electione, Henricus Comes Lutzenburgensis. Missis ad Clementem V. Legatis, ei ac Sedi Apostolica ait Natalis, fidem & obedientiam pro more jurans electionis sua consumationem obtinuit, ea lege ut intra biennium Romam peteret, coronam Imperii ibi accepturus. Et infra. Henricus Rex Romanorum Roman pervernit, & à Cardinalibus, quibus Summus Pontifex hanc provinciam demandaverat ritu solemni inauguratus, Imperiique coronam acceptit di sacra Apostolis Petro, & Paulo ut ipse testatur in literis ad Joannem Waduanensem Abbatianum datis, quas iste ejusdem Imperioris à Conrado Vecerio scriptis abjectis legere est tomo historicorum Germaniae illustris Urstii, Romana Ecclesia & Summo Pontifici coram Apostolicis Legatis Sacramento se obstinavit, secundam formam capitis tibi Domino, aliudque secundum formam prescriptam in Pontificali Romano Ego N. Romanorum Rex praestitit. In qua re orts dubitatione exxit Clementina Romani de jurejurando. Extant in historia Ecclesiastica plura iuramenta Henrici, narrat imperiale decretum, de nullo inferendo Romana Ecclesia danno & prosequitur. Nos igitur Henricus Romanorum Imperator, quia exaltationem R. E. utilitatem affectamus, & ejusdem jura, & bonas consuetudines dimittere non intendimus sed augere, extat, & ipsius professio fidei, & alia monumenta.

Post mensium quatuordecim ab Henrico Septimi obitu interregnum plures Ludovicum Bavariæ ducem alii Fredericum Austriacum Imperatorem designarunt. Ludovicus electo Joannem XXII. coronationem ab ipso rogavit nec obtinuit. Imò monitorium contra ipsum emisit, quod à Mutio, & Herverto recensetur, & Ludovicus termini prorogationem ab ipso per oratores expertit, ut constat ex ipsis Joannis epistolis, quas legere est apud Hervertum, at Papa Imperium Ludovico abrogavit, ob idque Ludovicus Joannem depositus, de qua re Natalis ipse loquitur. Aeternum suo nomine decus inuisit, Joannes XXII. ex auctorare praesumens, quodad complacendum populo Romano, & ad suggestionem quorundam Clericorum, & Laicorum, attentasse Rebordinus testatur. Innumerâ tamen fuit in favorem Pontificis, & quidem grandis penitentia argumenta. Eodem anno Joannes Bohemia Rex, & Balduinus Trevirensium Archiepiscopos, ita volente Austria Duce Othono cum Ludovico Imperatore de pace ipsum inter Pontificemque concilianda cge-

re, & cum capita nonnulla utrique suo iudicio non responda contulissent ad Joannem XXII. Avienonem misere ut ea probaret, quippe quæ ut loquebantur. Sanctæ Romanae Ecclesie, & Joannis Pape honorem, & utilitatem in omnibus respicerent. Quænam hæc capita fuerint, docet Joannes in sua epistola. Ludovicus cum effectu deponet suum hereticum Antipapam. 2. Ludovicus penitus ab appellatione recedet. 3. Omnis quæ fecit seu attentavit contra S. Personam Domini nostri Pape, Ecclesiastique Romanam revocabit cum effectu. 4. Recognoscet se excommunicata, & sententias excommunicationis illum ligasse. 5. Gratia Pontificis se offeret ad misericordiam. 6. Omnes oblationes supradictæ intelliguntur, ut Ludovicus in statu suo, sive Imperio permaneat. Et mox Natalis. Extincto schismate Ludovicus Barvarus Joannem XXII. legitimum Pontificem agnoscit, legationem ad eum misit, & litteras omnia offerens, & spondens, quas Hevartus cum mandatis fert Legatorum. Et mox. Benedictus XII. Joannis XXII. successor, ut primum electus est Legatus ad Cafarem destinavit, pro pace Imperii & Sacerdotii. Respondit ex Mutio Ludovicus se omnia posthabitur Ecclesiæ, & Religioni Divinae mox misit oratores & literas ad Papam, & Collegium Cardinalium, quibus venit à Pontifice fugitandæ formulæ scribitur ex literis ejusdem Benedicti, & ex Alberto Argentiniensi & Ptolomeo Lucensi, &

*Anno  
1320. in  
Historia  
Cæl.*

amplissimum promulgit Pontifici, se revocare omnia facta contra Joannem, poenas ab Henrico promulgatas, contra eos qui sibi non adhaerenter, revocare donationes rerum Ecclesiæ, per ipsum aut alios factas, concedere facultatem remittendi injurias contra Imperium per annos quinquaginta factas, restituendi omnia, & si pacta violaret nec monitus pareret, liberum sit Romano Pontifici prout sibi expedire videbitur ad alias poenas procedere contra nos, privando etiam nos si sibi videbitur Imperiali, Regia, & qualibet alia dignitate absque alia vocatione, vel Juris solemnitate, & se Romam non venturum nisi ad diem statutam sibi ad recipienda Imperii insignia, & omnia contra Jurisdictionem Ecclesiæ rescissurum. Quas litteras Ludovicus refert Hevartus. Rursus Germanie Praefules suaferre Ludovicum, ut si Benedicto XII. submitteret, quorum litera extant apud Bzovium, at re infecta redeuntibus Praefulum Legatis, Ludovicus commotus excanduit, & verba in furore dicta Natalis, tanquam oracula grandibus verbis exscribit. Rursus oratores ad Clementem VI. Ludovicus misit ex Redorio, & Alberto Argentiniensi, & eas acceptavit conditiones ut confiteretur errores omnes, & hæreses, ut resignaret Imperium nec reaffumeret nisi de licentia Papæ, iterum ex Alberto, & Nauclero aliam misit legationem gratiam Papæ; & aliquorum articulorum mutationem processens. An vero justè aut politice sit depositus

*Anno  
1320.*

*Dicitur  
etiam  
1320.*

*Anno  
1321.*

*Anno  
1322.*

*Anno  
1323.*

*Anno  
1320.*

*Anno  
1325.  
Lib. 24.  
c. 43.*

ens dicit ex Alberto Argentineensi vel Filiis & apud Raynaldum scribens. Nos Ludovicus de Bavaria primogenitus quondam Ludovici de Bavaria, qui pro Romanorum Imperatore dum viveret se gesit, sed judicio Ecclesie reprobatus. Eo mortuo Carolus IV. Bohemia Rex, confirmato sibi à Papa regno plures sibi junxit civitates, Aquisgranii coronatus Romanus venit, & die Paschali Imperii coronam accepit statimque iuxta pacta conventiona cum Papa, urbe ac tota Papae dictione excelsit. Orante Urbano V. venit Italem, frangens audaciam Barnabulii Vicecomitis, fregit, Romanam Ecclesiam jura confirmavit, amplissimo diplomate apud Raynaldum, & Gregorii XI. consensu Wenceslaum, Romanorum Regem creavit, urbes infibula in clientelam Papae dedit, & saec lanceas, & clavorum Christi, ab Innocentio Sexto sumis obtinuit.

Seculo quinto Robertus coronatus, & data sunt illi mandata, & postulata Sacramenti fides de tuenda dictione Ecclesiastica verè Papa & Ecclesia, & electionem confirmavit Bonifacius, cuius rei extant publica documenta, ubi & fuisse desribitor coronatio, & promissio fidei, & petitio coronæ. Et ideo SS. Pater iuxta ambaxiatam nobis impositam devotissimum supplicamus instantes, quatenus Sanctitas vestra de benignitate solita hujus præclarissimi Principis Personam, cuius fama gloria per universum redolat orbem dignetur approbare, & tempore conuenti ipsum ungere, consecrare, & ad Romanum Imperium & totius mundi Monarchiam solemboiter sacris vestris manibus coronare. Idem ex Magno Chrosico Belgico respondit Francia Regi expoſitum, ut Bonifacium eum Antipapa deserteret, se curaturum ut Gallia Ecclesia gremium pandetur, se vero nolle tanto scelere obſtriri, ut Christi Vicarium gradu dimoveret. De ipso scribit Gobellinus: Bonifacius Papa IX. tertio Kalendas mensis Octobris Wenceslao Rego Boemiam repudiato Robertum Regem approbavit, & Theodoricus à Niem testatur, in Consistorio sc̄ p̄sente approbatum. Idem mittit Oratores Synodo Pilana, ut Cardinales cum Papa conciliet, & ipso formate littera evincit, esse verum Papam ha. cap. probatum. Non minus coronatus Roma Si-gismundus, ut narrat tertia parte D. Antonius. In gradibus Ecclesia B. Petri cum solemnem apparat, & comitiva confitens Eugenios Imperatore genibus flexis pedem osculantem, ad osculum oris reverenter cepit, & ultima Maii corona imperiali est motus, & Papa miserat Legatum, & scriperat, se coronam Aquisgranii auctorum, & Romæ ex Monstreloto eum-Papa, exercuit officium Stratoris. Scribit ipsi Papa, & decimas concedit, ipsi rofam auream transmittit; ipsum invitat ad Synodus, & venit & primam audit Papam missam. Is à Serenissimo Jacobo Anglia Rege, Protector dicitur Ecclesia, & Concelliorum, at Ecclesia Ro-

manæ protector extitit, à qua diuturnum schisma rejecit, & in ea fidentem coluit Martinum Quintum. Is nalle preces apud Eugenium pro Basiliensi Concilio transmisit, resistente vel ipsi Eugenio Papa. Ipsa gratias agit Eugenius.

EIAM Albertus electus Imperator, ab Eugenio suadetur, ut Tucas vincat, ut Inquisitionis juvet ministros, ut Basiliense Concilium non recognoscat, quod contra Raynaldum effect, quamvis remissum aliqui dicant, cum & Papa ipsius commendet tot Imperatoribus extremam manum, & coronam imponeat Austriaca Domus. Ibi Fridericus ex Naucero in Chronographia coronatur. Nicolaus V. Rome in Basilica Principis Apostolorum Fridericam Tertium Imperatorem una. cum Eleonora conjugé coronavit, estque Nicolai constitutio quarta, cujus aliqua verba sunt reflectenda. Cū itaque dum sacrum Romanum imperium per obitum claræ memorie Alberti Regis Romanorum, qui illius gubernacula gesit fore solatio viduatum V. Fratres nostri, & dilecti filii nobiles viri ipsius Imperatoris Electores ad incolytam domum Austriacam, quæ Regem predictum elegorunt, & quod ejusdem Alberti quem Catholicum, & pium Principem justitiae zelatorem, fidei & Ecclesie filidissimum Protectorem, & omnium virtutum plenitudine redimitum universa commemorant Ecclesia. Et mox. Nos igitur votis suis non immerito benignum conferentes auditum &c. ad suscipiendum Imperiales dignitates dignum, & idoneum declaravimus, & electionem approbantes eamdem sibi per manus V. Fratris nostri Francisci Episcopi Portuensisunctionem hujusmodi imponendi. Et voti causa Romanam venit, & ex Naucero Papæ pedes osculatur. Ibi Nicolaus Pontifex se de sedens eburnea Pontificibus inditus Senatu Cardinalium circumstant verbis Paternis, & supradictum benignis Fridericum suscipit, qui pedibus suis ex osculatis auri maslamobilit. Tum quoque Ladislaus, & Albertus ac demum Imperatrix pedes baſaverunt. Nicolaum deinde rogat Fridericus, ut ex plenitudine potestatis se Roma Longobardorum Regem coronet. Is Papam audit ex Joanne Gobellino. Gravissima quidem Germanos exigitare Princeps discordia cepit. Ludovicus Bajorum Dux auro, & amicitiis potens Verdaem imperiale oppidum armis invaserat, atque in deditioinem accepérat. Id agrebat Fridericus Imperator, iustitiae Marchionem Albertum Brandenburgensem arma capere. Et mox. Germanorum querelas refert, Nisi Papa succurseret alium non esse, qui tantum ignem extinguere posset. Et mox. Verum Legatis Papæ plus fidei, atque auctoritatis inerat minus suspicione, en necessitas Papæ, & facta, & jura. Is Papam sollicitat ut tutelam Ladislai pueri suscipiat, at Papa reponit ipsam Austriacam domum huius rei, & tutelæ causam respicere.

Ibi

Ibi Maximilianus Papa, & haeresim Bohemorum, & Lutheri sicut scribit Julius Secundus, sicut charissimus in Christo Filius noster Maximilianus Romanorum Rex Illustris &c nuper exponi fecit, & vocat Concilium contra Julianum Conciliabulum, & per oratores adhaeret Lateranensi, & monet Lutherum jam tunc ab universa Ecclesia defecisse.

Ibi est Carolus V. de cuius coronatione, Paulus Jovius, & alii tractatus integros edunt. Electus Imperator genuflexit tum ad gradus solii inde pedes Pontificis genuflexus est, & osculator est pedem suæ sanctitatis, & benignissime receptus ad osculum oris, & Papa in eo actu aliquantulum surrexit, cumque amplexatus fuit, habueruntque verba gratulatoria inter se, sollicitat à Papa ut congreget classem, & ipse intrepide prosequitur, non sine grandi vita discrimine & Goletam ipse expugnat, orat Papam, ut citò congreget Concilium, recipit ex decreto Pontificis dispensationem, ut simul Imperator, & Rex Neapolis valeat permanere, profitetur se Papæ captivitatem noluisse ob eamque rem maxissimum appetat, Lutheri librum post decretum Pontificis jubet ultra comburi, & mille alia.

Renuntiat Carolus Ferdinando, at Pontifex nullam dicit renuntiationem; nec Carolus ait jus habuisse transferendi, ideoque Martinum Gusmanum, quem Ferdinandus ad Papam legaverat noluit Romanum ingredi nisi prius cum Cardinalibus consultaret, & Thuanus Cardinalium referat rationes, Carolus prius Papam monere debuisse, ne quis in haereticum transferret imperium & Ferdinandus allato nuntio de approbatione, gratias agit, ut ferunt actæ consistorialis, petit à Papa, & impetrat Concilium, & innumera pro ipso agit, & Pontificis auctoritatem tuerit, tanquam Advocatus & defensor, & Procurator auctoritatis, & Jurium Apostolicæ Sedis. Et mox. Sanctæque Sedi quod suum fuit, semper, & est integrè servetur.

Non est assensus Papæ electioni Maximiliani, at coœsta Cardinalium Congregatione professus est magno in periculo fuisse, ne Romanorum Rex haereticus legeretur, quippe nominatos dicebat Regem Danimarckæ, ducem Saxonie, ac Regem Navarre, & Dei beneficio ab hoc periculo liberatos electo Maximiliano Bohemicæ Rege ex familia Catholica in primis, deque sede optimè merita. Addidit Pontifex Maximilianum tum per oratorem suum polliceri se fidei Catholice hujus Sedis ejusque ditionis defensorem perpetuum fore, & addidit misere oratorem qui confirmationem peteret electionis, & Pio IV. de ejus salute sollicito, gratias effusas egit. Post ipsum Rodulphus II. primo Hungarie deinde Romanorum Rex creatus, Imperium pacificè administravit, & bellum Turicum annuente Pontifice, cum sedisfragis Barbaris feliciter gessit, & inter suos teste vel hoste Hofmanno Calendarium Grego-

rianum ex Anonymo teste oculato exhibuit cum vellet inter Polonos, Anstriacos, & Germanos pacem stabilire; & cum intelligeret Pragæ decretum bellum, Legatus Pragam iter, agere cœpit, & propè illum in amana Cæsaris villa (Brandaicum ea dicebatur) confedit, eum inde 5. Idus Decembris Pragam Præfibus Proceribusque nosnullis contabitibus procedentem Rodulphus Cæsar mille equitibus torquatis praescutibus extra urbem obviā profectus, Pontificio amictum ornatu, phaleratoque equo insidentem humanissime exceptus, ambo descendenter ex equis, dexteras junkerunt, humanitatis officiis mutuò decerarunt. Cæsar in equitando dexteram tenuit, in numeri ex ea urbe, ex suburbis è pagis Legatum spectatum properarunt Hæretici eos honores Legato delatos à Cæsare, quos ipsi delatum iri non quam exultarent agere tulerunt, sed id Catholicis lætitiam ex Legati veterum Patrum pietatem, & sanctimoniam referentes adventu perceptam majorem reddidit. Cæsar Pragensis Antikitis ades ne quid ad magnificientiam, splendoremque Hospitiis Legati Pontificis decesset insigni cultu instrui jussit, argentea vasa quæ ampliarima, aurea auro, sericoque coextera, & singulo in cubiculo nobile solium appensa umbella decoratum vidisses. Cæsar Legato illus deducit ad arcem se contulit, Legatus equo velut consalutatus, & invitatus à Clero, ad eadem Principem, & deinde ad hospitium accessit. Successit Matthias jam ante Hungaria Bohemique Rex creatus, Papa maximè propitius, & hæreticis parum gratus, qui offensos apud Hofmannum se testantur, & bellum Bohemicum volunt excitatum, injuriis Evangelicorum maturè non vindicatis. Successit Ferdinandus secundo consobrino suo, de quo satis est elogium Hofstium apud Hofmannum, Religionis purioris cultu ubique abolito in Confessores sevus, adeo cum Carolo Magno Imperator Religionis opus implevit, & penè Pontifex Pontifici charissimus. Successit Ferdinandus III qui contra Syicos vicerat pacem, & Imperio & Religioni restituit, à quo Innocentius X. Apostolicæ fortitudinis vi obtinuit; ut Archepiscopus Trevirensis S. R. P. Elector, qui ibi inde ab anno captivus, ab Hispanis in sua urbe factus, eo quod wideretur Galliarum partium studiosus, & fautor sue redederetur sedi, & libertati, hæc antem restituta libertas, à Cæsare constantissime denegata potissimum ivit ad pacem Germanie, reddenda. Quia autem inter conventiones ejusdem pacis, quæ ab urbo ubi fuit initia Monasteriensis dicta fuit, multa fuerunt, quæ gravissime violabant jura sacra, & Religioni Catholica erant multo pernicioſa sui. Pontificis munerus duxit Innocentius, ut per suum Apostolicum Legatum Fabium Ghisium qui postea ei in Ponificatu successil, & Alexander VII. vocatus est pacem illam tanquam Sedi Apostolicæ injuriosam, &

*In Alex.* & Catholicis Religionis dissonantem refelleret. Etiam sub Alexandre VII. Hungaria Turca aggresso, expugnatoque Varadino, cum grave ex ea quoque parte toti rei Christianae periculum immineret, Alexander quantum ex Apostolico arario exprimere auri potuit Cesari statim misit, eumque sex decimis Clero Italiae impositis strenuus juvit. Et mox facta pace inter Papam, & Galliae Regem, subdit. Itaque reconciliatus animis arma non posita, sed Cesari tradita ad sustinendum Turcarum impetum, qui magno si unquam ante apparatu in Hungariam inviebant. Et victoriam juvit clarissimum de turcica classe apud Tenedum Venetorum, ubi hostium ad novem milia casti, captiva septem millia, Christiani erepti quinque mille, triremes centum capte, aliisque navibus, aut submersis, aut disjectis vix trecentis ē Christianis Victoribus desideratis.

Coronet Imperatorum diademata cum filiis suis, Leopoldus Imperator Romanorum succedens Ferdinando III. Patri, designatus Bohemia Rex, mox Hungaria, & deinde Imperator coronatus. Is Turcarum ante indiciarum terminans impletum, nova subitaque in Hungariam irruptione infestatus, ipsum ab illis acerrime oppugnari vidit, ab urbe Vienna sponte exul, sed Joanni Poloniis Regi, & Bavarо Duci junctus, animo, & successu stupendo, ut laqueum cum Innocentio XI. Sanctissimo, vel hostia Catholicorum Hofmannus Vexirium Magnum, qui obsidioni præter agressus fudit, & ab urbe immane quantum rejecit, Turcique aliquot præliis sequenti tempore per Ducem Lotharingium profigatis, sequenti tempore per Ducem Lotharingium Bodam expugnavit.

A.C. 1687. alioque plurima occupavit Hungaria munitiones. Et mox. Tureas denudò ingenti pugna per Ludovicum Badensem Marthescallum Heroem fortissimum ad Sahan Hemen fudit, cæstro exxit, ac profigavit.

Ad ipsum Clemens IX. Sanctissimus, patera inter Christianos Principes avidissimus, legavit Galeatum Marescotum Corinthi Archiepiscopum, cum paulo ante Augustino Franciotto Trapezuntii Archiepiscopo, qui Coloniam Agrippinæ Apostolici nuntii manus gerebas deditum in mandatis, ut conventui de pace componenda Aquisgrani habendo Sanctæ Sedis nomine interesset. Jam enim tunc Gallus, Hispanusque confenserant ut Clemens totius controversie dirimendam sequester esset. Neque tam bene instituto seruum exordio exitus vel longinquus vel dispar sicut, Gallus enim Rex in medio non tam belli, quidam vitoriarn cursu exortari se passus Clementi per literas significavit, se ejus officiis, & desideriis obsecutum arma inhibuisse, ut de pace agi posset, & ponit Ciaconius epistolam integrum, & subdit. Paucis post diebus aliis literis paris obsequiis & filialis obseruantis plenis idem Rex Clementi significavit pacis conditiones in Coventu Aquisgranensi per eos dies latas

jam à se, & ab Hispania Regina scripto cōprobatas fuisse. Porro in tribuenda Clementi tanti confecti operis gloria à regia literis minimè discreparunt, verba præfixa eidem conditionibus. Ita enim habent. *Notum suum ibis &c. Autoritate, & curia Pastoris A. D. N. Clementis Papa IX. afferdique. & servos suis sanitatis sue cōborationibus. & officiis cum per plurimas manu sua scriptas literas, rum per operam à Jacobo Cardinale Rospiglioso Nepote suo ad nos allegato, & ab extraordinariis suis Numeris egregiè narratam.* Et mox ad opem Cretæ allatam transi, & narratis innumeris sumptibus addit. *Verum suppete hujusmodi bandi futura videbantur tanto hosti repellendo satis, nisi eorum qui in Christiana Republica primas ferant, volūdi contatos accederent. Leopoldus Caesar, & Hispania Regina proximiores percivit, & pro veteri instituto Austriae domus ingentibus copiis afflissent, nisi id ipsum finis suis firmis praeditis munire, & atritas superioribus bellis operi in propriores usus servare coegisset. Neuter tamen quantum per presentem fortunam licuit causa publica defuit. Nam, & Caesar magnam militare munus obtulit. Is cum Innocentio undecimo extitit, velut Adrianus, & Carolus Magno, unicua penè Filius tanti Patris; quem penè rebus in omnibus audierat, non tantum spiritualibus sed & temporalis Dominii quod supra Parmam, & Placentinam, ut vidimus & D. Fontaninus evincit, Papa justum, & debitum est confessus.*

Nec defuit Imperatori Innocentius XI. de quo Maimburgus Papæ certè non adulatur, in fine vita S. Gregorii scribit, & protestatus se nocte aliquid à curia Romana, nec ab ea aliquid in statu suo timere, sed veritatis amore coactum scribere, quæ orbis ab ipso non expectet. Ea fuit inquit Divine providentiae mens, ut videns magnas, & magnificas liberalitates, quas ostendit nostris diebus Papa Innocentius XI., qui ita sanctæ Camera Apostolicae araria, penitus evanescavit, & exhausit ut subveniret Principibua Collegatis, in bello contra infideles, & ipsos vicit armis spiritualibus, & precum, & lachrymarum fuarum, ipsum elevavit ad Apostolicum solium, è quo effundit super Hungariam, & Poloniam, cum thesauris celestibus indulgentiarū etiam pluviam aurea & nasci facientem, & crecere palmas, tot vitoriuarum contra Turcas in eo imitativa Magnum Gregorium, in Sancta profusione thesaurorum Ecclesiaz, nec non adulator sed Catholicus, & Catholicis oppositus Hoffmanus. *Imperatore contra Turcas pecunia largiter summissa juvit, adeo etiam Hostea pecuniam largam confitentur. In liberata Vienna quamvis infirmus, pedes petuit S. Marian Majorem, infinito populo comitate lachrymis letitia potius quam hymnis, Deo gratias agens & ad omnem Ecclesiam etiam futuram talem memoriam extendit, in festivitate nominis Mariae. Quod quidem Vener-*

gabili nome jampridem in quibusdam Christiani orbis partibus speciali rite cultum Innocentius XI. Romanus Pontifex ob insignem victoriam sub eisdem Virginis Mariae praesidio de immunissimo Turcarum tyranno cervici populi Christiani insultante Vienna in Austria partam, & in perenne tans beneficij monumensu in Ecclesia universalis singulis annis Dominica infra Ollavam Nativitatis B. V. Marie celebrari precipit. Sieut & aliam ignem victoriam in Stephani Ungarori Regia festivitate. Ejus autem Festum Innocentius Undecimus Pontifex Maximus quarto nonas Septembribus ob insignem victoriam ab exercitu Leopoldi Primi Romanorum electi Imperatoris, & Hungarie Regis eadem die in Budae expugnatione ope divinae à Turciis reportasam, celebrandam instituit. Is Sanctitatis summam Papa obtinuit, quamvis nondum inter Beatos colamus, & inter Imperatores Leopoldus, ex Hofmanno, terrae felicitatis summam, Josephus primogenito ad Regnum Romanorum erectio, coronamque A. C. 1690. adeptus. Vide Leopoldi I. Magni Elogium triumphale, concinnatum ab amplissimo Jacobo Othono J. C., & notia ad B. Rhenanum insertum. De quo idem Hofmannus Josephus Leopoldi Augusti Filius primogenitus vix duodenus Romanorum Rex electus, coronatusque incredibili totius Germanie latitia, saustisque acclamationibus Augusti Windlicorum A. C. 1690. mense Novembri, de quo vide amplissimum Othonis J. C. Ulmenia coronam triumphalem, quam Leopoldus I. Caesar II. (ex austriacis) Josepho I. Romanorum Regi XIII. divina assuliente gratia, & unanimi Electorum S. R. Imperii consensu imposuit. Is Pontifici certè obaudiens Turcas pluries vicit, & securus erat plus victoria quam pugna, pugnans plus oratione quam ferro, & vel ultimo orienti tam horribile, nomen erat Leopoldi primi, quam amabile & letum Christianis, & tam Catholicis notum, & clarum quam nimis Hæreticis formidandum. Uno verbo paucia lincei laudari non potest, cuius vita tomis integris exponitur, quamvis toties laudatus, numquam satis vel bellica virtute, vel Christiana pietate commendatus.

Successere Leopoldo magnaram alarum Aquila duo non degeneres partus, & primus, & in Ecclesiæ pace, & in ipsis turbis velut Iris effusit, semper lete symbolum pacis, & Joseph filius accrescens at magna & agentem, & majora meditantem, mors abstulit immatura, & Josepho Carolus sucessit, inter Imperatores invictus, Religionis maximè propagator, Innocentio, & Benedicto XIII. addictissimus, & extremi feliciter regnantis consilio Comacelum restituit Papam, & Hispano Regi Filippo V., confederatus terrori est hæreticis, & Catholicorum praesidium, & decus, cuius encomium non espit angustus titulus, cuius gesta militatur orbis, & alibi speramus nos saltem le-

viter insinuatores, eo titulo ut extremam Imperatoribus manum, tanto sub Imperatore imponamus.

## P A R S II.

### De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Regna.

Post Imperia Regna prosequemur, & quidem ordine alphabetico, & de Bohemia agemus cum de Hungaria.

#### C A P U T I.

##### De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Angliam.



QUA non est conditio illa Serenissimi Regia Jacobi, ut Praecessores sequi velit Successor, non in regnando tantum sed & in credendo, quippe si id egisset Constantinus, Idola Christo prætulisset. Confisi nihilominus aquillissimæ causa, cum libenti animo acceptamus, & pacto stabit aquus Rex quod promisit.

& fog. decimaram, quamvis omnes petierit. Is petit confirmationem à Sede Apostolica  
Scotia, quam Papa dare noluit, ne Roma-  
na Ecclesia jus iaderet, unde contra se te-  
stimonium dicunt Proceres, cum dicunt  
nullum jus Papæ in Scotiam, quod cum Re-  
ge sue quarunt. Is multa flagitat à Nicolao  
Tertio, & pauca ab ipso recepit. Is à Boni-  
facio medietatem recipit decimatum, aliam  
sibi referente Pontifice. Is pro bello faero  
& per plura impetrat, & alia plura. Deni-  
que Urbanus contra Clementem Septimum,  
à Gallis in Papam receptum. Rogavit Ri-  
chardum Regem Anglie, ut pro sua in Roma-  
num Pontificem obseruantia vellet se gratia,  
confilio, opibus juvare, & quo id sa-  
crae facere decimas ei sacras concessit, ve-  
sianique, & remissionem peccatorum. Rex  
Pontificis rogatu contigit milia peditum qui  
decimam, equitum amplius duo milia coegit.*

Accedunt seculum decimum tertium, &  
decimum quartum, ubi Innocentius Tertius  
*Lib. 6. Joannem Anglie Regem, Ecclesie jura vio-  
178160. lantem reprehendit. Illud autem gravissimum  
reputamus, quod cum in regno tuo caufor Ec-  
clesiasticas committimus cognoscendas in pro-  
bibus de Legatis, ne in eis cognitione pro-  
cedante jurisdictionem nostram impediens, cum  
nos si bene mininerit jurisdictionem tuam cur-  
ravimus confosere, ubi beneficia commemo-  
rat ipsi collata. Ita ad satisfactionem com-  
pulit ex Parisi. Quod sic deinde factum Do-  
mino mirabiliter operante, ut persolutum Re-  
gnum Anglie simili; & semel curiat interdi-  
ctum, quod tunc distracte seruabantur ubique,  
nisi præter penitentias morientium, & baptis-  
ma parvorum, usq[ue]nam celebraretur di-  
uisum officium, aut exhiberetur Ecclesiasticum  
Sacramentum. Ita quod non solum Monacorum,  
& Clericorum, aut quoniamlibet Regis  
Laurium, sed etiam Episcoporum cadavera fer-  
erantur extra cæmeterium inhumata, Quod  
deum. Rex properter generalem clamorem fa-  
stine non prevalentem satisfactionem obtulit  
per nuntios, & literas suas, quas Archiepi-  
scopo in Flandria expellenti denunciavit, ubi  
vides Angliam obedientem, & Regem, de quo*

*Lib. 4. scriberibus Equinato scribit Genebrardus. Yo-  
in Cbr. annus. Rex Anglia Vir impius post sacras edes  
à se expulsa, & Sacerdotes ipsius regno, &  
reditibus Ecclesie per sex annos retinuit in  
panam Religiosi contempta excommunicatus  
à Pontifice Romano non ante absolvitus,  
quam diadema Capiti ademptum Pandulpho  
Legato Apostolico tradidit nonquam id ipse  
acceptum, aut batedet si à Pontifice Roma-*

*no, Angliam item, & Hiberniam reddidit  
feudataria Romana Ecclesie promisit pro  
Anglia 700. marchas anni, & pro Hibernia  
300. Hoc Natalis reprehendit, & factum  
confirmat à Filio, & de Patre narrat. Joannes  
Ecclesiasticus omnes reditum invasit. Excomuni-  
cationis sententia banc injuriæ nitas Innocentius  
est. Quin etiam Regem Christianissimum bortatut  
est, ut Ecclesia injuriam armis ulticiceretur, &  
Rege Anglorum à soli Regni expulso, ipse &  
successores ejus regnū Anglia jure perpetuo pos-  
siderent. Gallici bellum territus apparatu, &  
Pandulphi Legati Apostolice suatione Joannes,  
Ecclesia facturū se fatis juravit, & Cantuarie  
Archiepiscopo, Episcopis, & Monachis pacem  
concessit. Formulam pacis apud Matthæum Pa-  
risii legere est. Regna etiā sua Anglia, & Hi-  
bernia Ecclesie Romana, & Innocentio III ejus-  
que successoribus resignavit, & contracti datus ea  
de re in domo mihi templi justa Dovero lit-  
eris, quas idem Parisius describit, sicut & Homagiis  
formulā ab eodem Rege Innocentii prefitti in Le-  
gati manibus. Idem jurans privilegia Baroniis  
mox concessionem irritari voluit ab *Pa. 184.*  
Innocentio, eius diploma extat apud Par-  
isium, & extat excommunicatione in Concilio  
Lateranensi, & in Stephanum Cantuariensem  
accusatio, à Procuratoribus Joannis Re-  
gis, & suspicio à Delegatis Papæ data, ex  
Parisi à Papa est confirmata.*

Post obitum Joannis ex Parisi scribit  
Natalis, *Henricus Filius ipsius primogenitus  
presente Galone Papæ Legato fecit homagium  
S. R. E., & Innocentio Papæ de regno An-  
glia, & Hibernia, & juravit quod mille mar-  
cas, quas Pater ejus Romane contulerat Ec-  
clesie filiile per se posueret grandius prædicta  
regna teneret, & narrat Parisius Legatum  
in convivio. In Eminentiori loco mensa scilicet  
in Regali Sede, que in medio mensa est,  
non sine multorum obliquantibus oculis collo-  
carum, Tansu bonar additæ Epiphonema Na-  
talis, Apostolica legationi babebatur, Idem  
coacto firmare juramento statuta. Jura-  
mento vineulo ab Alexandro Quarto est so-  
lutus; & Proceres ad obedientiam Regis,  
censuris ex continuatore Parisius coegerunt. In-  
ter Philippum Palermum, & Eduardum pri-  
mum post fascita, & duplice affinitate confor-  
mata est, agenti Bonifacio Orlano, ex Nata-  
li, & sub Eduardo Secundo Joannes vigilius  
Secundus, proceres à Rego deficientes  
censuris Ecclesiasticis est persecutus.*

Exstat gravissima censura in Anglia, in  
Auctores neeis Archiepiscopi Eboracenlis,  
qui monito sibi Henrico ob invasionem  
Anglie Regni, vitam Richardo Regi abla-  
tam, Procerum innocentum sanguinem effu-  
sum, Sacerdotes, & Monachos occisis, nec  
proficiens arma sumpsit cum Proceribus, &  
proditus capite damnatur, recusante Joanne  
Galeno, summo capitulum castrorum Pre-  
side, in Ecclesiasticum capitulū cognitionem  
moveare, & Archiepiscopo Cantuariensi ro-  
gante, ut ipsius causa Papa reservaretur.  
Pontifex autem Innocentius Archiepiscopi,

*Anno  
1243.**Anno  
1244.**Anno  
1245.**Anno  
1246.*

## 500 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Regna.

nece audit aathemate ejus Auctores devovit, mandavitque Cantuariensi illud publicare, quod ne fieret Rex incecerit, excusans apud Innocentium Septimum, haud aliter tutum esse posuisse. Comque etiam mississe militarem ejus tunicam, dictum usurpando fratrum Josephi, ut videret Pater an esset tunc Filius. Respondit Pontifex, quamvis esset tanica Filius sui (quam, re nonnunquam postulantem posset sine graviori nota inducere) satis se feciro ab immisi fero disceptans esse. Quod enarrat in Henrico Quarto Wallingam, & aliis; & quamvis successor Gregorius XII. veniam postulantem, & penitentes absolverit in diplomate tamen 2. Idus Aprilis Roma ait. Propter quod etiam devenimus finit ad hoc, quod idem Archiepiscopus, & aliquis fecerit capsi ex supradictis causa iudicium capitale subiret, quod proculdubio gravis, & improbat exempli suisse constat, cum licet Archiepiscopus praeferat deliqueris correllis tam, & punitio secundum canonica infinita Ecclesiastice Iudicii sacras relinquenda. Etiam pro immunitate Ecclesiastice Eugenius IV. libro tertio brevium in regesto scribit. Henrico Regi Anglie salutem &c. Circumspice omnia Regna Christianorum eorumque erga Sedem Apostolicam obedientiam, & devotionem considera nullum reperies in quo non plene paratur Romano Pontifici Vicario Iesu Christi, uno dumtaxat excepto. Quia res quantam notam, quamvis macilenta inferas tibi, & Regno cogites, & tua, & eorum, qui tibi consulunt sapientia. Hoc olim animadverteris inclite memorie Pater tuus decreveras felices recordationis Martino Papa Quinto Prædecessori nostro tribuere plenam beneficiorum conferendi libertatem, prout plures sunt testes sui landabilis propositi, moris superveniens rei per sectionem direxit. Verum us beatitudinem Regni tibi reliquit, da etiam operam, ut virtutis quoque, & devotionis paterna heres existas. Fuit in eo summa sapientia, summa fides, summa Religio, summa erga Sedem Apostolicam, & Romanum Pontificem devotione &c. Idem scribit Regis Administris. Nos quidem, ut Deus noster nullum commendam, nulla utilitas ad hoc movet, sed honor noster, & dignitas Sedis Apostolicae, quam in solo Regno Angliae conciliaris non solus in ipsius Sedis contemptum redundat, sed in dederat vestram, & regni rotis. Hic etiam memoratur prædecessor Martinus, qui, & gravissimam epistolam Wintoniensi Archiepiscopo, ut Regis aulam adeat, scribit, moneat revocari statutum in Parlamento, alioquin aathema incurrisse declarat. Venerabilis Fratri Henrico Episcopo Wintoniensi. Si quam in districto Dei iudicio de commissis tibi ovibus rationem reddisturus es aliquando cogitares, si meminister, & tu, que Pastoralis officii cura esse debeat, quamvis Ecclesia Romana, à qua dignitatem, & auctoritatem vindicat has, atque honorem sueri obligatus es in consideratione duceres profecto non asque adeo dormitares, neque negligeres. Et post aliqua.

Jacei sanguinem canis mutus non valeus latrare, aspicias simili, & Christi, & Ecclesie, ac Sedis Apostolice mandata, Authoritatem, Reverentiamque contemni, ne vel unum mortuas verbum, clanculum saltuum si nolles papam. Et mox. Perlege statutum illud regium, si tamen statutum, si statum, & regium dici fas est, nam quomodo statutum, quod statuta Dei, & Ecclesie defrui? Quomodo regium quod iustitiam permit contra id, quod scriptum est? Honor Regis iudicium diligit, & reprehendit quasi Christus non Petro, sed Regi claves, & ova dederit pascendas. Et Martyrem B. Thomam commemorat. Rursus Eugenius Wilhelmm Legatum suum, lege Majestatis postulatum absolvit, & scripsit Regi Scotiz Jacobo, ut suscipret, & annullat omnia circa ipsum gesta, & premisso dignum non pena decernit.

Sub Henrico igitur Quarto, missa est facultas ampla absolvendi excommunicatos, cum ea tamen limitatione. Ita tamen, quod hujusmodi facultas vobis concessa ad absolutionem Clericorum nullatenus se extendat; & sub eodem Wallinghamo. Anglia est parlamentum Londonis, in quo statutum suis de Lordibus &c. degradarentur, & jurisdictione faciliari committerentur, practicataque fuit hæc lex in Pseudo presbyterum, qui apud Smithfield multius ostenditibus est combustus, & hæc lex non nova, sed vetusta, apud Anglim Reges demonstratur, adeo Anglia à se ipso diffinit, ut quod olim decidet nunc condemet, & Papam in ea te tyrannum condemet, & is ex Polydoro de Hierofolymis, aliquando recipiens cogitabat, & ex Wallinghamo suadentibus perverba, ut open Ecclesiasticas fumeret ad inopiam virarli sublevandam, at memorante Thoma Cantuariensi, ejus Juramentum, & Dei metum, antiquas Ecclesie libertates reliquit. Etiam Henricus Quintus ex Coelio de Hussita, post duos Constantia ocellis, vita ob fidem periclitavit. Quod ubi resignavit, quis etiam tunc in Anglia erant patres touquam sarii agitati primum coniuratores, in omnes Sacerdotes deinde in Regem quod prius esset calix Religiosi, nempe facienti in Regem ut pote Religiosum, & promittit se immunitatem Ecclesie servaturum. Instruptione ipsius fibi data in scriptis, & Sigillo suo roborata cognovimus optimam, & sinceram dispositionem voluntatis sua in iuribus, & libertatibus Sedis Apostolicae conservandis. Adeundem Papam pro pace mittit Legatum, & commendat Francie Delphino. Deinde cum charissimo in Christo Filio nostro Henrico Rege Anglie illustri pacificè, & quiete vigat. Etiam Henricus Sextus justè se gesit. Bohemi, qui aliam scilicet habent, ac caeteri Christiani propterea quod Romano Pontifici non parciunt, ea non parent Papaam, nec eilt Christianus. Et mox. Item Henricum Divi Eusebii Cardinalem Wintoniensem Episcopum legatum fecit, qui ad id bellum gerendum, ex Anglia cum aliqua armatorum manu proficeretur, cui

Poly. in  
Henr.

jul.

*simil justis, ut Religionis iuvanda gracia sua  
Auctoritate decimam Sacerdotiorum impera-  
ret Sacerdotibus. Henricus communicatis Pon-  
tificis mandatis cum senatu Regio, & illo ni-  
bil huic rei prævertendam decernente pecu-  
niā exegit, & non modicum militum numerum  
confecit, & ait rem Christianam forti-  
ter juvisse, idem testatur se nelle jura, &  
Sedis Apostolice privilegia violare, & contra  
Basilicenses invehitur, pro qua re Papa  
spiritu grates agit egregias. Primum repreben-  
dit ipsorum sacrilegas operationes, dum ba-  
bulisti eos, sanguinem Etnicos, & publicanos,  
& devotionem laudat erga Sedem Apostolici-  
am. Etiam Eduardus Quartus id novit.  
Sixtus Quartus Romanus Pontifex certior fa-  
elus à Jacobo Tertio Rege Scotia Episcopus  
Scotie nou habere Primatum, quem eis licet  
per civilia Anglorum bella consulere de his,  
que ad Religionem pertinuerent, & rogatus ut  
provideret opportunè creavit Episcopum S. An-  
drea Scotia Primatum; & Eduardus Papam  
appellat, universitas Ecclesie Pontificem, &  
oscula pedum transmitit; & rursus, Jaco-  
bus Rex Scotie ex Polydoro simul etiam ad  
Innocentium R. P. literas eadem exemplo de-  
dit, quibus orabat, ut pro sua fide, gratia,  
probitate, quam celerrime posset Legatum aliquem  
mitteret, ad rebelles Principes, qui eos  
suo nomine haberet impia arma de manibus de-  
ponere, & Papa rogavit.*

*Est, & Henricus Septimus Anglie Solo-  
mon, qui petit dispensationem legis Eccle-  
siastice, prohibentis nuptiis inter uxorem  
demortui Fratris, & superstitem, & hoc  
ultra fatente Acclero Rex petit non dat dis-  
pensationes. Est, & Henricus Octavus fi-  
dei defensor, ex constitutione adhuc extan-  
te Leonis X, ubi Primatum ex Lutherio  
ipso convicit. Negare non potest Lutherus,  
quia omnis Ecclesia fidelium S. Romana velut  
matrem Primus recognoscet, & veneratur,  
& probat ex omni orbe terrarum, & Sacra-  
menta septem convicit, & utitur argu-  
mento Lyrinensis invicto. Quod ubique,  
& semper creditum id verum, & mille benefi-  
cia à Papa recepit, at unum dispensationis  
recipere nequiens, se caput Ecclesie instituit,  
& definitivit, quod in Anglia ante ipsum,  
& sub ipso inauditum, & nil mirum  
contra Papam se erexit, qui vel contra  
Deum se erexit mutando uxores, & tribus  
annis expectatus, & Anathema promul-  
gatum in regnis Catholicorum, ipsis non  
horrentibus, sed juvantibus, decretum, &  
Henricus ipse novem articulis, imagines, &  
dogmata antiqua firmavit. Post ipsum  
Eduardus puer, & juvenis, mille hæreses in-  
troduxit, & tenuit jejunia, & festa Sancto-  
rum. Sub Maria rursus redit fides Catho-  
lica; & Parlamentum unionem Ejus ap-  
probavit, at succedens Elisabet scripta Pa-  
pa, se Religioni non obfutaram, at non at-  
tentis ejus fraudibus revocavit pro Catholicis  
edita, & hæreses, vel primis contrarias  
admisit, & sub Jacobo Rege scripta sunt ab*

ipso aliqua contra Papam, & coegerit Catho-  
licos ad juramentum fidelium subscriben-  
dum, & Paulus quintus prohibuit.

Potest Reges Anglia nostros, Serenissi-  
mus Jacobus vult aliquos eripere, & ait.  
Henricus Primus Episcopatum Wintonien-  
sem, Wilhelmo Gifford concessit, de redditibus  
Episcopatus eum investivit, dedit Rodulpho Cantuariensem Sedem, eumque per  
anulum, & Baculum investivit, definavit  
Episcopos ad Concilium Rhemis, quod te-  
nebat Papa Calixtus. Etiam Turstanus  
Eboracensis Pastor electus, ea conditione,  
ut à Synodo non benediceretur, ad illud ibidem  
Concilium, & à Papa consecratus à Regis  
ditione expellitur. Etiam Eduardus Primus  
præcepit Abbatii de Waltham, & Decano  
Ecclesie Sancti Pauli, ne decimas darent  
pro bello Hierosolimæ, etiam si Papa id præ-  
cepisset, & Decanus mortuo Abbatie, pro-  
misit se Regis mandata servaturum. Deni-  
que cum Abbas de Walden Romanam citasset  
Abbatem S. Albani, ab Eduardo Secundo  
in judicium vocatur, & quod plus est vincu-  
lis oneratur, & Eduardus Tertius præcesso-  
res secutus, legem statuit, ne quis in postru-  
m, à Papa Sacerdotia obtineret, nisi per  
appellationem ad ipsum ea deferret, & pa-  
nam transgressoribus irrogavit; & Richar-  
dus Secundus decrevit, ne beneficia obtine-  
rentur à Papa, sub pena amittenda Regis  
tutela.

At jam Reges ipsos nostros vidimus, &  
facta ipsa contraria demonstrant. Usurpat  
quidem Henricus Primus, ex Rogerio pri-  
ma parte Annalium investituras, at obstat  
forti pectori, Sanctus Praefectus Cantuarien-  
sis Anselmus, & recusat validè se communi-  
care, cum hujusmodi provisio à Rege.  
Etiam Gerardus Eboracensis mandato Regis  
obediens, ordinet Giffordum, & Rogerium,  
sed Giffordus spernit unctionem Eboracen-  
sis, & potius exilium patitur pro veritate,  
& alii manent absque consecratione, unde  
Historia ipsi nocet ferenti. Etiam Rodul-  
phus Rege annuente, communis suffragio eli-  
gitur, & pallium ipsi tulit à Papa Anselmus,  
Nepos Archiepiscopi Anselmi, & Rex pe-  
tit à Papa investituras, at Papa solum con-  
cessit, ab electis homagia excipere, non per  
anulum, & baculum investire, ut egregie  
testatur Wilhelmus Malmesburiensis, & ad  
Concilium Praefices Calixtus vocavit, ubi  
investitura est vetita laicis per anathema, &  
Clericis per gradus privationem. Etiam  
Turstano ad Synodum eunte, Rex Papam  
per legatum prævenit, ne ab alio ille ordi-  
naretur, quam ab Episcopo Cantuariensi,  
at ordinatum à Papa ipso nolente alicui injuriam inferre, noluit Rex recipere per Pa-  
pæ preces, & per interdictum punitus rece-  
pit, ideoque obediet Papa non repugnavit.  
Etiam Clemens Quartus similes decimas  
contra Saracenos à Scotis exegit, & Alex-  
ander Secundus Rex transmisit, Ludovico  
Gallie Regi crucem ferenti mille marchas

## 502 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Regna.

argentii mille milites, & aliquos Principales, & frequenter excipit decimas vidimus & de Eduardo Secundo millia Papæ propitia enarrat Polydorus de rebus Angliae, ubi mole Auctoritatis, & veritatis, unius facti tollitur omnis suspicio.

Etiam Eduardus Tertius favebat Pontifici, cum ipsum appellationis tribunal, & ita sumptum ex omni jure decidit, quamquam à Gregorio undecimo totis viribus, & Martino Quinto ea lex sit everfa, & in pluribus favorit Pontifici. Nec Richardus Secundus obest violator acerrimus Ecclesiastice immunitatis, imò vel nunquam id statuit, vel penituit, quippe ipso vicio datum est, ut constat tomo secundo veterum Historiarum,

*Pagina.* post Chronica Henrici de Nyngton, quod 274. Papæ nimirum tribuisse. Etiam Jacobus Rex se assertit Catholicum, quod baptizatus sit in nomine SS. Trinitatis, at innumeris in catalogo hæresum sunt hæretici, & per Jacobum ipsum Donatisti, & innumeri alii ita sunt baptizati, & tamen apud ipsum sunt veri hæretici, & ipsum à Catholica Matre admonitus, Matris epistola, & vita convincunt. Nec obstat juramentum de fide Anglia tenenda, quippe juramentum non est vinculum iniquitatis, & Catholicos Reges ipse bortatur, ut vel post juramentum fidem mutent, & frustra Catholicis proditionibus irascerit, quippe ipso teste Puritani, perfecti sunt ad necem in utero, in pueritia, & post eo solo titulo, eo quod Rex essem, in scelus. Non oblitus hæresis quin Paulus Quintus Catholicorum Angliae curauit gereret, missis duobus brevibus super juramento, mox Gregorius Decimus Quintus misit in Angliam, Gulielmum Bishopium doctorem Sorbonæ ordinatum Præfulem, & in eo regno Apostolice Sedis Legatum, eo mortuo Urbanus Octavus misit Richardum Smith. Anglium Episcopum Chalcedonis, cum potestate ordinaria, ut declaravit Urbanus IV. Februario, at inter regulares, & Clerum, orta discordia, & editis ex utraque parte libris etiam lividis, S. Congregatio indicis suppressit omnes, in Hiberniam misit Innocentius X. Ioh. Baptista Rinuccini cum auro, & argento, per centum milia exagitatus, omnium votis feliciter ingressus in regnum illud, & multa milia misit Henricus Borbonix. Hinc Carolus I. post Patrem Jacobum 1625. Falcare, & Cromwellio admittente eorum Parlamento accusatus, & inauditio ab omni memoria exemplo manu carnificis, in publica panegyri capite plexus est, Jacobo Hofmano referente, & ex Gnaldo fidei contaminata est accusatus, inde Carolus Secundus decennio exul redit, quem Pontifici ex Gualdo sumum esse cibent, si politicam non Religionem consuluerint, & Cromwellus ex Hofmano fecit, Religionem interfervere Politicæ, denique Jacobus Septimus Rex Scotie, & Secundus Magnæ Britannie, Fratri Carolo I. Regi succedit. Post quæ quidvis credendi

licentia, cuius permisso, liberiorem latibria ceremoniis, ut loquitur Hofmannus aditum fecit, Legatum Papæ de Abdus recepit, & Romanum Legatum amplissimum destinavit, à populo Anglia Rex acceptatus, eorum testimonia Anglia Rex, hereditarium posteris regnum reliquit.

Recognoscet ergo Anglia, vel se ipsam, Reges suos, vel ante Constantinum, & Helenum Apostolos suos Gregorium, Palladium Patrium, Doctores Bedam, Anselmum, & Parisienses, legant Henricum Spelman in opere, ad decreta Leges Britannias; ibi convenient in Arelatense Concilio primo, & Sardicensi Britannos, Synodus S. Patrii, S. Germani, S. Augustini eorum Apostoli, & in Ecclesia etiam per ipsa vera, dogmata nostra Catholica, ut obligationem pro defunctis, & alia convenient.

## C A P II.

### Gallie Regnum.

**N**on indiget nostris elogis Gallia, quæ oracula abundat Pontificum, & antiquis sub Gregorio Magno, & Modernioribus sub Gregorio Quinto, & omnium post Pontificum. Scribit Brunichildi Pontifex L.5. cap. 5. indice verè Magnus. *Vnde non immerito consigit,* ut curta Gentium regna præcellerent, quippe quæ earundem gentium creatorem, & partem colit, & veraciter confitetur. Et sequenti epistola excellentius. *Quanta cetero Homines regia dignitas antecedit, iusta ceterorum gentium regas regni vestri culmen.* Et mox: *Quia igitur siacerdotem fidei, & mente servatis, & opere B. Petri Apostolorum Principis amor evidenter ostendit, & apud Rainaldum Gregorius Quintus.* Recognoscimus, & fatemur, quod Ecclesia Gallicana post Apostolicam Sedit, quoddam ratione Christianitatis est speculum, & in primis fidei firmamentum, impone qua in favore fidei Christiana, & devotione Sedit Apostolica non sequitur alias, sed ut aliam post dixerimus antecedit. Cujus devotionem verbis extolleo superfluum reputamus, cum si claris operibus manifesta, ubi à Papa oraculo dictimus, superfluum ipsam verbis extollere, & ipsius opera sint manifesta, quorum aliqua vix invenimus.

Quod primonech, & precipuum, Gallia à Romano Pontifice fidem accepit. Ita Zozimus Episcopus Galliae scribit. *Ad urbem Arelatensem primam ex hac Sede, Trophimus Summus Autifex, ex cuius fonte tota Gallia fidei riuulos accepentes, direxerunt.* Et ipsi Viennensis provincie Praefules, ad Leonem Papam referuntur. *Omnibus Gallicanis Ecclesiis notam est, quod inter Gallicas Arelatense urbi missum à B. Petri Apostolo S. Trophimum habere meritum Sacerdotem, exinde aliis paucatim regionibus Galliarum, beatum filium, & Religionis infusum.* Ita in Concilio Parisiensi sub Ludovico Pio, scribent Praefu-

*Baptisia  
Domi. I.*

1615.  
19 Mar  
1633

1649.

1685.

foles Galli Eugenio Secundo. *Nec vobis tandem fiae, si se paulo longius sermo protractus, dummodo linea veritatis, que ab antiquis Patribus nostris, usque ad nos inflexibiliter duxit est à B. Dionisio, qui à S. Clemente in Gallia, enim duodenario nostro primus Pre-dicator duxit, est. Idem habet Ado Vienensis in Martyrologio. Apud Arelatenses Natalis S. Tropbini Episcopi, & Confessoris discipuli Apostolorum Petri, & Pauli, & librio de festivitatibus Apostolorum. Natalis S. Tropbini de quo scribit Apostolus ad Ti-motheum. Tropbini autem reliqui infra-mum Miletii. His ab Apostolis Roma ordinatus Episcopus primus ad Arelatum urbem Gallie ad Christi Evangelium predicandum direximus est. Et haec à Launojo impugnata defendunt, & Quenellius, & Natalis, qui & evincit à Clemente Papa missum in Gallias Dionysium. Sic Innocentius primus de Gallia, & Hispania. Legant si in his provinciis alias Apostolorum inventur, ant legitur doctriæ. Quod si non legunt, quia nasci- quam inventur, oportes eos segni, quod Romana Ecclesia enstodit, de qua eos principium accepti non dubium est. Ita accepit fidem à Paulo ex Eusebio. Inter alios Pauli disci-pulos Crescens in Gallia ab ipso missus dicitur, ut M.S. Gallica, & veritatis Valeius, & San-ctum Dionysium, à Clemente missum, in-tegra dissertatione tueretur Natalis. Imò Gre-gorius Turonensis in contrarium allatus libro primo de miraculis scribit. Saturninus Martyr ab Apostolorum discipulis ordinatus, cui fertur in urbem Tolosatum est direximus. Et de gloria Confessorum scribit. Biturica verò urbs primam à S. Ursino, qui à discipulis Apostolorum Episcopus ordinatus in Gallia destinatus est, verbum salutis accepit, & libro primo miraculorum ait. Eutropium sanctum Episcopum missum à S. Clemente in Gallias. Est, & Epiphanius loquens de S. Luca. Hunc igitur predicandi Evangelium manus eredit utm est, quod ipse primum in Dalmatia, in Gallia, in Italia, & in Macedonia prestitis sed in Gallia præ ceteris, ut de nonnullis comitibus suis Paulus in epistolis regla-tur, Crescens inquit in Gallia, non enim in Galatia legendum est, ut quibusdam innumeris placuit, sed in Gallia, & Theodoretus in caput quartum primus ad Timotheum. Crescens in Galatiam, Galliam enim inquit, sic appellavit. Ita enim appellabantur antiquitus. Ita enim sanctos nominavimus, qui sunt externa doctrina participes. Extat, & hymnus Fortunatus de Clemente, ubi canit, Clemente Roma Prefule, ab urbe missus adiunxit, verbis superbi feminis, us fructus est Gallie, & fru-Scripta. At Launojus suppositum vocat, cum extet in M.S. antiquis, sic refert Natalis Sophro-nus Oly-mium. Crescens in Gallia Evangelium praedieavit; sic Chronicum Alexandrinum, & frusta refert Severus Sulpitius Allectens. Sub Aurelio Antonini Fido persecuto quan-ta agitata, ac tunc primum intra Gallias mar-syria visa ferunt Alpes Dei Religione*

suscepta, sit enim series præ oriente, & Ita-  
lia, alioquin Iraneo, Tertulliano, & sibi  
constat oppositum. Lit. \*

Jam sub Imperatoribus vidimus Galliam, milles de Pape benemeritam, & solum fa-tis esset Valentiniani decretum. Certum est nobis, & imperio nostro unicum esse præsidium in superiora Divinitatis favore, ad quem pro-merendum præcipit Christiana fides, & ve-neranda nobis Religio suffragatur. Cùm igitur Sedis Apostolica Primatum S. Petri meri-tum, & Romana dignitas civitatis, & Syno-di firmarit Authoritas. Et mox contra Hilari-um Arelatensem Ausibns enim talibus fi-det, & reverentia nostri violatur imperii. Nec hoc solnm, quod est maximus criminis sub-moveat. Verum ne levit saltum inter Ecclesiasturba nefatur; vel in aliquo minni Religio-nis disciplina videatur bac perenni sanctiones decernimus, ne quid tam Episcopum Galliarum quam aliarum Provinciarum contra confusa-dinem veterem liecas sine variis. Papæ urbis eterna Authoritate tentare, sed illis, omnibusque pro lege sat quidquid sancit, vel sanxerit Apostolica Sedis Authoritas, & foro laico sacrum confederatum, & Valentinianno Principi Leo Papa, ubi Hilarium eo titulo re-prehendit. Quod accepit à veteribus non sequendo. Et mox. A vestro, nostroque per-nova usurpatiis ambitu more discedens; & iterum. Non nova insinuent, sed vetera-renovantes. Et rursus. Nobisum itaque ve-stra Fraternitas recognoscat Apostolicam Se-dem pro sui Reverentia à vestre etiam Pro-vincia Sacerdotibus innumeris relationibus es-se consultam, & pro diversarum (quemadmodum vetri confutando poscebat) appellatione caufarum, aut revocata, aut confirmata esse iudicia, ubi in una Gallia Provincia, quid-in tot aliis, innumeræ sunt relationes, & ju-dicia, vel recisa, vel firmata.

Ab Imperatoribus ad Reges transendum: de qua re seculo quinto Natalis. In Fran-corum regno Childerico succedit filius Clo-dovaeus annos dumtaxat quindecim natus. Hic anno regni sui quinto Siagrum Ægidil Comitis filium, qui Sveßionibus regnabat vicit. occiditque. Quo bello potestas om-nis Romanorum in Galliis defecit. Legatur Gregorius Turonensis libro secundo. Et post plura. In Clodovei baptismo Baptiste simul ac suscepitoris manus explevit S. Remigius, ut constat ex Hincmaro, & Flodoardo. Ana-stasius Romanus Pontifex, cum Clodoveum baptismo regeneratum accepit, statim gratulatorias ei literas, per Eumerium Presby-terum misit, quas D. Lucas Dacherius Con-gregationis S. Mauri Benedictinus tomo 5. spicilegii edidit. Et post plura. Coronam auream gemmis ornatam Romano Pontifici Symmaco misit Clodoveus teste Hincmaro. Recentiores volunt eam coronam fuisse, quam ab Anastasio Augusto haud pridem accepérat. Quo factu iusigna pietatis, & venerationis erga S. Petri Sedem posteris exemplum dedit. Idem narrat in Hormida. Non

## 504 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Regn.

Non est Hormisda, qua illius nomen praefert epistola ad S. Remigium Remensem Archiepiscopum, qua Sedit Apostolicae vices per omne Regnum Clodovi, quem cum Gente integra convertesat, & baptizaverat, conferuntur. Cum enim anno Christi quingentesimo undecimo obierit Clodoveus, Symmacus vero anno tantum quingentesimo decimo quanto evidens est a Symmaco non ab Hormisda illius Successore S. Remigium super omnes Ecclesias Regni Clodovi secesserat ad fidem coversi, Primatum fuisse constitutum. Quamobrem Symmaco restituenda est hae epistola, ut beato habet, dicens poterat Flodoardus.

L. 5. c. 15 Unum addit Natalis Clodoveum, Synodus Aurelianensem convocasse, at nec Ariani ipsi ex eodem Natali hoc ius, vel protectionem afluxisse, & in margine scribit de Symmacho. Synodus in causa Symmachii legitimata non fuisse, nisi ejus convocatione ipse praeibusset afluxum, & subdit. Id ex actis perspicuum est Memorari Pontifices inquieti, quibus allegandi imminebat occasio fuggerentur ipsum, qui dicebatur impetratus debuisse Synodus convocare. Et mox. Sed potius simus Princeps istum quoque Papam in colligenda Synodo voluntatem suam litteris demonstrare significavimus; & innumeris sunt facta pro Episcopis, & quod plus est canones, & ius divinum, & in actis Apostolorum, & in lege veteri, & Reges Gallia Imperatores imitantur, in Synodis ad ornandum assidentes, & in fidei religione conformati, ut scribit Pelagius Secundus, ad Aunacharium Antiodoreensem Episcopum. Nec enim credimus otiosum, nec sine magna divina Providentia admiratione dispositum, quod vestri Reges Romano Imperio, in orthodoxa fidei confessione sunt similes, nisi ut huic urbi ex qua fuerat oriunda, vel universo Italia finitimos, adjutorijque praeflaret. Causa igitur charissime Frater, ne anim Regibus vestris invadiri nos virius sit data divinitus charitatis vestra circa nos levitas arguitur. Etiam Primatus, & vices Paparum petentibus Regibus sunt Gallis Episcopis concessa, ita Vigiliis episcopaliis. La prima, & secunda. Sicut non pro me Charitatis affecta, & pro gloriosissimi Filii nostri Rege Childeberti Christiana devotione mandatis vices nostras libertissima voluntate consulimus, sic Aurelianum epistolam quintam concedit, & gloriosissimi Childeberti Francorum Regi Christiano, & Deo placere in peribido vobis testimonia voluntatis accessit, & notat seculo quinto Natali. Secundò concessa non suisse potentibus, & ad Regis Christianissimi commendationem.

Cap ult. Etiam Laii Synodo Arausice subscriberunt & Bonifacius Secundo approbat. Quam definitiorem antiquorum Patrum, nostramque, quae supra scripta est non solum Religiosis, sed etiam laicos medicamentum esse, & desiderant, & cupimus. Placuit us eam etiam Huiusmet, & magnifice viri, qui nobiscum ad prefatam selevitatem convenerunt propria manu

subscriberent, & dicunt. Capitula ab Apostolica Sede transmissa, que ab antiquis Patriarchis de SS. Scripturarum voluminibus in bac praincipiis causa collecta sunt ad omnibus observanda proficerint. Et subscripta, etiam Avitus, nomine totius Galliae scribit. Ep. 31.

A cunctis Gallicanis Fratribus meis ad hoc ipsum, non minus per mandata, quam per litteras onerata, quacumque a vobis omnes audiimus, usus suggesta suscepit. Etiam Johannes Secundus firmavit Contumeliosi Regensis dejectionem, ut constat epistolis ipsius ad Cesarium, & ad Episcopos Galliarum datis. Etiam Gallia universa communionem cum Sede Apostolica, in causa trium capitulorum retinuit. Etiam Pelagius Primus regni Galliae clarsitatem, obsequiis erga Ecclesiastis tribuit. Cum Celsitudini vestre multa dona misericordia divina contulerit pro amore samen quem Ecclesia ejus sinceriter exhibebit sevit vos multis regnabitibus clariores. Quoniam inter alias Regni vestri curas, pro tranquillitate S. Ecclesia pricipiam solicitudinem vos certum est exhibere, & Protectorem in Ecclesiis Galliarum agnoscat monens. Ee bina modi causa sollicitum vos in religio decet exhibere cautelam, ne quid contra Ecclesiasticas regulas potentibus concedatis. Etiam Pelagius Secundus ad Aunacharium secessit, ut Reges Francorum a sedere cum Longobardis deterret, suadeantque ut Italiam, & urbem successat. Et, & Pelagi primi dispensatio ad Childebertum, & totius Galliarum dispensat Episcopos. Cp. quedam capitula extra fidem suisse agitata, de quibus longum est ut epistolari possitis complecti sermone. Hoc breviter ad sanandum animum vestram, vel omnium Fratrum, & Copiscoporum nostrorum in Gallia regionibus consilientium, faciendum esse perspicimus, dicentes anathematisare nos quicumque ab illa fide declinaverit, quam Papa Leo, & Concilium Chalcedoneense fecerit, & tamen noluit cum Iustis dispensare, & aliis.

Solus Gregorius Magnus grandia suppeditat. Is ad Brunichildem contra simoniam, L. 7. c. 5 in Galliis maximè vigenter secessit. Cibrianianitas vestre sollicitudo diligenter invigiles & nullum, qui sub regno vestro ad sacrum ordinem ex donatione, pecunia, vel quoniamlibet patrocino personarum, seu proximitatis jure patienter accederet, & vocat herefim a S. Petro damnatum, & eodem libro scribit Theodoro, & Theodeberto. Hinc sit etiam, ut infantes, & pauperes à sacris ordinibus prohibiti respetibus resistunt. Et dum innocentia pauperis discipes, dubium non est, quod premium illic delicta commendet, quia ubi aurum places, ibi & vitium, & suader Christianissimi Regibus, ut Synodus in Gallia cogi iubante, ubi precente Sedit Apostolica Legato, simoniaci anathematizentur ordinationes, & eam scribit quatuor Episcopos Galliarum, & hærelim appellat, & ita illicitam, ut eleemosynæ facienda nec inferviat. Is bono Gallicæ Ecclesiæ

prospiciens, Sedis Apostolicae vices, Virgilio Arelatensi Episcopo commisit, Childeberto Rege postulante, & Syagrio Augustodunensi Episcopo, pallium etiam concessit. *Llib. 4.* Brunichilde Regina poscente. Is Seguen-  
*ep. 50.* ses Parochias Taurinensis Ecclesias, à Gun-  
therio Regre subtrahitas, & Mauriennes ad-  
dictas restitus jussit Episcopo Taurinensi,  
datis ad Syagrium Augustodunensem, & ad  
Reges Francorum literis, ut ille precibus  
hi imperio exequenterentur. Is confirmat pri-  
*Llib. 7.* vilegium Arelatensis Monasterio à Vigilio  
*ep. 51.* Papa concessum, & Theodoricu, & Bruni-  
*ep. 52.* childe rogantibus, privilegium concedit.  
*Llib. 7.* Augustodunensi Monasterio; sic scribens ad  
*ep. 53.* Respectam Abbatissam, dat privilegia Mo-  
*ep. 54.* nasterio S. Cassiani. Is scribit Theodoricu  
Regi, de pace in Ecclesia facienda. Is Theo-  
dorico, & Theodeberto Ursicinum Tauri-  
nensem commendat, & Hilarius commen-  
*Llib. 7.* dat Brunichildi. Is scribit numerosas epi-  
*ep. 55.* stolas, Theodoricu, Theodeberto, Bruni-  
*ep. 56.* childi quamplurimis Episcopis, & Patricio  
Arigio, ut omnes contribuant Anglia con-  
versioni, & reprehendit Episcopos Gallia-  
tardos. Sacerdotes vestros in vicino negligere,  
dat Gallis potestatem, ut coenescant, gra-  
tias agit ipius Regibus, omni genere libe-  
*Llib. 5.* ralitatis sanctis, sic & scribit Clotario de  
*ep. 57.* fociis Augustini recipiendis, scribit Aldi-  
*Llib. 7.* bergae Regina Anglorum, sed Galliae, de  
*ep. 58.* in diuina conversione viri promovenda. Is à Rege  
Gallo recipit munera, & mittit clavim in  
*Ep. 59.* munus. B. p[ro]p[ter]e Petri Apostolorum Prin-  
cepti, quam libenter munera Excellentie ve-  
stre suscepit ipsa cunctis liquido vita vestra  
*Llib. 1. e.* testator. Is scriptis ex Joanne Diaconi, &  
*43.* Virgilio Arelatensi, & Theodoro Massiliensi  
ut integrum libertatem Iudeas relinquerent.  
*Llib. 1.* Inde deters moritur, unde renatus esse vide-  
batur, & pluribus scandalis medetur, plures  
*ep. 60.* epistles scribens. Brunichildi, & Schismati-  
*ep. 61.* ci trium capitulorum in nonnullis. Is scri-  
*ep. 62.* bit Sereno Massiliensi, quod solus contra  
*ep. 63.* eum solum ligni adorationem aut marmoris cum  
& ipse Secundino reculo eas misericet, Is  
*Llib. 7.* Galliam regnis omnibus praefert. Sicut enim  
*ep. 64.* in diuina lampadis magna splendor in terra noctis ob-  
scuritate lumen sui claritate fulgescit, ita si-  
dei vestrae claritas inter aliorum gentium ob-  
scuram perfidiam rutilat, & coruscat. Quic-  
quid autem Regi se ceteri gloriam habere ba-  
bet. Sed ipsi iure hoc vehementer superpon-  
*Llib. 5.* tur, quoniam hoc principale bonum non habent  
*ep. 65.* quod habebit. Cui addit in vita Gregorii  
Maimburgus. Cum tempore junctoris Chil-  
deberti ceteri Reges, & Imperator ipse, her-  
retici forent, aut infideles, sic Rex Vi-  
sigothorum in Hispania, Longobardorum  
in Italia, ideoque filii sunt Galli Reges Pri-  
mogeniti. Is Regis in Brunichilden exalta-  
tur. Pre aliis gentibus gentem Francorum  
offerimus, felicem, que ex bonis omnibus pre-  
ditam mersit habere Regisam, cur autem  
Gregorius pravam collaudet, ea causa est

tunc extitisse rectam, & ex Almoine magnificas ades construxisse.

Post Gregorium sub Martino I., congregat ipse Synodus contra Monothelitas, & mittit in Gallias, tum ad Sigebertum Regis Dagoberti Filium, qui in Austrasia regnabat, tum ad Clodoveum Sigeberti Fratris, qui in Neustria, & Burgundia imperabat, ut viros doctos, & Sanctos adversus eam hæresim pugnaturos Romam ad Papam mitterent, ut testatur epistola S. Amandi, & vita S. Eligii, & S. Audoenus Rotomagensis Episcopus, Martyrem verum appellat. Idem Gallicanis Episcopis selectis legationem ad Imperatorem committere decreverat ut fiduci causam in oriente tuerentur, & Constantem ad hæresim damnandum adducerent adeo confidebas de virtute Praesulium Gallicanorum. Etiam Adeodatus Papa, Monasterio Turonensi S. Martini, privilegium contulit exemptionis, ab omni Episcoporum jurisdictione, Crotbergo Archiepiscopo Turonensi, alisque Gallie Praesulibus consentientibus, quorum subscriptiones Egy-  
*Cap. 110.* rius Abbas protulit, & contra propriam Ecclesiast id egit consuetudinem. Etiam Audoenus cum aliis Romam venit, ad limina Apostolorum invisa, & plures reliquias attulit in Galliam ab Adeodato Papa donatas, & Papa mox citandus contra Leonem Ifau-  
rum sedna egit cum Carolo Martello.

Accedit his Gregorius II., qui Carolo Martello Pippini Regis Fratru, consulatum Romanum concessit, ut appareat ex appendice Historie Gregorii Secundi post Gre-  
*Cap. 111.* goriorum Turonensem. Et Stephanus Pippi-  
no largitus Patriatus dignitate Impera-  
tori secundam, quam Carolus Magnus nun-  
quam depositus, nisi imposita ab Imperio di-  
gnitate, ut notat Petrus de Marca Archie-  
piscopus Gallus. Accedit Christianissimi  
nomini Regibus Gallie donatum a Grego-  
rio Tertio sub Carolo Martello ob præfita  
Romanae Sedi obsequia, & liberationem à Luitprando præfitem, acriter Romanam  
Ecclesiam insequente, ubi Papa Episcopum  
Anastasiū, & Sergium Presbyterum lega-  
vit, cum munere clavium S. Petri, & repe-  
titio Christianissimi titulo, quod memoria  
Martyrologium Gallicanum, & colligit Bar-  
tonius ex Anastasio Bibliothecario, & ex  
epistola prima hortatur, ut subveniat Eccle-  
sia S. Petri, ob anima salutem, & ne post-  
ponat S. Petrum Longobardis.

Regnabant in Gallia Merovingi: umbros Regum, quorum ultimus Childebertus deposi-  
tus, & quidem omnium penè Auctorum  
testimonio, auctoritate Romanorum Ponti-  
ficium, antiquis cunctis statentibus, quamvis Moderni totis viribus negent, & fabulan-  
appellat Natalis Alexander, & sequuntur  
*Sc. 8*  
*diss. 2.* Launois sexta parte, & Ludovicus Elie-  
*Ep. 9.* sius Dupinus de antiqua Ecclesiæ disciplina  
& Maimburgus de Ecclesia Rome, in trans-  
*Diss. 7.* latione dicit Papam tantum consuluisse.  
Incipiamus ab Eginhardo afflido Caroli  
*Cap. 112.* Ma-

Magni Comite, cinq̄ à secretis, & auditis, & visa scribente, exacte, & sincerè scribente, in vita Caroli Magni narrante. *Gens Merovingorum usque in Childericum Regem, qui iussu Stephani Romani Pontificis depositus, ac detonsus durasse pueratur, ubi translatio est, & iussus non consilium, & in annalibus hæc scribit.* *Pipinus autem per iussione Romani Pontificis, ex Praefecto Palatii Rex constitutus est, ubi rursus audit iussione.* Et infra. *Burchardus Würzburgensis Episcopus, & folradus Presbyter Cappellanus, missi sunt Romam ad Zachariam Papam, ut constaterent Papam de causa Regum, per quos prædictus Pontifex mandavit melius esse illum vocari Regem, apud quem Summa potestas conficeret, dataque Auctoritate sua iussit Pipinum Regem constitui, en rursus iussio, & auctoritas in translatione. Et iterum. *Hoc anno secundum Romani Pontificis sanctionem, Pipinus Rex Francorum appellatus est, ex Papa sancto, & regis appellatione.* In hac re Launojus Eginhardum, cùm mendacem dicere non possit, sibi discordem appellat, quod destitutionem tribuat Stephano, Zacharia, & Auctori ipse se elatè manifestat. Denique Zacharia defuncto Stephanus succedit, qui in Franciam ad Pipinum urgente necessitate venit, cumque, ac duos Filios ejus Corolum, & Carolum, pariter fax benedictionis oleo peranxit, adeo Eginhardus interpres est sui, & constat rem à Zacharia inchoatam, eo moriente à Stephano perfectam. Hec in aula Principum scribit Eginhardus, & Otto Frisingensis tot Imperatorum consanguineus, sèp̄ cum Papa contendebat. Anno ab Incarnatione Domini 752. revertit à Roma nuntiis auctoritate Papæ, Pipinus à B. Bonifacio Moguntino Archiepiscopo, aliisque Regni Principibus in Sueffione civitate ad regnum eligitur. Et rursus. Anno Domini 754. Pipinus à Stephano Papa à fidelitatis Sacramento, quod Hildrico promiserat cum aliis Regni Francorum Proceribus absolvitur, ac deronco Hildrico, & in Monasterium detruso, postmodum in Regem inungitur, ubi evanescit contradic̄tio Launoii, quæ vix ex ipso dilui possit, ubi non consilium, sed est juramenti absolutio, ubinon sine examine sed matrè concludit, ex hoc Romani Pontificis regna mutandi auctoritatem trahunt. Hæ scribit Conrado Abbas Uspurgensis, Gregorii Noni Magnus Accusator, ut Friderico Secundo patrocinetur in Chronico. Zacharias verò Papa super bujusmodi negotio consultus remandavit melius esse illum vocari Regem, apud quem summa potestas conficeret, dataque auctoritate sua Pipinum Regem constituit iussit. Anno Domini 752. Pipinus per auctoritatem Zacharia Papæ more Francorum electus ad Regnum per manus S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntiacensi elevatus est in regni solium in Sueffionum civitate. Et post plura. Pipinus ex praefecto Palatii auctoritate Apostolica sublimatus, & anctius in sedem*

regni postea regnans annis quindecim absolu-  
tus per Papam Stephanum à juramento, quod  
Regni Primoribus fecerat, ubi conciliatur  
pugna de Stephano, & Zacharia, ubi Za-  
charias remandavit, & iussit, ubi fit per au-  
thoritatem Zacharia electio, ubi authori-  
tate Apostolica sublimatur, & à fidelitatis  
absolvitur juramento. Hæ scribit Siegeber-  
tus Gregorii Septimi inimicus. Pipinus ve-  
rò Princeps Apostolica Auctoritate electione à  
S. Bonifacio Moguntiae Archiepiscopo in Re-  
gem ungitur, & consecratur, ubi est Aposto-  
lica Auctoritas, & quidem prolata ab ipsius  
mortali hoste.

Nec defunt gravissimi Auctores. Non de-  
est Frederigarius seculo florens octavo. Quo Ad annum  
tempore una cum consilio, & consenso omnium 75.  
Francorum, missa relatione à Sede Apostolica,  
auctoritate percepta præcessus Pipinus, ele-  
ctione totius Francia in sedem regni sublima-  
tur, ubi audis illud auctoritate percepta.  
Non deest Regino, decimi seculi Auctior. In Chr.  
Iussit Papa per Auctoritatem Apostolicanam, In Chr.  
Pipinum Regem creari, ne perturbaretur  
Christianitas ordo. Non deest Imperator  
Ludovicus Caroli Magni Pronepos, certè  
de sua familiæ bene instructus apologetico  
ad Basiliū Imperatorem, apud Baronium,  
& Duchesnium tomē tertio. Matrem omnium  
Ecclesiarum defendendam suscepimus, ex qua  
& regnandi prius, & postea imperanti auctor-  
itatem prospicia nostra seminarium sumpsit,  
nam Francorum Principes primò Reges, deinde  
verò Imperatores diu sunt bi dūtaxant,  
qui à Romano Pontifice ad hoc oleo sancto per-  
fisi sunt, hoc certè non est consilium, sed  
summa Auctoritas. Non deest Lambertus  
Scabnaburgensis in historia Germania. Pi-  
pinus decreto Zacharia Papæ per uniuersitatem  
S. Bonifacii Rex appellatus est, ubi ex Lau-  
nojo legendum consilio. Non deest Hermannus  
Contractus. Pipinus auctoritate Stephani  
Papa detonsus, ac deposito Hildericus Rex  
Francorum factus est, auctoritate scribit non  
consilio. Non deest Albertus Krantzius li-  
bro primo. Capite 14. Merito Summus Pon-  
tífex, & Galliarum Rex mutuis se attollunt  
favorib⁹, quando ab initio bæc Sedes domui  
Caroli hoc præstitit, ut regiam haberet digni-  
tatem, ubi Papa præstitit non Gallia, ideo-  
que favoribus certant. Non deest Paulus  
Æmilius, accuratissimus rerum Gallicarum  
scriptor. Pipinus Burchardus Würzbur-  
genzium Episcopum, ad Zachariam Pontifi-  
cem Maximum Oratorem mittit, ut Franci  
solventur jurejurandi Religione, q̄a se  
Childerico devinxerant. Oratione Episcopi  
motus Zacharias initio minimè audebat tam  
magno momenti cogitationem suscipere, sed  
tandem Francos Sacramento Regi Childerico  
diu solvit; ubi non consilium, sed rem ar-  
duam, & juramenti audimus solutionem.  
Non deest Martyr Theophanes scribens ad  
octavum Leonis Iaurici annum. Pipinus  
primus extitit, qui regio non oriundus fanguine,  
Imperium in gentem illam obtinuit, cùm  
in-

interim ipse Stephanus eum à perjurio in Regem admissum absoluisset, Regemque ipsum Pipini Decolorum detonsi ejus capillis in Monasterium omni honore, & quæsæ canaslatum relegasset, ubi Stephanus juramentum aboluit, & Childericum in Monasterium relegavit; & iterum repetit, & cum eo Cedrenus.

L. Noo deest Blondus decade prima alios citans. Invenio apud Acheniam, Paulinique, & plerisque alios qui Francorum gesta scriptare, populosque ejus gentis Pipini virtutem. Et contra Childerici Regis amentiam, debitis pensantibus meritis, Zachariam Pontificem Romanum consuluisse, inepiam ne Regem ultra tolerandum, an Pipinum merito frundandum Regia dignitate conferet? Cumque responsum Petrus enim, qui regia melius obire manere solet, babendam Regem, Francos publico totius gentis consilio Pipinum declinasse Regem, Childerico in Clericum transfusato. Nos deest Anonymus in appendice histotie iussu Childebrandi conscripta. Quævit terra à prædit, quo tempore und cum consilio, & consensu emuntur Francorum missa relatione à Sede Apostolica autoritate perceptu precessit Pipinus, de electione totius Francie in Sedem regni cum consecratione Episcoporum & subjectione Principum und cum Regina Bertrudano, ut antiquus ordo depositus sublimatur in regno. Non deest Anonymus in opere historico. Pipinus missa Romam Legatis Zachariam Papam de regno Francorum & ignoravit ejus Regibus consilium, cuius Autoritate, & non suâ post iussu Stephani Pontificis Romanum Childerico, qui tunc temporis regionem Francorum tenet deposito, aequo in Monasterium detrono Pipinum majorum Rex Francorum electum, & Suffragio à Bonifacio Moguntiensi Archiepiscopo sublatis est. Anno Domini 752., ubi vides pugnam de duobus Pontificibus, in summa pacem transire, vides cum consilio jungi auctoratem, idem scribit Gulielmus Nangias de Pipino. Qui Pipinus iussi, & auctoritate Zacharie Papa Suffragio civitatem à Bonifacio Moguntiensi Episcopo in Regem Francorum insingitur, & Joannes Aventinus in annalibus Bojorum, literas fert Zacharia ad Bonifacium, cui & vice sua, in ea re committit. Denique Genebrardus natione Gallus, & clarius libro tertio in suo Chronico de Childerico, quem stupidiq; vocat, & infensatum. De Childerico depoendo, regnione nomine in Pipinum transference agitur, legatio de Romantum Pontificem decreta. Quare ejus auctoritate, indulgenziisque Childerico regno exiuit, & Pipinus Rex salutatur, adde Legatio ad Papam decernitur, & res sic Papæ indulgentia, & auctoritate.

Adduntur testes testibus eximiis, & Auctoriis uniuentur annales. Uniuentur Annales Loysellianus 749. Burcardus Wirsburgensis Episcopus, & Fulradus Capellanus missi suuiri ad Zachariam Papam interrogando de Regibas in Francia, qui illis temporibus non habentes regulem potestarem, se bene suuf-

set an nos. Et Zacharias Papa mandauit Pipino, ut melius essem illius Regem vocari, qui potestatem habere, quam illum, qui sine regali potestate manebant, ut non concurbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apolloniam ergo iussit Pipinum Regem fieri; ubi auctoritas resonat, & causa regni transferendi Uniuntur DD. Annales Laureshamenses, quos Eginhardo adscribit Duchiensium, De Legatis. Dataque Auctoritate sua iussit Pipinum Regem constitutum, ubi Pontifex jubet, non dat consilium. Uniuntur, & Annales Fuldenses descripta legatione. Zacharias Papa ex auctoritate S. Petri Apostoli mandat populo Francorum, ut Pipinus qui potestate regia utebar nominis quoque dignitate frueretur, ubi Zacharias mandat, non suadet. Uniuntur, & Annales Galli à Pythio editi. Zacharias Papa ex auctoritate Petri Apostoli mandat populo Francorum, ut Pipinus qui potestate regia utebar nominis quoque dignitate frueretur. Sic Bertinianni, Metenses, & alii.

Alia enarrat Panuinua in Julio Secundo.  
Julius ubi vidit ſe à Gallia tam aperta vi, &  
tantis iniſiis oppugnari ab Anglorum, &  
Hispānia Regibus Henrico, & Ferdinando  
auxiliu imploravit, qui Pontificis inju-  
rias tuendas cum fuſcepſent arma in Gal-  
los movent, Anglus quidem contra Aquitanos,  
Hispānus verò contra Joannem Navar-

re Regem, sedere Gallis Concubibus junctū, à Pontifice sacris & interdictū. Idem Ferdinandum Aragoniz, & Sicilię investivit Neapolis regno, pro se sūisque heredibus, & Successoribus, tam masculis, quam feminis etiam nascituris, ex recta linea in feudum perpetuum, ut narrant Marianus, & Raynaldus. Idem Ferdinando Hispaniarum Regi, regna Navarrę, & Granatę concessit, si ab uno Mauros, & ab altero ejiceret Petrum de Albret, Ludovico XII., ipso confederatum licet Ecclesie Hostem, de qua re tractatus edidit Joannes Lopus de hac particuliaria materia. Hoe idem Len X. efficit, ne Carolum Quintum Austriacum in regnis Sicilia, Jerusalēm, & Neapolis investiret, & Imperatoris titulum jungere, & cum eo in ea re dispunaret, ut Natalis Alexander, & Spondanus, & alii Historici enarrant. Etiam Julius Tertius Philippo Secundo, Hispaniarum Regi Austriaco, investituram dedit, pro se sūisque heredibus & Aragoniz Regibus succedentibus, tam masculis quam se nūis ex recta linea descendebus, tam natis, quam nascituris, atque aliis Personis in concessionibus Julii, & Leonis X. Processorum suorum comprehensis, & pereosdem vocatis in feudum perpetuum, pro solito anno censu septem milium ducatorum similium, & unius Palafrenarii albi ut profertur solvendo, sub conditionibus & pacis, prout in literis Julii secundi continetur, & post felicem novem pendulorum, regni hispanici statum. Philippus Tertius unicus ipius Filius, predicti Regni investituram accepit, anno salutis 1598, à Clemente Octavo tunc regnante, cui Philippo nomine D. Antonius à Corduba Sinuellanus Dux juramentum, & homagium praesertit Romae Mense Julii. Anno 1599.

Omnium ore celebratur victoria Pii V., ubi Solimano mox ejus filio Selingio, Cypriam expugnare intentibus, quam Selingus vicit occupavit. S. Papa cum Hispano Rege, & Veneto Scatu sedus initit, pugna navalis Duece Joanne de Austria, Philippi Regis Fratre, & Pontificia classi M. Antonius Columna, à Pio Quinto praeficit, qui & classem benedixit, & ait. *Ite vitoriam retutri, si spem in Christo habueritis;* & predictis plusquam armis pugnavit, & eodem momento victoriā agnoscit, & majora vivens meditabatur. Idem egit Gregorius XIII., qui Legatos & Hispanos & Gallios destinavit, ut constantes juarent Catholicos, & ipse magno arte ipsos adjuvit; misit & in hispaniam Legatum, ut Regem hortaretur ad perseverandū in fide, & pacem inter Henricum Quartum, & Philippum mense Mayo constituit. Clemens Octavus, & Philippo Quarto pro pace Legatum misit C. Barberini. Nec relinqua est Nuntii Apostolici, maxima cura, & intercessio, pro pace inter Joannem Austriam, & Prasidem Ca-

stello, & Paulus Quartus Filippo extitit acceptissimus, solis Ducis Albae impropria gestis turbatus, quem ante pacem voluit è statu suo discedere.

Facundissima sunt hac extrema tempora, ubi mortuus Philippus Quartus Successorum reliquit tenera etatis sub unius mulieris regimine, at Clemens Nonus in Hispaniam, ubi Nuntius extiterat validè psonus, mille beneficis sibi devinxit, & ubincunque se obtulisset occasio, de regina semper est benemeritus, & facultatem ei tribuit ex tota Hispania decies centena aureorum miliz sumendi, & Hispanos cum Lojanis compulit, & Rex Gallia in Clementis gratiam se nullam Hispaniarum Regi injuriam illaturum promisit, nec arma laturum in Italiā, & Rex ipse ab Alexandro Septimo, regni Neaeolitani investituram recepit, ut testatur Giannonius parum Papæ aquos, & ait, Cujus originalis Bulla servatur iu magno Archivo regie Camere.

Exstat & celeberrima condemnatio Michaelis Molinos Hispani, auctoris heresis Quietismi, quam despumperat à Beguardis & Beguinis, olim in Concilio Viennensi damnatis, cui justus ab Hispana Inquisitione damnatus, etiam Roma est condemnata, postquam detectus est vafermissus Author, & in suis instrucionibus bilinguis, tandem redditus suspectus iussu Congregationis S. Officii, detectus ad carceres ductus, convictus de falsis dogmatibus abjuravit, & reductus ad carceres mortuus est anno 1692 & Papa Innocentius XI. bulla confirmavit omnia, & sexaginta octo theses damnavit, ubi status mere nullus docetur, in quo amplius non peccatur, nec homo indiget oratione, aut Sacramentis, quae res sensu accommoda affectus habuit in Gallia, & Italia. Notissima sunt Modernorum Pontificum beneficia, & invicem data & accepta, & Innocentius XII. pacem Italia restituit, prudentissimi usus consilii, & innata pietate & amore & exteris Hispanis reterritus, non modico auro erogato, etiam libentes ex Italia dimisit, & regna Hispanis quieta vel effecit, ubi Clemens XI. in asperimo contra Turcas dissermine & in pugna tum mari tum terris peracta, Hispanorum auxilium impetravit, & robustissimas naves obtinuit, quies Turca plus securus de victoria, quam de pugna, sensit infirmas suas vires, & vicit vites, speratam victoriam deflevit. Ubi electus juvenis Hispanus Juandula causa, nullo successore munita in ea necessitate extrema, pend cedentem monarchiam, & consilio & ope fulminuit, ubi Hispanorum classem in hereticos paratam non semel & ferro, & auro armavit, ubi Clemens XI. & Philippus V. motinis certarunt beneficiorum, ubi scripsit Episcopis Hispania ultrò recipientibus Papa mandata, in suam utilitatem transmissa, & in bulla cruciata,

ciatz, quam ad beneplacitum suum per tot annos Hispanie concedit, & prohibuit in bullis suis, librum de bulla cruciate agentem; & scriptis pro libertate Ecclesie.

Aduint & piissimi Reges Hispanie, post Carolum Secundum Filippus V., non minus renuntiatione regnorum, quam necessaria receptione magnus, qui Romano scripsi Pontifici, plenas & subjectione laudabili, & vere Hispania devotione epistolas, & sub Clemencie XI. maximè devotos, & sub innocentio XIII., de quo Giannonus vel patrum equus affirmet, cum Regibus æquilibrium servasse, & Ecclesiasticam & regiam potestatem, veluti unam & eamdem servasse. Is in pietatem Hispaniæ Regis, maximè vixit propensus. Deoique Benedictus XIII & precibus assiduis, & autoritate apud omnes, præcipue devotissimum Imperatorem potens, divisionem illam abstulit inter Hispanie Regem Filippum V. & Imperatores Austriacæ domus, & inhabitare videt unanimes in domo Domini, & Catholicos Reges jungere dextra, non armatas invitem sevire.

## C A P U T V.

*Hungarie, & Bohemie Regna.*

**U**NITA sub felicissimo domus Austriae Imperio, Hungarie, & Bohemie regna, dividare decorum non fover, præcipue cùm iointa ætate prima, regna non extinxerint, sed in hac secunda, & pauca secula commemoret.

Hæc nobilissima scribi de Hungaria Natalis. Stephanum Hungarorum Regem SS. qui Pannoniam ad Christi fidem perduxerat, Regis nomine, regiisque diadema Silvester Secundus cohonestavit, Crucem ante idsum, ceo Apostolus insigni gestari jussit, Ecclesias in ejus ditionibus configutas, ipsi ordinandas reliquit Strigonensem Eccleham eo rogante Metropolitam constituit, ceteros Episcopos, geotempore totam Apostolica benedictione confirmavit, ut testatur Cartusius in vita dicti sancti, apud Sucrium die vigesima Augusti, ubi addit Pontificem ab Angelo, in formis admodum id egisse, cum è bello pro fide inito, Victor, & triumphans rediret. Hoc longè verius est, quam hunc Hungaria Principem ad Benedictum Septimum legationem misisse, ut regum titulum impetraret, quem ab eodem facile obtinuit, ut narrant Chromerus, & Genehardtus. Hic Sanctissimus Rex & Apostolus Ungarie regnum Sedi Apostolica sponte, tributarium fecit & devotum. Quod apud Angustinum Steuchum Bibliothecarium Apostolicum libro secundo constat, ex Gregorii Septimi rescripto, ad Solomonem Hungaria Regem. *Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectio Filio Solomoni Hungaria Regi salutem. Sicut à Majoribus Patria tua cognoscere poterit Re-*

*gnatum Ungarie Sacrafamile Romana Ecclesie proprium est à Rege Stephano olim B. Petro cum omni jure, ac potestate oblatum, & depositum traditum. Et idem Gregorius ad Geuseum Ungarie Regem. *Nostrum tibi esse credimus Regnum Ungariae sicut & alia nobilissima regna in proprio libertatis statu debere esse, & nulli Regi alterius Regni subiecti, nisi sanctæ, & universali Ecclesie Romane, quod è præteritis arguimus, & ex dicendis constabit.**

Rem gestam à Cartuatio Episcopo fert Baroio. Deinde quarto à Patris obitu anno divinitus permotus, eudem Atrium Praefulem, qui etiam Anastasius dictus est ad sanctorum Apostolorum limina misit, à Petri Apostolorum Præcipi successore petitum, ut recens conversæ Pannonicæ largam benedictionem impertire, Strigonensem Ecclesiam sua auctoritate Metropolim constitueret, reliquos Episcopatus sua benedictione firmaret, & ipsum Ducem regio diaconate cohonestaret, & eo fultus honores quæ Divina gratia adjutorio cepisset, ea magis, magisque promovere stabilitate posset. Per idem tempus etiam Meisca (melius Meisca Filius Boleslaus) Polonorum Dux Christianam complexus fidem, Legatos suos Romanam miserat, us Pontificis benedictionem, & regium ipsi titulum impetrare. Assenerat quidem Pontifex, & jam coronam egregio opere confici curaverat quam ei mitteret sua benedictione adjuncta. Sed quia novit Dominus qui sunt ejus, qui etiam duobus Apostolis propositis, Matthiam socij suo prætulit, & cum Apostolis anumerandum curavit illa corona Stephanum ornari voluit, postea felicissimæ gloria sempiterna coronandum. Nocte enim ejus diei, quo statuerat Pontifex coronam Polonorum Præcipi dare perferendam, apparuit ei Angelus Domini, aitque ad eum. Noveris cras hora diei prima, ignotæ gentis nuntios ad te venturos suo Duci coronam regiam, & Apostolicæ benedictionis munus ab te expedituros. Eam ergo coronam, quam parari jussisti illis incunctanter tribue ad ipsorum Duxem eam apportaturis, nec dubites illi eam cum Regni Glorio, pro vita ejus meritis deberi. Itaque crastina luce ea hora qua prædictum erat, præful Astrius ad Pontificem venit, demandatumque sibi officium prudenter exequens, Sanctissime Ducis res gestas ordine referens, à Se de Apostolica coronam petiit, ostendens dignum esse ducem eo honore & dignitate, quippe qui Divina fretus ope multos sibi populos subjugasset, multofque infideles sua potentia ad Christum convertisset. Iis auditis mirè exhiberatus Pontifex precibus illius libenter annuit, crucemque ante Regem, eum Apostolatus insigni gestandum adjunxit. Ego inquit sum Apostolius, at ille merito Christi Apostolus dici potest, cujus opera tantum populum sibi Christus acquisivit. Atque ea causa quemadmodum

Zzz Di-

## 546 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Regna:

Divina gratia ipsum docebit Ecclesias Dei una cum populo nostra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis quæ postularat Antistes Astricus latus ad suos revertitur illud secum ferens, cujus causa iter illud emensus erat. Allatis vero Apostolicae benedictionis literis, cum corona, & cruce Praefulces cum Clero Comites cum populo in laudes Dei prorumpunt, & Deo dilectus Stephanus unguit in Regem, & diademate regio feliciter coronatur.

Rursus de Sanctissimo Rege narrat. Ea tempestate in Monasterio S. Martini erat Monachus quidam Sebastianus nomine, cuius vita probabilis, & in Dei cultu religiosa devotio habebatur. Eam V. Rex miro cœpit amore complecti, quanto eorum quisque esset Religiosior, tanto illi quoque charior erat, atque ob vitæ ejus merita dignum eum censens, qui Episcopi dignitate pelleret, Strigonienensis Ecclesiæ Archiepiscopum esse voluit. Sed quia flagellat Deus omnem filium quem recipit Sebastianum illum, ut ejus patientia probaretur ad tempus, utriusque luminis, orbitate afflxit. Ne vero nevulus grex Pastoris gubernatione destitutus à recto itinere defleceret, & aberraret Romano Pontifice assentiente, Astricum Colocensem Episcopum, cuius jam crebro est habita mentio, in ejus locum Rex substituit Triennio inde evolutio Sebastianus ea Dei benignitate recuperavit vistum, & Pontifice Romano approbante Astricus cum pallio rediit ad suam Colocensem Ecclesiam, Sebastianum Strigonensem gubernandam recepit.

Et rursus Romæ quoque quæ est mundi Caput sub Protomartyris Stephani titulo, duodecim Canonicorum Collegium condidit, rebus necessariis, & ad eumodi Collegium abundans, domos quoque & Hæspitio Hungarorum, qui orationis causa Romanum ad B. Petri Apostolorum Principis limina venirent exædificavit muro ea lapideo circumdans.

Cum Stephano conjugé & uxorem, Papa Coconatis Giselam de qua Chartitius. Porrò confortem regni præcipue prolixi propagandæ causi sibi adscivit, Henrici Imperatoris filiam Giselam, qui Imperator ob morum comitatatem, & mansuetudinem Pius est appellatus. Ea autem Gisela christmate uncta, & corona regia insignita, qualem se præbuerit erga Dei cultum omanum, quam frequens & benigna & liberalis erga Christi servientium congregations fuerit multarum Ecclesiæ crucis in hunc usque diem testantur, & Ecclesia Vespriniensis, quam illa à fundamentis construetam rebus omnibus, quæ ad Dei ministerium sufficiant in auro argento nubigenisque vestibus præclaræ ornavit.

Hoc eodem anno Andreas Rege ejecto, & execato, Bela Rex est injunctus, & à populo Idolatriæ restituendæ requisitus, capita seditionis recedit, & ita Religionem Catholicam restituit.

Accidit hoc seculo, ut Salomon Rex Hungarorum à Geisla prælio victus, amissio exerciti vix fuga sibi consulens, per Legatos adiret Henricum, cuius sororem duxerat sponsam, maxima ei sponderet, ut se tributarium, & arcis ipsi in pignus traditurum, at Gregorius juris sua Sedis Zelotypus, hæc primum Regi scripsit. Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Solomonii Regi Hungarorum salutem, & Apostolicam benedictionem. *Litteræ tuae ad nos tardè propter moram Nuntiū tui allata sunt, quas quidem multæ benignas monus nostras suscepisti, si tua inculta conditio non adeo B. Petrum offendit. Nam sicut à majoribus Patria tua cognoscere potes, Regnum Hungariae S. R. E. proprium est, à Rege Stephano olim B. Petro cum omni jure, & potestate sua oblatum. Et devotè traditum. Præterea Henricus pia memoria Imperator ad honorem S. Petri regnum illud expugnans, viicto Rege, & facta victoria ad corpus B. Petri Cancem, coronamque transmisit, & pro gloriis triumphis sui illuc Regni direxit insignia, quo Principatum dignitatis ejus attinere coenobit. Quæ cum ita sint non tam in exteris quoque à regia virtute. Et moribus longè discedens, jus & honorem S. Petri (quantum ad te) immisisti, & alienisti, dum eum regnum à Rege Teutonicorum in beneficium (sicut audivimus) suscepisti. Quod si verum est qualiter gratiam B. Petri, aut nostram benevolentiam sperare debebas tu ipse si justitiam vis attendere non ignoras videlicet te non aliter eam habiebas, nec sine apostolica animadversione diu regnaturum, nisi sceptrum regni, quod tenes, correcito suo Apostolicæ, non Regie Majestatis beneficium recognoscas. Neque enim nos timore, vel amare, aut aliqua personali acceptione (quantum Deo adjuvante poterimus) debitum honorem ejus, cuius servitum sumus irrequisitum relinqueremus. Verum si hac emendare, & vitam tuam (ut Regem decet) instituere, & Deo misericante adornare volueris procul dubio dilectionem S. R. E. sanctæ Matris dilectus Filius, & nostram amicitiam in Christo, plene habere poteris. Datum Roma quinto Kalendas Novembribus ind. XIII.*

Accidit autem & divino iudicio, ut qui *ib. sp. 63* ab alio, quam à Sede Apostolica regnum *ib. sp. 7.* Hungariae accipere vellet illud merito perderet, cum tamè Gregorius Septimus pacis accederet sequester, & Reginam cum conjugé extorrem, Agnetis Imperatricis filiam, literis ejus provocatus consolaretur. *Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei* *ib. sp. 44* *Judith Hungarorum Regine salutem, & benedictionem Apostolicam. Multæ, ac diversæ cause sunt propter quas intimo, & sincero cordis affectu te diligimus. Primo quoniam ex universitate suscepisti regiminis omnibus, qui in Christo sunt debitores sanus. Deinde quoniam clarissimus Imperator Henricus pater tuus, & Agnes Mater tua (jam nunc non humanitis sed Dei misericordia calitus Impre-  
ya-*

ratrix Augusta) ex quo me cognoverunt pro sua magnitudine honorifice, & præ ceteris, S.R.E. filii charitativè babuerunt, & maximè quia usq[ue] eadem M[er]ist, & Domina tua postpositis fecularibus canis, & oneribus Apostolorum limine, tota devotione, & veneratione complectiunt, ex enj[us] quidem presentia inter bujus scæli negqua perurbationes, sive nobis accepta solita conferuntur. Præterea multum te commendat nobis sua præclara, & inclyta fama, quod in iam sentra etate inter ap[er]ta, & incognitana gentem generis tua gloriari decoraisti, quippe que in excelso uato Imperio nibil in altius, & habitudine tua, nisi deca Imperiale habentes demonstrasti. His inquam de causa nos, quibus fallere quemquam nefas est, in loco germana sororis te diligimus, & si quid orationes nostræ apud Deum valent, non insufflamus erga te nostram fore amicitiam in Dei p[re]terea confidimus scias etiam quod de tribulationibus & angustiis, quos te sustinere cognovimus valde dolemus, & diximus Clemensiam pro quiete & letitia tua frequenter, & suppliciter imploramus. Et si quando locutus, aut tempus opportunitatem dederit temporibus quoque subditiis te honorare, quam maxime cupimus.

Sedente Innocentio Tertio, cum Hungaria bello intellino laboraret, Fratre Regia adversa illum infidente, ut his morbis Papa mederetur, Archiepiscopum Strigoniensem, ex voto paratum Hierosolymam proficiunti retinuit in Ecclesia sua, Fratremque Regis sub communione censura, & privationis successionis Regni cohibuit, ut constat ejusdem Innocentii epistolis, & Raynaldus in historia recenset. Nec pacat adhuc erant in Hungaria res, quamvis enim in suscepto primum, ut vidimus Pontificatu euras Innocentius in eo regno ad pacem adducendo posuisse, mota tamen inter Regem, Fratremque discordia nondum sedata erat, quo circa literas Apostolicas ad Andreum Dueem scripsit, quibus post exornatum multa laudibus Regnum illud, quod semper Sedi Apostolice fidissimum extitisset, atque etiam ipsius Bela Pater, cum schismatis funestis tempestate concuteretur Ecclesia, pro illius dignitate periculofissimum bellum in schismaticos suoscepera, non veritus esset, significavit incredibili se concilianda inter ipsum, & Regem pacia cupiditate ardere, atque ad eam complectendam paternè adhortari, quam si respueret scire se Strigoniensi, & Collocensi Archiepiscopis in provinciam dedisse, ut in ipsum Fau-toreisque Anathematis sententiam ferrent. Habentur hæc in epistola Innocentii 270. libro primo; Et ob hoa tumultus Innocentius permisit, ut Comitem Mozonem, atque alios viginti nobilium Viros, jam crucifignatos, & voto adstrictos Rex retinere posset, ad servandam in Hungaria pacem, & frangendam rebellium audaciam.

Invaluerat similes malorum colluvies, &

abfusa inumeri Hungariam, & Gregorius Nonus iteratis literis, ea evellere Zizania voluerat, at Rege connivente nil actum fuerat, cum Episcopi Auctoritate Apostolica regnum interdicto supposuere. Cum Dominus Rex Andreas sapè per nos admonitus ad piam, & paternam admonitionem Summi Pontificis, supra Clericos exceptos corrigerem noluerit, nos mandatum Apostolicum exequendo auctoritate Domini Papæ, qua fungimur in hac parte, totum Regnum Hungaria supponimus interdicto. Ita Archiepiscopua Strigoniensis cum Rex foret segnis item auctoritate Dei, & Domini Papæ prohibemus. Quo fulmine excitatus Rex editit constitutionem latam, de emendandis regni abusibus, quam late referit Raynaldus in historia.

Nec Papæ tantum disciplinam Ecclesie, sed & debet Hungaria suam libertatem. Proposuit Sedi Apostolica Hungaria Rex, se quo tempore Pannonia, Tartarorum excursibus vastata sunt, ne penitus excindentur populi, ea conditione fiduciario jure Hungariam Imperio subdidisse, si certo tempore Fridericus, vel ipius Filius ad defendendam Pannionam succincti, fortissimo exercito accessissent, quo non impleto re-currit Rex ad Innocentium Quartum, ut statueret Hungariam non esse subjectam Friderico, & ita Innocentius legitimè statuit. Ex parte sua fuit propositum coram nobis, quod olim Regno Hungaria depopulato à Barbaris nationibus, & Tatarorum tyranni-de pene penitus devastafo permittente Domino, vel jubente timens ne Regnum ipsum ad examinationem ultimam deveniret, ac desiderans, ut ipsum reliqua salvo forent, Friderico, quandam Imperatori sub ea conditione praefliterit homagii juramentum, ut idem in regnum suum ad defendendum ipsum contra prædictorum Tartarorum impetum infra certam serminum potenter accederet, vel illuc suum Filium destinaret, idem Fridericus expellasse post terminum, nec venit, nec illuc Filium suum, ni promiserat definiavat. Ex quo refellitur Paribus, qui ait Fridericum Imperatorem, Tartaros ex Hungaria depulisse, & post varias causas allatas concludit. Te bujusmodi juramento, & homagio de Fratrum nostrorum consilio densuissimum, auctoritate prefentium non teneri, ita quo-bac occasione nibil in te, vel tuos successores, aut regnum possit ab aliquo ullo unquam tempore vendicari, ubi Hungaria nulli subjecta, ex Papa decreto declaratur. Simili etiam privilegio Nicolaus IV. ad comprimentaa pro successione torbas, & coercendos Germanos Rodolphum Regem, & Albertum Austria Ducem, affectantes Hungaria Regnum, Legato provinciam demandavit, ut Apostolica Sedis nomine, lis denuntiaret illud regnum Ecclesiæ Romanæ esse fiduciarium, qua in re Papa plures scripsit epistolæ. Ciborissimo in Christo Filio Rodolpho Regi Romanorum. Licit Fili charissime intentionis nostrar[um] non sit,

nisi quod in regno ipso competit derogare, non  
lumpus tamen ignorare Celsitudinem Regiam,  
quod regnum ad Romanam Ecclesiam Ma-  
trem suam etiam ab initio noscitur pertinere,  
Et ergo, ut patrocinetur servare se convenienter,  
ut post specialem se a Advocateum ejusdem Ec-  
clesie Ge. principium defensorem, scribit &  
Alberto Austria Duci, & ad Episcopum  
Strigonensem cui addit. Cum autem pra-  
fatum Regnum ad Romanam Ecclesiam ab  
antiquo etiam spoliare videatur, & laudat  
mittentem Literas Rege vivo, eoque defun-  
cto & regni & fidei causas, non amplius ad  
Papam referre, sic idem Papa precipit Epis-  
copo Strigonensi, si Religio in disserimen-  
aduocatur, bellum sacram indicat. Ipse  
Rex Bello implorat Papae auxilia & Papa  
illi primit & obediens ipsi Pontifici,  
cedit quinquaginta duo millia Tartaro-  
rum, & Alexander Quartus pro Ungaria  
solicuit, cogit ubique Concilia, scribit ad  
omnes Episcopos, & Reges, ut tanto regno  
subveniant.

*Anno  
1299. et  
i. n. 40.*

Rursus intestino bello flagrante Hungaria ardente ignem extinxit Bonifacius Octavus. Cum etenim Ungari alii Caro-  
lum Neotem Caroli Secundi, Sicilie Rei-  
gi ex Carolo Martello primogenito defun-  
cto, cui Archiepiscopus Strigonensis Rei-  
gis coronam impoferuerat, alii Regis Bohe-  
miae Filium salutassent, illumne à Coloc-  
ensi Archiepiscopo corona insigniri feci-  
serunt, ut scribunt Henricus Redorus in an-  
naliibus, Dubraviua in historia Bohemorum  
Bonfiniu decadet secunda libro nono, atque  
ita Hungaria domeslica bella sentiret, &  
Barbarorum infidia pateret. Bonifacius  
Ostiensis Episcopum, Legati à latere di-  
gnitate ornatum, in Pannoniam ultra mi-  
fit, munusque illud etiam in Polonia, Dal-  
matia, Croatia, Raseia, Servia, Lodo-  
meria, Halatia, & Comunia ita gerere juf-  
fit, ut tantum in Hungaria ita insignibus  
uteretur, quibus in transmarina expeditione  
Cardinales Legati ornari solerent. Perve-  
niens in Pannoniam Legatus, cum jam re-  
gnum foret ingressus, Colocensis Archiepi-  
scopus wencesalam juniores, corona Uni-  
garium cingere est ausus. Quo accepto faci-  
nione Bonifacius, Legato acriter iussit, ut  
incuso amittend dignitatis terrore, Se-  
di Apostolicae se sistere illum juberet, ut ob-  
jecta sibi crimina dilueret, nempe coronandi  
Regis munus sibi non debitus invasisse,  
illum diademate ornasse, qui successionis  
nullo titulo gauderet, & in dubio Papam  
non consuluisse, rem tentasset, cum Ca-  
rolus Sicilie Regis Nepos, à Strigonensi  
foret coronatus, & infregisset iura Sedia  
Apostolica, cui Ungaria ex Stephani Pri-  
mi concessione, jure stipendiario pertineret.  
Similes querelas apud Regem Bohemiam,  
idem Pontifex ardenter effudit, urgens ut  
revocaret imprudenter acta, & si quae iura  
tuenda, sed coram Apostolica Sede disce-  
pet; quod & egit oratoribus missis, non ad

fura jura tuenda, sed ad eludendum decli-  
nandunge judicium, cum Maria Regina  
& Carolus Romæ jus suum acriter tueren-  
& Bonifaciu pro Casio pronuntiavit.  
Spellator omnium casolorum praeficiens. Et  
infra. *Jesu dicti verò Bohemia Rex, & na-*  
*cus non comparuerunt per se, vel per alium in*  
*termino praefatio, nec postea sed sub cujusdam*  
*palliatione aplatia excusatore miserunt ab*  
*nostris praesciuram. Et sententiam fert Pa-*  
*pis in Bohemos. Nos verò habitis super his*  
*cum Fratribus nostris examinatione solemni,*  
*profunda maxime meditatione penitentes fla-*  
*tum praefaci regni miserabilem. Prædicta Re-*  
*gina Sicilia, scit primogenitura jas obtinevit*  
*clarę memoriam. Stephani Regis Ungaria Pa-*  
*tri sui in eodem regno propriequier est Successor,*  
*& heret quandam Ladislaus Regi Uga-*  
*riae Fratri suo ex utroque parente, per quod*  
*opulatior eidem communis juris praesumptio,*  
*que tali causa probandi onus in adversariū*  
*jusste transfr. Quia etiam quandam Caro-*  
*lus ipsius Regina Primogenitus dicti Caroli*  
*genitor habitus est, quasi commissiverit. & pre-*  
*cipue per Romanam Ecclesiam pro Ungaria*  
*Rege dum vixit, nec ex parte dictorum Boho-*  
*miae Regis, & Fili de jure competente ipsius*  
*in Ungaria Regis prædicti allegatum est ali-*  
*quid, vel alterum, uis folia electio. Et de-*  
*cernit pro Carolo, & à iuramento pro Boe-*  
*mie Filio cunctos absolvit, & de posseſſo-*  
*rio non amplius vult queri. Super posseſſo-*  
*rio tamen coiſuscumq; speci, vel generis*  
*pro dicto regno Ugarie memorioris Regi Babe-*  
*niae vel Filiocompetente propter eorum com-*  
*putacionem sic conservata per perpetuum fiducium*  
*eiis duximus imponeendum.*

Inter haec visa est tristissima tragedia,  
mors Andreae Ungaria Regia Fratris. Hunc  
adibuc puerum Neapolim evocavit, Robertus  
Sicilia Rex, & patruua, Andrew Ca-  
roli Ungarie Regis Fili, & Joanne ex Ca-  
rolo Duke Calabriae nepti dependerat, cum  
sper succedendi in Sicilia regnum, ex con-  
cessione Romanæ Ecclesie, cuius est ha-  
reditarium regnum, & jam Joanna beneficio  
Romani Pontificis posseſſionem, & diadema  
suscepereat, & Ludovicus Hungaria Rex pro  
Andrea Fratre, apud Clementem Pontifi-  
cem interpellabat Aut non tantum thori sed  
& regni, constitueret Andream participem  
Carolo Durati Duce apud Papam, Andrew  
adolescenti multum obſlabat. Papa Cardi-  
nalibus rem comisit, rem mature ponde-  
rantibus, cum Carolus propinquos multos  
gereret, & Galliz Regis intercessione gau-  
deret, non ut vult Bonfinius Cardinalibus  
opulentissimam causam fortis, & tandem  
Clementa Andreae Sicilia regnum decrevit,  
& Episcopum Carnotensem destinavit; qui  
faero Chrmate inungeret, & coronaret te-  
ste Bonfinio libro decimo vel Caroli Du-  
rati ambitione, vel Catharinae Philippi Ta-  
rentini, Roberti Fratris jam defuncti uxore,  
vel ut aliqui volunt incontinentia Joannæ,  
voce conjuratorum noctu apud Averfam, &  
re-

regio thalamo evocatus, ab eisdem laqueo diem claudere coactus est. Quod execrabilis facinus Petrarcha, Barbato Sulmonensi scribens deplorat. Tulus ista ferociissima scelerata etas nostra, quo glorietur Antiquitas, quo se postularit consoleretur, utique omne exanim fiat excusabile hoc in tempore summae facitiae, ac rotius inobspicitatis erupit. O brevi malitia mutata Neapolis. O infelix Averso verdovera. Nomen ex supremis overa, inquam prouersus ab immanitate, & fide, quoniam prima Homilia, secunda Regi, & iusto Domino debebatur Eccl. Idem felius atroscilium pennis est punitus, & in viris, & imbellibus in frenim, qualem describit Bocaccius, de cibis virorum illustrium.

Ex eo facto gravissimis crudibus, affligitur Neapolitanum regnum, à Ludovico Ungaria Rege, Conradi Duci opera, ad quem Guido tituli S. Ceciliae mittitur, ut cepto aduceret bello & oppositis ab ipso rationibus Papa respondet. Guidoni titule S. Ceciliae Prebbytero Cardinale A.S.L. Dilecti Filii Nicolai electi Nitriensis & nobilis vir Georgius de Eveshamar nuncius charissimi in Christo Filii nostri Ludovici Regis Ungariae illustris, ad Sedem Apostolicam venientes quasdam nobis ex parte ipsius Regis de credentia literas detulerunt, nulla sub bujusmodi credentia proponentes. Et primo quod Rex idem mirabatur nos, sicut datum erat intelligi adverba ipsius pro eo, quod regnum Siciliae sine licencia nostra intraverat jure tristis, cum sibi in praesum Regnum non prohibueremus ingressum Eccl. Secundo quod mirabatur etiam Praefatum Rex quod (sicut adiverba) nos de morte quondam Caroli Durastii, conceperamus confusum amaritudinem contra eum, cum ipse Rex Ungaria justè mortuus contra praefatum Duxem pro eo quod (ut dicebant) confisi fuerat bnijsmodi mortis Regis Siciliae, illigie consenserat Eccl. Tertio quod idem Rex patruos erat, sicut dandum nobis intimatione per dilectum Filium Carolum Iorvis, servientem nostrum armorum, quem fecerat nos ad eundem Regem batellus misserunt, super liberatione dictorum Regalium, recepta tamen prius ab eis, sen pro eis securitate idonea condescendere vostis nostris. Quartto quod praefatum Rex mirabatur, & conquerebatur quod nos praefatum Reginam dudum, ad sedem venientes eamdem felinaveramus Romanam in irare curiam, eamque sneramus sic benignè sequit honorabiliter profecti, cum ipsa Regina contra quam Vericida verbis ipsius iterabanti rea convincerat Eccl. Quinto & ultimo petierunt, quod nos Praefatum Regnum, ne verbis utamur ipsorum, dicto Regi confirmare vellentes cum ipse paratus semper fuisset, & effet pro dicto regno eadem Ecclesia facere quacunque Predecessores sui, predicere facere confueveramus Ecclesie, & etiam ultra illa. Post maturam cum Cardinalibus deliberationem ait. Ad primum quod praefatum Rex mirari non debuit, nec

debebat, si ingressus ejus in idem regnum nobis displiceret, ac nos & Romanam Ecclesiam, nepote quibus in eo magna fuerat interrogata injuria conturbaret, & post plura sit se prohibuisse ingressum. Quod si diligenter impixi, si literas nostras multas, quas eidem Regi, ut eum ab ingressu retraheremus bujusmodi miseramus, honestius erat eis super hoc sacere, quam loqui, & probat se viis omnibus id negasse Nuntio dicti Ludovici Regis, & ostendisse constitutionem perpetuam Jo. XI., & processus in ea re factos. Ad secundum respondimus, quod de occisione praefati Daci, tributi merito sneramus, & quod nec ipse Rex Ludovicus, circa hoc abiquid rationabiliter, ad executionis sue velamen, seu pallium poteras allegare, cum ipse privata Persona, emendem Duxem, in quem jurisdictionem, aut potestatem ordinariam vel delegatam aliquam non habebat Eccl. fecisset occidi; ubi nullius juris ordo nec confessio nec convictio nisi ex illatis tormentis, nec armatum obviam Ludovicus procedentem. Ad tertium ipse Ludovicus responderat nullam foris sibi unquam securitatem, liberis ipsis regalibus detentis. Ad quartum quogon respondemus quod nunquam nobis placuerat, immo displiceret, quod eadem Regina curiam intrares camdem, & quod nos eisdem Regina disfueramus per manus, & literas, ut ab ingressu in dictam curiam penitus abslineres, & quod eamdem cum ad ingressum omnino voluntaria videbatur, te ac bona memoria Petrum tit. S. Clementis prebbyterum C. tunc in humanis agentibus misserant ad ipsam, ut eam ab intrandi proprieate retraheretur indubitate oportens, ubi dicit nec confessam, nec convictam, & citatam compare debuisse. Denique ad quintum & ultimum respondimus quod eos dictum regnum praefato Ludovico Regi confirmare, aut quovis alio modo concedere nullatenus possumus, & quod mirabatur admodum, quod ipse Rex nposte quem credebat, & creditus circumspicuum Principem, & prudentem, & prudenter uti confilio talis petere, quibus contrariantur omnia iura, & aequitas penitus disfusret, cum ipsa Regina, quia regnum predictum tanquam praefati Roberti Regis barest legitimis, setet, & possidet, & per multa tempora tenet. & possedit quaque pro illo dilectio Filii nostro Aymerico tit. S. Martini in montibus prebbytero C. tunc A. S. L. bobensis super specias nostras literas potestatem nomine nostro, & ipsius Ecclesie recipienti ligium fecit homagium, & fidelitatis debita praefatis iuramentum.

Nec tamen Clemens VI. defendendo Joannam, defuit officio suo, ut Andrei occidores persequeretur ejus justitiam vindicem implorant Massilienses. Ad pedes Sanctissimi, & Beatis in Christo Parris, & Domini nostri Domini Clementis, digno Dei Providence Sacrafancula, ac universali Ecclesie Summi Pontificis Eccl. Nominant legatos plus-

## 550 De Mutuo Honore, & Utilitate inter Papam, & Regna.

plures, & addunt. *Et Generale Consilium nomine, & pro parte totius Universitatis Vicecomitatus Massiliæ mestis expositionibus, & dire pavillionis flagellis dictâ Pontificali Beatitudini flexis genibus denuntiariunt bimilit, & devotè, quod sicut narratur, preannuntiant Personas universas dictâ Cœditat Reginalis fidelerum plantibus & usulatibus tristitia fasciata est. Vir altissimus memoria recolende D. Andreae Jerusalem, & Sicilia Rex Reverendissimum Domina nostrâ Regina maximus fuit noviter in partibus regni proditionaliter, iubumanter, & nefastissimè interremperat, quo eventu triflissimo Reginalis honor, & fidelitatis Massiliensis, & aliorum Reginalindis Fidelium radicata devotio, plenquam exprimere voleant injuriantur, lachantar, & doloribus, quippe afflictionis de tanto Innocente morti dato. Unde eidem sanctitati devotè & humiliter supplicant, quatenus scrutari, & reperiri mandare digneris de causa tam horribili veritatem, & reperta tanquam universalis Dominus providet punitionem acerbam tali effectu fieri rigiditatis me-*

*Tom. 4. stat excendere, ut convenient, & aroci. Alia Ep. fecit prosequuntur; qua extant in Pontificis li-*

*559 Ep. teris, nono Kalendas Decembbris datis. His*

*cur. 9. auditis Papa, & spirituales pœnas, & tem-*

*porales quas potuit inflixit, scribens libro tertio epistolarum. Detestanda nimis, & horrenda nequitia, & infandi nefandigne sceleris immanitas per viros sanguinum ac dolofor immoxium sanguinem fientes in personam clara memoria Andreae Regis Siciliae proditionaliter perpetrata Nos (qui propterea ditis dolorum aculeis pangimus) inducit pariter & compellit. & communis utilitas fidelium (quorum interest peccata nocentia nota existere, & criminosas penitus debitas lucere) persuadet, ut quod apud multos est infamio rumore perlatu longe, lateque dispersum, nos scelus innocentis sanguinis clamante ad Dominum non tradamus, sed potius enormitatem sceleris, & acerbitudinem flagitiis in notitiam publicam deducamus, & ipsius detestabilis crudelitatis acerbitatibus, & acerbitudatis facinoris crudelitatem Deo, & Hominibus abominabilem impunitam nullatenus fecit sola conscientia possimus, relinquamus, ubi enarrat titulum regium a le datum, jollissi inungi, & coronam & verlam in lucum latitudinem, vocat impudenter Herodianam, & effigiatam temeritatem inauditum scelus egit, & Divinam & Papæ reverentiam violatam, jubet ut pœna multiplici feriantur, jubet ut sint infames, intestabiles, sit ipsorum dominus, in perpetuam ruinam omnibus profus spoliata, & alia quamplura terribilia dictat. Nec hia contentus Clemens ad damnandos reos severissimis suppliciis authoritatem dedit Bertrando Cardinali, & Baucio Comiti Montia caveosi, ut in eis severitatem legum exercerent, ut narrat Papa & Joannes Villanus, & acerbissima supplicia sunt illata. Scriptit cù lachrymia ad Papam*

Joanna, scripsit & Ludovicus Rex Hungariae aculeatas ad Papam epistolæ, imò postulabat Rex eo criminis reum, puniri Carolum Dyrrachij Comitem, cum Andreæ coronationem retardasset, & Robertum Tarrentinum Principem, spe nuptiarum cum Joanna illectum damnari, ut in necem Andreæ conspirarent. In hac se scribit D. Antoninus. *Ea sedis Ludovicum Ungaria Regem permovit, ut cum exercitu in Italiam veniens, & fratribus necem indignam, & regium quaslibet debitum vindicaret, Regina Joannæ metu exterrita in Narbonensem angustiæ provinciam, nec multo post eam sequuntur, novus coniugus (erat enim & ipse quoque Paternello) parvo comitatu, qui in agrum Flourensum advenierat, fugiebat enim, & ipso Ludovicum Ungaria Regem, Apolloniam cum magno comitatu ingrediam. Arguebat Ludovicus Rex Papam, quod Joannam innocentiam relinquere, at immoritudo cum & Legatus in mandatis haberet, Reginam ipsam ream puniendam, & dolore furens ob Fratris necem, immorigerum in aliquibus se ostendit, at à Papa monitus cessit, & præter centum mille aureos, Princes & Regni in Ungariam deportavit, libertate à Rege sunt donati, & pacem restituit Regno, cui Pontis ex ob tot amoris signa, eximias agit grates, ipsumque rogat ut Oratores mittar, Tom. 10. ad finem controversie imponendum, hor- Ep. fecit. tatur ut: arma in Tartaros vertat, sicut Rex pag. 47. ipse meditabatur, & Siciliam ne infestaret, quod & fecit, Siciliam reliquias in barbaros iterus, & de his plures epistolas scripsit Papa, qui & pro bello sacro legato in Hungariam etiæ misit, & Ludovicum Romanum pro Jubilo venientem, honorificè exceptit & pliū laudavit.*

*Quod ad Ludovicum Regem Ungariam attinet, licet superiori fædere prætenfa ante in Siciliæ Regnum jura, quod è Carolo Martello majore natu Filio genus transheret dimiserit, is tamen Salernitanum Principatum, & Honorem montia S. Angeli, quem Avua ac Pater tum etiam ipse geferat retinuit, quod etiam ejus Oratores Tom. 10. contestati sunt coram Clemente Papa. Ep. fecit. pag. 184. Quo de te diploma divulgatum est quod anno 1534. referit Raynaldus in historia, qui & plu- 1534. ra refert de Ludovico Hungaria Re- m. 6.*

*Alias concordie leges Rex Ludovicus propositi, quas Clemens Guidoni Legato scribena non admittit. Ad articulatum, in quo prefatus Rex petivit, ut dilecta in Cibario Filia nobilis mulier Maria Dneissa Duratii, aut aliquæ filiarum ipsius dilecta Filiu nobilis Virgo Duci Transylvano, cum doce juris Siciliae matrimonio copuletur, si bi sub compendio respondentes, ferre te volumus, quod de petitione bujusmodi quantum ad Maritimouï copulam, utpote gra- na nobis pluvium conseruatur. Et mox. Sed quoad dotem juris regni ipsius de- ter-*

*Tom. 5. Ep. 45. lib. 12. cap. 51. ut in eis severitatem legum exercerent, ut narrat Papa & Joannes Villanus, & acerbissima supplicia sunt illata. Scriptit cù lachrymia ad Papam*

*terminanter non possumus respondere, & rationes asserit Joannam Roberti filiam, sceturum paternum diu tenuisse, stipendiarium Papæ se devinxisse exhibituram omnino officia Papæ, & de morte Andreæ accusatam non tam convictam, aut damnatam, nec ciuatim Ungaria Regem comparuisse, & Regem plura offerre, Ministros raro exequi in proprium commodum semper intentos, in alienum aut raro vetis nunquam.*

Nec minus favens Joanne causa, Clemens scripsit Elisabeth Ungaria Reginæ favens ipsi, cum Elisabeth de Joanna supplicium postularet. Clemens &c. *Charissime in Christo Filie Elisabeth Reginae Ungariae illustri. Quia sicut alias scripsisse Magnitudini tua meminimus jure non patitur aequitas, nec ratio persuadit quod execucio cognitio cognitionem præcedat mirari non debet tua circumstatio, nec est horrenda auditui, si Joanna donec conjuncta, & condemnata de jure fuerit nominetur Regina, imò fieret aliter, sed Regni administratio, quoque per sententiam illo præzato existeret anoretretur ab ipsa, & concederetur alteri eidem irrogaretur proculdubio injuria manifestas, & afferit id difficile non esse, & ex præsumptionibus nunquam Papam judicare. Ideoque scribit Natalis Alexander. Joannam Siciliæ Reginam, ac Provincia Comitissam, regno pulsam ab Ungaria Rege, penas de nece Andrew Regis fratis sui, ejusdemque Joanne Mariti cuius illa suspicione laborabat replete, Avenione honorificè suscepit, eamque ab immanni crimen infontem dixit, cum innocentiam suam in Consistorio probasset. Quia & ejus Matrimonium cum Ludovico, Tarentino Principe confirmavit induita dispensatione, imò id admisit Rex Pontifici amicus, & trecenta aureorum millia remisit ob sumptus bello expeditos, afferens se non ex ambitione, aut avaritia, sed ulciscendi fratris gratia bellum suscepisse.*

Vides hic defensam Joannam à Papa, adversùs Ungariæ Regem, mox Hungariæ Regis auxilium, adversùs ipsam evocatum, & regno, & vita spoliari, ob schisma, & alia criminis, tuente Urbanum Sextum Hungaria, & Joanna ipsum acriter infectant. Audiamus inter multos Gobellinum. *Rex Ungaria jam ardum contra predictam Reginam ægrans gestus animum, ex eo quod quondam Rex Andreas Frater ejusdem Regis ipsius Ioanna moritus, in Aversana civitate nocte in palatio strangulatus, & de senectra proctus, & de manu repertus in boro surrat, cuius sceleris ipsam Reginam communis fama conscientiam prædicabat, lices eundem Fratrem suum magnificè vindicaset, ad ipsius, Reginæ extermiñum servientium anhelabat, unde Carolus collectio exercitu de Ungaria, uer partes, profectus Italicæ, Romanam pervenit ad urbem, ubi à Papa Veniano præfatis sibi jure homagiis fidelitatis Sacramentis Regni Siciliae diadema recepit, quod & prosequitur S. Antoninus in Chronico. Indignatusque contra Reginam*

*Joannam, quia locum præstiterat ad faciendum schisma, & Clementi obedientiam exhibueret, & oiliis causis superinductis criminibus eam regno Apulia peivavit, & Carolum è Francorum prosequi Regem genitum ex Ungaria assumpsum, ad urbem accedentem, in Regem Apulia inunxit. Qui adjutus à Ludovico Rege Ungaria germano Andrea conjugis olim ipsius Joanna, quem illa necari fecerat in pecuniis & bellatoribus intravit Apuliam, regnum obtinens fine multa resistentia. Et hanc victoriam tribuit Antoninus, potentia Dei, quam humana. Totum regnum sub dominio hujus Caroli Tertiæ fecit operante Deo magis, quam virtute humana, & Summontius libro quarto historiæ Neapolis, quamvis excusat ipsam à nece Mariti & à labore ipsi illate impudicitia, ob schisma justè punitam affirmat, vel strangulatam, vel in vinculis suffocatam.*

Plurima sunt sub Cardolo, & Ludovico Ungariæ Regibus privilegia. Sub Carolo Benedictus XII., votum ipsi exolvit, & Ungaris indulgentias magnas largitur. Innotuit nobis ex insinuatione humili, & devota charissimi in Christo Fili nostri Caroli Regis Ungariae illustris, quod cum paganis, & schismatis, regno, & terris suis contiguis & viciniis guerram quasi continue, ipsum cunctis Gentibus suis exercere contingit, & specialiter cum quibusdam schismatis, à devotione SRE. deviantibus, ac insuper subintelligens plenus fide dignè quod à schismatis, & infidelium nationibus circumponitarum regionum persecutio nes personales reales, & periculosis, & dannosæ dictum regnum perpetuum exitiū temporibus retroactis, & talis persecutio recipit modis intervalla, quodque idem Rex vestro stipatus præsidio una vobiscum præfatis schismatis, & infidelibus se murum persecutio nis ad honorem, & robur diaœ fidei oppofuit, & opponere satagit votum ipsi exolvit, & Ungaros allouens, plenam concedimus. veniam peccatorum, & recurrentibus Episcopis adversis ipsum, precibus imperium miscer, & viatoris ipsi memorat & exequitatem scribit & Benedictus Giraldo. Quod bonam voluntatem gerit ad extirpandum de principatu Bohemii, cunctos Hereticos degentes ibidem, dummodo nos & Sedes Apostolica, & idem Rex Ungarie sibi super bis favorabiliter offlamus, ubi Banio. Croatiæ pro fide assistebant. Scribit & Urbanus V. Ludovico de Rege Cypri. Et quia dicto Regi aliqua subfido in tuo regno concessum, in eorum receptione Nnntii, & Procuratoribus suis ad hoc deputandis velis favorem regium exhibere, & Carolo Joanni Imperatori scribit. A parte siquidem terra cbarissimum in Gbrisio, filium nostrum eorumdem Hostium exterminium aspirantem, eisdem finibus vicinasse cognovimus, ubi Turcarum Hostem conclamat, & Grægorium suauis Pontificis præsidium. Idem Ludovicus quem signiferum Romanæ Ecclesiæ Innocentius Papa creavit ad Bernabovem tyrannidem comprimendam regias vi-

vires offerebat, quem amplissimis elogiis Papa extollit. *O Princeps devotissime, o præclarissime Fili Ecclesiæ Sanctæ Dei, qui ardore pietatis ignitus vebementer Matri compatis indigenti, qui cælestis Regis obsequiis deuote militare desidens, & ejus sponsum à malignorum incursum defensare.* Et mox. *Sua siquidem oblatio prædicta magnifica seculis inaudita modernis, mentem nostram consolacionis plenitudine recreavit, & mox.* Pro præciofissimo thesauro retinemus. Etiam Clemens VI. Elisabetham Ungariae Reginam adduxit, ut filium suum, à Neapolitanu bullo revocaret, & Clementis decretis Ludovicus ipse, Ungaria Rex paruit, & pacem Regno Neapolitano, restituit, & Principes Regia Sicula liberavit, adeo insignis exalat Raynaldum, in Clementem obseruantur fuit; & religiosam militum adversus infideles, urgente Pontifice suscepit. Ultro iterum petibit ab Innocentio Sexto ut sacram expeditionem decerneret, in Rasios hæreticos, & schismaticos, & sibi provinciam illam demandaret, quod egisse Matthæus Villanus commemorat, cum ait *Pontificem mense Augusto, maxiwiis honoribus Regem Ludovicum affecisse illumque in Cardinalium consistorio signiferum Ecclesiæ adversus infideles creasse*, & Innocentius exaltat, & exaudit epistola integra ipsi dicta, & plures alias ipsi dicexit, de pace cum Venetis inunda, quam in manu Pontificis deposita, & cui gratias Innocentius plures egit, & rursus solicitatur Rex ad Ecclesiæ Romanæ opem porrigidam, & Dux creatur adversus Franciscum Nrdelassum, & Manfredos, alioisque rebelles, & amplissimam texti ipsi Panegyrium, à pueritia incipiens jam clara, usque ad maximas ejus ævi victorias, & trium annorum decimas largitur, & jam an-Duce Aegidio Legato Cardinali, Ungaria miserat milites subditiarios à Præsulibus ipsi conductos, quod & idem egit Italis confederatus, denique mittit ad Urbanum V., rogans ne Siciliæ regnum sineret ad exteros devolvi, & jura sua violari, quod & Papa ultro promisit.

Mirabilis est qua sequitur Victoria, de immenso Turcarum exercitu reportata, quam describit oculatus testis B. Jo: Capistranus, ultra Auctores innumeros etiam Græcos. *Ubi Beatusissimus Joannes intellexit Joannem Cardinalem S. Angeli, Apololicum Legatum Budam venisse illuc se statim contulit, & per ejus manus Christo crucem à Calisto Papa sibi transmissam, & prædicanda cruciata Auctoritatem, per Apostolicas litteratas sibi creditam accepit.* Hac itaque die, qua fuit prima dominica Quadragesima Apostolica suscepta potestate, quasi altisona tuba exaltare incipiens vocem suam, ad crucem accipieadam, seque imitandum maximam Christianorum infra paucos menses turbam allexit & incitazit. Et mox. *Singulis palam prædicabat nolite timere pugnus grex?* Rursus occluso ad Belgradum comeatu, opera Le-

gati ducenta navicula, classem Turcarum ita obeuunt, ut partim sint capti partim dermerit. *Quæ autem superfuerunt galeæ ita debilitatæ fuerunt quod nunquam amplius Cbrislium obesse, nec Turcis prodeſſe potuerunt.* Et ante. Personis serè omnibus vulneratis ad mortem, & iterum scribit Joannes Taliacotia, Reverendissimus Dominus Legatus his diebus literas dedit ad utrumque Joannem Hunniadem, nempe & Capistranum, ex Buda nuntians, ne aliquo modo conserretur bellum cum Turcis. *Ipsæ enim in brevi deſenderent cum valida manu, motas ex hoc quod tantus popularis inermis & inustatus ad bellum illuc congregatus diceretur.* Mirabilem victoriæ Jo: Capistranus, & comites & Bonfinius tradit territos turcas à legioni-bus Angelorum, nec aliter 150. millia Turcarum à paucissimis pedibus pelli potuere quod etiam se corrigenz Aeneas Sylvius fatetur, & unus cum omnibus aliis concordat Hoc scribit Calisto B. Jo: Capistranus, & repetit, & Calistus ipse antea prædixerat. Suppeditavit Hungaros subsidia pecunie, quæcumque potuit contrahere, hortatus Capistranum, ut Cardinali assistat. *Ne cefſes dies, ac noctes affilere, dilecto Filio nostro Joanni S. Angeli Diacono Cardinali A.S.L. & sancta opera ejus zelo tuo iuvare.* Nec debuit Cardinalis cum ea Aenea Silvo tres vitoriae ad Albam partæ Jo: Legatum Capistranum, & Hunniadem nempe tres Joannes Auctores habeant; Scriptis & Calistis pro merendo Imperatore. O'carda lapidea quæ ad hoc non moventur, estque classis nostra maritima cum Legato Camerario diu est versus Cp. & Imperator dormitat, & sollicitavit Reges Hispaniæ Gallie & Ethiopis ipsos ultra Renatum Siciliæ Rhodios &c.

Hic Calistus Tertiu Joannem Hunniadem regio titulo decorare deereverat. Cum parvo numero plebeiorum crucis signatorum inermis sine Rege sine Principe illo Servo Dei Fratre Joanne de Capistrano Duciore, & glorioſo Dei Milite Athleta comite Joanne Univoda, quem cong. uis titulit, ac diademate insignire decreveramus, & Matthiam Filium ipsius, in Regem electum commendatis. Urget ipsius ad excidium Turcarum & sit. Nos vero pro hoc sancto opere ad quod continuè admodum accensi sumus parati sumus non modo facultates nostras, & quidquid habemus, sed cut battens fecimus consumere, sed etiam proprium sanguinem effundere, neque unquam, nisi cum zita hanc amprisam dimittimus: dedit & Legato mandata ut Matthiam adduceret, nec sineret Hungaros cum Mahometo, ullas inducias inite, nee ardor Federatorum frigesceret, & Mahumetani vires restituerent, quod & Episcopo Variadiensi scripti, Summa in regia Hungarica Auctoritas, & rursus Matthiæ scripti, ne pacem cum Mahonete iniret. Nec eorum fallaces & insidiosas postulationes pacis, & federum admittas sed asperneris, & abjicias, & ita Celsitudini tuæ Auctoritate Dei, & sub ana-

fus Castus Episcopalem Sedem, Iria Flaviz dedit Brachanis Metropolis iure servato. Uno verbo quintum, sextum, & septimum Concilium, à Pontifice Romano Lusitani acceperunt. Scribit Gregorius Septimus Hispania omnibus. Cum Beatus Apostolus Paulus, Hispaniam se adiisse significet, ac postea septem Episcopos ab urbe Roma ad instruendos Hispanie populos, à Petro, Paulo Apostoli directori suis, qui destruxit Idololatria Christianitatem fundaverunt, Religionem plantaverunt, ordinem, & officium in divinis cultibus agendis ostenderant, & sanguine sua Ecclesias dedicavere, vestra Diligentia non ignorat quantam concordiam cum Romana arche Hispania in Religione, & ordine Divini officii habuisse fuisse patet, & vult ipsorum sequi ordinem Romanum, & probat. Quod Tolerans, & Bracarense monstrant Concilia, ubi iam vidimua Lusitanos Romanas Ecclesias, & fidem sequi, & disciplinam. Idem Legatos in Hispaniam misit Amatum Episcopum Elionensem, & Abbatem quendam S. Pontii, quibus literas dedit 4. Kal. Julii ad omnes Reges, & Comites, aliosque Principes in Hispania dominantes, pro iuribus Romanarum Ecclesiarum in provinciis, illis S. Petro oblatia antequam Saraceni Hispaniis potirentur, quod alias episcopos etiam rescriptis, & tandem receptum gaudet in cunctis Hispania regnis, ut erat in votis ordinem Romanum.

A Gregorio ad Calistum Secundum recurrimus, de quo ex Baronio habet vetus Codex, de Romanis agens Pontificibus, ab Auctore tempora huius scriptus. Idem Pontifex Compostellatum Episcopam, pro reverentia corporis B. Apostoli, quod ibi reposenum esse dignoscitur de novo Metropolitatum constituit subiiciens ei totam illam provinciam, sum ob Soracorum boschitatem penitus desolatam. Lucanum quoque Episcopum quoniam epfo Ecclesia gratiam Sedis Apostolice promoverat, ampliori dignitate pallii decoravit. Et profecit. Sed D confidavit restitutio- nem Ecclesie Bracarense suam per Pascha tem Romanum Pontificem, auxilium eamdem Ecclesiam ejusmodi privilegio literis Apostolicis datis, ad Pelagium eiusdem Ecclesie Ar- chiepiscopum, his verbis apud Joannem Mariana in historia Hispanie Bracarensem Metropolitum insignum quandam suisse, atque inter Hispaniarum regas multis, & dignitatis, & glorie titulis clarissime, tam antiquae nobilitatis indicia, quam & veteram Scriptura rum testimonio clarissimam. Verum quid con- sistunt in ea populi peccata corrigit, Divina dispositioni complacuit, irremebit Mauris, seu Moabitibus, & Metropoli dignitas immi- nata, & parochiarum termini sunt consueta. Tamen post longa temporum interstitia Divina rursus Misericordia Metropolitum restituere, atque parochias ex parte maxima dignatus est, ubi Infidelium tyrannie liberare. Unde Dominus Praedecessori nostri S. memoria Paschalis Papa pristinam ei dignitatem redintegrans, sua queque membrâ ei per Apostolica Sedit

privilegiū continuo. Eins itaque nos veffigie subsequentes, charissimum Frater, & Coepicope Pelagi Bracharense Ecclesie, cui Deo au- toris presidis que ibi continentur prefatis privilegiis pagina confirmamus, & eidem Bra- carensi Metropoli Calliciam primum, & in ea Episcopatum Cathedraram arbas redintegravimus. Item Asturiam, Luciam Tadolum, Min- dumium, Auriam, Portugalliam, Galambriam, & Episcopalis nominis nunc oppida Vifcum, La- necum, Egitanam, Britovam cum parochiis suis Hæc Calistus, Metropolim Bracharam, in- signem gloria, & titulis commendabat.

Sub Lucio Secundo pietas reulit Al- phonsi Portugalliz Ducus apud Baroniū. A. 1144 Huius Pontificis tempore Alphonsus Portu- gallia Dux pietatis ergo, suum Ducatum constituit, Romanæ Ecclesie vestigalem an- nuo censu unciarum auri quatuor. Testatur id Innocentius Papa Tertius epistola cente- sima libri primi. Et sub Alexandre è Duce transiit in Regem; ob res praclaræ gestas in Arabes, quæ cuncta referens Divina gratia, obtulit regnum Romanæ Ecclesie, sub cuius protectione confiseret, perfolutorum fin- gulis annis duas auri marchas pro censu. Extat de his diploma eiusdem Alexandri Pa- pa, in turri de Tomba dicta, ubi asservau- tur monumenta Regum, idemque datum hoc Redemptoris anno, & Pontificis ipsius vigesima. Est de his mentio in epistolis In- nocentii Papa Terti, quas ex scripto Co- dice Vaticano, hic describendas curavimus sic se habentes. Innocentius &c. Sancio illu- stri Regi Portugallie. Serenitatem regiam A. 1178 volvamus non lateri, non in Reges filiis bona me- morie Lucii Secundi Romani Pontificis repe- trisse, quod recollecta memorie Alphonsi Pu- tertutis, quatuor auri uncias annuatim Roma- na Ecclesie constituit consueta, ad quarum so- lationem, & Heredes suos in posterum obliga- vi. Ceterum cum Idem Pater tuus, usque ad tempora felicis memorie Alexandri Papa Pre- decessori nostri, Ducus esset nomine appellatus ab eodem meruit obtinere, ut tam ipse, quam eius heredes regio nomine vocarentur. Ut au- tem idem Pater tuus sacrosancti am Romanas Ecclesiam matrem suam deinde debito preveniret, & ut devotionem quam circa ipsum be- bebat ostenderet in effectu censu Byzan- tot annuatim Romanæ Ecclesie constituit consueta, quos post susceptionem regis nominis, nec ipse solus, nec tu postmodum solvere carasti. Cumque id feliciter recordationis Clementis Pa- pa Praedecessori nostro relatum fuisset Magis- tro Michaeli, tunc Ecclesia Romana Nota- rio, quem ad partes Hispanie desolverat per duas dedit literas in mandatis, ut te ad solven- dum censum annuatum monere diligenter & in- ducre procurares, & si opus esset Autoritate presus Apostolica, compellere non differret. Tu autem eidem atibibi placuit respondisti, quod dicas Pater tuus praefato Alexandre Ante- ceſſari nostro pro annuali censu decem auco- rum mille ante misero, & cum nondum illi decem anni expleti ipsos censum aureos iterum

solvere minimè senebaris, sicut illas eidem Prae-decessori nostro, non pro causa sed ex Devotione quam ad eum habebat liberaliter donauisset. Regamus igitur Regiam serenitatem tuam, monemus, consilium, & bortam per Apostolica scripta mandante, quoniam prædictum censum dilectio Filii Fratri Rauerio persolvere non posposas, alioquin noveris non eidem firmiter dedisse in mandatis, ut te ad solutionem illius diligenter moveas, & iudicas, sicut expedire videris, appellatione remata compellat. In huius tituli & privilegi confirmationem, extat aliud diploma Honorii Tertii, aliquid etiam epistula, Alexandri, aliud etiam diploma confirmationis Innocentii Tertii, assert Bernardus de Brito in Chronicis Cisterciensibus Vericella disputatione Secunda post centesimam octuagessimam, ubi soluit in contrarium adducta, & alios Auctores fert Rocaberti Hispanus, & meritum Regis addit, quod Eboracum regiam urbem, & Uli-siponem à Saracenia eriperit, & caelesti visione recreatus, oblati Christi Crucifixi specie, cum Saracenis regibus, pugnavit, & divinitus vicit exterritor. Præter haec Innocentius Regem, & regnum, sub S. Petri & Romani Pontificia speciali protectione constituit. Innocentius &c. Illustri Regi Portu-gallie & Hæredibus eius in perpetuum. *Mari-festi*, probatum est argumentum, quod inclyta record & honoris Alphonsus avus tuus per fiducem bellico<sup>2</sup>, & certamine militaris inimicorum Christiani nominis intrepidus extirpator, & propagator dilegientis fidei ortodoxar. Situs de-votus filius, & Princeps Catholicus multimo-dia obsequio impensis. Sacrofamilia Romane Ecclesie Mater sua dignum nomen, & exemplum imitabile posteris derelinquevit. In suum usq; autem ut quo ad populi regem & salutem dispensatio caelestis elegit Apostolica Sedes suero prosequatur effectu, & in iustis postula-tionibus student efficaciter evadere. Proutio Noi attendentes tuam Personam ornatae prude-nzia, iustitia, prædicitam, atque ad regni au-ternationem idoneam, eam sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & regnum Por-tugallense cum integratissimis honoris regni & dignitate, que ad Reges pertinet, nec non & alia loca, que cum auxilio caelestis gracie de Saracenorū manib; eripueris, in quibus ius-  
fibi non possint Christiani Principes circumpo-siti vendicare ad exemplar fel. mem. Alexan-dri Popa Prædecessoris nostri, qui bac prefo-to Avo tuo per privilegi paginam concessisse dignoscevit tue sublimissimi concedimus. Au-  
toritate Apostolica confirmamus. Ut autem ad devotionem, & obsequium B. Petri Apo-polorum Principis, & Sacrofamilia Romane Ecclesie vobemini accendatis bæc ipsa Her-edibus tuis duximus concedeudo, eisque super ius, que concessa fuisti Deo proprio pro iniun-  
to nobis Apostolatus officio defendemus. Tua itaque intercessio Fili charissime, ita circa bo-norem & obsequium Matri tue Sacrofamilia Romana Ecclesie bimili, & devotum exi-stere, & sic te ipsum in eius opportunitatibus

dilatando Christiana fidei studiis exercere, ut de sam devota & gloriose Filio Sedes Apo-stolica gratulemur, & in eius amore quiescat. Ad indicium autem quod prescriptum Regum B. Petri iurius existat pro amplioris reverentiae argumento Progesorum tuorum vestigis in-barendo statuimus duas marchas aurum sin-gulis nobis nostrisque successoribus persol-en-dar, quemcumque censum ad utilitatem nostram, & successorum, nostrorum Brachabensis Archie-piscopi, qui pro tempore sacerdit Tu, & suc-cessores tui curabitis officiare. Decernimus ergo ut nulli omniuid Hominum licet Personam suam, aut Hæreditum suorum, vel etiam pra-fatum Regnum temere perturbare, aut eas profes-siones auferre, aut oblastas reisire, minue-re, aut aliquibus vexationibus fatigare. &c. & distractio uisioni subiacere cunctis autem ei-dem regno Te. Ubi regnum illud benedictio-nibus impler, & cumulat. Aliud insuper est diploma sit Baronius, pauci ab hoc mutatis & variis, quod in Vaticanis monumentis afferuntur. ut diximus. & Pius V. apud A. 1569. Bzovio renovat bullas Alexandri III. Inno-centii III., & Pauli IV., de regio Portu-gallie titulo.

Jam Alphonsum vidimus à devictis quin-que Maurorum Regibus, per facte Militis socios, in Lusitanie Regnum & fidem, & Papa venerationem invexisse, & Galli ipsi Catholici, quod notat eximiè Baronius, auxiliares copias Hispania toti, & sileci Ca-tholicis dedere, suamque Papæ diecem re-stituerunt. Denique Innocentius Tertius audiens Regem Legionensem, sibi Filiam Regis Portugalie, coquoriam suam co-pulasse, tam ipsum Regem Portugalie, quām sponsos illegitimè conjunctos, enī spirituali percussit, & eorum regis suppedituit interdicto, & haec sententia Portugalie piissima, extitit omnino medicinalis, quippe quod illegitimè factum fuerat à Lusitanis A. 1198. Rege iure sicut revocatum, & Hispano Regi A. 1198. n. 3. J. 11 pietatis prebeat exemplum, & scribit Inno-centius Raynerio, cui ex Odorico Raynaldo, & Mariana, iustit ut sub censuræ terrore, pastorem omnino conciliare inter Castel-lam & Lusitanam Reges, & scribit Innocentius III.

Acedimus ad seculum decimum tertium & quartum, ubi Natalia Alexander in eorum Historia scribit. Alphonsus II. Lusitanus Rex Sanctio Patri succedit. Animo fuit in Fratres non satis fraterno, aut liberali. Sororibus oppida testamento Patris attributa eri-pere conatus, Legionensis Regis armis & Pontificis intermissionibus, atque sacro-rum interdicto ab earum patrimonio tem-perare coactus est, ubi iustitiam tandem prebeat armis, & temporalibus & spiritua-ibus coactus. Rursus Alphonsus II. in Lu-sitanie regnum Sanctius II. eius filius suc-cessit. Regno tamen ineptus Princeps cucul-loque dignor quam diademate. Duxit Mi-tiam Lapidem ab Hara, filiam Diodori Lu-pi Cantabri Dyoastæ, matrimonium ob vin-culum

culum cognitionis auctoritate Pontificia di-  
 remptum est. Huic Regi ob socordiam, &  
 negligientiam in publicis rebus gerendis In-  
 nocentium IV. Vicarium dedisse Alphonsum  
 Comitem eius Fratrem, & legitimum suc-  
 cessorem, qui regnum procuraret, regio ta-  
 men nomine, cultuque Sanctio servatis, tra-  
 dit Duardus Nonius in libro de vera Regum  
 Portugalliae Genealogia. Frustra sunt qui  
 ipsum ab Innocentio IV. scribunt abdica-  
 torem, & ipsi Pontificie Constitutionis Ver-  
 bis, quæ inserta est sexto decretalium capite  
 grandi de supplicanda negligentia Prelato-  
 rum refelluntur; ex qua etiam intelligitur  
 id præstissime Pontificem à Regni ordinibus  
 exoratum, qui Comitem Alphonsum Recto-  
 rem. ac Procuratore Regni elegerant, &  
 referunt totam Constitutionem, & verbis ma-  
 iusculis ea verba. *Non intendimus memorato Regi, vel ipsius legitimo Filio, si quem ba-  
 bueris prædictum regnum auferre, & mox. In-  
 nocentii IV. mentem attigit Mariana, eumque  
 satis à calunnia purgas bis verbis. Episcopi  
 Bracharenſis, Conimbricensis ad Innocentium  
 Pontificem, qui hoc tempore Lugduni conven-  
 tus Ecclesiasticos agitabat à Lusitanis Proceri-  
 bus amandati, & mox. Ut Sanctius Regno  
 pelleverat impetrari non posuit. Id modò con-  
 cesso est, ut Alphonsus ejus nomine, dum  
 vivere Rempublicam gubernaret. Extant  
 de hac re ipsius Innocentii literæ ad Proceros  
 Lusitanos date, at dum Natalis absurdum  
 minus vitat, in aliud maius incidit, ut Re-  
 ges deponi doceat per Proceros, cum ne qui-  
 dem Rex Galliæ, velit totius Regni parla-  
 mento subiacere, & argumenta fert ipsum  
 jugulantia, cum Innocentius ab ipso allatus  
 decidat. *Fidelitate, homagio, juramento, seu  
 pacto, si aliquibus fortes prestat Regi, vel cui-  
 cumque alii Personæ senemini, aut etiam ipsius  
 Regis prohibitione, dummodo personam ejus,  
 & vitam, ac legitimi sui Filii, si aliquem ipsum  
 habere contigerit fidelier conservet, debitum  
 ei exhibentes honorem, ne quoquam obstanti-  
 bus, ubi soluit subdito juramento fidelitatis  
 homagio, pacto &c. Et Proceros ipsi regni  
 electionem petebant. Ut Sanctius regno pel-  
 leretur impetrari non potuit, ideoque Papa  
 noluit, non verò non potuit, quod ne dum  
 nostra Historiæ probant, sed ab ipso adductæ.  
 Prosequitur Alphonsus III. Sancti Fratris suc-  
 cessus in regnum, Matildem Boloniæ Comiti-  
 ssam legitimam uxorem repudiavit, & Bea-  
 tricem Notham Alphonsi Castella Regis su-  
 perduxit, Ecclesiasticam immunitatem ac iu-  
 risdictionem violavit: Quapropter sacrorum iustitium, ab Archiepiscopo Bracharenſi,  
 ceterisque Præfulibus toto regno indictum.  
 Sed & à Summis Pontificibus Clemente IV.  
 Gregorio X., & Joanne XXI. acerrime cor-  
 ruptus est. Algarbi regnum à Saceroto Alphon-  
 so iure clientela concessum, cuius partem Sa-  
 raceni occupabant, ab eorum jugo liberis effe-  
 cit. E vivis sublatius est anno MCCLXXIX.  
 martio mense, acta in suprema segritudine pa-  
 nitentia, Nam se Romanæ Ecclesiæ manda-**

tis simpliciter, & sine restrictione profus-  
 ulla, parere professus est, quæ occupaverat  
 Ecclesiæ bona è vestigio restitu iussit, filium  
 que Dionisium Lusitanæ sceptri hæredem, ad  
 sarcinandas iniurias Ecclesiæ illatas obstrinxit,  
 ut testantur publicæ literæ, quas ex Ulyssi-  
 ponensis Ecclesiæ tabulario profert Branda-  
 nus. Rursus ab Alfonso Tertio ad Dio-  
 nyxiū ejus Filium Lusitanæ regnum, ha-  
 reditariori iure pervenit. Et mox. Ob viola-  
 tum ius Ecclesiasticum, anathemate devin-  
 elus, conditiones subiit à Nicolao IV. Pon-  
 tifice Maximo præscriptas, ut publicæ ta-  
 bulæ testantur ab Odorico Raynaldo, ex  
 Codice Vaticano descriptæ, ad annum  
 MCCLXXXIX.. Et iterum. Ordinem Mi-  
 litiarum Iesu Christi ex bonis templariorum  
 Summo Pontifice approbatæ instituit. Rur-  
 sum Post Dionysium Alphonsus Quartus  
 serox, Petrus erudelius successere, & Ferdi-  
 nandus solitus à Summo Pontifice affinitatis  
 legibus in matrimonio. Refert & Natalis  
 in Henrico Castella Rege, Authore Guido-  
 ne Cardinale Bononiensi, pacem cum Lusi-  
 tanio Rege, deinde cum Aragonio sanxit Hen-  
 ricus affinitate confirmatam.

Quod brevissimè narrat Natalis, de Lusita-  
 norum Regum litibus, hoc fuso calamo reci-  
 tat Roccaberti de Romani Pontificis tempo-  
 rali potestate coactiva, & nos brevis ex-  
 pendemus ordine distincto Anno 1268. in-  
 citatus zelo Clemens Quartus, afflictum  
 Lusitanum clerum adiuvit, cum non pauci,  
 & insignes Præfuses, ab Alfonso exagitati  
 profugerent, & primò lenia abhuiit fomen-  
 tur tortatus, ut tantam maculam deleret,  
 & læsum numen placaret, mox Apostolicæ  
 Sedis nuntium mittit Polchinum Canonicum  
 Narbonensem, qui & Sacrorum usum resti-  
 tuuit, & censuras ab Episcopis Lusitanis in-  
 61.62. cussas, ad semestri in Lusitanis soluit, & hoc 64. &  
 factum constat epistolis Clementis. Rursus 66.  
 L. 4. ep.  
 Gregorius X. coactus est, libertati Ecclesiæ  
 in Lusitania consulere, & Alphonsum Re-  
 gem ipsius violatorem, gravissimis literis  
 monuit, apud Odoricum Raynaldum hoc  
 anno, ut eam in pristinum splendorem resti-  
 tuoret, quippe inter alias graves iniurias.  
 Regis Ministri Sacerdotum causas ad Re-  
 gium tribunal trahebant, & Judeorum, &  
 Saracenorum bona si Christiani fierent fisca  
 addicebant. Hinc Religiosos Præfuses Mi-  
 norum, & Prædicatorum, misit ad Regem  
 ut se corrigeret, quod si ageret interdictum  
 à Præfulibus latum, per septem menses amo-  
 verent, ea tamen lege ut intra quatuor menses,  
 ad Papam mitteret Oratores, si verò  
 parere respueret, Regnum ipso iure lapsis  
 septem mensibus, pristino interdicto subile-  
 retur. Iterum recruitu hoc malum, siquidem  
 orta est inter Clerum, & Regem, pro  
 libertate Ecclesiastica gravis contentio, cum  
 Alphonsi Patris Sancti Filius, sequeretur  
 iniqua vestigia, & quamvis Alphonsus Bo-  
 noniensis Comes, Sanctij Frater spopondi-  
 set, datas ab Innocentio quarto Leges, pro  
 Ec-

Ecclesiastica libertate servaturum, camen regno potius fidei defuerat, ideoque Gregorius X. iussit ut Alphonsus novo se obstringeret iuramento, servaturum se omnia in ea causa ab Honorio Tertio, Gregorio Nono, & Innocentio Quarto constituta, eodemque devinxit Proceres, & Magistratus, quod ob Gregorii mortem fieri non potuit, demum extinxit Alphonso à Nicolao Quarto, cum Dionysio successore lites finiuntur. Is à Præfulibus Lusitanis apud Papam accusatus, & quidem multis, & gravibus criminibus, misis cum plena facultate internuntiata Martino Petri cantore Eborense, & Joanne Martini Canonico Conimbricensi, Archiepiscopos, Episcopos, & Clerum accusabat, seque injuncte catu fidelium separatum, & regnum interdicto iniquè appositum, apud ipsum Nicolaum criminabatur, qui controversie praefecit Latinum, Hostienscm, & Vellitensem Episcopum, & alios duos Ecclesias Cardinales, & coram ipsa agitata est utrinque causa, & Prælati nomine totius Cleri multa proponuerant apud Roccabertum extensa. Quod gravia erat, duas, & quadraginta constitutiones contra libertatem Ecclesiaz editas, variis censoris erant inuita, ob quas Internuntii Regis metentes, nē Papa Pontificio decreto abrogaret, & Rex gravius inde puniaret, permittente Nicolao Papa, & arbitrantibus Legatis antiquatas sunt, & libertas Ecclesiaz in Lusitaniam revocata, veniam erratorum habita, & diris devoti à Papa, & à fœmertiis qui Ecclesiaz iura violarent, & hoc actum apud S. Mariam anno Domini 1289. indict. 2. die 12. Februarii Pontificatus anno 1. exente præsentibus Gulielmo Mimatensi & pluribus alia testibus, ut constat epistola 49. Nicolai Quarti; & omnia ex consensu partionis acta Nicolas Papa dato apud S. Mariam Miorem nonis Martii Pontificatus anno 2. diplomate authoritate

<sup>#. 50.</sup> Apostolica approbat, & Prioribus Prædicatorum, & Minorum iussit, ut juramentum à Rege & reis recipieren, de parendo Ecclesiaz mandatis, & observandis conditionibus appositis, & regnum interdicto liberarent, monuitque severus Papa Regem, ne amplius Ecclesiasticas res, aut Personas, auderet illo tempore violare, & regnum à contemptu factorum purgaret. Quis acta sunt apud Bzovium, Raynaldum, Spondanum, & alios.

Mirum est quanta egerit Joannes 22., ut fluctuantem Lusitaniam pacaret, in qua Dionysius ob effusum ad filii Nothum studium, & contemptum Alphonsi legitimis, & heredis, principum odio in se concitaverat, & Sanctam Elisabeth uxorem infectabatur. Mittit illuc Archiepiscopum Compostellatum, ad redintegrardam concordiam, rescindenda iniusta sacramenta. & consolidandum quidquid erat confractum, monet Præfulea omnes Lusitanos, ut illi Archiepiscopo se submittant, ad Deum placandum indulgentias transmittit, scribit Dionysio ut Archiepiscopo obcediat, scribit Fratri Notho, ut Fra-

trem, & Dominum suum recognoscat, scribit legitimo ut patienter ferat. illegitimum Fratrem ditari, scribit Reginam ut fratre, uniat, prater Episcopum Compostellannum, mittit & Guliclmum Sabinensem, Apostolica Sedis Legatum, & omnia felicissime succedunt & Archiepiscopo honoriſſe excepto, revocatur pax & concordia, & quot Papa scriperat pro concordia, tot scribit pro gratiarum actione. Adeo infundavit Papa in hac sola causa, sicut & in precedenti fudarunt, quam plures Romani Pontifices, Clemens Quartus, Gregorius X. Innocentius V. Adrianus V., Joannea XX. Nicolaus Tertius, Martinus Quartus, qui nihil frequentius audiebant, quam querelas Archiepiscopi Bracharenſis, & Episcoporum Coimbricensis, Lamecensis, & Sylvensis, nomine totius Cleri Regem, actione iniuriarum apud Papam postulantea. Denique Alphonsum Lusitania Regem, Benedictus XII. ad pacem revocavit quamvis iusta indigitatione offendit, Rurſua Generum suum, quod Reginam Mariam Ludibrio haberet, & pellicem Gusmaniā haberet in delictia, & ad fastigium pene regium evexit, et <sup>¶. 191.</sup> etenim Alphonso scribit. Sic te Fili Beneſſionis, & gratia ſuper illis habitaris, quod merito Rex dici debeat pacificat, & illam benedictionem, quam veritas ne promisit pacificis sub nomine Dei Filii merearit. ubi duo bona Pontifex habuit, Lusitanis ad pacem trahens & Regem Castellæ paratiſſimum invenit, ad pacem cum Lusitano Socero iungendam, & quid optimum fuerat ad unienda arma contra Saracenos.

Singulare est privilegium illud, non ab uno sed pluribus à Pontificibus Lusitanis concessum, circa Guineam & Indiae Orientales, ut foliæ ea regione acquireant, & possideant. Cum ergo Henricus Portugallie Infans, Alphonsi Regia Patrius, felicibus auctoribus, & auxiliis, novas & pericolosæ navigationes per vastum Oceanum inituiffet, & novæ insulae inventæ forent, & Christianæ fidei adiuta ad Echiopes, aliasque ignotas nationes latè effet patefacta ne querendæ ardor in posteria teperet, feculo decimoquinto Lusitani, à Martiso quinto imperstant quidquid à Canarie promontorio vulgo dicta ad ultimum usque indiam patet, id qnam optimo iure Lusitanæ foretditionis. Quod ipsum ab alia Pontificibus, Nicolao Quinto, & Callisto Tertio postea est confirmatum, & ad plures alias regiones, Africam, & Asia est extensus, quae Lusitanæ Reges, & virtute, & bellicâ industria & Navalí ubi plurimum semper polent, ut latè Petrua Joannea Maffei, in historia Indica enarrat, & in fine bullæ Callistus Tertius rogat, & hortatur omnes Personas cuiuscumque qualitatis etiam Imperatoris, & regis, & districtè prohibet omnibus, ne ad prefatas Provincias, portus, & loca deferant nec deferre facint mercea illas, absque speciali licentia prefati Regis, vel

<sup>Tom. I.</sup>  
<sup>scrit.</sup>

Infantis, vel eorum ad quos ipsa conquisitio pertineret, nec ulla statio se intromittant, in praefata maria vel regiones, quod si contra ficerint, si fuerint Personæ particulares ipso iure sententiam excommunicationis incurant, si vero fuerit. Civitas vel universitas, sive communitas ipso iure subiacerent interdicto Ecclesiastico, à quibus censuris nulla Apostolica Authoritate, valent absolvij ante satisfactionem, vel compositionem cum praefato Rege Infante, vel successoribus factam. Extat bulla allata in Regibus Hispaniæ. Quæ vero ad Orientem spectaret iuris Regis Lusitanæ censeretur, ne occasione huius novæ gratia præiudicium aliquod fieret, & Reges nova controversia exorta, inter Castellanos, & Lusitanos, composita est ab Alexandro Sexto. Prædictis centum à linea leucis ad trecentesimam ferè & quadragesimam Leucam extenso circulo, atque ita toto terrarum orbe, ex æquo bisariam diviso, & idem Alexander Sextus concedit ea privilegia Hispanis, quæ Lusitanis in Guineæ, & Indiae Orientalis contumitione sunt concessa.

Adversus hac privilegia insurgit Caramuel, in suo Philippi, disputatione prima libro quarto, ubi probare nititur Reges Portugallie non temporaliter, sed spiritualiter Reges, contra quem scribit Antoninus de Sousa, typis mandatus Londini sub hoc titulo Joannes Caramuel convictus. Ipsi Pontificis Innocentius Secundus anno 1142. Alexander Tertius anno 1178. & alii post ipsos Alphonso, cuiusque successoribus Regis titulum concesserunt, & auctoritate sua confirmarunt, & Caramuel ipse fatetur in predilicio sui Philippi, & variis evasioneibus evanescere. Bellus, & facetus loquendi modus regium titulum, in indulgentiarum Confraternitatem vertere. Si nihil est aliud quam indulgentia, & spirituale privilegium Alphoni, ut quid Legionis Regis ipsi, Romanum Legatos miserunt, ne regius titulus à Papa concederetur, ut ipsem Caramuel testatur. Satis sunt aperta Innocentii verba in Pontificio suo diplomate. *Et Regem Portugallie cum integritate honoris, Regnique dignitate, que ad Reges pertinet, & alia loca Excellentia tua concedimus, & Authoritate Apostolica confirmamus.* In bulla Alexandri Tertii ea leguntur. Proinde nos attendentes Personam tuam, prudentia ornata, iustitia præditam, atque ad populi regionem idoneam. Ex mox. *Regnum Portugallense cum integritate honoris, Regni dignitate que ad Reges pertinet, nec non omnia loca, que cum auxilio cœlestis gratia de Saracenorum manibus eriperis, in quibus sibi non possunt Christiani Principes circumpositi ius vindicare Excellentia tuae concedimus, & Authoritate Apostolica confirmamus.* Et infra. Decernimus ergo ut nulli hominum licent Personam tuam, aut Heredum tuorum, vel etiam praefatum Regnum temere perturbari aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere,

aut aliquibus vexationibus fatigare. Idem habetur in aliis Pontificum confirmationibus, & miserandum est ait predictus de Sousa, hunc Auctorem sic scripsisse, ut ad illum concordum non aliud opus sit, quæm Pontificum diplomatis ab ipso allatis, ibi enim dicitur. Regium titulum, & dignitatem cum honoribus, terris, & iurisdictione à Papa datis, que procul dubio temporalia sunt non spiritualia. Sic & Ferdinandus de Castro in Lusitania convicta acriter invehitur in hoc Jus spirituale regium, in communicatione sacrificiorum, & indulgentiarum nec timere debuit. Caramuel Hispanus, se Hispaniam suam offensurum, quippe Jo: Thomas de Roccaherbi Hispanus, Episcopus Valentia in Hispania, Inquisitor Generalis Hispanie, & Hispaniæ suis gratissimus, & in Hispania ipsa scribens, ista fuso calamo approbat, velut iustissimis Hispanis non ingrata. Mox prosequitur confusus S. Petri. *Ad indicium antem quod prescriptum Regum B. Petri iuriis existat, pro amplioris reverentiae argumento Progenitorum tuorum vestigiis invenientibus flatuisti duas marcas auri annis singulis nobis, nostrisque successoribus perfundendas, quem utique censem ad utilitatem nostram, & successorum nostrorum Bracharensi Archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, Tu, & successores tui curabitis assignare.* Decernimus ergo, ut nulli omnino licent Personam tuam, aut Heredum tuorum, vel etiam praefatum regnum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, nec ablatas retinere, minuer, aut aliquibus vexationibus fatigare. Aliud simile paucis mutatis privilegium, in bibliotheca Vaticana assertur, ubi de regno agitur non indulgentia, in historia Ecclesiastica recentetur.

Fæcundissima sunt secula decimumquintum & sequens, & Martinus Quintus Joannem Lusitanæ Regem, errantem ad rectam viam perducit, & laudat, & iuvat, & auxiliatur, pro fide Catholica pugnant. Audiamus primò monentem errorum, quod libertatem Ecclesiæ lœdat, vestigalia Clerico imponat, ad tribunal Laicum Ecclesiasticos trahat, & dolo possessiones eripiat, & tres epistolas transmittit, primam Ferdinando Archiepiscopo Bracharensi. Non sine magna admiratione, & gravi mentis nostræ perturbatione accepimus, quod Charissimus in Christo Filius noster Joannes Portugallie, Algarbiæ Rex illustris fidum posuit, & quotidie poneat scelz suam in Meßem Ecclesiæ non desistit, multis & diversis modis vexando Ecclesiasticas in suo temporali dominio constitutos, & eisdem impovendo leges, pœnas, atque gravamine, quæsib[us] licet uti pœnate regia in Prelatos, & Clericos tanquam in laicos sue diocesi subjectos, & prosequitur læsionem Ecclesiæ narrare. Et post plura. Fraternalitati tua per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus convocatis suffraganeis tuis quibus super hoc scribimus opportune & dilectis Filiis Capitulo Ecclesiæ tuae, carerisque

*Prælatis sue Cœtitatis, & Diœcis, in & iphi suscipiant consue hanc libertatis Ecclesiastica viriliter in Romane Curia defendendam, sicut ex Pontificali Officio estis adfici Eli, & pro ipsius cause ad Curiam camdem communibus Consilio, & expensis usque ad mensas &c. Personas idoneas transmutatis, omniexcusatione remota sub pena excommunicationis, quam unsquisque vestrum, qui negligenter fuerit incurias, tibique notum facimus, quod presunto Regi per nostras literas, intitulata, serie gravissimum prædictionem eundem requiriunt & monemus, ut ad dictum terminum Procuratores, & Notarii suos transmiserint ad Curiam ipsam sub hac materia responsos quod si non feceris mibolumini contra contraclasses Invidicè procedem. In eadem forma scribimus V. Fratri Nostro Archiepiscopo Villega-  
bouensi, cum quo participato Consilio ad execu-  
tionem hujus bonorum, salutaris, & sancti Aegorii vigilanter intendas, Ubi Papa scripsit Regi, duobus Archiepiscopis, & Suffraganeo. Eodem modo scribit Eugenius Quartus  
Eduardo Regi. Charissimo in Christo Filio  
Eduardo Portungallie, & Algarbia Regi Il-  
lustri fultem. Nonnullum querelis per hos  
Dies pulsati sumus, serustantem agnam quisibus-  
dam se Negotium in Regno tuo ingessisse, atque  
etiam quaside ingerere, que si vera essent  
procul dubio vergereunt in magnum dispendum  
Ecclesiastica Libertatis, exstimatione, neque  
submittitis mea noui levi iniuria flagillare; &  
quod sane inceperimus non unquam nisi veri-  
te, cum vel improborum Consilio, etiam egre-  
giè ani moti Principes fruuntur, vel cum impru-  
dencia quadam duelli, rellè illa ad se pertinere  
exstimator. Audiamus post filiorum corre-  
ctionem eximias laudes, & impensum auxi-  
lium, ita eidem adversus Meridionales Afros, expeditionem paranti Martinus V. &  
crepta Mauris Cepta Christianam Religionem  
propaganti, auxilium ubique querit, &  
scribit omnibus ut subsidia mittant, & anti-  
sites id facete jubet, Symbolum Crucis do-  
nat militaturis, in clientelam sumit Aposto-  
licæ Sedis, amplissimas donat facultates, &  
privilegia. Idem præstat Eugenius IV. &*

Lep. cur. p. 133. Regi Lusitano pro expeditione Africae, &  
pro recuperandis Urribus, & Terris, dedit  
Cruciam, & certas Insulas Canarie. Et  
cum Joannes Castellus Rex & Legionis, de  
nimis concessione quereretur, concedit Eu-  
genius ea Prærogativa, absque Castellus Regis  
præjudicio, & ubi concedit ea Prærogativa  
laudat Eduardi Patrem, ejusque natum, &  
magnum textit elogium. Idem consultorius  
Lusitanus, Rege defuncto, Petrum Principem  
Ducem Coimbræ hortatus est, ut prudens  
Procurator foret in Regno. Hortamus in-  
quit Excellentiā tuam in Domino, quatenus  
ea justitia moderatione, & prædencia in regi-  
mine te habere velis, ut nubil dignè tibi obisci-  
toſſi, ex quo aut Regina jufi conqueri, quod  
tuam sinceram, & optimam estimationem per-  
fringere posſi. Huic similitatem aliquam  
cum Regina Leonora indicant alii literæ

ad ipsam, in quibus Regnum Portugallia  
describit. Evidem scimus Regnum Portu-  
gallie & Algarbie, nec non sit amplius ter-  
ritorio, tamen viribus magnum, & poten-  
tia extitisse, ut non solus sua defendere, sed  
protulerit eures suas usque ad Iugidellum op-  
pugnabilem, id primum gratia Dei, tum  
unitati, & concordie tribuendum est. Extant &  
Literæ ad Lusitanie Proceres. Extant &  
dui Epistole ad Alphonsum Portugallie,  
ubi evincit spectre ad Papam, præficeret  
Populus Episcopos, & vult Ludovicum  
Schismaticum deponi, imò & in carcere  
trudi, quasvis Rex peteret restitu & lau-  
dat Regem unitati Studentem, imò & Pa-  
trem ipsius stantem, pro Papa contra Basilienses.

Succedit Nicolaus Quintus Regi auream  
cosim ex Mariana mittens, in signum defen-  
sionis Ecclesie & scribit. Considerantes pra-  
clara opera tua, & singulari tuos in nos, &  
Romanam Eccleſiam Fidem, & devotionem  
tuam, & ad perpetuum rei memoriam voca-  
tur Infans, verus omnium Creatoris miles  
Infans. Fidei acerrimus, & fortissimus de-  
fensor & intrepidus pugil, ejusdem Creatoris  
gloriosum Nomen per univerſum Terrarum  
Orbem, etiam in remotissimis, & incognitis  
Locis per ipsum divulgar. Extollit, & vene-  
rari, & ibi prohibet ullum navigare, præ-  
ter Regis Lusitanie consensem & vetat ibi  
aliquid in ipsum moliri. Rufus concedit  
Terras, acquitas, & hortatus. In bujusmo-  
di negotio potentiam virtutis tua extendas, ut  
Fides Cabocca per tuam Regiam Majestate-  
m, contra inimicos Christi Triumphum se  
reportasse sentias, & concedit Plenarium  
Remissionem, & absolvit exæctores auri,  
inconsulto Pontifice donati, & exæctæ largi-  
tur Regnum Guinex, & absolvit Petri tyran-  
ni sequaces. Ejusdem mentis exitit Cali-  
xus Terzius, qui bellis fieri votum emisit, &  
pium Alphonse desiderium intelligens, Le-  
gatum à latere ipse legavit Alvarum Episco-  
pum Sylensem & Regi Decimas largitur,  
ad eum animavit Lusitanos, ut Regis Patruus  
Fernandus, & cum alii Rex ipse se obtulit  
bello, & exemplar omnium Regum excitat, &  
Calixtus eo exemplo ceteros armavit;  
Ad eum in tuenda Christi Religione Portu-  
gallia Rex in exemplum affertur.

Laudemus viros glorioſos Reges Portu-  
gallie. Laudemus piissimum Emmanuel-  
em, in Mauritana expeditione totum, ubi  
Papa Fideles Indulgientiis solicitat, ad ip-  
sius signa sequenda, ubi Papa ipsius Legea  
confirmat pro recta Disciplina constituenda,  
ubi mittens Oratores pro subfido impetrat  
a Papa cruciam, ubi Pontificem ipsum  
urget ut Domini recuperet Sepulchrum, &  
Sanguinem suum etiam spondet, ubi Papa  
Alphonsum Filium Septensem vel eligit in  
Romane Ecclesie Cardinalem, ubi grandi  
Miraculo per duces suos, Sexcenta Millia  
Maurorum repellit & tardè fugientes truci-  
dat, ubi Papa Militia Jesu in Portugallia,  
Eee ple-

plerū largitur Privilégia, & Regem, imo & Lusitanis Reges commendat. *Sicut fuit evidētia demonstrat*, & toti Christiano Orbi mōstissimum est clara memorie Portugallie Reges, qui pro tempore suerunt, ex innata eorum erga Christianam Religionem devotione, ubi innata est pene devotio iis Regibus, & Sanguine ut ibi dicitur fidem obsignarunt. Laudemus Joannem Tertium praeunctis Regibus à Papa commendatum. *Tu Fili in Christo charissime inter ceteros Christianos Reges impētē diligimus*, & maximi facimus, non solum ob inclitam erga Deum pietatem, atque erga hanc Santam Sodēm observantiam &c. Sed etiam quod tuo tempore Progenitorum beneficio, & nāvigatorib⁹ Orbit Terrarum anteā ignota magna ex parte cognitare est, & quod plūt est Deo, ac vobis per agnitionem Christianam veritatis acquisitum est, us illud tandem expelatum videre nostris temporibus coperimus. In omniā Terrā exigit suorum eorum, & in fine Orbit Terra verba eoru⁹ ubi cum postulasset aliquot Societatis Patres, S. Ignatii hortatu⁹ a Paulo III. eligitur Xaverius Apostolicus Nuntius, quod & Hofmannus hostis enarrat. Xaverium alioque Iesuſat in Indianā misit, ubi exhibet suum & Etiopie Legatum, ut enarrat Damianus de Goar. Duo Oratores Portugallie & Etiopie magno comitatu⁹ in Consistorium venerunt, amboque venerabundi & genu flexo, ubi reddidit duas literas Romano Pontifici, munusculumque aurea Crucis libra sermō pondere nomine sui Regis obtulit primum pedem, deinde maxum Sanctitatis sue osculatus. Ubi obtinet a Papa Cathedram in Brasilia, ubi Papa grates agit de Portugallie Praefulibus ad Concilium Tridentinum sollicitè missis, ubi decimū imponuntur Lusitanis, & Papa pro ipsius scribit Joanni, sic ante ipsum Joannes Secundus, vidit confirmary ab Innocentio Octavo privilegia, nec bellum habuit ut iniunctū suscepit a Papa, cū se Papa & alii contra Carolum tuerentur, & in eo essent Rex Hispanie, Imperator, Veneti & alii. Laudemus denique Sebastianum, in bello Afric⁹ pugnante, & subdidū a Papa petente, qui plures ipsi scribit Epistolā, & ipse in Historia Ecclesiastica duas, ubi Abyssinis procurat auxilium, & eo habito grates agit Sebastianum. Post Sebastiani obitum tumultū in Lusitanā plebe exorts, nolente Philippum Secundum Regem Hispanie, Gregorius Decimus Tertius, misit Cardinalem Riarium, in favorem Philippi Regis, & ob Plebis tumultū scandum ante cujus adventum regius exercitus, Antonium Nothum depulit, Regem à viatori Plehe nominatum, idem excitat Lusitanos in Turcas, & Albertum Austriacum per biennium designat, in Lusitanos à latere Legatum.

Rediit ad Lusitanis Reges Portugallia, at bella horrida exorts, at de Cle mente Nono Ciaconius scribit. Desideratam pacem tandem cum Hispano compositam

excepit, & spirituali Populū penuria laborantem recreans attributis Episcopis quibus jampridem carebat, & Ecclesiastica Disciplina imperata, cūmque Alfonso Regi abdicato Regimine Petrus ejus Frater unamini totius Gentis consensu ad Regni gubernacula, & Successionem adscitus, ejusdem Alfonsi Uxori⁹ sibi matrimonio junxit prioribus Nuptiis eo nomine solutis, quod maritus iisdem natura imparem, magni ex re motus, & pericula & diffidia metuebantur, nisi Clemens cura cogitatione sibi assumpit, adhibitis Virorum doctissimorum Consilii filium invemisset ex eo labyrintho egrediendi salva Ecclesiæ Disciplina. Et post Petrum Ferdinandus, Petri Successor initio rem habuit, cum Henrico Notho Castellani, sed Papa interveniente res est placata. Denique coronat Reges omnes, nunc feliciter regnans, qui sub Clemente Undecimo, misit sex validissimas naves, & quidem geminata vice, maximē Turcas formidabilēs, & Patriarchatum Ulypponē Archiepiscopo promovit, & alia plura Privilegia, pro qua re extat Bulla Clementis, sub Innocentio Decimo Tertio, magna exultatione repletur, cum in Portugallia Nuntius extitisset, & foret Cardinalis Regni Protector & Regis magnus Panegyristes. Is in Lusitaniam Romam transfluit, & Vaticanum Templum & Palatium, & magnificentia præclarissimum. Thesauros Roma profudit, & per subditos suos Roma Ecclesiās ditavit, & in amplam formam restituit, libris Roma, & ex omnibus Terra partibus extractis, & Bibliothecam amplissimam, & ampliorem mentem ditavit. Non minus charus regnanti Pontifici, qui & Patriarche munera misit, caput & pectus ornatū, & prosequitur novis insignire Beneficii.

## C A P U T . Ultimum.

*Venerorum Respublica.*

**E**X infelicitate Attila scribit Baronius, felicissima jacta sunt fundamenta, ut divino planē nutu accideret, ne Italia relinquaretur sine republica, quæ olim florētissima, dominantum vi oppressa jam cum Imperio collabente profrus videretur extinta. Hoc ab initio penè tota, nobilissimis ora natalibus, non ut Roma à vili turba Pastorum, primum salutem suam debuit undis, mox Leonis Pontificis auxilio, ab Attila liberatur in Pannoniam reverso.

Floruit ea res publica, non minùs Dominio quam Religione, Romanos Pontifices latè venerata, solum sub Vigilio restituit Pontifici, in causa celeberrima trium Capitulorum, & Veneti contra Quintam Synodum, auctore Aquilensi Concilio, ut opera Romanorum Pontificum Pelagii, Gregorii, & aliorum, pacem Ecclesiæ sunt amplexati, ut scribit Anastasius Bibliothecarius in Sergio, ubi

ubi ait rediisse Aquileientes ad unitatem Ecclesie, qui prius errantes prius sub erro-  
ris vita tenebantur. *Hujus temporibus Aquileiensis Ecclesia Archiepiscopus, & Synodus que sub eo cangregata est, qui Sanctum Quinque universale Concilium, "upote errantes suscipere diffidabant ejusdem beatissimi Papa monitis, atque Doctrinis instruilli convergiunt, indeque venerabile Concilium cum Sotisfollione suscepserunt. Et qui prius sub erroris vita tenebantur Doctrina Apostolica Sedit, illuminati, cum pace consonantes veritatis ad propria relaxatis sunt, ubi video Venetos cum Synodo Aquileiensi monitis Papae & Doctrinis instrutas, Doctrina Apostolica Sedit illuminatos ipsi consonare veritatis, & Concilium agnoscere legitimum, ex sola Papae Doctrina, quamvis contraria fuerant Galli, Hispani, Istri, Ligures, & alii.*

Eodem tempore cum Imperator Orientis Gregorium Secundus persequeretur ad mortem, & jam sepè ipsi tentat vitam auferre Veneti ex Anatasio sunt auxiliari: *Igitur permoti Pentapolenis, & Venetorum exercitus iussioni Imperatoris responderunt, & nunquam se ejus Pontificis condescendere nec dicebant, sed quod pro ejus defensione viriliter decerterent. Ita subdit Baronius ingenti praestantique animo Veneti licet terra, marique essent proximi Imperatori, a quo deleri timere potuerint, suis adhuc viribus non adeò fortes pro Pontifice certamen inire adversus ipsum a liquo modo præsumerent. Sed ubi pro Religione scirent esse certamen cuncta ei posthabenda merita censuerunt. Sie enim crevere Respublice, cum Religionem ceteris omnibus prætulere.*

Anno 630 scribit Baronius. Hoc anno Honorius Papa dejecto Fortunato hereticus Gradeni Patriarcham subrogavit in ejus locum Primogenitum, quod extat in M. S. Andrea Danduli, & Papa eam vocat *Christianissimam Rempublicam*, & merito cum reliktis Schismatis, Romanis adhaesisset Ecclesie, pateret Episcopum a Papa, ideoque Gradeni Ecclesia Aquileensi non cedens, Patriarcham habuit & pallium, quod extitit Aquileensi maximò ingratum, & Seminarium inter ipsos rixarum, ob zemulationem, & invidiam Aquileiensis, ut testatur Gregorii Secundi, & Tertii Epistole, & Patriarchatus ille non à Schismaticis ut Aquileiensis, sed à Legitimis Pontificibus Veneti derivant, utpote semper parati, infugere in Longobardos teste Gregorio Undecimo. Hic scriptis dilecto Filio Urso, ut Ravennam restituerent, & Exarchatum quod memorant ultra Papae Epistolam, Scriptores Veneti cum Andrea Dandulo, ubi Baronius ponit tubas in manu Sacerdotis, & Venetos victores celebrat. Quod factum evidenter indicat, se subjectos non extitisse Grecis, cum sponte sua id egissent non Papæ fas, neque Gallis cum Carolus Magnus, occupatas tres insulas à Pippino redderet, & Venezia tunc Rivoaltus nuncupata, nulli un-

quam subiacuerit, ideoque inter Respublicas Virgo.

Vicilium ad Stephanum Papam, Legatos As.726. Veneti misere, & ipso defuncto ad Hadrienum, Gradenum Antititem Magnum Presbyterum, atque Constantium Tribunum, adversus vexationem Joannis Episcopi Aquileiensis, Longobardorum auxiliis fulto, Episcopos Istriz à Gradeni Patriarcha, latè alienare studente contra præcepta Romanorum Pontificum etiam præcessorum, quem Adrianus censuris deteruit, & Episcopos suo Patriarcha restituit & rufus. Cum intè hæc iidem Veneti ex S. C. ab eodem Hadriano Pontifice Rivoalto, ubi ipsi Populi frequentiores convenerant Episcoporum petiere, primusque Antites illi datus Obeliaetus nomine, Filius Eneagri tribuni, ut narrat Sabellius Libro Octavo Æneadum.

Post hoc Gregorius Septimus Sanctissimus cap. 8. mus, magnis Elogiis Venetos condecorat, ubi hortatus ut Ecclesia Gradeni subveniant. Scitis eam quoniam premulis Terraram paribus, Divina dispensatio Terram vestram Patriarchali bonore sublimavit, cuius dignitas coenititia ex sui ipsius nominis, & officiis prærogativa adeò augusto & rara est, ut non amplius quam quatuor in toto Mondo reperiatur. Et mox. Unde post Apostolicam Sedem omnibus, que sunt in Occidente Gentibus clariores extitisti. Et S. Petrus Damianus ob S. Marci Corpus vocat Sedem Apostolicam. *Ipsa quendammodo Sedes Apostolica fieri invenisti. Adeò post Romanam in Occidente est prima.*

Nec in Occidentis oris solum, sed in A.1123. Oriente clarissima fulsit. Quod ad res pertinet Orientis narrat Baronius, cum jam capto in itinere à Turcis, Baldvino Rege Hierosolymorum, Iucetuoso admodum effet status Christianorum, Dei misericordia factum est, ut inexpectato clavis Venetorum adventu, res in meliorem statum statim collocaverunt, cum videlicet Veneti suo advento Egyptiorum classem infestantem littore Palæstina apud Joppem in obsidione ejus Civitatis repartam, quamvis navibus superiori magnis animis aggressi gloriösè vicebant, ex qua victoria ingentem sibi, immortalaque laudem pepererunt. Quis magno amore ab indigenis accepti ut Liberatores Terra Sancta Hierosolymis dignè fune habiti, plurimisque Privilegiis aucti, quorum diploma adhuc integrum fiat apud Tyrium. Et mox. Porro eorumdem Venetorum auxilio capta est anno sequenti Tertio Lib. 12. Kalendas Iulii Tyrus inexpugnabilis Cl. 21. 22. 23. 25. vici, adeò promovente Sede Apostolica, inexpugnabile Veneti expugnat.

Celeberrima Alexandri Tertii Historia, nobis est ad Venetiarum gloriam repetenda, ubi Papa non mentito habitu ait Baronius, sed triumphantis more est receptus, tot tantisque exhibitis erga eum Officiis, impensis dignis obsequiis, effusa munificentia Christi Vicario, Gloriam dignè promeruit.

Postea describit iter Alexandri, & appilsum ipsius ad Jaderam subdit. *Anno igitur sis  
Pontificatus Decimo Octavo, X. alias XI.  
Kalendas Aprilis Indictione Decima Beatus  
Pontifex Alexander cum ingenti honorificen-  
tia Venetas primùm intravit, occurrente sibi  
Duce cum Patriarcha super rivoalio deducto,  
prædictus Magdeburgensis Episcopus, cum  
electo Wormaciensi Protonotario atque acce-  
serunt ad eum dicentes. Dominus noster Imper-  
ator cuncta, que inter vos, & eum de pace  
nobis mediatis Tractata sunt, & conser-  
pta paratus est adimplere. Sed in Civitate  
Bononiensi, quam ejus Principes nimis habent  
suspicem conuenire nullatenus potest. Unde  
Clementium ipsam vestram suppliciter exora-  
mus, quatenus alium locum ipsi, & vobis con-  
gruum Ravennam videlicet, vel Venetas eli-  
gere satragatis. Quibus Beatus Pontifex con-  
flanter sine mora respondit. Dux est quod me-  
diantibus Fratribus nostris, Humbaldo O-  
fisiensi Episcopo, & Rainerio Diacono Cardi-  
nali, cum Lombardis Imperator convenit, ut  
ipse in Imola, & nos in Bononia debeamus  
pariter conuenire. Ideo nos abh[ic]que Lombardis,  
& Confilio Fratrum nostrorum, qui circa par-  
tes Bononia nocturni præfoliatur adventum  
locum ipsum mutare non possumus, nec debe-  
mus. Si ergo minime dispergit, quod prius  
sibi sponte consensit, sibi debet non nobis ta-  
lem conditionem sepe postiam impetrare. Ve-  
runtamen ut inceptum bonum pacis ad des-  
ideratam confiniamonem celerius voleat ope-  
rante Domino pervenire, nos usque Ferrariam  
sine mora venire studebimus, quatenus ibi  
cum Fratribus nostris, & Recloribus Lombar-  
dioribus deliberare, & eligere plenariè possimus,  
quod pro utraque parte congruentius fuerit fa-  
ciendum. Quod verbum quia Legatis bene  
complacuit, per Lateras Apostolicas universis  
Episcopis, & Recloribus Civitatum Lombar-  
dica mandavit, ut in Dominica Die Passonis  
ad ejus presentiam in ipsa Civitate Deo fa-  
rente conueniam. Interim verò cum turba  
multa irruerent in eum, & ex Civitatis  
circumpositis multitudine Nobilium properaret  
ad ejus presentiam, ut viderent illum, &  
audirent tanquam Angelum à Deo missum, di-  
gnus duxit in proxima Dominica lecture Je-  
rusalem ad Ecclesiam B. Marci solemnia mis-  
sarum celebraturus accedere. Indutus ergo  
sacris uestibus, & de consuetudine auream  
serens rofam cum Episcopis & Cardinalibus  
ad Altare maius processit. Post Evangelicam  
Lectionem Populo Dei ex diversis partibus  
congregato pastoraliter predicavit. Et comple-  
tis Missarum Officiis Rofam, quam detulerat  
Duci Venetiarum; insignum gratia. Sedit  
Apostolica contulit. Et mox. In eudem quo-  
que Septimanam cum gloriose galeari exercitu  
(quod erat delectabile visu,) exiuit Venetiis,  
& per sauces Padi ascenderunt cum gloria, &  
honore venit in Civitatem suam Ferrariam.  
In sequenti verò die principales Personæ, que  
inferius annontantur ab utraque parte, ad pra-  
sentiam Pontificis convenerunt. Et eos enu-  
merat, & concludit Pontifex cum Nuntiis:  
Regis Sicilia Venetas in hunc modum elegit.  
Ut si Dux cum Populo Veneto juratorium  
cautionem præstaret, quod antequam pax fir-  
miter confirmata est sine consensu Papæ Im-  
peratorem intrare Venetas nullatenus per-  
mitterent, & videntes illos sine redēntes  
nullo modo impidirent, tunc pars utraque ad  
locum ipsum accederet, quod ad verbū Ponti-  
ficiū factū est. Exiuit ergo Alexander Pa-  
pa Ferraria cum Episcopis, & Cardinalibus  
Septimo Idus Maii, & sine mora Venetas  
removit, cuius vestigia partes utraque cele-  
riter sumi subsecutæ. Constituit itaque Prin-  
cipibus & Lombardis in conspectu Principis de  
reconciliatione pacis inter alterruos trahere  
cōperunt. Sed quis de fœdis maxima inter  
eos controversia vertebatur, & pax Ecclesia  
absque illorum pace, quia cum Ecclesia coura  
Imperium firmiter fieri non debet, tractatus  
ipse multis interventionibus inductis usque ad  
Apostolorum Petri & Pauli Octavas processit.  
Eo igitur die pax Ecclesia in ea forma, que  
de consensu partium ordinata fuerat, & scripto  
firmata de consensu Principis, qui præsentes  
aderant Imperatoris assensu est roborata. Pax  
quoque Siciliæ Regi proximis Kalendis Augu-  
sti usque ad quindecim annos eodem modo ap-  
probata est. Super quibus charta hinc inde  
concorditer facta, & à singulis partibus, in  
bona voluntate recepta fuit. Quibus ita pe-  
ractis ad instantiam Principis Imperatori li-  
centiam dedit Pontifex, veniendi usque Chi-  
giā, quatenus in loco ipso à Pontifice parum  
distante, constitutis in ejus præsenti Cardinalibus illis, & Principibus, qui cursum  
pacis, & treguarum sevè jam consummaverant,  
cum ipsa Imperiali Auctoritate Domino coope-  
rante, plenum fortis retur effectum, & immu-  
tabile firmamentum. Venit ergo illuc Imper-  
ator, & ad ejus præsentiam Cardinales &  
Principes pariter convenerunt, omnia que de  
pacis bono ejus consensu fuerant, ibi concor-  
diter transfacti ostendentes. Auditis itaque  
omnibus, qng gesta fuerant, & plenariè in-  
Serm. 4. de Collect. Eleemosyn. Prosper Lib. 3. de Vita Contemplativa. Primus in Cap. 1. Epist. ad Rom. & ibidem Sedulius, Fulgentius, Lib. 1. ad Memonum, Gregorius Magnus in cap. 2. & 7. Lib. 1. Regum, & alii Patres passim communiter. Quod consonat Scripturam, Ezechiel. *Elevatum est Cor tuum in decore tuo*, Isaiam. *Destracta est ad inferos Superbia tua*, & de Superbia loquens Tobias Senior. *In ipsa enim sumptu iniit omnis perditio*, & in eos Textus Interpretae unanimis, & Verba ipsa Superbiam spirant, super Altra Dei exaltabo fulgium meum, & si in Tormentis voluit adorari, Si cadens adoraveris me quid in Delitiis? & Michael reprehendit. Quia ut Deus? Quo vero fuerit culpa Superbia & Species, non ea fuit ut Deus esse vellet, quod iudicabat evidenter impossibile & impossibile effecit nequit optari, sed Adorationem, & in Homines Dominum, & primam à Christo petiit, & ab Orbe pene toto impetravit, & Angelus bonus Demoni inimicus noluit à Joanne adorari, vide ne feceris conserva tuus sum, & quis ut Deus adorandus? Alterum genus Superbia est Dominium, unde Christus promisit omnibus Regna Mundi, & indicant ea Verba, exaltabo fulgium meum, & bellè ad rem nostram Augustinus, Quasi quodam tyrannico fato gaudere subditia, quam esse subditus eligena de Spirituali Paradiiso cecidit & B. Gregorius in Libris Moralium, Quid jus perverse libertatis appetit, ut praesertem ceteris, & alii passim Patres, quod ex Scripturis deductus ubi fulgium deseritur vel ponens sum ad Aquilonem, vel in corde Maris, *Elevatum est Cor tuum*, & dixisti Deus Ego sum, & in Cathedra Dei sedi in corde Marii, Et rufus. Elevatum est Cor tuum in labore tuo, ubi Dominum robore extendero volebat, & rufus. Sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonia & deseriberae sicutirent Dominum Orbis; Quomodo cecidisti in Terram, qui vulneratus Gensis. Et rufus. Numquid iste est Vir qui concurbovis Terram? Quia vero ratione traxeris tertiam partem facile est, cum divisor & imperium cum conjuratis, sicut etiam tertia pars sequebatur Pompeium.

Gravissima difficultas est, quod Angeli sunt incorporei, cum multi Patres corporeos appellant, Ambrosia, Hilarius, Tertullianus, & alii antiqui; & frustra aliqui respondent illos Platonismi Philosophiam sectatos, quippe Ecclesia Doctorosa nequeunt, Platonio Exores vendere pro veris Ecclesia dogmatibus. Frustra cum Petavio sustinuit hanc nos esse Heresim, quippe adhuc Ecclesia Patres censurant; & Heresi proximos concilium. Expendenda sunt ergo Scriptura & Patres, Primus ergo Paulus ad Fieb. cum Psalmista sit. Qui facit Angelos sui spiritus, & Paulus solus. Nonne omnes

fuerint administratori Spiritus in Ministerium nisi propter eos qui hereditatem copiante salvati, Et ante Discipulum Magister. Cum Lec. 11. immundus Spiritus exicit ab Hominine, & in ipsius Via idem Evangelista. Et qui vexabuntur a Spiritu immundis curvantur, & in Apocalypsi sunt septem Spiritus & alibi; At Spiritus ex genere suo opponitur Corpori, sic ratiocinante Christo ipso. Vide Lec. 24. Monstrum & Pedes quia ego ipse sum, palpat & videt quia Spiritus Carnem & Officium habet, sicut me videtis habere, & ad Ephesios sexto. Non est nobis colluctatio adversus Carnem, & Sanguinem, sed adversus Principes, & Potestates adversarii Mundi Rectores senectuarum barnarum contra Spiritualia nequicie, ubi Spiritum opponit Carni & Sanguini, & Christus opponit Homines Angelis. Non subent neque nabentur sicut Angelii Dei. Et. Luce Octavo legio Daemonum, in unotantum stabat oblesso, ubi corpus naturaliter est extensus, nec corpora se se penetrant. Post Scriptoram est & Traditio. Et primo Ecclesia Hereticis enumerat, donantes Corpus Angelis ut Sethianos dicentes Angelos, in corpora missos ob peccatum, sic Claudio Mamertus agit contra Faustum, Animas & Angelos credentem corporeos, & pro Anima Patres ejus & Philosophos, & Concilium Lateranense sub Innocentio III. Firmiter credimus & simpliciter confidimus quod nulli solus est verus Deus. Et mox. Creator omnium invisibilium & visibilium, Spiritualium & Corpororum, qui sive Omnipotens Virtute suae ab initio temporis extrahens de nihilo condidit creaturam Spiritalem, & Corporalem, ubi propriè loqui debet Concilium, in professione principis fidei, & Corpus opponit Spiritui, & sicut propriè loquitur de Anima, sic & propriè loquitur de Angelis, denique Pius II. apud Cocciam, Nec subiectam corruptionem Angelicam Naturam arbitramur, in qua non est materia, qua separari possit à forma.

Acedunt & rationes Mamerti & aliorum, qui ante Pinu Secundum fert Philosophos, evincentes Angelos & intelligentias incorporeos. Evincit ut Imagines Dei Spiritualia, ex eo quod sunt illorales, plurimi in parvo, inextensi locum non occupantes, & alias multas rationes, quas etiam fert Philosopher appellantes intelligentias, & mentea eratas.

Progradimur & Ratione & Traditione ferre, ex Ecclesia Patribus in hoc non suspeclis. Adest Nyssenus de Oratione Dominicana. Quod autem dico tale est omnis Creatura rationalis partim in incorpoream partim in corpoream Naturam divisus est. Est autem Angelica quidem incorporeo, altera vero species nos Homines sumus. Atque illa quidem que incorporeos cum sic sola mente comprehenduntur, & repetit & contra Eunomium, vocat incorpoream naturam: Adest Nazianzenus Or. 34 exprefat. Hic dicendi finem faciens, nec ultra res eas, qua materia conflantur verbisque cor-

## 624 De Deo Creatore; & de Angelis.

*corporis cernuntur Orationem diffundentes.*

*Et prosequitur. Spiritus porr acque agit Angelus appellatur, quia intelligenti natura est pradius, ubi ex professo de Angelorum*

*L. 1. c. 1. Spiritualitate, quod & agit Eusebius de demonstratione Evangelica, ubi describit creaturas. Incorporeas videlicet quasdam, atque intelligentes & Divinas Potestates Angelosque, atque Archangeli, materizaque experta, & ab omni parte puros Spiritus ubi vocat materia experte & puros Spiritus, & Libro septimo de Preparatione Evangelica fuse probat vel ex Scriptura, & apud Sozomenum docet Homousion dicit in rebus spiritualibus, quales sunt Deus, &*

*L. 1. c. 18. Angeli; Adebat Theodoreetus in Genesim, ubi vocat naturas Sanctas & incorporeas, utpote a corporibus prorsus liberatas, &*

*L. 2. c. 19. rursus in Librum Exodi. *Incorporeas Naturas cibo non indiget, ubi Manna est cibus ab Angelis paratus. Adebat Athanasius de communis essentia Personarum trium divinarum. Angelus est expers materia sic Ephrem de iis qui scriutari volunt natum Verbi. Invisibilis est Natura conditionis Angelica, sic Cyrilus Alexandrinus contra Julianum vocat, Virtutes sanctas, ac Rationales. Adebat**

*Ora. 27. Chrysostomus ad Caput sextum Iesu. Separabim Spiritus dicuntur, Virtutes incorpo-*

*Fp. 93. res, sic Joannes Raitu apud Climacum, I. 2. c. 2. sic Leo ad Thiribium vocat Spirituales & di-*

*versas ab omnibus corporeis, sic Gregorius*

*Fp. 53. Magnus Quarto Moralium. Angelus namque*

*solumente Spiritus, Homo verus & Spiritus & Cor, & rursus docet Angelos aliquando assumere corpora ex aere; sic Hieronymus sit Homines, futuros similes Angelis non Angelos quippe corporeos & Homines, sic Fulgentius de Fide ad Petrum Cap. tertio, denique ex professo Author de Calestii Hierarchy vetus, & Claudiu Mamertua Libris tribus.*

*Quod precipuum est addicti in contraria nostram tuerunt Sententiam. Ita La-*

*etantia in Divinis Institutionibus Angelos inter incorporealia constituit, & fuse ponit*

*dictionem inter Angelos & Verbum, dicena esse Spiritus ad Ministerium, sic Tertullianus in Apologetico. Omnis Spiritus ales &*

*bic Angelii & Demones, sic Justinus Dia-*

*lego cum Triphone, Operationes corporeas in Angelis exponit dicenda Metaphoricè,*

*ubi Patres isti dicentes Angelos dixisse U-*

*xores, exponunt se Metaphoricè in Corpo-*

*re assumpto, quod ex Tobia defumpere, videbar traducere. Ita Cassianus dicens*

*solum Deum incorporeum se exponit,*

*quippe est ubique & omnia penetrat, & ali-*

*bi. Spiritus generali nomen incorporeum*

*appellat, & Damascenus in eodem prorsus*

*textu de Angelis. Hi enim permanens istò Intellectu-*

*sant & incorporeæ satira. Incorporeas autem dico comparataem ad Materie*

*erugam, nam sicut revera Deus imate-*

*riolis & incorporeus, ubi dicit permane-*

*stum id est. Ita Basilius de Spiritu Sancto,*

*vocat ignem sed immortalem sicut & alii*

*Patres. cum Cesario Dialogo quarto, & Homilia nona ex undecim de Diabolo. Natura autem ipsius incorporeas est secundum Apofolium dicentem. Non est nobis colluctatio*

*adversari Carnem & Sanguinem, sed adver-*

*sari Spiritualia nequit, & Libro quarto contra Eunomium docet, Angelum Corpore carentem. Ita Augustinus secundo de*

*Trinitate ait. Assumentes corporalem speciem de Creatura corpoream, ut usum misericordiæ sui sicut atque ipsi est, aut ipsam Corporeum suum cui non subduntur sed subditum re-*

*gnat, ubi assumunt corpoream speciem Ideoque non habent, & vocat Corpus suum*

*assumptum ex aere puro, quod non convenit Daemonibus in aere infecto. Et Libro*

*octavo de Genesi ad literam, probat Ange-*

*los Spirituales. Creatura ergo Spiritualis & Intellectualis, & hanc qualis Angelorum est; & capite vigesimo sexto & alibi.*

*Ita Origenes Libro primo Periarcheo vo-*

*cet. Incorporeas, Spiritualiæ Virentes, sic sapè Libre secundo capitè secundo, in Genesim Homilia prima & sibi. Ita Hilari-*

*na Canone quinto in Matthæum. Omnes*

*quod creatum est in aliquo sit necesse est, ubi*

*extra rem fertur, cum sumat corporum, pro*

*esse in Loco determinato, tamen sumit cor-*

*porum respectu Dei, aliquin incorpo-*

*rum è Deo distinguit. Denique septima*

*Synodus expressè assert, Angelos Spirituales*

*pingi posse eo quod in corpore appa-*

*ruerint & sint circumscripti. Adeò non una*

*quidem est in contrarium. Nec obstant ut*

*vidimus quod nuperint, cum sit expressè*

*contra Evangelium, non nubent neque nu-*

*bentur sicut Angeli Dei, & Augustinus è*

*evidenter evinuit ex textu, eos Hominea*

*fuisse & Filios Seth, & Homioea constat*

*sapè vocari Angelos, & Angelos longè an-*

*te peccatum Adam non post plura Secula. Nec rursus contrarium est*

*placari Psalterio, quippe ea res facta erat,*

*& Oratione conjuncta, ut Ecclesia sacro*

*Sono expellit, & exorcistis. Denique non*

*habent corpus ullum nec arium cum ex Pa-*

*tribus illud nesciunt cum vocent incorpo-*

*reos, cum penetrantur quod in aere heri-*

*nequit, cum opponant corpori Patrea adduc-*

*ti, & alii; Damascenus Libro quarto de*

*Fide, capite tertio.*

*Unum migum est Spirituales igne torque-*

*ri veria sed miris modia ex Augustino, non*

*ergo sola apprehensione que vera non est,*

*nec aliquis sola opinione sit miser, & An-*

*geli Sapientes sunt nimis ut decipientur.*

*Primum ergo facilè solvitur hic nodus, De-*

*monem alligari Inferia. Et appreendi*

*Draconem Serpentem antiquam qui est Dia-*

*bolus & Satanus, & ligavit eum per annos*

*Mille, & misit eum in Abyssum & Clausit*

*& Signavit super illum, ubi clare vides ali-*

*gationem, quam horrent vel ipsi Leones,*

*& Tamerlanes in caves posita, & lis pre-*

*cepit, qui petrigran Terram & Calos. Al-*

*ter*

ter facilis modus est ignem torquere , sicut aqua mundat Animam , estque auctoritate cum actione torquendi , cum ignis sit violentissimum agens . Alter perspicuus modus est , alligatum esse mentem Daemonum , ad cogitandum ignem , seu in igne Manum Dei gravissimam , & ad alia pauca objecta restrictam , quod omnia tormenta superat , in mente cogitare vel infinitum & vel unico actu mille objecta . Id explicat S. Scriptura Phrasis . *Quis vestrum habitabit cum igne devorante?* ubi ignis devorat Daemonem , ubi totum absorbet Diabolum , sicut catus Jonam devoravit & Leones accusatores Danielis , quod & natura violentissimi supplicii , secum ferre videtur , cum nil aliud cogitare possimus ; nec consolationis ipsius simus capaces , quod accedit patientissimo

*Job. 33.* Cap. 2. Job & amicis . *Et federant cum eo in Terra septem diebus , & Septe nobilibus & nemo loquebatur ei Verbum , videbant enim dolorem esse vehementem , adeo in vehementi dolore , nec loquitur patiens nec audit , & cogitur dolorem suum agnoscere , & sentire quotidie se mori , imò cupere mortem latè fugientem .*

Ex his sequitur Angelos immortales , & quidem per naturam existere , cum non habeant principium corruptionis , nec obstat dici de Deo . Qui solus habet immortalitatem , solvunt enim cum Hieronymo Patres , Animas & Angelos habere participatam , & ita aliquando dici per gratiam Creationis , Deum vero per Essentiam esse immortalem .

*Hab. 1.* Isti omnino mittuntur ex omni ordine . Nonne omnes sunt administratorii Spiritus in ministerium missi propter eos , qui hereditatem captiū salutis , ubi Paulus loquitur de omnibus profusis . Et adorent eum omnes Angeli Dei , & Nyssenus Libro primo contra Eunomium eos qui canebant . Trisagium docet esse missos propter salutem eorum qui salvantur , sic Bernardus Sermone de S. Benedicto , idem docet de Cherubim & Seraphim , sic Cyrillus de recta Fide ad Regionas , sic Hieronymus in Cap. sextum Ifaiae , Chrysostomus in cap. primum ad Hebreos . In contrarium est Gregorius in Moralibus , ubi docet Angelos majores non mitti , & aliud esse afflisteri aliud mitti , at primum alii Patres sunt oppositi . Athanasius vocat assistentes & missos , Hieronymus quomlibet ait de Cœlo assistenter ante Faciem Dei ad Hominum utilitates mitti , & præter Patres loquuntur Scripturæ , sic Raphael unus ex septem mittitur ad Tobiam , Gabriel ad B. Virginem , sic Michael ad Regem Persarum , & dicitur unus de Principibus primis , & concusso mari descendit de Cœlo , & significavit in Apocalypsi quæ oportet fieri cito , metum tollit Danieli , & Gregorius ipse se exponit . *Et quoties mira virtutis aliiquid agitur Michael mitti perbibetur , & ante dixerat , Archangelos ad magna mitti , non mittuntur ergo majores ordines nisi extraordinariæ ad magna .* Nec dédebet Angelos

primos & Seraphim , ad Hominum Custodiā destinari cùm ad hanc destinatus sit Christus , Filius Naturalis non Servus . Qui propter nostram Salutem descendit de Cœlis .

Ex hac veritate & alia insertur singulis Hominibus Angelum assignari cùm omnes sint administratorii Spiritus , & Christus ipse de pueris . *Angeli eorum semper vident Ma. 16.*

*Faciem Patris Mei qui in Cœlis est , ubi sunt Angelii eorum Puerorum , & liberato è carcere Petro . Illi autem dicebant Angelus ejus est , ubi Angelus Petri dicebatur , & Ecclesia tunc credebat Angelos assignatos Hominibus . Et de omnibus justis loquitur Psaltes . Angelis suis mandavit de te , ut custodiant te in omnibus Viis tuis . Et isti & alii textus citantur à Patribus . Ipsorum aliqui cum Chrysostomo certum dicunt .*

*Hic manifestum est quia omnes Sancti Angelos habent , nempe ex textu allato Matthæi , Alii cùm Hilario fusè proponunt . *Pufilorum enim Angeli quotidie Deum vident .* Et mox . *Et Angeli Pufillorum presunt fidellum Orationibus ;* & Bernardus fusè in psalmum qui habitat , & Magnus Augustinus in Soliloquies . *Magna cura & vigilatio studio adsunt nobis omnibus horis , & curas fusè calamo describit , & cum Augustino concors Hieronymus . Magna dignitas animalium ut unaqueque habeat abortu Nativitatis in custodiā sui Angelum delegatum .**

*Vnde legimus in Apocalypsi Joannes Angelos Epibei & reliquarum Ecclesiæ scribe Sc. Apostolus quoque precipit velari capita in Ecclesiæ Feminarum propter Angelos . Nec dicas Deum per se custodiare , nam dat gratiam & virtutes , at per Angelos juvarè mille probant Scripturæ . Et Chrysostomus omnibus dari Angelum , melius necnon D. Paulo evincit de ipsis laudibus . *Si enim propriam Hom. 7. vitam regentibus tantummodo , nibilque pro communi utilitate facientibus Angelis ab omnium Domino deputati sunt , sicut ait unus ex iustis , Angelus qui eruit me à juventute mea , multo magis bis quibus totius Orbis cura commissa est , taliumque donorum onera portantibus virtutes adjunt supraea .* Quæ ratio de Papa evidenter predicatur . Et Origenes probat ex Scriptura illa Angelus Petri est & subdit . Similiter ergo intelligitur esse & alias hom. 11. Pauli Angelus , sicut & Petri , & alias alterius Apostoli , & postea subdit alios . *Adest in Psal. unicuique nostrum etiam minimis , qui sunt 33. G. 8.**

*in Ecclesia Dei Angelus bonus , Angelus Domini qui regat , sic Basilius fusè describit in Psalmis , & Libro tertio contra Eunomiū , & Libro de vera Virginitate , & Theodoretus Quæstione tertia in Genesim . Primasius in Cap. 1. ad Hebreos , Gregorius Thaumaturgus in Panegyri ad Originem , & multi alii & dari constat etiam Infidelibus , cùm datur ipsis ut Hominibus , ut & ipsi hereditatem capiant salutis .*

Ad altiora concendimus , & mentem ipsam Angelorum intuemur , & primò con-

stat ipsos futura non cognoscere Annuntiate quæ ventura sunt, & ego dicam Dii estis vos, & Prophetæ testes sunt Divinitatis; & inclinations & astra dant conjecturas. Constat cognoscere per imagines universales, cùm sit major perfectio, & dispersa in inferioribus uniantur in superiori, easque imagines à Deo recipere, cùm dicitur Angelus ab Ezechiele. Tu signaculum similitudinis plenus Sapientia & perfectus decoro in die quo creatus es, & quia medius est Angelus inter Deum & Hominem. Nec obstat illud ab Ephesio tertio. Ut innoteat Principatus & Potestasib[us] per Ecclesiastis multiformis Sapientia Dei & illud Hieronymi Angelos multa didicisse ab Apostolis, quippe supernatura omnia non sunt revelata, sicut nec dies Judicij utpote indebita. Sic etiam ignorant Angeli voluntatem Dei, & sibi invicem resistunt pro locis & Hominibus, unde Isidorus Hispaniensis lib.

*Cap. de septimo originum. Quod Angelii & Locis Angelis & Hominibus presint per Prophetam refellatur Angelus dicens. Princeps regni Persarum resistit mibi. Unde Angelii vel pacifici cum Angelo pugnauerunt.*

Omnia ergo revelata sunt naturalia, praeter futura & secreta cordium, ut de secretis arguimus contra Scotum, Henricum, Herreg. 8. veum & alios de Deo. Tu solus nosci corda omnia, si solus Deus non Angelii. Et rursus. Tu solus nosci Corda Filiorum Homi-  
*Ter. 17. num. Et iterum. Prorum est Cor Hominis & infirmabile quis cognoscet illud?* In quem Locum Hieronymus nullus cogitationum secreta cognoscit nisi solus Deus, & ex cognitione Secretorum Deum deducunt Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius, Beda, & alii, nec valet responsio Scotti, Deum cognoscere ut Judicem. Scrutans Corda, & probans renes, quippe haec duo Pstres distingueunt, ita Tertullianus contra Marcionem provocat iphus Deum, ut & futura prænuntiet & secreta  
*1.5.2.15. Cordis revelet, ita Isidorus Pelusiota. Que cogitatione voluntur nec Diabolo cognita, hoc enim Divine dominatam potentia, que*

*1. 3. ep. 156. Corda nostra singillatim fixit, peculiare est sic & alii, & foret argumentum inutile ad Divinitatem, cum responderent Judex, sci-  
vise à Diabolo, quem habere non semel di-  
litabant. Addo voluntatem Dominum sui*

*1. Cor. ii. 27. & Propheta ex Apostolo ad con-  
vincendos infideles aperte est locutione lin-  
guarum & Propheta versatur etiam circa  
occulta, & Angelii ex Patribus non nisi, cor-  
dis dispositiones cognoscunt, nec obstat ar-  
cana haec Angelis proportionata, & præ-  
sentia, quippe nullam habent connexionem  
cum effectu, cùm voluntas libera possit  
utrumque, & sapè in Christo deceptus est  
Dæmon, putans de communi Fæmina gene-  
ratum, non speculiter genitum a Virgine,  
cùm voluntas sit Domina sui actus. Nec  
obstat responsum illud hoc spectare ad Pro-  
videntiam Dei, quippe Dei Providentia*

Naturalis se se accommodat existentias rerum & Naturæ.

Ex his soluta est alia difficultas ex Angu-  
fino, quomodo Angelii colloquuntur, &  
solutio facilis est cum sua produc secreta  
ut vel in Hominibus constat respectu Da-  
monum.

Ab Intellectu ad voluntatem progredi-  
mur, & constat esse mutabilis cùm sint mu-  
tati, constat plures longè stetisse cùm ter-  
tia pars solum ceciderit, constat non fuisse  
perfectæ beatos, cùm peccare potuerint &  
peccaverint; constat non posse vera mira-  
cula facere, Deus enim est qui facit mira-  
cula facilius, & Antichristus ager miracula  
mendacia & Magi Ægyptii dixerunt digitus  
Dei hic est, constat etiam contra aliquos  
dari Principatum, In Beelzebub Princeps *Lac. 11.*  
*Demoniorum eiusdem Dæmonia, & à Paulo di-  
citur Rector tenebrarum, nec obstat illud ubi  
nullus ordo, nam in Tyrannie nullus est  
ordo, cùm subditi simul obdiant & non  
obdiant. Major difficultas est utrum sint  
inflexibilis, ut contendunt acriter Thomista,  
& certum est esse inflexibilis ratione  
status. Ubicumque ceciderit lignum ibi erit sine *Gst. 11.*  
ad Austrum, sine ad Aquilonem & aliis  
ignis eorum non extinguetur, & vermis  
eorum non morietur, & in Inferno nulla est  
redemptio. Neutra placet Sententia sed  
asserimus, Dæmones esse moraliter inflexi-  
biles non Physical, & hoc à Basilio Magno  
didicimus, ubi vocat Angelos immutabiles,  
& simul assertit id est difficile, quod indicat  
impossibilitatem moralē, & certè Patres  
vocant Dæmones obstinatos, quod non di-  
cunt de Homine damnato, & Dæmones nec  
adhuc Superbiā reliquero, nec audaciam  
qua orbe in Adamo vicere, sic Damascenus  
asserit inflexibilis quia corpore vacant,  
quod est difficile, alioquin & anima separata,  
etiam ipsa foret inflexibilis, sicut Laurentius  
Justinianus refundit in magnam ipsorum  
scientiam, cùm quo difficilē mutantur non  
impossibiliter, cùm & Salomon Sapientissi-  
mus Idolis Tempa exerexit post Dei locu-  
tionem, sic & consideratur motivorum dif-  
ficultatem inducit. Physical vero sunt libe-  
ri, & ad perseverandum gratia indigere ex  
Augustino, & post electionem & motiva  
adhuc est liber, nec objectum necessitat un-  
quam, sub ratione boni & mali propositum.  
Frustra vero fertur Fulgentius de Fide, *ep. 3.*  
quippe reducit ad Divinam Dispositionem.  
Frustra dicunt assimilari Deo, quippe est  
medius inter ipsum & Hominem, ideoque  
moraliter tantum immutabilis. Frustra fer-  
rante motiva perspensa, quippe sunt sub ra-  
tione boni & mali, & cum erravit potest er-  
rorem detegere, nec Angelus est sicut Deus  
omniscius, ut omnia simul motiva penetret  
ideoque possunt validiora succedere, & alia  
minus intensè considerat & adhuc ex Patri-  
bus indigerunt gratia non ad initium tan-  
tum, sed ad perseverandum ut etiam Dama-  
*1. c. 2.* scens de Fide affirmit, nec obstat dicere  
ipsum*

## C A P U T III.

*De Variis Dei Attributis, & Proprietatibus.*

 Um Deus sit summum Magnum, & ens ipsum, non tantū Omnipotens est & Creator, sed & plures aliae exhibet proprietates, simplicitatem, & Attributa immensi, aeterni, immortalis &c. Et varia nominibus insignitur.

Simplicitas est carentia Compositionis, quae Compositio in Deum non cadit, vel etenim est Metaphysica ex genere, & differentia, qualis est in Homine animal rationale, & hæc in Deo non invenitur, cum sit supra omnem Substantiam, & nullis includatur limitibus. Alia Physica ex Materia, & forma, qualis est in Corpore & Anima, quæ ex Concilio Vienensi est forma Corporis, vel ex Natura, & subsistentia, quæ vocatur in Natura rationali Persona, in aliis vero suppositum, alia ex partibus integrantibus, qualis est in Homine Pes, Brachium, & Caput, alia denique ex Substantia, & Accidente, qualia est partes albae, aut niger.

In hoc arguento David Dedinando, Deum vocavit Materiam primam; Anthropomorphum Deum volunt Corporeum, fictum & Monachi Ægyptii sub Theophyllo, & Stoici ex Plutarcho de placitis Philosophorum, & Gentiles numina Corpora inducent; at excludenda est à Deo Materia prima, quæ ex Augustino est propè nihilum, neque quid neque quale ex Aristotele, & ex ipsa sui Notione pars, & imperfecta, Dei Notioni omnino contraria.

Nec Deus potest esse Corpus, chm sit ex Apostolo invisibilis. *Regi Seculorum immortali, & invisiibili, & Christus ipse etiam Deus testatur Spiritus est Deus, & Paulus Atheniensis erudiens. Hic cum Celi, & Terra sit Dominus, non in manus suis habitas Temporis, nec Manus Hamanis collat. Et post plura. Gesus ergo cum fuisse Dei filius, non debemus estimare, Aut, aut Argento, aut lapidi Sculptura Artis, & Cogitationis Hominis Divinum esse simile, & rursus ante Discipulum Magister docet, Deum adorandum in Spiritu, & Veritate, & Dea. Millies vocatur Sapientia, Justitia, Charitas, quæ omnia Spiritualia sunt sine Corpore. Nec obstat Hominem factum ad imaginem Dei, & in Scripturis Deo tribui Oculos, Manua, quippe de Anima Sapiente Sermo est, & textus ipso nos erudit.*

*Ut pescibus Maris, & volatilibus Celi, Gen. 1. quod agit tantum secundum Animam, qua pescibus, & volatilibus praefat, & Manua significat Potentiam, Oculi vero notant Providentiam, quod Patres docent Augustinus citans Hieronymum. Qui fecit Amorem non audiet notas, dici non habeat Amorem,*

K k k 2. rem,

Ez. 28.

Reliqua facilia sunt vel Philosophica, ut an specie differant Angeli, spectat ad principium Individuationis, an sint in loco per Operationem cum agitur de Loco. Sunt etiam virtualiter discursivi, per unicum uenire auctum, non per tres actus formaliter ut Homines. Non tamen omnia simul penetrant. Fuere in Gratia creati, Deus describit primum Angelum, perfectum decoro, non tamen extitere Supernaturaliter Beati, cum argumentum sit incluctabile, cum beatitudine Cœlesti non stat peccatum, quæ ratione innumeræ Autoritates, allata à Thomasinò de Adam enunt, & tantum significant copiosa dona. Etiam Angeli penitentiantur. Terram ut in Job in Christo, & Patriarchis, damnati in Inferno à Deo tradidit cruciandos in Tartarum ex Iuda, in Cælo sunt Beati. Ex quo apparuit Christo Angelus de Cælo è quo tertia percedit, *traxit tertiam partem stellarum.*

Jud. 1. fragrant Terram ut in Job in Christo, & Patriarchis, damnati in Inferno à Deo tradidit cruciandos in Tartarum ex Iuda, in Cælo sunt Beati. Ex quo apparuit Christo Angelus de Cælo è quo tertia percedit, *traxit tertiam partem stellarum.*

## 628 De Variis Dei Attributis, & Proprietatibus.

rem, & Scriptura ipsa excludit has voces, non tantum vocando Deum Spiritum, sed expressè ea Verba removendo; sic exponit

*Luce 1. Dei Brachium Virgo & Prophetissa. Fecit*

*Potentiam in Brachio Suo, dispersit superbos*

*mente Cordis Sni, Et Job. Numquid Oculi*

*Carni Tibi sunt, aut fecit videt Homo &*

*Tu videbis? Et Patres cum Nysseno eas vo-*

*cies dicunt vulgares, imperitas, & Stultas,*

*quis est titulus excusati sunt ab Hæreti, Mon-*

*achi Ægypti velut omnium ignavissimi, nec le-*

*ipso quidem capientes Spirituales. Hoc*

*idem Patres evincunt rationibus. Cyrillus*

*Alexandrinus ex Christo ipso, Spiritus est*

*In ei te- Deus, & Damascenus validissime. Quo-*

*enam modo Corpus esse potest, quod infinitum,*

*& interminuibile est, & figura caret? Et*

*18.8.8. Celsianus eximiens. Itaque ut hoc quae Deo*

*Corpus, aures, Oblivionem tribuant secundum*

*Literam non absque usus Sacrae Scripturæ pos-*

*funt intelligi super eo, qui invisiibilis, infi-*

*tabilis, incomprehensibilis, simplex. Ita ca-*

*terri Patres & solus adducitur Tertullianus,*

*at ipse nomine Corporis vocat Substantiam,*

*subtilis enim quantum magis quod ex ipsa Sub-*

*stantia missum est, sine Substantia non erit,*

*18.2. quod ex professo evincent in Marcionem, &*

*18.35 de Carne Christi, & de Trinitate, adeò ut*

*18.11. Verbum unum obscurorum, per mille claris-*

*sima exponit. Hoc & Philosophi apud*

*Minimorum testantur. Quid est Deus respon-*

*det Pythagoras. Est Animus & mens ratio-*

*nalis, & haec sunt Spiritus, Thales, est*

*mens, Xenophanes Deus est infinitum omne*

*cum mente, Democritus Deus est Natura,*

*& Intelligentia, Aristoteles Deus est mens,*

*Heracleides Deus est Divina mens, Zeno*

*Deus est una mentis Providentia, Chrysip-*

*pos Deus est vis divina, rationalis Natura,*

*Plato in Timæo Deus est Mundi Paren,*

*artifex Anima, & millies docet Idæam re-*

*tum, Plotinus Enæde Nona. Est enim ra-*

*dux quædam rationis suæ Natura. Et rur-*

*sus. Et quod amabilissimum est velut Intelle-*

*ctus existens, Plutarchus de Oraculis irri-*

*der Deas Partuientes. An partos in Juno-*

*ne defecit? His addit. alios Arnobius con-*

*tra Gentes; Anaxagoram ita loquentem.*

*Descriptio, & Modus infinitus mentis dicuntur*

*Dens, Theophrastum, & Cleanthum di-*

*centes. Ad unitatem Providentie omnes re-*

*volvuntur, & Providentiam Philosophi te-*

*nent innumerari, sic addit. alios & Poetas.*

*Hesiodum, Homerum, Sophoclem, & cum*

*Grecis addi possunt Latini, eorumque*

*Principes. Virgilii. Mens agitat molem,*

*& augeo se corpore miscer. Et alibi. Denm*

*Era 6. namque ire per omnes, terraque, trânsaque*

*Maris, Cœlumque profundum, Adeo nec*

*Zeno motum sensibilem negans, potuit in-*

*visibilitem Deum negare. Adeo Poeta incre-*

*dibilia singentes, & Deos ipsos scelestissi-*

*mos, verum Deum agnoscere potuerunt.*

*Adeo communis loquendi modus Deum vo-*

*cavit mentem universi, ut antiquissimi cum*

*mentem depingere non possent in Hierogli-*

*phicis oculum depingebant, Denm vocantes*

*Oculum, & in Oculo mentem confitentes.*

*Excludenda etiam à Deo quævis compo-*

*situs, cùm una pars careat perfectione alterius;*

*& subjectum careat perfectione quam*

*recipit. Id verò definitur in Concilio Rhei-*

*meni, sub Eugenio Tertio Pontifice, in*

*Florentino, in Toletano XI, & Lateranensi*

*Quarto, ubi occiditur Deum omnino sim-*

*plicem esse, alioquin quaternitas foret in*

*Deo non Trinitas, & Deus foret limita-*

*tus, carens perfectione alienus proprietatis,*

*ubi Attributa fuerent ab Essentia, &*

*ita forent ab alio & creata, ubi in Scriptu-*

*ra, & Patribus proprietates dicuntur in ab-*

*stracto, quod rare nequit absque identi-*

*tare reali. Ego sum Via, Veritas, & Vita. Jo. 14.*

*Et Paulus gentibus Evangelium promulgat.*

*Prædicamus Christum Dei viriorem, & Dei Rom. 1.*

*Sapientiam. Et rursus. Deus Charitas est,*

*& Joannes decimo. Ego & Pater unus fu-*

*mus, & Proverbiorum octavo. Ego Sapien-*

*tia habito in Confite. Hinc Patres passim*

*docent, Athanasius contra Idola. Per eis*

*illa pœtæ Patris, illa Lux, illa Veritas,*

*illa Justitia. Hilarius octavo de Trinitate.*

*Simplex est Deus. Nazianzenus de Fide.*

*Non enim habet in se divisionem. Cyrillus*

*Alexandrinus Libro quinto in Joannem. Sim-*

*plex est Natura Dei, & Compositione omni-*

*carest. Nyssenus de Fide eximiens. Quod est*

*Substantia Dei est ipsum quod Deus simplex,*

*Damascenus de Fide etiam convincit. Quod*

*simplex Compositione, ac Corporis expers.*

*Simplex profecto est, Rufinus in expositione*

*Symboli. Deum cùm andis Substantiam in- Lib. 1.*

*stellige sine initio, fine fine, simplicem sine*

*ella admixtione, Ambrosius Libro primo de*

*Fide, Deus Natura simplicit est, non con-*

*fundit. atque compeditas, sic Athanagoras*

*Apologia pro Christianis, sic Basilius, Na-*

*zianzenus, Nyssenus & alii reputant pro-*

*prietates, sola Intelligentia distingui & tis-*

*pè Augustinus in Libris de Trinitate, &*

*Bernardus ex professo contra Gilbertum,*

*quem confutat, & irridet depravantem Scri-*

*pturas, ubi Deus dei debet verus non ve-*

*ritas, & dicuntur Sapientia id est Sapiens,*

*cùm tam id non dicatur de illo ullo Sa-*

*piente; & Gilbertus ipse dicebat proprie-*

*tates distingui, Intelligentendo nempe Per-*

*sonas, ut etiam tueri videtur Otho Frisingen-*

*sis, adeo se Judæus erat Hæreticus ad o-*

*cens. Ipsi denique Philosophi Dei Simpli-*

*citatem, & fatentur, & probant, ex eo*

*evincent Plotinus, quod nihil Deo sit ante-*

*rius, quod in rebus compositis esse non po-*

*test, & Plato Idæas à Deo ponit non distin-*

*tas, & Verbum cum Deo ipso unum, &*

*volunt Platonici Deum esse ipsum ens, &*

*omnes ens, ideoque sibi omnia copulare, &*

*Deum esse omne ens per Essentiam, & Ny-*

*ssenus contra Eunomium assertit, neminem*

*vel stupidum id negare. Nec obstat in Deo*

*esse prædicata opposita, qualia sunt Patet-*

*nitas generat non Essentia, & ponit in diversis Pradicamentis, ideoque realiter distinguuntur, quippe ea praedita salvantur à Partibus per solam distinctionem mentis, & Essentia non generat sola, bene generat affecta Paternitate, sicut & Essentia producit Creaturas, affecta Omnipotentie Attributo, & falsum est realiter distinguere diversa predicationa, ut confitatur in Actione & Passione longe minus in Divinis, ubi dispersa in aliis in ipso colliguntur. Etiam D. Thomas contra Gentes citat Augustinum dicentem in Deo nullum est Accidens, unde error quorundam Saracennorum loquentium confutatur, qui ponunt quasdam intentiones Divinas Essentia superadditas, & praterea Accidens potest absente à Deo, & ita Deus foret mutabilis, & illas intentiones forent Create.*

*I*llicitem telis vulneratur & Palmas, admittens operationes à Deo diles. etas, imbutas notat Petavius etiam proprietas, ubi Deus simplex non esset, ubi repugnat ens nec Creatum nec Increaturn, ubi si operatio à le est Deus est, si ab alio est profus Creatura, ubi Operationes aliquæ ut Spiratio, etiam ex Palma sunt in Deo necessariæ, id eoque etiam per ipsum sunt Dens. Neque in Creaturis ipsa valet hoc principium ubi diversæ sunt Operationes, & principia diversa, quippe ab eadem mente provenit error & Scientia. Affensus & dissensus, ab eadem voluntate amor, & odium Frustra citat Basilium dicentem, in Divinis dari ordinem, quippe loquitur de origine Personarum, alioquin etiam apud Gracos una est trium Personarum operatio ad extra. Frustra citat Chrysostomum dicentem, Philippum non vidisse Essentiam sed Attributa quippe ex operibus agnoscerit potentia.

**cap. 2** Fenstra citat Dionysium de Divinis nominibus , ubi datur unitas & distinctio , quippe ubi Sermo est de relationibus & Essentiis , ubi una est Essentia triplex relatio , & capitulo undecimo agit de Idatis , at in contrarium sunt numerosi Textus , apud eum videndi , & aliquos fert Petavius . Frustra citant Patres dicentes Naturam non generare bene Paternitatem , at hic est error Abbatis Joachim inducens Quaternitatem & Naturam generatae juncta Paternitati Tandem Arcadius narrat , à se errantes Graecos eductos resipiisse , ideoque erraverunt , in Synodo Cp. apud ipsos Ecumenicas , edita Parisis , & ex Testimonia Niccebori Gregori .

et ex Testimoniis Nicopoli Gregorii.

Etiam inter Catholicos Erronea est Sententia Durandi, ponentis inter proprietates Divinas, Distinctionem tantum modalem, quippe in Deo modi dari non possunt, omnino imperfecti minimi entitatis, & Essentia-  
lier affixi subjectis, quod in Deo ut vi-  
dimos repugnat, & voluntas & mens non  
sunt modi, sed perfectiones omnino abso-  
luta, & per innumeros Philosophos, &  
Theologos, modi in rerum Natura non ad-  
mittantur; ideoque adversus Theologos

omnes durandus, hanc distinctionem modalem in Deo posuit; & Augustinus de Trinitate convincit. Nullatenus aliud est in l.7. e.7. Deo esse aliud vivere, vel intelligere, vel aliud posse & dat causam quia simplex Deitas Narara suam habet esse. En nullatenus.

Celeberrima est Scotistarum Sententia, que cum identitate reali unit distinctionem formalem ex Natura rci, que pessimè confundit a Aliquis cum distinctione reali Gilberti, cùm Gilbertus negaret identitatem realem, & Scotista ulcrò fateantur & probent, & cum Sententia Scotistarum in Concilio Tridentino sint dicta Catholice; & irridendum est argumentum illud, quod neque scopus questionis attingit, hæc distincio est ante Opus mentis igitur realis, cùm non sit inter res sed inter formalites.

Hæc tamen in Deo admitti non potest , ubi Patres , & Concilia , Attributa , sola mente distinguunt . Hinc Concilium Florentinum definit . *Divinam Personam , & Sub-stantiam esse quidem re Deum , secundum vero modum Intellectionis nostrę videntur differere . Et Sectione sequenti concludit . Hand quaque putare debet quod re differant , quandoquidem sola Ratione & Intelligentia differre creduntur . Et frustra ingeminant Scotistæ Concilia , damnam tantum distinctionem realem , contra Hæreticos non adversus Catholicos , quippe ultra hanc definitionem ter addit Concilium , differre secundum modum Intellectionis , differre sola ratione , differre sola Intelligentia , & ita credi . Idem confirmant Ecclesiæ Patres , Augustinus de Trinitate decidit . *Magni- tudinem , Bonitatem , Inflitiam , pluribus vocabulis in eadem Sapientia intelligi ; Ber-nardus de Consideratione . Vobis diversæ sententiae multæ sed unum per eas significatur .**

Damascenus de Fide docet , differre sola *Advers.*  
consideratione ; Basilius , Nyssenus , & *Eus.*  
Greci has differentias vocant mentis adje- .  
tiones , nec ullus est Pater ponens ante  
mentis Intelligentiam . Praterea ea distin-  
ctio inventa est , ad salvanda predicata in  
specie contraria , nec tamen hæc distinctio  
salvat predicata realia , ut produci & non  
produci , & si asserunt salvari tantum in  
Divinis , idem militat de distinctione vir-  
tuali , quæ salvat hæc predicata tantum in  
Divinis . Hæc eadem Sententia ex Maistro  
Scotista , graves habet difficultates in Pre-  
dicatis Essentialibus , qualia sunt ens , Sub-  
stantia , vita , mens , ubi sunt definitiones , &  
reduplicatio diversa , nec enim Deus  
qua ens est Substantia , nec quæ Substantia  
est vivens , & tamen nulla in his est distin-  
ctio formalis . Hæc opposita est Sententia  
Patrum , qui respondent Hæreticis in Tri-  
nitate , per solam distinctionem Rationis ,  
nunquam vero ante mentis Intelligentiam ,  
nec ea quasi faciliter usi sunt Patres , ita Basili-  
lus cum Grecis proprietates vocat Charac-  
terea , & actus , quæ in Substantia ipsa  
considerantur . Et quod plus est considera-  
*discrep.*

## 630 De Variis Dei Attributis, & Proprietatibus.

tiones diversæ, & reduplicaciones nec in creatis arguant distinctionem formalem, ubi Sol qua calefactivus non est illuminans, multò minus arguant in Divinis. Frustra reponunt Scotisti diversas emanationes, arguere diversa principia, quippe ab eadem voluntate provenient amor & odium contraria, Justitia in Deo, & Misericordia. Frustra repetunt à Patribus proprietates vocari qualitates, quippe Titus Bostrensis respondet, male in Deo possit qualitates. *Etsi non decet nominare in Deo qualitates, tamen prius est cogitare esse, quād tale esse, ubi qualitates appellat solius rationis, quales sunt qualitates ensis bonum unum &c. Frustra sentur Augustinus contra Maximum. Si ergo in una Persona Patri & plura inventus & partes non inveniunt quanto magis & Filius, & Spiritus Sanctus proper individualiter unitatem sunt unus, quae ratio non valet in distinctione rationis, quippe probat de distinctione veri reali, quo sola numerum facit & ibi Augustinus ad Hominem arguit. Si quatuor in Patre à te posita Paternitas, Sapientia, Essentia, & Potentia, Deum non componunt, multò minus tria component. Frustra congeminant Filiationem, & Spirationem passivam esse relationes distinctiones, ideoque & distinguuntur eorum fundamenta, quippe distinguuntur ex se ipsis, cum sint relationes transcendentiales. Frustra repetunt Sapientiam, qui Sapientiam non esse bonitatem, quippe nec ens qua ens est Substantia, nec Substantia qua Substantia est vivens, & tamen nulla est ibi distinctionis formalis. Frustra opponunt Attributa non esse Synonyma, quippe & nos hoc cum Basilio fatemur, & D. Thomas contra Gentes per integrum Caput hoc evincit, quod non significant sub eadem ratione, sed & secundum diversas conceptiones, quod & affirmant Nominales, male de Eunomii. Errore accusati, & nostra distinctione virtutis, ex parte objecti, ex iisdem Scotti rationibus evincitur, reduplicatio, & prædicationis in prædicatio contraria, & ex Aristotele ipso docente cum experientia Intellexus natus est dividere ea quae unita sunt, & unire divisa, & species unius non est species alterius, ut imago aternitatis non est imago Sapientie, ideoque idem nequit inadæquatè produci, henc per speciem inadæquatè cognosci; & inadæquatè similiari alteri; & indivisibile virtualiter dividitur. Quod eleganter Augustinus exponit, vocans multiplicem unitatem & rursus de Trinitate ait, *Substantiam Patris ipsum esse Patrem non quo Pater est sed quo est. Et Basilius de recta Fide. Si quis dicat Deus non hoc ipsum quod Pater est exponent, adeò in eo Graeci & Latini convenient.**

*Neque tantum simplex sed immensus est Deus, quod male firmatur ex illo Jeremie, Cœlum & Terram Ego implexus, sicut & ex Psalmo. Si ascendero in Cœlum Tu illic es, si descendero in Infernum odes. Et alibi. Spī-*

*ritus Domini replevit Orbem Terraram, qui Textus non ostendunt Deum immensum, cùm occupet Deum Locum finitum, & Augustinus eos fatuos judicat, qui credunt de Trin. c. 8. & t. ergo evincitur tertio Regum. Cœli Calorum par. 6. Te non capiunt, & ex Job. Excessior Cœlo, c. 11. profundior Inferno, latior Mari, quod & Patres sapienter cogmentant, Chrysostomus in ea Verba, *Surrexit non est hic, ubi in Cœlo, ultra Cœlos est, in Terra ultra Terram, Hilarius Libro primo de Trinitate. Ultra Marias est inest interior, excedit exterior, Prudentius Hymno de S. Romano. Extraque, & intrus impletus, & superfluitus. Eucherius de Spiritualibus Formulis. Ubique totus, & immensus est. Basilius ad ea Verba in Principio erat Verbum. Ubi eras Verbum non in Loco, non enim in Loci que sunt incrascripta continentur, sed nō apud Denū; Boetius Lib. primo de Trinitate. Quod Deus ubique sit ita dici videtur, quod omnis sit in Loco ( mens erit omni in Loco esse non potest), sed quod ei omnis locus adsit, sed non capitur, cām ipse non inscripatur a Loco, Arnobius Rhetor Libro primo. Prima enim in causa est, Locus rerum, ac Spatiū, Minutius Felix in Octavio. Quia ante Mundum fuit sibi ipse pro Mondo, quod desumptum ab antiquissimo Tertulliano. Deus ante Mundum erat sibi Mundus, Locus, & omnia, Gregorius Libro secundo in Job. Quia Deus manet inter omnia, ipse extra omnia, ipse super omnia, Isidorus Hispalensis de universitatibus Dispositione Deus, &c. Sine Loco abique totus. Petrus Damianus hellē Epist. adorat. Et autem ut ita dicam Locus illocalis, quia sic ut in se omnia continet Loco, ut non moveatur ipse per Loco & mox. Nec per ampliora Loco diffusor, nec per angustiora contractior, Augustinus de Trinitate. Intelligimus sine Loco ubique totum, Anselmus evincit Deum esse non in Loco sed in rebus, & Bonaventura satumus judicat, Deum ponere in spatiis imaginariis & Deum sacre nihilo realiter presentem. Ubi vides Deum esse nunc, ubi erat ante Mundum, Deum esse sibi Locum & omnia, esse in se ipso ultra Cœlos, & sicuti hodie non coexistit Petrus eras nascitur ob defectum ipsius, ita Deus existit sed Loco non coexistit, nondum per Deum creatus, correspondet tamen ejus immensitas non nihilo sed locis possibilibus infinitis, non fictis ut urget Augustinus. Conf. c. 5.**

Hoc evincit Fulgentius contra Sermonem Fastidiosi ex paritate aternitatis Divinité, scilicet ante Tempus Deus aderat Aternitas, ita ante Locum Deus erat immensus, ejusque Aternitas correspontet, immensus attributus possibilibus, sic & immensitas Loci infinitis. Esse vero Deum aternum, ratio manifesta convincit, cūm sit ens in existendo necessarium, & Scriptura claram demonstrant. Egreditus ejus à diebus aternitatis, & in aternitate Verbam gignit. Ego bodie genni te. Ps. 109. Et

*Et Minutius Felix in Ostavio. Palam est Parentem omniam Deum, nec principium habet, & Tertullianus aeternitatem pulchre vocat Dei censum, & Rufinus in Symbolo, Deum chm andis intelligo sine inicio, & Thales interrogatus quid esset Deus, antiquissimum inquit, & Fulgentius de Fide ad Petrum, Firmissime tene & valentius dubites Deum aeternum, & Sapientissimus Philosophus urgebat, ita esse stultos affirmantes, Deum natum, aut mortuum, cum uterque supponat Deum aliquando non existere; & primo Machabaeorum Libro secundo. Solus Justus, & Omnipotens, & Aeternus. Nec obstat Creaturam probabiliter posse esse Aeternam, quippe respondeat Augustinus. Aeternitas participatione fit, tempore aeterna, unde probant Patres divinitatem Verbi ab aeternitate, In Principio creavit Deus Celum & Terram, non ex repugnantiisque vix exstat.*

*Quinimmo uniuersi Patres aeternitatem cum immortalitate, unde Aegyptii circumlocutione pinxere pro Deo, quippe sine caret & principio, & eadem pugnat ratio, cum Deus necessariò existat. Est vero immortalis Regi seculorum immortali, imò solua habet immortalitatem, non solum eo titulo quod à se habeat sed ex eo quod simul totum habeat, cum ipsius aeternitatis notio, ex Boetio & omnium consenso sit illa. Tota finalis & perfecta potestio, ubi Creatura actu infinitam non habent. Quod exprimere videtur emphasis Moysi Dominus regnabit in Aeternum & ultra. Quod autem aliquando dicitur animam esse immortalem per gratiam, explicant aliqui eo Titulo, quod à Deo non anihilatur, ac hoc pacto gratia foret, etiam ignem comburere melius ergo gratia dicitur Creationis, quo nomine utuntur etiam Patres Aphri; Sic ergo etiam dicitur Deus solus habere immortalitatem sicut dicitur solus Deus Bonus, bonitate scilicet principii, bonitate impetrata, & independente, quod etiam constat in Attributo immortalitatis. Et quamvis*

*aliquando ponantur anni in Deo, additur elogium illud sine defectu, quod Libro secundo de Libero Arbitrio, acutè advertit Augustinus Annus sine defictu pro aeternitate posuit prophetica lacus, quod præter veterem legem etiam in nova congermant Paulus. Et anni tui non deficient; ita existentia per Essentiam, infinitas, perfectio qua nulla major, Omnipotencia, & alia multa id evincent; & uno Verbo de Sapientia, una mens omnia innovat.*

*Jam vidimus Deum sepius infinitum, in duratione, potentia, & immensitate, nunc remanet infinitas perfectione de qua loquuntur regius Vates. Magnus Dominus & Magnitude eius non est finis, & Baruch tertio. Magnus est & non habet finem, estque maior illud quod excogitari valeat, ita Theodoreetus de Natura Dei. Naturam Dei infinitam credimus, & Angelicus Doctor*

contra Gentes, ostendit id notum antiquis Philosophis Democrito, Anaxagore, & aliis, sic ex Melillo apud Simplicium, & apud cap. 46. Platonico Deus est omnis ens, & ex Patribus Pelagus immensus perfectionum. Nec obstat Deum futurum, rerum omnium Essentiam, quippe eminenter continet omnia, unde ait. Proibito agri mecum est, nec auget aut minuit Creaturæ perfectio, quippe cum Deo Creaturæ, constituant quid majus extensivè non intensè, veluti lumen Solis, & Luminis, aut unda alvi & fontis nec Deo nocet perfectio Creaturæ, utpote ex nihilo creatæ habentes defectus, unde Anselmus querens cur Deus, non creaverit Hominem impeccabilem, respùndet Augustinus. Aeternitas participatione fit, tempore aeterna, unde probant Patres divinitatem Verbi ab aeternitate, In Principio creavit Deus Celum & Terram, non ex repugnantiisque vix exstat.

*Quoniam vero certa sunt, at Vorstius Calvinista tollit immutabilitatem, post ablatum vei Omnipotentiam, & saltem moraliter vel possit mutari. Ego Deus & non mutor, & in Numeris. Non est Deus quasi Homo ut mutatur, nec ut Filius Hominis ut mutatur, adeo Vorstius nescit in Hominem mutat, & Jacobi primo. Apud quem non est transmutatione, & Nicena Synodus de Filio. Eos qui in Syndicatu mutabilem, & convertibilem Filium belo.*

*Dei anabematizat Catholicæ, & Apostolica Ecclesiæ, & Philo de incircumscripta vel Natura, & negantes oci immutabilitatem sceleratissimorum Homines appellant, adeo non erubescit Christianus doceri à Judæo. Imò vel ipsi Gentiles convincunt Vorstium Christianum, Plotinus Æneadum 8. probat neum immutabilem, quia nihil ipsi addi potest, Sallustius Libro de ñis, ita sermocinatur, vel mutatur in peius & ita fit pravus vel in melius & ita non erat perfectus. Et egregie Augustinus de moribus Ecclesiæ. Jam verò aliquid ejus substantiae at cap. 10. que Naturæ communationem, vel conversionem quilibet modo possit, si quis opinetur mira dementia, impietatisque dominabitur.*

*Nec mutatur Deus agendo, quippe causa efficiens non mutatur agendo sicuti quod calcificat tellus, est mutatio in cellule non in sole, nec propriè accipi potest penitentia.*

*Serm. de  
Area &  
N.º.*

*Punxit me fecisti Hominem, ut exponunt  
cum Ambrolio Patres. Neque enim Deus  
cogitat sicut Homines, ut aliqua ei nova fac-  
cedat Sententia, neque irascitur quasi inestabilis,  
sed id est legumur ut exprimatur pec-  
catorum nostrorum acerbitas, qua Divinam  
meruerit offendam tanquam eo usque increverit  
culpa ut etiam Deus, qui naturaliter non mo-  
vetur aut ira, aut odio, aut passione nilla pro-  
vacatis videatur ad iracundiam, & Scriptura  
ipsa. Penitendum non scilicet. Nec mu-  
tatus est ut volunt Hebrei in nova Lege, si-  
c ut non mutatur Pater decernens infantia lac  
Panem adulto, immo mutatus foret si novam  
*Ter. 3.* Legem promittens. Feriam vobissem sedas  
eorum, vetus tantum dedit.*

Post Attributa veniunt Nomina multa, nec enim unum Nomen potest. Tot perfectiones significare, ut evincit Nyssenus Epistola ad Ablavium, unum etenim Nomen  
unum tantum exprimit perfectionem. Decem  
Dei Nomina exprimit Hieronymus ad Mar-  
cellam. Id enim est ac Deus fortia, Eloha  
Deum gubernantem significat, vindicem  
& providentem, Elohim plurale est Eloha, Sabaoth Deum exercituum, estque potius cognomen quam nomen, cum alteri Nomini  
jungatur, Adonai significat Dominus  
Jah significat Deum alleluia laudare Deum,  
Saddai munificus, liberalis, Omnipotens, qui  
est Exodi tertio sum qui sum. Qui est misit  
me ad vos, Jevoha, & Tetragrammon  
quod vulgo Jevoha dicitur, & in Sacrificiis  
tantum solemnis, Pontifex nomine con-  
sueverat ex Phileone Vita Moyis, & si  
occurreret cum Adonai legebant Elohim,  
Huc spectat sententia illa visionem à solo Deo produci non posse ut pote quæ est actio immanens; in eo principio manens à quo productur, velut Idea in mente artificis, ut notas etiam Augustinus de Trinitate, & per hoc distinguatur ab actione transiente, nec sufficit in mente recipi ut constat. Ex eo etiam liquet quod actio denominat agentem illeque Deum intelligentem diceret, & libertas, & vitalitas est in creatura, nec Deus in eius vita libenter potest se solo agere cum sint actiones immanentes, nec creatio, nec gratia est actio immanens, nec lumen supernaturale tollit vitalitatem, nam ex Concilio Tridentino voluntas, cooperatur gratia ut vidimus vel ex Paulo, & suprema vita ex intellectu traducitur ex Philosopher, & viventia mouentur ex se ipsis.

Celerrima est sententia apud Bellarmi-  
num prima, Sanctos mox defunctos, ut Martyres Cœlo sru, & alias plenè purgatos quod negant Hæretici, & confirmant Au-  
toritate multorum Patrum, ideoque cum Benedito XII docent nos errare. Primus ne-

gans fuit Tertullianus in Marcionem, & libro de anima ultimis duobus capitibus, sic Vigilantius apud Hieronymum, sic Armeni ut ait Guido in summa, sic Græci in Conclio Florentino, & apud Angelicum, sic Lutherus prelectionibus in Genesim, sic Cornelius Agrippa de occulta Philosophia, sic Joannes Calvinus libro quarto institutionum, ubi afferit Christum solum ingressum Cœlos, reliquos vero expectare in atrio, & capite vigesimo quinto ait. *Statim, & temeraria est inquirere quo in loco sunt anima justorum, & ea gloria fruantur nec ne, ubi dicit stultum & temerarium, & tamen ipse definit non esse in gloria, ideoque si iudice condemnatur. Nos imitati doctissimum Modernum, per singula secula traditionem ostendemus.*

Primum ergo seculum est ex Paulo. *Sci-  
mas quia si terrestris domus nostra, bñas ba-  
bitationis dissolvatur, adificationem ex Deo  
babemus, domum nos manusculam, eternam  
in Cœlis, nam, & in hoc ingemiscimus babi-  
tationem nostram que de Cœlo est superiordi*

capientes, si tamen vestiti, *¶ non nulli inveniuntur, nam & qui sunt in hoc Tabernacula ingemiscimus, gravati eo quod nolumus expoliari sed supereris ut absborbeant quod mortale est à vita, ubi communis expositiō Gre-  
corum, & Latinorum pro domo terrestri ex-  
ponit corpus. & Paulus ipse dixit. Si inter-  
ior homo noster corrumpitur, interior renova-  
tur de die in diem, & clarus infra exponit, & ibi ait. *Eternum Glorie pondus operatur  
in nobis, & rufus. Nam in hoc ingemisci-  
mus habitacionem nostram, que de Cœlo est su-  
periundū capientes. Si autem expectatur fi-  
nale judicium, nil juvat ingemiscere, & Cœ-  
lum cupere. Endem in capite validius loqui-  
tur. Nam & qui sunt in hoc tabernaculo in-  
gemiscimus gravati, eo quod nolumus expolia-  
ri sed supereris, ut absborbeant quod morta-  
le est à vita. Et mox. Audentes igitur semper  
scientes quoniam dum sumus in corpore pere-  
grinamur à Domino. Et mox. Audentes au-  
tem, & bonam voluntatem habemus magis  
peregrinari à corpore. ¶ presentes esse ad Domi-  
num, ubi optat esse presentes Domino,  
quod frustra optaret dilata presentia in fine  
Mundi, ubi opponit ambulare per speciem  
fidei, quae ad huc durat vivo & esse tantum  
cum Christo, & optat ambulare per speciem,  
& magis peregrinari à corpore quam à Do-  
mino desiderat.**

Excipit discipulum quem erudit erat Magister, *Hodie mecum erit in Paradiso*, quo utitur Beneditus XI, & clarus significat ho-  
die, frueris tecum visione beata & quamvis Pater aliquis exponat locum delitiorum huic sensus nullo modo est oppositus; ubi Christus promisit consortium sua Beatiitudinis quo Cœlum est non terrestris locus delitio-  
rum, ubi promittit quod petierat regnum, ubi Ambrosius, Theophylactus, Beda, verum Paradisum intelligent, ubi nulla est vis in  
senso literali.

Rufus Paulus gentes docet. *Christus ascendet in altum captivam duxit captivitatem, & alium significat Empireum. Qui de-  
scendit ipse est, qui ascendit super omnes Cœlos, ubi animas captivas redemit ut ait Ambro-  
sius nec captivam aliam duxit captivitatem. Philipp.  
Iterum. Cupio dissolvi, & esse cum Christo, i.  
quod frustra cuperet Paulus expectans judi-  
cium. Rufus in actis Stephanus videt Cœlos  
apertos & exclamavit, *Domine Jesu suscipe  
Spiritum meum. Iterum Apocalypsis sexto  
de Martyribus. Et date sunt illis singula flo-  
re alba & dictum est illis ut requiescerent, &  
erant ubi erat agnus, & clarus. Post hac  
videtur magnam, quam dinumerare ne-  
mo poterat, ex omnibus Gentibus, & tribu-  
bus, & populis, & linguis, stantes ante thronum,  
in conspectu agni etiam ex Calvino in Cœlis ex-  
istentis, sunt ut beati amicti foliis albis, &  
rufus. Ideo sunt ante thronum Dei, & ser-  
viant et die ac nocte in templo ejus, dicit  
scriptura in templo Calvinus in atrio, an-  
te**

*Liber 14.  
cap. 78.*

*Eph. 7.*

*Liber 1.*

*Opus 6.*

*e.g. lib. 3*

*Cap. 10.*

*Cap. 6.*

*Cap. 10.*

</

te thronum Dei ipse longe à throno. Adebat  
 Luke 8. & clarissima Christi parabola. *Morsuus est di-  
 ver, & sepultus est in Inferno, non sepelietur sed  
 sepultus est, & tormenta indicant, & Abra-  
 hām suu exceptus est Pauper, quem liberatum  
 videbimus de defensu ad Inferos, sic ait ve-  
 tua Scriptura. *In uemento ad Inferno descen-  
 dus, ait momentum conflat pluribus at-  
 tituia? Quod, & Apocalypsis sipe describit.  
 Ap. 20. De Miliis in flagrum ignia, de Fratribus  
 ipsius divitis, in Inferno positi, & optan-  
 tis ne Fratre, ad ea tormenta accederent  
 Bell. 32. sic Datan, & Abiron Infernus vivos absor-  
 buit, & alibi.**

Accedunt Patres primi seculi Clemens Epistola prima celeberrima. *Propter amula-  
 tionem iniquam Petrus martyriu posset, in  
 debitu gloria locum discessit. Sic Paulus,  
 patiente premium reportavit. Et mox. In  
 locum sanctum auit. Sic de aliis. Nobile tol-  
 erantie premium accepserunt. Sic Hermas adeo  
 laudatus a primis Patribus, ut collocarent  
 liberum aliqui inter canonicos, sic Dionyssius  
 quem primi seculi evincit Natalis Alexander  
 cap. 7. de celesti Hierarchia coniurat & Hermas  
 p. 1. libro tertio, ubi in primo seculo ne unus quis-  
 dem est contrarius; Sed omnes uniuia labi  
 & lingua.*

Habemus secundo seculo Ignatium. *Ba-  
 num est à Manu ad Deum accedere ut in ipso  
 oriar. ubi à Manu ad Deum accedit. Et mox.  
 Sino te me sciarum cibum ope, per quin Deum  
 conseqñi licet. Referunt multi illud. *Aqua  
 autem alia vita manet in me intrinsecus dicens  
 veni ad Patrem, sed ex epistola videatur in-  
 terpolata. Rursus ad Eusebium scribit. Tran-  
 fatus estis eorum, qui ab Deum interficiuntur  
 Pauli Symmicta, qui sanctificatus martyrium  
 confessus & dignus beatus est, ad cuius uigilie  
 contingat mihi ut inventar, ubi Deo po-  
 stitus fuerit ubi Pius i.e. et beatus, &  
 ipse brevi sperat Deo potiri & acta S. Ignatii.  
 Quippe qui è Mondo cuius accedere prope-  
 raret ut ad Dominum quem omnibus perveni-  
 ret. Ridiculum he foret pervenire.**

Adest & Polycarpus totius Aliz Princeps,  
 apud Eusebium de Paulo & Apostolis locu-  
 tus. *Non frustra credidimus, sed in fide &  
 iustitia digressi, ad locum sibi à Deo debitum  
 perveneremus. Et Ecclesia Smyrnensis de ipso.  
 Nam per tolerationem devitius injuso Praefide,  
 sicut immoraltatis corona recepta, cum  
 Apostolis, omnibusque justis exultans, Deum  
 ne Patrem glorificos, ubi non recipienda sed  
 recepta est corona, & Deum Patrem glorifi-  
 cat. Adest Athenagoras apologia pro Chri-  
 stianis, ubi omnium nomine loquitur. Per-  
 suasi sumus in hac mortali vita defuncta alte-  
 ram, & terrestri longè aetherei nempe cele-  
 stem nos uilluros, ut apud Deum & cum ipso  
 sumus, ubi post vitam hanc vita est cum Deo.  
 Adest & Cajus Romæ degens, qui ex pro-  
 fesso scripti contra Milenarios. Adest aucta  
 Symphorosa, scripta ante mille & amplius  
 lib. 1. annos. *Passi mortem inter Angelos cum Re-*  
 cap. 2. *ge eterna uita fruuntur in Cœli. Adest lice-**

*nus. Iustus ait, & equite ei præcepit ejus  
 seruabitibus, & in dilectione ejus perseverantibus  
 quibusdam quidem ab initio, quiond am-  
 auer ex penitentia vitam donauit incor-*

*rupedam loco maneris conservat, & clarissimam  
 eternam circumdat, ubi ait quibusdam ut  
 martyribus, & infantibus mortuis post bat-  
 ptismum, Petavius assertit Irenaeum non affi-  
 gnare tempus, at optimè distinguit inter  
 martyres & paudentes, quod illis statim &  
 initio vita donatur, paudentibus nonnulli post  
 longum tempus. Adebat Julianus questione*

*septuagesima quinta ut licet dubius sint qua-  
 siōnes illa tamē non dicit sed probat, ex*

*textu Pauli, *peregrinatur à Domino. Adebat**

*Tertullianus Martyrem evincens mox in Ca-  
 luin ascendere; sicut & Justina certi ait te-  
 stimoniū ex Eusebīo de Lūcio Martyrē. Ista*

*per magnum se ei debere gratiam fateborat,  
 nam ita se non iniquis solus, & improbis ejus-  
 modi Domini liberatum fore dixit, sed etiam*

*ad bonum Patrem, & Clementem Regem  
 Deum recta profellarum, ubi vides ad Deum*

*Martyrem recta profellarum, & Eusebiam de  
 eodem Martyrē. *Iustus tamen odiosus & ju-  
 stiorum hominum generas semper iniquitas Dia-  
 bolus, cum Martyrē ejus amplius dñe, chon-  
 que incorruptam, & integrum usq[ue] à teneris**

*ungnitis vivendi rationem, immoraltatis  
 corona remuneratam cumque ipsum propterea*

*stabilitatē at certo premio vita eterna donatur  
 cerneret, ubi legis corona remuneratum &*

*præmio. Unus manet Papias non Doctor sed*

*fabularum venditor ex Eusebīo. *Alia prete-  
 residēm Autōr̄ quasi traditione non scripta**

*ad se pervenisse communis, qua peregrinas  
 quasdam Servitoris parabolas, & novas ejus*

*doctrinas, aliaque nonnulla commentis fa-  
 bulis reserta continent. Neque dicebat se ac-  
 cepisse ab Apostolis, ideoque & fons, & ri-  
 via erat impura; nec inter Patres honoran-  
 dus.*

*Secundissimum est tertium seculum. Hic*

*Origenes contra Cœlum. Post exaltos labo-  
 res bujusmodi & certaminis sperantes nos in*

*Cœlum evasros, & de principiis ex professio-  
 nis impugnat Milenarios. Hic S. Diophylus Ale-*

*xandrinus edidit opusculum in milenario,*

*& duos libros adversus Nepotem, & S. Me-*

*thodius apud Photium scribit. *Fixa hoc**

*brevique vita dissoluta babelamus ab Deum*

*habitationem ad Deum habitationem ante re-  
 surrectionem. Hic Cyprianus fulo calamo*

*evincit, ad finem libri de exhortatione Marti-  
 tyri. *Quoniam est dignitas & quanta securitas**

*exire hinc latum exire inter pressuram, & on-  
 gosias gloriosum claudere in momento osculos*

*quibus homines videbantur & Mundus. *Capere**

*cofsum fluvium ut Deus videatur & Cœli.*

*Tam feliciter migrando quanto velocitas?*

*Terris repente subtrahens, ut regni celestis*

*reponaris, ubi & habitat in Cœli, & subi-  
 tuta uita desfruhuntur. Sie repetit fute libro*

*de mortalitate. *Ad horum confitendum & com-  
 plexum venire, quanta & illis & nobis in com-  
 mune latitudo est, & enumerat omnium Br-  
 torum**

## 640 De Proprietatibus Visionis Beatae, & vita æterna.

torum classes ; & epistola ad Antonianum scribit . *Aliud statim fidei & virtutis mercedem accipere* ; sic Clemens libro quinto Stromatum , sic Eusebius eo etiam seculo vivens , Papiae fabulam de mille annis irridet , imo Justinus dialogo cum Triphone , ait multos ante se . *Multoq[ue] etiam qui para piisque Christianae sunt sensentes , hoc non agnoscere , cui textui recenti hereticis addidit non purus , adeò & Patres omnes , & p[ro]p[ter]a sententiam oppositum sentiebant* ; sic acta authentica SS. Perpetua , Felicitatis , Syncleticas &c.

In quarto seculo non textus , sed opera integra cumulamus , Nyssena oratione superna in Polcheriam , oratione in quadraginta Martyres , Nazianzenus oratione vigesima pro Basilio , oratione decima in Fratrem Cæsarium , oratione undecima in Gorgoniam , oratione in S. Cyprianum , & alibi , Basilius , oratione in quadraginta Martyres , Prudentius carmine de S. Agneta & alibi passim . Hieronymus in epistola ad Marcellam , in Epitaphio Nepotiani , Paulus , Blefillæ , & in aliorum , Paulinus de S. Felice , Asterius Amasæs de Sanctis , & alii ; sic Ambrosius de SS. Gervasio & Protasio , de obitu Theodosii , sic vita Martini & alia plura .

In quinto est Chrysostomus panegyri de S. Philogonio , & de aliis Sanctis & de laudiis Panli , de SS. Bereuice Prostioce , & Dominio , Augustinus passim contra Pelagianos evincit non dari locum , & statuit maximam de peccatorum meritis , & remissione . Non esse nisi cum Diabolo qui non est cum Christo , & tractatu in Joannem evincit Joannem esse mortuum , eo quod charismato Discipulo Christus somnis non distulisset Beatitudinem , sic legendum Petrus Ravennas de Lazaro , ubi ut notat Petavium , nil differtur , & sermones de Sanctis , sicut & Maximi Turinensis . Adeo ut ex foliis duobus seculis volumina fierent . Ut taceam alia facunda , de S. Fulgenti sermonibus , de S. Bernardi , & aliorum innumeris . Quid bidus fuisse prosecuti sumus de Invocatione Sanctorum tomo precedenti , & de eorundem canonizatione in isto , ubi retulimus ex Eusebii non tantum quartum seculum , sed & tertium & secundum de S. Potamieno , aliquique Sanctis martyribus , & miracula vidimus è Cœlo , Sanctos & invocatos è Cœlo . Quin etiam Patres expressè convincunt veteres justos in fini Abraham extitisse , & a Christo liberatos , & fideles nova legis in Paradiso degere Chrysostomus , Cyrilus libro ad Reginas , Ambrosius , & alii .

Opponunt multa Adversarii , & primò caput vigesimum Apocalypsi , ubi interfeciti ob fidem stant sub Altari , & Diabolus per mille annos ligatur , & datur resurrectio prima , & secunda , at nil clarius quam in Cœlo extitisse Sanctos , & præter allatos textua , subiectis Altare non est locus subterraneus , & Altare ipsum est in Cœlo , & Terrullianus allatus à contraria Martyres interfecitos , ob Christum ponit in Cœlo regnantes . capite

quarto , & super thronos vigilientes non seniores , & capite sequenti iterum commemorat , & capite sexto stantes subiectis Altare . Clamabant vox magna dicentes . *Uxine quo Domine Saeculus , & verus non judicas & non vindicas sauginem nostram* , capite septimo videt flaves ante thronum , & rufus . *Sigillum magnum apparuit in Calo malier uisita Sole* . Cap. 18. Et rufus cum Agno . Erant centum quadraginta quatuor millia . Et mox . *Hic sequuntur agnum quacunque jerit* , denique caput vigesimum exponit Augustinus de Diabolo ligato per Christum , & per Antichristum soluto , quod textui consonum esse constat , at discipulus post Magistrum addo , nil melius evincere eo textu nostrum sensum , quippe duplum mortem ponit , aliam in extremo iudicio . *Hec est mors secunda* . *Et qui non est inventus in libro vite scriptus , missus est in flagrum igni* , altera est . *Et descendit ignis à Deo de Cœlo & devoravit eos* , & *Diabolus qui seducebat eos missus est in flagrum ignis , & sulphuris* , similiter prima resurrectio habebat . *Et regnabant cum Christo mille annis* , nempe ante diem iudicii & mox . In his secundis annis non habet potestatem , utpote iam Hebrei 1st. à Domino glorificati . Opponunt illud . *Venite benedicti* , at de beatitudine completa exponit Gregorius , & corporum refuscitatio manifestat . Opponunt Patres mortuo , non acceptis recompensationibus , at hoc Patres expouunt de Patriarchis , in fini Abraham positis , & mortuos Christianos in Cœlis agnoscent . Opponunt mercedem datum in extremis , at melius exponitur per mortem , cum post undecimam horam nemo queat operari , sicut uer post mortem . *Venit etiam non quando nemo potest operari* . Opponunt : *Cum apparerint filii eius erimus* , at non significat 1. Joh. 3:15 Christum apparet , sed cum appaveris quid erimus , dixerat etenim nondum apparuit quid erimus . Opponunt primam ad Corinthios decimo quinto , at ibi probat resurrectionem mortuorum .

Referunt Ambrosium de bono mortis dicentes animas esse in quibusdam mansionibus , at ibi dicit in Cœlo , & alii textus non sunt ad rem , in primo ait Sanctos nescire diem iudicii , alioquin epistola quinquagesima non ait *Abolis superiorum insula posse* <sup>Liber. 2 de Caino. 1. 2</sup> *Civitatis aeternæ* , Hierusalem quæ in lib. 7. Cœlo est , & vidimus id ex professo docentem . Referunt Hilarius docentem , *Animas ad Inferos descendere* , at loquitur de animabus ante Christum , cùm ibi loquitur de Christo tunc descendente , alioquin docet . *Beati quidem sunt qui jam a Deo ab habitat- Psal. 64 dum in tabernaculo ejus electi sunt* , & ibi tabernacula vocat celestes mansiones . Rufus in psalmum hoc docet Sanctos esse Reges , & perpetuo cum Deo habitare . Iterum de Apostolis , & aliis Sanctis . Gloriosi jam in In P[ro]p[ter]a Dei rebus exultantes . Referunt Augustinus dictum dicentes esse in fini Abraham ; at corrigit quod 9. c[ap]t. 2. in psalmo trigesimo sexto dixerat ; esse apud inferos Christianos , & libro primo quæstiōnum

num Evangelicarum, qui libri ex libro re-  
lationum sunt posteriores. *Abrabe re-  
quies erit beatorum pauperum, quorum est Re-  
gnum Cœlorum, in quo post hanc vitam reci-  
piuntur. Et infra. Sensus Abrabe intelligi-  
tur secretum Parris, & alibi milles docet in  
Genesi, dicit esse in Calo ubi videntur; Ipsam*

*Lib. 12. Dei substantiam, verbumque Deum. Rufus.  
c. 34. in Faciem Dei illi cernunt, sic in libro medita-  
tioneum de anima. Habet præsentem certi-  
que indistincte pulcherrimum Dominum cui  
servos; sic vigiliū de Civitate capite  
decimo tertio. Referunt Chrysostomum do-  
centem animam non frui bonis ante resurrec-  
tionem, at ibi dicit non frui si caro non re-  
furgat, est itaque de gloria corporis, sic The-  
ophylactus etiam clarius exponit, Ecumenius,  
& Theodoretus ejus discipuli, aliquoquin bea-  
titudo homilia decima vocatur ipsa compre-  
hensio. Beati & ter beati, qui illis bonis fra-  
uentur, & de Paulo ait versari cum Cœruberis  
& Seraphim, & volumen fieri posset, sic &  
alii idem sentiunt. Quod si adducti à Con-  
traitis sunt nostri, quid erunt ab ipsis non  
adducti? Athanasius in vita Antonii dicens,  
animam Antonii in Cœlos delatam, Cyrillus*

*Catech. 13. Hierosolimæ docens primum Latronem Cœ-  
los ingredium, Epiphanius hoc. 78. dicens  
tripudium agere cum Angelis, Cyrus Alexandriae  
Lib. 11. docens animalia, evolare in manu  
in 70. c. Dei Patrit, Damascenus in historia Barlaa-  
mi, Theophylactus in Lucam capite vigesimo  
tertio, Ecumenius in caput nonum ad hebreos, Prudentius docens animas esse &  
in sinu Abraham, & in Paradiso, Prosper de  
vita contemplativa libro primo, Leo primus  
sermones de S. Laurentio, Antonius ad Ar-  
cadium tomo tertio bibliotheca Patrum. Imo & solvunt Patres argumenta Hostium  
quod sine corpore non detur gloria. Accer-  
perunt autem Bernardus jam singulariter non ve-  
siculari duplicibus donec vestiamur & nos. Sto-  
lo enim prima ipsa est felicitas, & regnes ani-  
morum, secundo vero immortalitas & gloria  
corporum, & solvere tenent ipsi, cum po-  
nunt animas justas in careere, nec ante judici-  
cium sint anni tantum mille.*

Tandem facilimè solvuntur alia, vibonem  
esse eternam, imo securos esse beatos, aliquo-  
quin cum metu nec esset beatitudo; Beati  
qui habitant in domo tua Domine, in secula se-  
culorum landabunt te, & pulchre Cyprianus  
de mortalitate. Qualis illuc celestium regno-  
rum voluntas sine timore moriendi, & cum  
eternitate vivendi? Quam summa & perpe-  
tua felicitas. Sunt etiam impeccabilis beati;  
vel ab intresecro, cum repugnant summa  
felicitas, & summa calamitas qualis est cul-  
pa, cum beatitudo à D. Petro vocetur incor-  
ruptibilis, & incontaminata hereditas,  
cum beati necessitentur ad amandum Deum,  
ideoque ipsum odire non possint, cum Au-  
gustinus ostendat similiter non posse, Civita-  
tem Dei, & Civitatem Diaboli cum ne-  
queat beatus habere duos ultimos fines. Nec  
obstat posse divinitus, stare visionem Dei &

trititiam & posse Deum efficax auxilium de-  
negare, & aliiquid posse præcipere, quippe  
visio & dolor repugnant ratione proprietatis  
non essentia, sicut visio beatitatis & pecca-  
tum, nec Deus potest eam gratiam denegare,  
aliquin anxia esset beatitudo, & pa-  
ceptum semper implebit Beatus, ad amorem  
Dei necessitatus. Illud etiam facile solvitur,  
Sanctos cupere amorem corporis, cum velint  
socium meriti & laboris, socium premii &  
felicitatis, at parum curare de gloria tem-  
porali, bene scribente & mellifluo Bernardo.  
*Ad quid Sanctorum laus nostra, quandoque ta-  
men vult ipsis Deus ut constat.*

## C A P U T VI.

## De Scientia Dei.

 Apientiam Dei enarrantes, Sa-  
pientia eadem indigemus. *Apud S. 7.*  
ipsum est sapientia, ipse habet  
consilium & intelligentiam, &  
rufus. *Quoniam ipse Sapientia* *Jacobi 1*  
Dux est; Et iterum. Si quis indigeret sapientia  
postulas à Deo.

Sophismus est Deum scientem evincere,  
cum id evincat ipsa Dei notio, quo nil me-  
lius valet excogitari, ipsa Dei natura per-  
fectiones omnes includens, ipsa creatio An-  
geli, & Hominis sapientis, omnipotenti  
potens omnia, & ita intelligere, ipsa  
Infulio in nos legis naturalis, ipsa Dei beat-  
itudo in contemplatione consistens, ipsum  
anima ruda testimonium, Deus scit semper  
ingeminantis, ipse Deus mens non cor-  
pus, ipsa Dei voluntas mentem supponens,  
ipsa perfecta Dei operatio. Id Philosophi  
omnes, & testantur, & coinvincunt, Plato  
ex ideis Dei menti initia, Aristoteles ex

*Liber 2.  
cap. 9.*  
Dei beatitudine, quae in mentis operatione  
consistit, quod ex Simoni defussum est, Plo-  
tinus Encaudum tertio ex providentia, cum  
ploribus aliis, & ex præscientia, Seneca  
cum innumeris aliis ex ordine universi, &  
sapienti dispositione. Denique ex summa  
immortalitate, evincit Deum scientem  
Angelicus, quippe bruta materialia minus  
cognoscere, magis animas spirituales, &  
perfectius Angeli spiritos perfectiores, ideo-  
que magis Deus summè immaterialis; &  
hoc etiam dari possit, substantia immaterialis  
non intelligens, radix habituum, &  
characteris, quod probabiliter tenent aliqui  
Doctores, non tamen substantia summè im-  
materialis, cum minus immaterialis sit sa-  
piens. At largiamur quod est falsum Deum  
esse naturam, non naturæ ipsius Dominum,  
aduc opus naturæ opus est intelligentia,  
ut oculus constat, & menti, & ita provenit  
ab intellectu sapientis, largiamur Deum  
parem homini, adhuc integereret ut homo.  
Largiamur solum universa ordinasse, adhuc  
ordinare sapientis est munus.

Certa est Dei scientia ex ratione, certior  
ex Sacris Scripturis. Exclamat Re gius Va-

M m m m tis.

- P. 146. tes. Et sapientia ejus non est numerata. Et  
P. 158. rursus. Tu cognovisti omnia novissima, & antiqua, & Iesaias in veteri lege. Nec est investitio sapientiae ejus, & in nova Doctor Gentium. O altitudo sapientie, & scientie Dei, quae incomprehensibilis sunt iudicia ejus, & investigabiles viae ejus, & Joannes in Christi sanguine illuminatus. Major est corde nostro, & novit omnia, & Job sciens potius quam credens. Scio quia omnia potest, & nulla te inter cogitat, & frustra ipsi reddidit sapientes. Domine qui habes omnissimam scientiam. Quin etiam capita sunt, & libri integri, ubi Baruch excludit omnes praeter Deum. Non est qui possit scribere vias ejus. Et max. Sed qui fecit universa novit eam, & adiungit eam prudentia sua, que Job ante protulit. Sapientia ubi inventa, & quis est locus intelligentiae? Et post plura. Deus intelligit viam ejus, & ipse novis locis illius ipse enim fines Mundi intuetur, sic sunt plura capita Proverbiorum, & pene liber integer Sapientia, imo ut notat Petrus tota Scriptura, ubi scientiam Dens ubiquique demonstrat.*
- Hec omnia novit Deus. In se ipso, quod intellexere & Philosophi, ita Plato evincent Deum, omnia nostra in suis idem, Plotinus docet Deum cuncta in se cognoscere, quoniam in se cuncta continent, & quia sunt in ipso. Igitar ante Mundum illa sunt aportata, non tangunt figurae imprefecte ab aliis, sed tanquam archetypi, & primae. Si Alcinous de dogmatibus Platonicis. Cum sit prima mens omnia prestantissima, aportata prestantissimum etiam intelligibili illi esse propositum. Nihil autem potest habere se ipso prestantius. Se ipsum igitur, & sui ipsius nationes semper intelligit. Sic Ammonius commentator Aristotelis, docet causam agnoscere proprios effectus, nempe causam omnium cuncta cognoscere. Sic Dionysius de divinis nominibus, Divina mens omnia continet, antecellit omnium cognitione ratione illa, que causa est omnium, ubi videt Deus cuncta in omnipotencia sua. Sic Aristotle evincit à Beatitudine Dei, quae est contemplatio summum boni in ipso. Nec obstat idem fore cognitum, & cognoscendum, quippe anima cognoscit etiam se ipsam, & cognitione reflexiva supra se reflectit; & Deus cognoscit tenebras per lucem, & negationes omnes per positivum, sic agnoscens veritatem cognoscit, & mendacium ab ea destruetum, & in sua sanctitate oppositum ipsi peccatum, sic Author de Divinis nominibus. Non aliunde tenebras quam ex luce agnoscemus.*
- Nec tantum Deus cuncta in se cognoscit, sed nihil extra se noticit. Non enim ait Dionysius, ex his que sunt ea que sunt addiscens Divina mens, sed ex se ipso, & in se ipso secundum eam scientiam, que omnia est causa. Et rursus. Etenim somnisipsum que causa est omnium cognoscens, non huiusque de se producatur, quorum causa est ignorari poteris. Ad hunc itaque modum Deus ea cognoscit non co-*
- rum scientia, sed suam et ipsius. Nec reportat Vasquez velle Dionysium, Deum non recipere species a creaturis, quippe nec Angelas recipiunt, a creaturis, nec tamen eos affectit esse causas, nec no[n] cognitione sui, non creaturarum scientia. Idem testatur Ambrosius de symbolo. Licit omnis celestis, & terrestria, ac minima quaque perspicias Cap. 1. Deas, nibil tamquam extra se intelligere, sed singula in se interiori dicitur, nihil ergo ex Ambrosio Deus extra se cognoscit, cui consonat Magnus Discipulus Augustinus libro quinto de Genesi ad literam, ubi quod factum est vitam vocat in verbo, & ait. In qua vita vidit omnia quando fecit, & sicut vidit eu ita fecit, non praeter se ipsum videt, sed in se ipso enumeravit omnia, que fecit, & in libro octoginta trium questionum questione sexta, & quadragesima. Non enim extra se quidquam possumus internebari, quod accepit Petrus ponens in libro questionum ubi ait. Deum non sic res cognoscere quomodo sunt in se ipsis, sed quomodo est ipse secundum substantiam, quod similibus verbis repetit Anselmus. Cum ipse saepe spiritus dicit se ipsum dicit omnia que facit sunt. Nam & consequam fierent, & cum jam facta sunt & cum corrupti sunt, sed aliquo modo variantur, semper in ipso sunt, non quod sunt in se ipsis, sed quod est idem ipse. Sic Maximus Martyr capitulus de charitate. Deus quidem semper Cens. 4. ipsum cognoscit ex beatissima subtilitate, & in quo sunt omnia; & apud Euthymium in panoplia. Fieri non potest, ut qui omnia que sunt excedat, secundum ea que sunt hoc ipsa percipias, ubi rationem addit cur nequeat cognoscere, quam desumpsit ex Augustino undecimo de Civitate; ubi assignat cognitionem matutinam, & vespertinam. Cognitione creature in se ipsa decoloratione est ut ita dicam, quidam cum in Dei sapientia cognoscitur velut in arte quo fabella est, & capite non ac vigesimo de Angeli ait. Ipsam quoque creaturam melius ubi hoc est in sapientia Dei tamquam in arte quo facita est, quam in ea ipsa scientia, ac per hoc ut se ipsis ibi melius quam in se ipsis, & probat quia sunt incommutabiliter, & Anselmus quia sunt creatrix essentia. Ex quo constat Deum non posse imperfecte cognoscere, nec cognitionem claram, & perfectam deferre, ideoque licet in se sunt creaturae cognoscibiles, eas in se Deus perfectus nequit videre. Et frustra exemplum speculi referunt omnino contrarium evincentis, quippe in speculo creato, minus perfecte res cernuntur, in speculo inveniente clarior est visio ac docent, & demonstrant Patres, imo & Philosophi sapientiam vocantes, quae habent per altissimas causas maximè finalem; & quoniamvis cognoscat creaturas ut a se producibles, cognoscit in omnipotentia valente producere. Nec valet paritas in Christo, cum in Christo homine possit dari haec imperfetta, non ita Deo infinitè perfecto, ubi sicut*

sicut amat tantum bonitatem suam, sic & attingit tantum veritatem in se ipso, ubi & cognoscit quoad omne esse, & quidem clavis ut probant Patres.

A possibilibus ad futura libera transimos, & quidem Deum ea noscere est perspicuum.

*Sed ego scio*, inquit Deus, *quod non dimis-*

*Exodi 3. rex vos Rex Agypti*, & Daniel. *Qui nosli-*

*Cap. 12. omnia antequam fiant*, & Sapientia octavo,

*scit figura*, & monstra antequam fiant, &

*apud Iesum. Prædicti tibi ex tunc antequam*

*venient indicavi tibi*, & Deus tuus habet tes-

tes quot Prophetae, incipiendo ab Adam,

Iacob, mox à Moysi, Samuele, & Propheta-

tis, imo inter Gentiles etiam Sybillas, &

cùm Deus sciat omnia etiam futura, & cùm

aeternus existat, habet omnia praesentia,

qua ratio est Plotini, Jamblichi, & Philo-

sophorum. Nec obstat Auctoritas Hiero-

nym, negantis Deum cernere omnia exi-

*In cap. 1. scientia. Absurdum est ad hoc Dei deducere*

*Abac. Majestatem, ne sciat per momenta singula,*

*quot uscantur culices quot ne moriantur, que*

*puticum & muscarum in terra sit multitudine,*

*quippe eadem auctoritas, lese exponit, ut*

*sciat per momenta singula, cùm ab aeterno*

*omnia praescire, & clarè loquitur de pro-*

*videntia eum subdat. Non sumus tam fatui*

*adulatores Dei, ne dum potentiam ejus etiam*

*ad minora derubabimus, in nos ipsi iniurias*

*famus eamdem rationalium, quam in rationabi-*

*lium praesidentiam esse dicentes; nec tollitur*

*casus ut arguit Cicero, quippe casus est re-*

*spectus creaturarum non Dei, sicut Consul*

*mitemens milites, aut servos, in diversas vias*

*si in una convenient, scientia est Consulis*

*casus servorum, unde Agustinus de Cicerone*

*in locutus. Multò sunt tolerabiles, qui*

*Civ. c. 9. vel sydera sata confitentur, quād iste quis sol-*

*lit praescientiam futurorum, nam & confiteri*

*est Deum, & negare praescium futurorum*

*apertissima iniuria est. Cùm hac praescientia*

*stat perfecta libertas, quippe intuitus non*

*immutat objectum, & si omnes Homines in*

*meridi videant Hominem se liberè occidente,*

*quamvis occidit moraliter, & physice certa*

*ad huc ipsi Homini est libera, & si se non oc-*

*cidisset, vidisset ipsum se se non occidere,*

*& hec memoria non infert necessitatem pre-*

*teritis, sic neque praescientia futuris, imo*

*falleretur Dei scientia, si libera videret ut*

*necessaria. Nec obstat ea necessarij even-*

*tura nec scientiam Dei posse falli, quippe*

*necessitas ista est consequens, & necessitas*

*consequens, est libertas cum supponat ele-*

*ctionem voluntatis, veluti se liberè congi-*

*cens in ignem liberè comburitur, liberè*

*se prouiciens è senecta liberè moritur,*

*liberè se inebrians liberè mentem depen-*

*dit, quod explicat dilucide Anselmus erit*

*si erit, & sicut ex suppositione quod Pe-*

*trus se liberè prouiciat è senecta, videt to-*

*tus orbis se prouinciem, nec videret si non*

*se prouiceret, ita evenit in Dei aeternitate,*

*cui omnia sunt praesentia, quod etiam con-*

*stat quia Deus videt, se liberè præcipitan-*

tem, eo quia se liberè præcipitat, non se  
præcipitat quia Deus videt. Ex quo corruit  
argumentum rusticorum, quod rusticum est  
& rude, vel Deus prævidit me moritum  
in gratia vel non, si non etiam cum bonis  
operibus damnabor, si prævidit etiam si ma-  
lè vivam salvabor, quippe idem argumentum  
suerit fieri potest, vel rusticus prævius est  
fame moriturus vel non, si fame moriturus  
morietur etiam manducet, si non etiam non  
manducans non morietur, quod idem est de  
fertilitate terræ, non ergo terram colat, aut  
manducet. Cicero in aliena Persona præ-  
scientiam negavit, & ut hominea faceret li-  
beros fecit sacrificios, at in sua admisit ora-  
cula, Sybillas.

Jam certum est Deum sciere futura, dubius  
tantum est modus quo intuetur. Alii volunt  
cum Alvarez, Gonzales, Ripa, Deum in-  
tuiri in causis liberis, vel in carnis disposi-  
tione, at nequit effectus infallibiliter videri,  
nisi connexus infallibiliter cum causa, quod  
repugnat notioni causa libera. Præterea  
vel haec dispositio tantum inclinat, & certò  
non videtur talis effectus, cum libera volun-  
tas agat contra inclinationem, ut Socrates  
maximè inclinatus ad iram, siccè patientis  
fore, & cum habitu intenso convertatur  
peccator, vel necessitat, & non est libera  
voluntas. Etiam homo posita quacunque  
inclinatione, adhuc liber manet, & potest  
vel ad aquam vel ad ignem manum extende-  
re, & in causa indifferenti determinatus ef-  
fectus, nec comprehendendi nec supercompre-  
hendendi valet; ideoque frustra dicitur Deus  
supercomprehendere, & exemplum Dæmonis  
evincit oppositum, quippe conjecturaliter  
tantum cognoscit, & siccè fallitur in in-  
Jobi constantia, quam credit in flagellia  
trepidantem, denique frustra habitum op-  
ponunt, quippe Dæmon ab origine  
mendax sapè est vera locutus, & Nabucodonosor  
infidelis, & idololatra, legem pro  
vero Deo promulgavit.

Alii volunt Deum futura in Idæis intueri  
ut Bannez, Alvarez, & alii, adversus No-  
minales, & Scœistas at constat ex notione  
Idee, ipsam non representare rem nisi facti-  
bilem non futuram, & definitio est expressa  
Augustini. Ideæ est ratio aeterna secundum  
quam aliiquid est factibile ad extra. Nec Idæa  
Architecti exprimit rem futuram sed possibili-  
lem, quod constat in quamplurimis Mate-  
maticis arces multis formantibus in mente,  
ne unam quidem terræ commendataam. Uno  
verbo Idæa est necessaria non libera, qualis  
esse debet futurorum notitia. Et si dicant  
representare libera post decretum, questio  
erit de solo nomine, & voluntas erit causa  
præcisa & sola, qua posita ponetur effectus,  
& frustra repetunt Idæam participationem  
fors divinae essentia, quippe futurum est  
tantum post Dei voluntatem.

Vult Cajetanus cum aliis futura libera,  
physicè praesentia aeternitati, quia omne tem-  
pus una complectitur at aeternitas indivisibili-

lis est virtualiter multiplex, ideoque futura illi non coexistunt, nisi in proprii temporis differentia, sicut essentia, & scientia Dei est indivisibilis, nec participatur tota à Creaturis, sic impenitus una est & indivisibilis neque creatura coexistunt ipsi ubique, nec obstat immensitatem includere actum transiuntem, quem non involvit aeternitas, quippe Deus immensus est absque ullo actu, sicut aeternus absque ullo tempore, & ita creaturae ipsi coexistunt in tempore. Vel etenim coexistunt objectivè, & ita sunt in mente tantum & praescientia, vel realiter quod negant Adversarii ipsi, & arguit Augustinus de Verbis Domini. Quid ergo possumus Fratres mei in creatura inveneri coeterum, quando in creatura nibil inventum aeternum?

*Cap. 11.* Illud mirabile est Auctoritates contrarias, omnino contrarium evincere. Referunt illud Job. Numerus mensium ejus apud Te est, at ibi agit de praescientia Dei, numerante menses ipsius, & ipso numerum ignorantem, ut exponunt interpres passim, & Gregorius ex eo textu concludit, præteriunt apud Deum manere, quod de praeteritis valet non futurum. Referunt pro se Ambrosium expressè contrarium. *Quonodo ergo futura sunt que futura sunt, nisi quia operatio Virtutis & scientiae comprehendit numerum omnium seculorum.* Et tunc. Ut quae futura sunt vel quasi praesentia, vel quasi futura dicantur &c. Deo enim que sunt futura praesentia sunt. *Ei cui praecognita sunt omnia ventura perfecta sunt scriptum est. Qui facit que ventura sunt,* qui textus est in editione septuaginta. Referunt Augustinum de cognitione vera vita. *Nihil praeteriti ei dedit, nibil futuri occedit, sed quidquid est vel suis sotum sibi praesens adegit,* ubi ponit praesentia etiam præterita, & de Genesi ad literam. *Proinde antequam fuerint, & erant & non erant, erant in Dei scientia non erant in natura sua,* ubi ides in Dei scientia extitisse, non in natura sua aut mensura aliena, quam ne unus quidem Pater commemorat, & sermone undecimo de Verbis Apostoli. *Habet Deus omnia praesentia non in natura sua, sed in praescientia sua,* & alibi. Quod si Patres ab ipsis adducti sunt nostri, quales erint ab ipsis non adducti? Ita exempla ipsorum nostra sunt. Caloni non legit nisi praesentia, speculator non cernit nisi sibi praesens, nec arbor in fluvio coexistit omnibus undis, & linea centro coexistunt, in suo tantum situ & loco; sic Deus videt omnia praesentia & intuetur, in aeternitate adequatè sumpta, sicut ut notant Patres inveniunt præterita, & sicut novit de praesentibus præterita, ita noscitur de futuris praesentia reali. Possunt adduci alii Patres pro nostra sententia, ubi Gregorius trigesimo moralium ait. *Omnis quod nobis sunt & erit in eius prospicula praesens est,* ubi Basilius in Iustiam apud Damascenum. *Nihil enim ipsum præteriti aut futurum est, sed omnia praesentia sunt,* & que à nobis è longinquò expellantur velut in praes-

sia Divino oculo proficiuntur ubi Theodoreus in Genesim. *Universorum Deus natura quidem est immutabili, novit autem ea quae nouum facta sunt tanquam jam facta sunt,* sic Proclus.

Boetius libro quarto de consolatione Philosophi, ait in simplicitate scientia infinita que præteriti an futuri spatia complectens omnia quali jam gerantur infra simplici cognitione considerant, si Hilarius 12. de Trinitate dicit jam facta esse, & cùm in Divinis virtutis, & praescientia efficiens sint creata, sic Fulgentius de prædestinatione & gratia capite tertio, sic Nyssenus libro secundo contra Eunomium, Petrus Damianus opusculo trigesimo, & alii. Docent hic Thomas Deum, futura libera intueri in sua scientia, qui sit scientia visionis non simplicis intelligentiaz, futurorum non possibilium, vel rerum idem ut volunt alii, adjuncto voluntatis decreto, & quippe de sua scientia Scripturas exponit. *Omnia in sapientia scissi,* & de sapientia Proverbiorum octavo. *Cum eo eram causa component,* & sapientia omnium artificiæ dicitur. At scientia futurorum & visionis, causa rerum esse non potest, quippe contemplatur res jam factas, nec rerum præexistentium causa esse valet. *Vidit Deus causam que fecerat,* & erant valde bona, & idea in Deo est directiva, & voluntatis divina exequitur, ideoque scientia visionis non concurrebit. Ita videt Deus innumerous orbes, eorumque varias dispositiones, & per aetum voluntatis unum eligit, sicut sapientis Architectus ex pluribus palatiis, in idea sua formatis unum decernit; & in Deo vixit pluribus Cœlis, eorumque modis diversa statim est dicat. Fiat firmamentum, vox ipsa exquirit quod iubet, ut bellâ Arator Ligur Gen. 1. expressit. *Et vox semem erat, cum nempe diceret. Geraret terra herbam vivensem,* denique mox evincemus rerum causas, *in com. 1.* idas divinas merito vocari. Sunt & Patres id affirmantes. Hieronymus in Jeremiam 28. eximit. *Nos enim ex eo quo Deus fecit futurum aliquum, futurum ideo est,* sed quia futurum est ideo fecit, Justinus. *Nec causa est ejus* *lib. 4.* *quod futurum est prenoscio,* sed quod futurum *cap. 12.* *est prenoscitur.* & Augustinus de Genesi ad litteram. *Negne enim cognitio fieri potest nisi cognoscendo procedat,* sic decimo quarto de Trinitate. *Precedit cognitionem quidquid cognosci potest,* nisi enim prius sit quod cognoscatur cognosci non potest, sic & alii Patres loquuntur, nec de peccatis tantum sed universaliter omnia complectuntur, & Origenes in epistolam ad Romanos id evincit, cùm etiam Deus non cognosceret, adhuc futurum foret futurum.

Neque scopum attingunt rationes illæ, quod scientia simplicis intelligentiaz, necessaria est non libera, speculativa non practica, nec dirigit ad opus & similia, quippe adjuncto voluntatis imperio, fit è necessaria libera, & practica, & directivè concurredit ad opus, ut constat in artificiali idea. Nec obstat Augustinus de nostra voluntate.

Rogat

**Lib. 5.4<sup>r</sup>** **Quod factura fuit ipse omnino factura fuit**  
**& 21.** **qui voluntas atque facturata, illa praeservat**  
**enjus presencia fallit nos posse, quippe lo-**  
**quitur de scientia simplicis intelligentiae**  
**adjuncto Divino beneplacito & approba-**  
**tione. In ejus voluntate summa potestus est quae**  
**creatorum spiritum voluntates bonas adjuvav-**  
**tas malas iudicat, omnes ordinat, & ibi vult**  
**Deum cognoscere nostras voluntates ut cau-**  
**sas nostrorum operum, ubi ordinat, & dis-**  
**ponit, & in voluntate causam operum agno-**  
**scit. Et argumenta oppositis, artem concor-**  
**rere effectivè ad opus, Deum agere per men-**  
**tem, que ipsi natura est, evincunt oppositum,**  
**cùm ari concurrat tantum directivè, siue &**  
**mens, & posito actu voluntatis sit opus, &**  
**scientia possibilium dirigens sit effectum, &**  
**post scientiam dirigentem voluntas, & de-**  
**terminat opus, & ipsum exequitur.**

Hoc idem constat ex Augustino. Inter Theologos, & Platone divino inter Philosophos dari in Deo idæs, & in eis Deum futura intueri, post Divine voluntatis imperium. Ita libro quinto de Genesi ad li-

**Cap. 12.** **vocat Augustinus, incommutabiles**  
**rationes. Et capite decimo tertio ejusdem**  
**libri. De prius ergo illis Divisionis incommu-**  
**tabilibus, eternis rationibus, & capite**

**de Gen.** **sequenti de creaturis. Prinsquam ferent**  
**cap. 24.** **apud illum erant eo modo, quo sempiternè, at-**  
**que incommutabiles erant, & libero quarto**

**concludit. Cùm simul universam creaturam**  
**ficit facta est in primis atque incommutabilibus**  
**rationibus per quas facta est contemplaverunt,**  
**ubi vides quo medio Deus intueratur, in**  
**creaturarum prima & incomutabili ratione,**  
**& de se, & de Platone testatur Divinum ar-**  
**tificem opificem cùm idæs; & probat quia**  
**omnia condidit cognoscens.**

Post Augustinum est Plato ab eodem lau-

datus, qui non separatas assertuit substantias, sed idæs à Deo iisdem utente non distinxit. Ita ille loquitur in Tymeo. *Necesse est spe-*  
*cier esse, que per se ipsæ sunt, & intelligentia*  
*potius, quam sensibus comprehendantur. Et*  
*mox. Illad nulla persuasione mutabile, &*  
*mox que cum ita se habeant sicut oportet esse*  
*speciem, que semper idem sit sine alteri; &*  
*alterius, que nec in se accipiunt aliunde quic-*  
*quam aliud. Ea vero apud nos sentimus sem-*  
*per rata indubiaque præ caseris habetur, quod*  
*Deus cum talia non efficit quia pulcherrimè, op-*  
*timè quia fieri poterant ordinavit. Et de Re-*  
*publica. Si verò ipsam nescient, & sine*  
*ipsa alia quæcumque noverimus, scito nullam*  
*ex aliis nobis utilitatem fore, sicut neque prau-*  
*denter nobis quicquam, quod sine bona posside-*  
*mus. Aū magis quid esse poterit sine posse for-*  
*se boni alienam possidere, quam sine boni ip-*  
*si, & pulchri intelligentia, ceterorum in-*  
*telligentiarum non habere. Et in Phædone pro-*  
*bat immutabile, & pulchrum, & bonum,*  
*bonum, & magnum, & cetera omnia. Et*  
*huc manifestè probant, idæs illas esse divi-*  
*nas, immutabiles, sine motu, & ortu, ex*  
*nulla parte aliquid accipientes, semper ra-*

ta, latè certa, ut optimè intellexit S. Augustinus, & alii Patres, & Philosophi Platonici, immò Thomasinus plures textus accumulat, evidenter de Deo ipso locutos. Et si Aristoteles imposuit Platoni, id agit ut gloriam Magistri minoreret, in ea sententia peccipue omnium sapientum planisbus excepit. Nec potuit ponere à Deo creatas primum cùm ea omnia nomina, elogia foli Deo convenient; omnis bonis immutabiliis &c.

Ex his constat Deum in suo decreto, fu-  
tura intueri & in sua voluntate sicut possibili-  
ta videt in essentia & omnipotenti, quod  
paucis expressit Hilarius de Trinitate. **Ques-**  
**titus facere decrevit in sua voluntate cognoscere,**  
**& sic aeterno libera decernit, quia mox**  
**morali p̄determinat in tempore, cùm Deus**  
**magis habeat ex Augustino, in potestate vo-**  
**luntates nostras, quas ipsi nos nostras, cùm**  
**sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in**  
**manu Domini, quo cumque voluerit vertet**  
**illud, & si cor regis longè melius cor alio-**  
**rum.**

Brevissimè memorsndā est scientia media, quæ requireret amplissimum volumen, sicut Pater Henao de ipsa duo amplissima edidit volumina, & primo dicimus sententiam hanc omnino Catholicam, & toto Cœlo distare à Semipelagianis, quippe Semipelagiani utehantur hac scientia, ad meritum & cul-  
pam, ut constat apud Augustinum, Hilarium, & Prosperum, Patres verò doctissimi societas asserunt, non dari merita aut peccata conditionata, eaque in suis operibus omnes confutant, & tantum eam scientiam admittunt; ut Deus habeat certitudinem in suis operationibus. Alterum amplissimum differunt est, Semipelagianos negasse gratiam ad initia operum, & Patres societas omnino affirmant, & probant ad fidem, & initium dare gratiam Dei, & fidei tenent.

Non placet ex alio capite hac scientia, quam si necessaria foret Deus revelasset, pro-  
pugnantibus Fidem Catholicam quod non  
agit. Hęc Deum omnipotentem cogit, ad  
explorandam peccatoris voluntatem, & si  
peccator omnibus auxiliis refusat, quod physice, vel moraliter potest, Deus ipsum  
convertere non poterit, ubi non est verum  
Deum plus habere in potestate sua, voluntates nostras quas nos ipsi nostras, cùm indi-  
geat aliorum voluntates explorare; quod nos in nostra voluntate non agimus; ubi de-  
creta actualia admitti debent in Deo, nec  
enim dicitur Deus vellet, sed Deus vult om-  
nes salvos fieri, si nempe per ipsos non stete-  
rit, ubi promissiones sunt actualies, sio ad  
ostium & polso, vult omnes homines salvos  
fieri, ubi gratia communis est bonis &  
reprobis, & solum liberum arbitrium se di-  
scernit, & quamvis Deus donat in optimis  
circumstantiis, libertas tamen sola facit grati-  
am efficacem; ubi resiliens miraci vocatio-  
nem, & uni tantum assentiens non potest  
laudari, nec reprehendi uni dissentiens tan-  
tum.

tom, & tota causa carum circumstantiarum, est solus Deus hominem in iis constitutus, ubi causa operia præcipua foret homo, cum ipse determinet Deum ad opus, ubi non esset invicta omnipotens si respicere deberet genium & mores, sicut nec Dux invictus est, nec Orator, considerans circumstantias vinciendi; ubi effectus in actu causam exigit in actu non causam que foret si, quæ nihil est; nec decretum conditionat futurum, potest actu influere in effectum. Denique Augustinus in hac re celebratus ex professo reiecit hanc scientiam, ubi proponens sibi sententiam Porphyrii, quare Christus tamdiu adventum suum distulerit adhuc scientiam medium, quod urgent Contrarii, at videns eam erroneam corxit de prædestinatione SS. ubi ait. *Sine prejudio latenter confiliis Dei, & aliarum causarum hoc de praesentia Dei dicere volui, quod convincenda Paganorum infidelitatibus qui obsecrant quæstionem sufficeret videbatur, & ibi explicat de Dei voluntate, & decreto, & capite decimo ostendo & sequenti reiecit omnem præscientiam ante decretum, & Semipelagianis abutebantur ea auctoritate, quibus respondet retrahens de prædestinatione SS., & nunquam adhibuit eam scientiam, ad conciliandam gratiam & liberum arbitrium, & poterat facilem cum ea respondere quod unus non alter sit prævisus consentiens; imo textus allati de congruitate nostri sunt. *Quis babes in pectore, ut vel occurras quod cum delebare possit aut delebeat cum occurrit. Cum ergo uox ea delebeat, quibus proficiamus ad Deum inspiratur hoc, & præbetur gratia Dei;* nec unquam amplius eam scientiam adhibuit.*

Fp. 49.  
cap. 9.

Cap. 18.  
C. 19.

Cap. 10.

Cap. 13.

*tur omnis secundum confiditum voluntatis sua, & Jacobus semper docet dicendum, si Deus hoc vel illud voluerit, & quamvis aliqui excludant præscientiam, nunquam excludunt Dei voluntatem, & Fasolus ipse tandem confitetur. Frustra subduni in futuris absolutia, suam veritatem à consenso & ita in conditionis, quippe semper sumitur à decreto, & ulterius discrimen illud est posse absolute libera cognosci in eternitate, non futura conditionata, quæ ibi non extant. Frustra assertor abfuge scientia media, salvari non posse libertatem, quippe abfuge illa salvamus, per solam prædeterminationem moralem, cum qua Patres omnes salvarent; & salvari debet omnino & Dei potentia, qui ex se ipso possit peccatores convertere etiamsi foret ita perversus, ut nollell illi vocatio consentire, utpote liber. Denique non valet paritas de futuro absoluto quippe est præsentis aeternitatis adæquatæ sumptus, futurum vero scientia media non est præsentis, neque seitur potius electio quam non electio.*

Impugnant aliqui Prædestinationes, at hi nonquam scilicet fecere, sunt etenim calumniæ Semipelagianorum & objectiones ipsæ opposita Augustino, prima etenim ea erat nullum exigere laborem ad salutem, sic secundum errorem affirmabant sequi ex doctrina Augustini, tertius habetur capite nono, & articulo primo objectionum Vincentianorum, quartus est prima objectio Gallicorum, quintus est objectio capituli secundi.

Et alios enumerat Cardinalis de Noris, & constabili per singulos decurrenti, nec Propter unquam vel leviter insinuat eos errores ab aliis defendi & quod falcam ponit ad radicem, Synodus Arauacina eam causam pertractans ait. *Aliquos vero ad malum divisa potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum credere possunt cum omnibus detestantibus illis auctoribus dicimus. Vbi irridendi forent illi doctissimi Patres, si de fœta locuti dicerent. Si qui sunt, & Prudentius Triëtius in Joannem Etigenam scribit. Nec legimus nec audiimus, sic S. Remigius cum Ecclesia sua Lugdunensi in eundem. Quod vero citetur Gennadius & Faustus, est citare ipsos fabulae Auctores, & Lyriensis dubius est, & Monachus Goticcalchus defenditur à Remigio, Ecclesia Lugdunensi, à Rothaldo Episcopo Sueffionensi, à Concilio Valentino, & Goticcalchus ajebat. Prædestinavit Deus ad interitum non ad peccata ex Herimanno contrario. Expositio questionibus contra hereticos, sicuti decidimus inter Catholicos, prædestinationem fieri ante prævisa merita, quam teherent Thomistæ, & Scotus, & innumeris. Augustini Auditores, & multi præcipui ex societate, cùm Bellarmino, Petavio & Aliis, ubi ex hoc solo amplectuntur hanc opinionem, cùm tot Auctores variat in aliis questionibus*

late divisi. Evincitur id Læca duodecimo. *Nolite timere peccatis greci, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum, ubi regnum dicitur non gratia, ubi est affectus efficax operi conjunctus ubi nomen Patris est nota iudicis, ubi in Graeco complacuit idem est, ac benignissima voluntate dispositus, quod de affectu ineffaci dici nequit; ubi cum affectu ineffaci dici non potest, nolite timere, eum adhuc debeat timere. Est & illud ad Romanos nono. Cum nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali, si fecissent etiam propositum Dei manaret eum ex operibus sed ex vocante dictum est ei. Quia major serviet minori sicut scriptum est Jacob dilexi Esaia autem adiebat, ubi excludit opera non includit, nec responsio valet Argentinus, loqui Paulum de operibus factis, quam confutat Augustinus in Enchiridio, & displicet ipsis nostris Contrariis, neque principiantes esse ex Deo quippe excluduntur omnino merita, nondum boni aliquid egissent, & expressus, Non volentis neque currentis, sed misericordia est Dei, ubi excluditur voluntas hominis, & ejusdem cursus ad brevium, & frustra de primogenitura expoununt, ubi Apostolus de prædestinatione loquitur, aliud quidem vas in honorem & mox, Ut ostenderet divitias gloriae sue in vasa misericordia quæ preparavit in gloriam. Rursus. Crediderunt quoniam erant præordinati ad vitam eternam, & vita eterna in Scripturis est, paradisus non fides, quæ dicatur vita eterna inchoata. Rursus Christus ipse nos edocet. *Et nisi breviati fuisset at dicti illi non fieret salvo omnis caro, sed propter electos breviabitur dies illi, ubi media congrua donantur electis & breviaatio dierum & perseverantia, & frustra recurrunt ad merita, quæ perseverantiam certò non obtinent, & beneficium hoc donatur propter electos. Itum Doctor gentium & gratia. Elegit nos ante mundi constitutionem ut essemus sancti, & immortali sit mox. In quo etiam & nos forte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus qui operatus omnia secundum consilium voluntatis suæ, ubi propositum septem in Scripturis expressum, non significa: simplex desiderium, & in reprobis omnino inutile, & Adversarii ipsi propositum ad primam gratiam, vocant non desiderium simplex, sed firmum & solidum. Extat & illud Apostoli dilecti. Si sufficiem ex nobis permanescerent utique nobiscum sed ut manifeste sunt quoniam non sunt omnes ex nobis, ubi arguit & Augustinus. Illud tamen fidilibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatione illum non esse, nam si sufficiem ex nobis ait unus Prædestinatorum qui de pectore Domini biberat hoc secretum manifestent utique nobiscum (ubi vides & Scripturam & interpres).**

*Inter hos eminet invictissimus Augustinus, cuius doctrina ait Celestinus Papa eadem est quæ Apologeticæ sedis, in hac re maximus Bellator & Victor. Et noster est etiam ex Mul-*

Multis Adversariorum, & constat primò ex objectionibus contra ipsius doctrinam, ubi torpor objectur, desperatio, segnitias, & qui-

dem à Doctissimis Massiliensibus, in præfisiōne verò meritorum, vix rudit aliquis eas ferret oppositiones. Est & apud Augustinum illud decantatum, per propositum Deum eligere quos eligit; de correptione & gratia scribit. *In Dei propositum refundi electionem ad gloriam.* Et rursus *Nec moveat quod Filiis suis quibusdam Dens non dat istam perseverantiam;* absit enim ut ita esset si esset ex illis secundum propositum vocati; Et mox. *Ipsi sunt illi prædestinati,* & secundum propositum vocati, an hoc est simplex desiderium, an non ponit facultatem ut effectum. Si de prædestinatione SS. & alibi. Iterum frequentissima est regula prædestinationem esse causam salutis, non prædestinationem causam esse caudi, de bono perseverantis fuso calamo.

*Non erant ex eis quia non erant secundum propositum vocati, non erant in Christo electi ante constitutionem mundi, non erant in eo forem consecuti, non erant prædestinati secundum propositum; & de correptione & gratia. Ipsi sunt illi prædestinati & secundum propositum vocati, quorum nullus perit, an ubi nullus perit est simplex desiderium salutis, an sunt merita causa salutis vel propositum. Rursus doctissime arguit Petavius, non potuit Augustinus loqui de prædestinatione ad gratiam, quam Pelagiani non admitebant, & dico & ego idem de Semipelagianis, non admissentibus prædestinationem ad fidem & primam gratiam: sunt & innumera alia apud Petavium & alios, & textus contrariorum fundamentum est nostrum. *Non tamē electione precedit iustificationem sed electionem iustificatio, nemo enim eligitur nisi jam distractus ab illo qui reticitur,* nam Vasquez ipse fatetur*

*Augustinum in Jacob & Esau locutum de regno,* & ait Augustinus Esau nec damnatum à se ipso, & Jacob immerito & gratis; & hanc retractat de prædestinatione SS., & in retractationibus ait se nondum diligentius quaesiisse, nec adhuc invenisse qualis sit elec-tio gratia, imò electionem duplice mponit, aliam liberalem primam, Aliam ex meritis in executione, & præscientiam semper ponit à prædestinatione, & docet id ab omnibus ita exponentium.

*Sequuntur Discipuli Magistrum, & Prof-* per ad capitula Gallorum scribit. *Deus his quos eligit sine meritis dat unde ornentur ex meritis,* & Fulgentius de fide ad Petrum. *C. 1. 3. 7. Illi cum Christo regnabant quos Dens sua grata bonaute prædestinavit ad regnum;* & ipsi respondent calumnias Hostium, in Augustinum sèpè cumulatis.

Frater Autoritatem sunt rationes, quippe gloria vocatur fons, quæ omne meritum etiam ex gratia ortum excludit & terra promissa per gratiam Dei dicitur fons. Etiam voluntas Divina ad bonitatem non inventit. Etiam ordinatè volens prius vult finem quam media, etiam alteri cōtra Vasquez, nec

obstat Patrem velle filiis præmia, quippe Deus non Pater habet in manu sua, ipsius Filii libertatem & meritum.

Ut verò solvantur plura Hostium argumenta, adverte in ordine intentionis gratuitam, in executione onerosam esse prædestinationem, vel Deus ex gratia vult secunditatem agricolis, per ipsorum labores, habendam, Rex ex gratia eligit Ducem ad pugandum, & sic Augustinus Deus eligendo facit divites, ex Prospero, Deus his quos eligit sine meritis dat unde ornentur ex meritis, & Scriptura. Placita enim erat anima illius propter hoc properavit educere illum &c. Ex hac reflexione corrunt innumera argumenta, Venite benedicti Patris mei) Esriví enim & dedidit mihi manducare &c., sic numerosi Patres explicantur, sic volumas efficax impletur per diversa media, ut Philip-pus Macedo de urbe pulchra ajebat, volo ut hæc urbs sit mea vel auro vel ferro, sic est gratuita voluntas in intentione, non in execu-tione ut in frequentitate rusticorum & similia; sic intendit Deus gratis ubertatem, non dat gratis per otium rusticis, sic per Christi merita in executione & ita in execu-tione ei corona, nec dat sine meritis sed merita, ut loquantur Patres sunt effectus voluntatis gratuitae.

Frustra repetunt non esse prædicandam hanc sententiam, quippe prædicavit Augustinus cum discipulis, nec est prædicanda præscientia, ne quod Christus posset affluere lapidem. Frustra dicitur voluntas antecedens & necessitans, quippe etiam in scientia media, relinquit Prædestinato libertatem, ubi ponit Deus in circumstantiis quibus assentitur. Frustra scrunt paritatem reprobationis, quippe Deus justus non potest punire sine peccato, magnificus potest premiare sine merito, ut responderet Augustinus & constat in missilibus. Frustra dicunt inferri fatalem necessitatem, quippe eis sunt calu-mniae adversus Augustinum & Deus prædestinatis salvat libertatem. Frustradieunt nil laborandum, quippe hoc idem dici potest, de vocatione congrua & laboribus rusticorum, & nemo magis laboravit quam certò præde-stinatus, Paulus, Praecursor, & B. Virgo. Frustra dicunt etiam Calvinum se tueri posse, dicentem reprobationem post prævisa peccata, quippe Evangelium ipsum respondet Venite benedicti Patris mei, non ita maledicti Patris mei, & potest Deus misericors eligere ad celum, non Deus iustus velle infernum, & culpam. Denique frusta ferunt Patres etiam sine dilecta, cùm multi loquentur de electione ad gratiam & facile explicantur de ordine executionis, sicut explicant Augustinus & discipuli, & Patres sèpè exponunt se ipsos, & alii sunt nostri.

A prædestinatione descendimus ad reproba-tionem, quam Calvinus voluit ante prævisa peccata, etiam positivè intentam à Deo, & plures Calvini textus fert Beccanus & clares Petavius contra Anonymum ejus Defen-

Defensorem, ita enim libro tertio institutio-  
num loquitur. *Si non possumus rationem af-  
fignare cur suos misericordia dignetur, nisi  
quoniam ita illi placet, neque enim in aliis  
reprobis aliud habebimus, quam ejus vo-  
luntatem.* Et rursus scriptit. *Non alia de can-  
fa reprobare Deum, nisi quod ab hereditate  
quam Filiis suis predestinat illas quae exclu-  
dere.* Et mox ait. *Minime consentaneum esse  
preparationem ad interitum aliò transferre,  
quam ad arcuum consilium Dei.* & ihi con-  
demnat relictentes in peccatum. Nec valida  
defensio est, alibi initius loqui & vocare ad  
penitentiam, quippe forte id insultare dam-  
natis, & ita Demones possent etiam vocare;  
nec rursus obest esse Judicem, quippe puni-  
ret sine culpa, & innocentes. Hoc idem te-  
suit Piscator, scribens ex professo contra  
Vorstium, sic Beza libro de aeterna Dei  
prædestinatione. *Consilii enim causam nul-  
lam aliam intelligimus, quam ipsam Dei vo-  
luntatem, ubi consilium Dei ira vasa desti-  
navit.* Quo opinio horribilis destruit, Dei  
bonitatem, justitiam, sanctitatem, veracita-  
tem, voluntatem, qua odit iniquitatem, &  
Deum ipsum in nihilum reducit.

At cum Fratres Valembergici notent,  
nunc extinxant quidquid olim fuerit, subhi-  
cimua causam reprobationis negativa, esse  
Adæ peccatum in posteros transfusum. Et  
Calvinus ipse vocat decretum horribile.

Post Augustinum libros integros, de pec-  
cato originali scribente, superfluum est illud  
evincere, at cum vigeat adhuc in modernis  
hereticis, qui ex eo se ostendunt veterum  
successores, aliquia sunt monenda & pri-  
mum, jam vidimus concupiscentiam, non  
idem esse ac peccatum originale, in modo nullum  
esse peccatum. Et certè error ille omnium  
telis est confixus, à summis Pontificibus  
Innocentio, Zozimo, Bonifacio, Celestino, ab  
Ecclesiis. & Conciliis totius orbis, à tertio  
Generali Concilio, & Patribus Augustino  
posterioribus ut constat, & ipsum præce-  
dictib[us] ut fuisse evincitur, à Catholicis omni-  
bus & præterea ex feminis ipsa apud Augu-  
stinum, fractura caput negantium exorcismum,  
quod & fatebantur Pelagiani, ideo-  
que peccatum, & Deomonem esse in parvulis,  
ex Pelagio se retractante in Synodo Dio-  
politana, ex Celestio assentiente episcopate  
Innocentii, ubi clare peccatum hoc erat  
definitum, ex Juliano ad Ecclesiam redire  
conante, ipso nomine & notione baptisimis  
ipius necessitate apud Scriptaram & Patres

*J. 1. c. 2. ex Calvino ipso dicente *Filio fideliūm, non  
omnes liberū, sed quos Deus elegit,* quamvis  
velit alibi in utero sanctificari. Denique  
nulla ut notant Valembergici est quæstio.  
Docent cum Catholicis Protestantes primò  
derivari ex peccato Adami in posteros ejus  
veri nominis peccatum. Docent cum Catho-  
licis Protestantes secundo peccatum origi-  
nale traduci ad ejus posteros per genera-  
tionem. Docent cum Catholicis Protestantes tertio  
peccatum originale non tantum pertinere*

ad Filios infidelium sed etiam ad Filios fide-  
lium, quamvis velint Filii fidelium illud  
peccatum non imputari. Et mox. Consequen-  
ter in tribus prædictis nibil est cur à commu-  
nicione Catholicis abstineantur Protestantes & ca-  
piti sequenti in compendio. Docent cum  
Catholicis peccatum originale dicere privatio-  
rem justitiae debite inesse. Et post aliqua.  
Quapropter si nobiscum docent Protestant[es]  
in baptismo tolli formale peccati originalis  
causitatem mentem à Deo aversam, abolerō  
reatum & offendit Dei, absentiuntur defini-  
tione Concilii Tridentini ubi & ipsi tenent  
reatum, & offendit Dei in baptismo conda-  
nari. Immò nec est pugna in imputatione,  
ex Bernardo etenim ad Innocentium habe-  
tur. *Nun si unus pro omnibus mortuus est, ergo  
omnes mortui sunt.* Ut videlicet satisfactio  
unius omnibus imparetur, si omnia peccata  
unus ille portavit, sic Bellarminus, Siciolius,  
sic contraria ipsi Gerhardus & Amelius, &  
volunt Protestantes id fieri, ex communica-  
tione Spiritus sancti, quæ membra junguntur  
capiti Christi. Adeò clarum est dari pecca-  
tum originis, cum & ipsi Pelagium dicant  
hereticum. Adeò & Catholici & Protestan-  
tes, clare explicant peccatum originis, priva-  
tionem esse justitiae debite inesse, & reat-  
um ad penitentiam exclusionis à gloria, quod &  
competit peccato habituali. Nec obstat in  
pura natura peccatum, non fore privationem  
justitiae originalis, quippe privatio foret ju-  
stitia naturalis, immò & reatus esset ad pa-  
nam, etiamsi Deus non condidisset infernum,  
quippe semper peccatum dignum est pena,  
etiamsi Iudeus non existet; & lex aeterna  
Dei est ut animus inordinatus pena sit sui  
metipsum & nemo nocena ex Satyrico, vel se  
Judice tuerit; & absolvitur.

Contra Albigenenses, Anabaptistas & siros,  
brevissime comprobamus dari hoc peccatum.  
*Nemo mundus à forde, nec insans, cuius est  
unius dei vita super terram* Et rursus. *Quis Job. 14.  
posset facere mundum de immundo conceptum  
semine?* Et iterum. Ecce enim in iniquitatibus  
conceptus sum. Et rursus. *Per unum hominem  
peccatum intravit in mundum & sicut Adæ  
injuria infect omnes, ita Christi justitia  
omnes salvat.* Et hanc januam latam signat  
Augustinus, qui & fert traditionem, &  
rationes & solvit argumenta Recentium vel in  
antiquis, nec post Homerum illias est scri-  
benda.

Hoc peccatum causam esse reprobationis,  
coconstat Exodi trigesimo tertio. *Miserere  
cui volnero, & clemens ero in quo mihi placue-  
rit, & ad Romanos nono.* Cùm nondum natū  
essent, aut aliquid boni egissent aut mali Et  
mox Jacob dilexi Efan autem odio babai at  
Deus nihil odit eorum quæ fecit, ideoque  
debuit odisse peccatum non actualē, an-  
ciam aliquid boni aut mali egissent, rema-  
net ergo peccatum originis. *Quod millies &  
docet & convincit Augustinus.* *Quis enim bonif.  
nisi insipiens Deum iniquum patet, frue judi-  
cium penale ingrat digne frue misericordiam*

*præflet indigno. Denique infert & dicit. Igitur non voluntis neque currentis, sed miserenſis est Dei. Ambo itaque gemini natura filii ira nasciebantur, nullus quidem operibus propriis, sed originariis ex Adam vinculo damnationis obſtruit. Sed qui dixit, miserebor eum miseretur ero, & misericordiam præſtabo cui misericors fuero. Jacob dilexit per misericordiam gratium, Eſau autem odio habuit per iudicium debitum, quod cum deberet ambobus in altero alter agnoverit non de fuit distantibus meritis filii esse gloriandum, quod in eadem causa idem supplicium non incurrit, sed de Divina gratia largitate, quia non voluntis neque currentis sed miserenſis est Dei, ubi de exclusione à gloria cùm ait iudicium penale ingeri & supplicium incussum, & vinculo damnationis obſtruit, idem clarius docet capite ſequenti. Miserebor magna bonitate obduras nulla iniuriantem, ut nec liberatus de suis meritis conqneratur. Sola enim gratia redemptor discernit à perditis, quos in unam perditionis concreverat magiam ab origine della cauſa communis; Et rursus. Iflos debitum Dei iudicium ducet, nisus eis in debita misericordia subveniret, sic libos quanto contra Julianum & quinto & ſexto probat. Non ē iniquitatem apud Deum, que quenquam sine malis meritis damnat, nec damnatum poſſe queri de ſupplicio debito, ſic de natura & gratia, & ad Simpliciaum. Et alibi. Sed in iuſtis ē in una eademque cauſa hunc liberari illum puniri. Nempe ergo iuſtum ē utramque puniri, & de Eau & Jacob. Reī tamen ex origine naſcebantur, & libro ſecundo ad Bonificium Deum liberat ab acceſione Personarum. Nec illa ē acceſio Personarum in dubiis debitoribus equaliter rei ſi alteri dimittitur alteri exigetur, quod pariter ab utroque debetur, & de donec perfeverantia validissime. Multos liberat Deus de tam debita perditione at ſi inde neminem liberaret non effe impulſus, & concludit. Qui ergo liberatur gratiam diligit, qui non liberatur debitum agnoscit ſic ſe Augustinus vocat non diſcretionem à maffa, ſic D. Thomas docet; nec obſtitut paucos tenere, vel ex Tridentino in baptiſmo remitti peccatum originale, & ad Romanos octavo dici. Nihil ē damnationis hi qui verē conſepulti ſunt cum Christo per baptiſtum in mortem, & addit Tridentinum nil ē quod nos removet ab ingressu Cœli, quippe plures citat Gonet, & Patres ſocietatis praecipiuntur id tenere à Claudio Aquaviva Genesali, ſic Augustinus ſep̄, Fulgentius de veritate predestinationis & gratiae, Prosper ad ſeptimam objectionem Gallorum, & non remanet culpa ſed concupiſcentia ex Concilio, ſic responderet Augustinus non perfeverare aliquos. Ex uno quippe omnes in condennationem, ſic Prosper ſolvit ſecondum objectionem Gallorum, ſic Patres in fardinia exiles, & Augustinus habet innumeros teſtus, & plures citat Petavius.*

Falsa est ergo aliquorum Thomistarum ſententia, Deum excludere à gloria ut bene-

ficio indebito, quippe excludit ob peccatum originis, & cùm omnes vocaverit ad gloriam & velit omnes salvos fieri non potest ipſos à falute ascerre. Nec obſtitut voluntatem falvandi omnes, non esse absolutam & efficacem, quippe voluntas vera est & repugnat, duæ voluntates veræ una verè volens includere, altera verè volens excludere, veluti ſi Rex vocet verè fervum ad convivium, & venienti claudat januam, & quis capiat Deum verè velle & verè nolle?

Remanet explicanda pena debita origina- li, & certum est ſive baptiſmo non ingredi Celum, quod & Pelagius ipſe affirmabat, ac præter hanc dicimus igne toſqueri. Et certè in Scriptura iudicante Christo non erit niſi dextera vel finiſtra, & cùm certò pueri non ſint in dextera, crunt in finiſtra iisque dice- tur. Ita in ignem eternum, nec dicas pueros non iudicandos, nam Apocalypſis vigefimo legitur. Et vidi mortuos magnos & paſſillos ſtantes in conspectu Throni, & libri aperti ſunt, & aliis liber apertis ei gni ei vita. Et concludit. Et qui non eſt inventus in libro vite ſcriptis missus eſt in stagnum ignis, ubi certum eſt pueros non eſſe in libro vita. Ideo- que miſi ſunt in stagnum ignis, ſic apud Scriptum & Interpretes, Christus eſt Ju- dex omnium hominum & de pueris dicitur. Nunquid pueri homines non ſunt? Sic Joani- ni tertio poſt ea verba niſi quis renatus ſe- rit ex aqua ſubditur. Qui credit in filium Jo. 3. babet vitam eternam, qui autem incredulus eſt non videbit vitam ſed ita Dei manet ſuper ip- ſum, idemque dicitur de peccato originali. Ep. 105. Et Erasmus natura Filii ira, quod repugnat cum beatitudine naturali, vel cum priuatione doloris ē Cœlo amitto, quod ſine miraculo fieri non potest, denique in tota Scriptura ne verbum quidem, de limbo puerorum bene de limbo Patrum, qui & Ahrahæ finis voca- tus, & locus Patrum aliquando beatifican- dorum, inquit nec per ſexaginta ſecula inven- nitur. Hoc idem firmitat Concilium Floren- tini. Illorum animas, qui in actuali mortal- i peccato vel originali decidunt mox in infer- num defendente penit tamen diſpiciens pu- niendas, ubi cumdem locum affigat pro- utroque peccato, & ſi nomine inferni intel- ligitur tribulatio, pro utroque ita debet in- telligi, ſic Concilium Milevanum apud Proſperum, pueros ait flammis infernalibus comburendos, que verba literis majusculis ſcribit de Noris. Id etiam conſtat ex lege ci- vili & canonica quæ filios rebellium reddunt infames, inſtitutes ad beneficia & officia, & I. quisquis Codice ad legem Julianum Majesta- tis. Filii verò eis quibus vitam Imperatoria ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enies debereat perire ſupplicium) ſunt perpetuo egen- tes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitem. Et mox. Sint postremo tales, ut iis perpetua egeſtate ſordentibus ſi. Et mors ſola- tium & vita ſupplicium. An haec non ſunt pe- na ſenſus & quidem truces & mulce? Et fruſtra legem vitant ciuilium, quippe à

Ep. 105. et Job.

Cap. 7. de Eau & Jacob. Reī tamen ex origine naſcebantur, & libro ſecundo ad Bonificium Deum liberat ab acceſione Personarum. Nec illa ē acceſio Personarum in dubiis debitoribus equaliter rei ſi alteri dimittitur alteri exigetur, quod pariter ab utroque debetur, & de donec perfeverantia validissime. Multos liberat Deus de tam debita perditione at ſi inde neminem liberaret non effe impulſus, & concludit. Qui ergo liberatur gratiam diligit, qui non liberatur debitum agnoscit ſic ſe Augustinus vocat non diſcretionem à maffa, ſic D. Thomas docet; nec obſtitut paucos tenere, vel ex Tridentino in baptiſmo remitti peccatum originale, & ad Romanos octavo dici. Nihil ē damnationis hi qui verē conſepulti ſunt cum Christo per baptiſtum in mortem, & addit Tridentinum nil ē quod nos removet ab ingressu Cœli, quippe plures citat Gonet, & Patres ſocietatis praecipi-

7. 2. q. 3. art. 5. ſt. 5. c. 4. ſt. 5. c. 4. ſt. 5. ſt. 7. ſyndus

piuntur id tenere à Claudio Aquaviva Genesali, ſic Augustinus ſep̄, Fulgentius de veritate predestinationis & gratiae, Prosper ad ſeptimam objectionem Gallorum, & non remanet culpa ſed concupiſcentia ex Concilio, ſic responderet Augustinus non perfeverare aliquos. Ex uno quippe omnes in condennationem, ſic Prosper ſolvit ſecondum objectionem Gallorum, ſic Patres in fardinia exiles, & Augustinus habet innumeros teſtus, & plures citat Petavius.

Falsa est ergo aliquorum Thomistarum ſententia, Deum excludere à gloria ut bene-

S. Pio

S. Pio V. firmata est hæc lex, certè justè pro Filiis Hæreticorum.

Id constat ex Augustino penè communiteſt  
hujus ſententia credito Auctore, ut hene  
notat Pontius, & sermonem habet integrum  
de Verbis Apoſtoli, ubi ite in ignem ater-  
num exponit & de parvulis, & nullum alium

*Scam. 14 locum probat relictum, & clarissimè.*

*Tunc abibunt iſi in ambionibus aeternam, ubi & ignem & infernum evincit & tractatuſ quādrageſimo quarto in Joannē. Fruſtra & nos aliquando filii ira ſint & ceteri ſi filii ira ſint vindicta, filii gebeſſe, ſic poſt Auguſti-  
num Proſper ut vidimus, ſic validissimè Ful-  
gentius ſirmiſſime teſt. & nullatenus dubitet  
non folani baminet iam ratione ntenere, verūm  
etiam parvulos, qui ſive in ateris matrī vi-  
vere incipiunt, & ibi moriantur, ſive cum de-  
marribus natī ſimi ſacramēto Sancti baptiſ-  
maris quod datur in nomine Patris & Fili &  
Spiritū ſe hoc ſeculo tranſeunt ignis aeterni  
peccato ſempiterno puniendo quia eis propria  
actionis peccatum nullum habnent, originalis  
tauſe peccati damnationē carnali concepcionē, &  
natiuitate traxerunt, ubi firmiſſimè tenen-  
dum & libro primo de veritate prædilectionis  
ait matribus. Quorum tamen filii, an-  
tegnati baptizarentur morte prævenient aeternis  
eſi ignibas depauperari. & Avitus in carmine ad  
Fucinam fororem, omnibus id vero gravius  
ſi fortè lavacri, Divini expertem tenerum mox  
invia natum præcipitat dura generatum forte  
gebeſſe. Qui mox ut matris ceſſavil filii eſſe  
perditionis erit triſter tunc edita nolunt, Que  
flammas tantum genuerunt pignora warre,  
an nos fumus qui matrum filios, ad ignem  
deputamus, an Concilia & Sancti Patres, id  
certum predicantes & firmiſſimum? Ita Gre-  
gorius libro nonomoralium de parvulis.*

*Cap. 13. Perpetua quippe tormenta percipiunt qui ni-  
bil ex proprio voluntate peccaverunt ſic illi-  
dorus libro primo ſententiarum, Pro ſolo  
originali reatu ſolvunt in inferno ſuper natu-  
penas ſi renovati per lavacrum noſ fuerint. Fru-  
ſira vero reſpondent eos Sancti Patres ex-  
ceſſivè locutus, quippe eo poſto reſponſo  
actum eſt de cunctis Patribus, & ita reſpon-  
denti Hæretici in cauſa gratia, in cauſa li-  
bertatis & aliis, id etiam evincit, cum clarissi-  
mè cognofcant ſe Cœlum perdiſſide, nec  
juvat perdiſſide aliena negligentia, quippe  
magnus dolor eſt grande aliiquid perdiſſide  
aliena aut ignavia aut malitia, ita Cardina-  
lis Beſſarion maximè doluit, ſe amißiſſe Pa-  
patum ob incuriam ſervientis, non excitant-  
is ipsum à ſomno utpote ſellum & ait. Hoc  
reſponſum tibi abſtulit pileum rubrum &  
mihi tiaram, ſic Eſau irruget ob benedictio-  
ne ablatam, ob aſtutiam damnatam geni-  
tricis, ſic eum Rex ob ignaviam militum,  
non acquirit civitatem & longè melius re-  
gnum. Demū ait & Auguſtinus parvulos tor-  
queri à demone & noſ niſi ob peccatum origi-  
niſ, ſic pueri cuipient Cœlum, ideoque ex illius  
absentia torquebuntur, ut arguit Auguſtinus  
ob moxibus Eccleſiaſ. Qui enim appetit*

quod adipisci noſ potest cruciſtar, ſic multi  
Adversarii admittunt carcerem, trifticiam,  
ideoque & panam fenſus & ignis. Tandem  
ex Apoſtolo ſunt filii ira, ex Auguſtinō filii  
gehenna, judicent ergo vel Adversarii an  
debeat esse naturaliter beati, vel abſque  
triftia, & abſque pena fenſus.

Fruſtra citant illud Apoſtolphis decimo  
octavo. Quantum ſe glorificari, & in deli-  
tioſ ſunt tantum date illi tormentum, & latram  
& rationem dant, cum pena fenſus fit debita  
voluptati tantum inordinata, quippe reto-  
rquet argumentum, in pena positiva carceris,  
& doloris, & parvuli ſe glorificaveront  
in Adam, & cum illo in illo fuere in delitiis,  
& textus loquitur tantum de adaltis) Du-  
plicate duplia ſecondum opera ejus ( Fru-  
ſra dicunt nullam huic ſeeleri, imponi poe-  
nitentiam, ut vel eſt theſis damna, quippe  
retoρquet in pena carceris, & doloris, &  
ſatis dolemus abſque novo dolore. Fruſtra  
citant caput maiores de baptiſmo. Preterea  
pena originalis peccati eſt coruaria vſionis Dei  
aeternitatis verò gebeſſe ignis, quippe textus eſt  
ad oppiditum, vel enim ponitur particula ſolum, & fit ſeñſus hereticus, cum pena  
actualis peccati fit: etiam carceria vſionis  
Dei, vel non ponitur & nihil evincit, ul-  
terius textus arguit ad hominem pro dubitan-  
tibus, poſſe ſalvar adultum dormientem ſi  
baptizetur, per baptiſtum enim jam daretur  
viſio beatifica, per peccatum originis tolle-  
retur que repugnant. Fruſtra citant Auguſ-  
tinum de libero arbitrio. Nos metnendum L. 3. c. 23  
eſt ne vita poſteris eſte media inter reſile ſuctum  
atque peccatum & ſententia Iudicis media non  
peſſit eſte inter præmium & ſupplicium, & libo  
quinto in Julianum de hoc dubitat, quippe  
Auguſtinus ſui interpres ſibi reſpondet Ep. 18.  
ibi nil docuiffe de damnatione parvulorum  
& libro ſecondo de anima & ejus origine,  
hunc medium locum conuafat, nec dubitat  
de pena quam conuafat, ſed an melius ex-  
titifit non naci ait enim. In damnatione Epis. 43  
omnium levifimma futuros. Quia qualis & qua-  
ta erit quoniam defiſire non poſſom non tam  
audeo dicere quod eis, ut uulsi eſtent, quoniam ut  
ibi eſtent poſtas expedire, & afferit id dici de  
ſcetelliſimis & impiſimis, & Christus di-  
xit de iniquiſiſmo Prodiſor; quod clarius  
de peccatorum meritis & remiſſione docet.  
Poteſt proinde reſile dici parvulos ſue baptiſ-  
mo de corpore euuenientes in damnatione omnium  
mitiſſima futuros. Multum autem ſalvis & fal-  
ſis qn̄i in damnatione predicas non futaret,  
ubi ergo mitiſſima eſt damnatio, peſſimè nos  
voçant tortores puerorum, cum longè major  
ſit pena carcer & triftia, & ignis agit juxta  
culpam & aliquando vix comburit, ut con-  
ſtat in vaporibus accensu & igne fatuo. Fru-  
ſra citant Bernardum docentem quod ſolam  
ardet in inferno proprio volunta, quippe  
hoc peccatum ex synodo Tridentina in eſt  
unicuique proprium. Fruſtra vult quis par-  
vulos bestos, & ietos eo quod non offendere  
rint Deum personaliter & quippe ſunt phra-  
ſes

L. 5. con.  
tra ful.  
c. 8. 1. 16


rafer oppositæ Patribus & Scripturæ, & beatitudine aliquando super terram , & quod inundata tellure , veluti pisces in aqua natabant , sunt doctæ fabulæ sine fundamento fictæ. Denique unum Patrem antiquum opponunt , & plures Autores modernos; Nazianzenus enim oratione in S. Lavacrum, de his qui sine defectu proprio carent baptismio ait . *Nec Cœlesti gloria nec supplicio à Justo Judice afficiuntur , ut non est ad rem , dicit etenim non puniendos ob defectum baptismi quod & nos ultra fatemur , cum quo bene stat puniri ob originale .* Sicuti sine defectu proprio non credentes Evangelio , nec Cœli gloriam nec supplicio à justo Judice puniuntur , cùm ignorantia invincibilis excusat à peccato , & ubi non est defectus nec supplicium , aliunde tamen & ipsi puniuntur , sicut nec filii parvuli rebellium , privauntur à justo

Judice , ut conscientes paterno criminis , cùm id sit sine proprio defectu , iustè tamen utpotè filii rebellium , quæs ex lege competit illias malorum ; Ambrosius in epistola ad Romanos non est Ambrosius , sed Hæreticus ut notant Critici & constat ex lectione ; & non modici sunt tenentes hanc sententiam , & longus fieret & copiosus Catalogus , Uno verbo inveniant vel unum antiquum , qui illis filiis ire , & ut arguit Augustinus filia Gehennæ , vel illis in Adamo peccantibus , Beatitudinem vel donet vel unico verbo innuat , ut invenimus nos expressè flammas infernales , & de loco Inferni , in quo certè non est beatitudo vel etiâ contrarii aliqui teneat at nec unus Nazianzenus est contrarius , dicit enim quia impietate carent , nec originalem excludit ut constat , & ostendit fuscus Augustinus .

## LIBER SECUNDUS

### In Secundum Symboli articulum

*De Divinitate Christi actum est , Tomo precedente , in quinta Ecclesiæ nota & Libro Quarto . Parte quinta . De reliquo ad Filium Divinum , & Patrem spectantibus agitur in Præfatione ad Symbolum .*



# LIBER TERTIUM

## In Tertium Symboli articulum De B. VIRGINE

*Habuit Christus solum in Calo Patrem, habuit in terra solam Matrem;  
Naturae ex Maria Virgine de qua Quartus est hic Liber.*

### CAPUT I.

*De Conceptione, & Nativitate B. V.*



**I**S DEM prorsus sermonibus eodem prorsus officio, sancta utitur Ecclesia, in Conceptione Virginis & Nativitate, ideoque ita sanctam supponit in Conceptione, sicut sanctam credit in Nativitate.

In hac questione sufficiunt scriptores Jacobinus Granatus de Immaculata Conceptione, P. Hieronymus Florentius Hispanie sermone quatuordecim, P. Lessoni librum apologeticum de Immaculata Conceptione, Ferdinandus Salazar integrum volumen, Pater de Angelis. Cardinalis Sondratus, & alii multi in Bibliotheca Hispanie, inter eos Edmondus Rieherius in historia Concilii Basileensis probat hunc articulū esse de fide, sed misere cum Synodus Tridentina reduxit ad bullas Pontificum, quae nec adhuc rem definire, & adhuc definitionem Principes expoſcunt.

Evinetur itaque Immaculata ex Genesi tertio. *Inimicities ponam inter te & mulierem & semen tuum & semen illius, & ipsa conteres caput tuum, quem textum de B. V. Patres exponunt, & textus ipse clare loquitur, ideoque inimicitia exiit, inter B. V. & Disbolum, & ipsa contritus caput serpentis, non serpens caput Mulieris, quod accidisset in coactato originis peccato. Idem repetit*

*Cant. 4. coelestis sponsus in Canticis. Tota pulchra et amica mea & macula non est in se, si autem in Adam peccasset, nec foret tota pulchra, & macula foret gravissima rediens deformem coram Deo, & certò à Cœlis exclusam. Idem confirmat Ecclesiasticus. Ego ex ore Altissimi prodidi primogenita ante omnem creaturam, quæ de Sapientis increata dien- tor, & de Virgine exponunt Ecclesia & Pa- tres, ideoque infici non potuit peccato crea- turæ, & plus dilecta est Adamo & Eva. Extat*

*Pf. 45. & illud Davidicum. *Sanctificavit Tabernac- lum suum Altissimus*, & clara sunt figuræ Virginis Judith epus Holosernis recedentes, & Esther pro qua non erat lex pœnalis immo preceptor Angelicus ipse in libro senten- tiarum, & in lectionibus super Paulum, vult fine peccato conceptam,*

Ille ille ipse textus præcipuous, à contra-  
riis adductus in quo omnes peccaverunt noster  
omnino est & nobis propitius, quippe locu-  
tiones generales, in penitentia pro Virgine omnes  
excluduntur, in dolore paries filios dimis-  
ti nobis debita nostra. Si dixerimus quoniam  
peccatum non habemus ipsi nos seducimus &  
veritas in nobis non est, & lex ipsa nos docet,  
in obligationi generali non intelligi subiecta  
pignori, quæ quis verisimiliter nō subjecset,  
& in ipsa Virginis figura. Non morieris non  
enim pro te sed pro omnibus, hęc lex constituta  
est, ubi pro omnibus lex est non pro Regina,  
& sic dicitur. In quo omnes peccaverunt,  
ita dicitur pro omnibus lex constituta est,  
ideo pro omnibus aliis, immo ut constat ex  
Scripturis & interpretibus longè validiores  
sunt phrasæ negative quam affirmantes,  
cum omnes per exceptionem accomodam  
explicant & tamen etiam à negativis excipi-  
tur Virgo. *Nos est homo qui non peccet &*  
*rursum. Nemo mundus a forde nec infas- cij*  
*est vita nunc diei super terram, & tamen Vir-*  
*go nata est & vixit, sine peccato.*

Post Scripturam accedit Ecclesia, quæ  
celebrat Conceptionem Virginis, & quidem  
iisdem laudibus ac Nativitatem ut dixi-  
mus, nec celebratur festum nisi de Sancto. Nec respondeant celebrari festum sanctificationis, quippe id est contra mentem Pontificum, nec salvari possunt bullæ Xisti IV.  
Johis Scundi Pauli V. & aliorum, qui ex-  
prefè nominant Conceptionem, & Canonici Lugdunenses facilè poterant respondere D. Bernardo se celebrare festum sanctificationis, longè minus verum est hoc festum, in  
gratiarum actionem celebrari, quippe D. Bernardus & D. Thomas probant recte Na-  
tivitatem sanctam, eo tantum arguento  
quod Ecclesia, festum celebrat Nativitatis,  
quod agit in flos Christi & Joannis, non in  
aliis Sanctis Virgine excepta. Uno verbo  
Natalis Alexander Dominicanus satutus  
Ecclesiam in hanc nostram inlinare.

Etsam ratiō dicit in quovis prudente, si  
debet eligere sibi matrem, si eligeret sibi  
potissimum, si posset præservare servaret, lon-  
gè id validius est in sanctitate ipsa, & Deus  
ipse dicit, Gloria Filiorum Patres eorum,  
& honorem esse Christi cùm de Matre agitur  
nullam peccati habere mentionem, docet  
Augustinus & Concilium Tridentinum. Quin  
immò Legit̄ docent filium, matris infa-  
mias

mis previsorum, teneri ipsam ab infamia liberare, & quid erit in illa infamia Virginis, qua serva Diaboli ab eo possessa deserbetur? eadem lex in penalibus matrem eximit Regis, etiam virgo præservata est a venialibus, cum quibus stat etiam Dei amicitia, longè melius ab originali, cum quo non stat Dei amicitia sed ira, frustra dicunt originale minus esse liberum, quippe magia liberum est mortale quæna veniale, cùm illud sit ex plena advertentia hoc mixtum aliquando ex inadvertentia, & illud etiam sit unienique proprium. Etiam Diabolus gloriari posset, se Dei matrem servam habuisse. Etiam Maternitas Dei ex Patribus, omnia continet privilegia, ideoque & hanc exemptionem; est privilegium superexcedens alia, ideoque non equalis Jeremias aut Joanni nec aequalis esse debet Mater servia. Etiam in Virgine nullus est effectus hujus culpi, ideoque nec causa, cùm in nobis vel remissum, ipsius magna relinquat vestigia.

Frustra opponunt Adversarii, non peccante Virgine Christum non futurum Redemptorem, quippe foret perfectior Redemptor, cùm Virginem præservasset à debito lapsum, sicut de se David Deo dicebat, eruisti animam meam ex Inferno inferiori, in quem ire debuerat & non erat, sic melius redimit captivos ante carcerem, quam post pænam & infamiam carceris, ideoque Scotus argumentum retorquet, ubi Christus non foret perfectissimus Redemptor, & careret nobilissimo modo redimendi. Frustra urgent in eo eventu, Christi conceptionem non futuram singulariter, quippe singulariter foret ex vi conceptionis, absque debito contrahendi peccatum, sic nativitas Christi à Leone Magno singulariter dicitur quamvis tres nati sint sancti. Frustra citant illud Pauli, sicut in Christo omnes vivificantur, ita in Adam omnes moriuntur, quippe meritum Christi est majoris efficacia, & præservavit excellentius Mstrem, custodiens ipsam antequam caderet. Frustra clamant Pium V. subtilissime officiam conceptionis, & reliquissimum officium Nativitatis, quippe abstulit ut morem antiquum restitueret, sicut abstulit officium S. Annæ, nec per hoc festivitas ipsius est ablata, sic restitutum est officium Conceptionis, & festivitas instituta de praecipto, & verba Conceptionis sunt & Nativitatis eadem, & Ecclesiastis inclinare in Conceptionem Immaculatam, fatetur ut diximus vel Natalis Dominicanus. Frustra clamant filiam Adæ, quippe & Esther Iudea erat nec tamen occidenta, nec pro ipsis facta erat lex, cum esset Augusta, sicut est & Virgo; que in legibus penalibus non includitur ob honorem Christi ut loquitur Augustinus. Frustra clamant id fieri non potuisse, quippe clarum est Deum potuisse, ut vidimus in omni lege penalii, & Deus videns Serpentem, insidiari calcaneo ejus, egit ut contereret Caput Serpentis, & videns cauram in manibus portavit, ne offendere ad lapidem pedem suum.

Frustra addunt in Christo omnes vivificari, quippe vivificantur excellentius moriturus, antequam permittatur mori. Denique aliqui dicunt Deum non potuisse, at multi tenent Deum omnino potuisse, & nullus est vel minima difficultas, & voluisse constat ex Scriptura, Patribus, Ecclesia.

Opponunt ultimò Auctoritatum Illiadem, & sexcentos Patres refert parvua liber in Bibliotheca Principia Pamphilii. Prima Parte classis afferit omnia peccata originaliter præter Christum. Secunda afferit solum Christum liberum à peccato & nullum alium. Tertia refert Patres in particulari Augustinum afferentem. *Mariam mortuam propter peccatum*, Ambrosium sermones sexto dicentem. *Carnem Christi in Matre suâ omnem peccato*, Anselmum libro secundo. *Cnr Deus homo*. *Virgo in iniquitatibus concepta est*, & in originali peccato nostra est, quia & ipsa in Adamo peccauit; sic Bernardum D. Thomam. Verum Patres illi sunt amici non Hostes, quippe Patres illi dicentes Virginem, peccasse in Adamo non excludant privilegium, cùm regulæ generales illud non defrunt, ut constat in omni parte. & Scripturus ubi dicit Assumpta Regina Esther. Non pro te fœcta est hac lex sed pro omnibus, cùm dicere debuisset pro reliquis. Et ratio est eo quod dispensatio, legem generalē confirmat. Altera classis non potest exponi, ut exponunt Adversarii nostri, cùm non solum id afferant de Conceptione Virginis, sed & de Nativitate ut docet Leo Magnus ex Job confirmans. Alienum quippe ab *Ser. 1. hoc Nativitate est quod de omnibus legitur de Nativitate* *semper Mundus à forde nec infans cuius est annus diei visa super terram*, ubi nemo Mundus & legitur de omnibus, & tamen excipimus exemptos & liberos; sicut ergo expounderunt Patres ex vi nativitatis sic & Conceptionis. Ad reliquias facilia est responsio Bernardus, & D. Thomas ideo negarunt, eo quod Ecclesia Romana Festum non celebraret, cùm ergo celebret affirmant, imo D. Thomas tertia parte questione 27. docet, non esse totaliter reprobadum festum, eo quod Ecclesia Romans toleraret, quid ergo dicendum si jubest? Sic alibi, & in primo sententiarn & dicit & probat, quia habuit sanctitatem maiorem possibilem sub Deo; Nec vero quomodo adducatur Augustinus qui noluit in Virgine de peccatis habere sermonem, teste Augustino, & Coneilio Tridentino, quomodo adducatur Anselmus, qui non credit Amatorem Virginis, credentem ipsam in originali conceptam, & se ipsum explicat natam Virginem in originali & puratam, quomodo adducatur Ambrosius; omnino ut infra oppositus, quomodo adducantur Bernardinus Senensis, & alii omnino contrarii.

Evidens itaque est Mariam contraxisse debitum, ut filia Adæ, & quia gloriosus redempta est à peccato fuscit-gloriosus redimitur à tristeme, qui non permittitur ire in tri-

In Paf. tritemem, & quia docet Augustinus mortuam propter peccatum, & sep̄ docet Augustinus, & pr̄cipuū libro secundo contra duas epistolas Pelagianorum. *Pati mortem sine mortis debito*, de uno solo mediatore *Catholicā Fides docet*, & tamen non vult in Virgine vel nominare peccatum, & Clarius Anselmus de conceptu Virginis dicit posse dici conceptam in peccato, quia habuit necessitatem peccati contrahendi; sicut & explicare debent contraria ea similia. *Grave jugum super filios Adam à te exiit ex eorum de ventre matris*, quod & evidenter constat cū Patres multi, dicant in peccato conceptam, qui puram vocant & purgatam à tali peccato. Sic fuso calamo ostendunt doctissimi Salmantenses.

Si ergo Patres in nos ab Hostibus armati, Hostes non sunt sed confederati, quid erunt ab Hostibus non adducti? In prima clafe adduci possunt omnes, qui docent Virginem liberam ab omni peccato, & si ab omni certō ab originali. In secundo ferri possunt omnes, docentes Virginem semper incontaminatam, puriorem Angelis & iub Deo quovis majorē, & si semper incontaminata etiam in primo instanti, si Angelis prius, & major sub Deo, debuit vincere Dæmonem non ab eo vinci. In tertia classē referuntur Patres, docentes à Virgine originale peccatum destrūctum. Ita Damascenus oratione tertia ait. *Conceptionem Virginis fuisse collapsa generis humani excitationem*. & integrum restituītū, ubi non solum dicit de Virgine, sed de ipsa Virginis Conceptione, & innumeris Patres Mariam Ewē in omnibus antepontū, quod fieri non posset, nisi crederent, Mariam Ewē puriorē, aliquoquin in puritate Ewam præponerent Mariae; Denique Patres exp̄r̄sē id exponentes. Hic Cyrillus homilia sexta in Concilio Ephesino. *Salve sancta dei para pretiosum totius orbis thesaurum*, lampas inextinguibilis per quam Diabolus Cælo cecidit, & prolapsum plasmā in Cælum recipitur. Et infra. *Quis unquam de Architeclo audivit, quod sicut ipius templum construxerit, & in eo habitare prohibitus sit*, & per peccatum originis fuisse prohibitus. Hic Ambrosius de institutione Virginis. *Non de Terra, sed de Cælo* was sibi hoc per quod defenderes Christus elegit, & sacrav̄t templum pudoris, ubi non de Terra sed de Cælo cælestis. Hic Hieronymus in Ecclesiastici decimum vocat Virginem, liberam ab omni peccato, & cortice peccati. Et si à cortice longe melius à peccato. Hic Augustinus de natura & gratia testatur. *Cum de B. Virginie agatur nolo de peccatis babere questionem*, neque loquitur Augustinus de peccato actuali, cū ibi clare loquatur de originali, & concludat, neminem esse sine peccato, etiam infantes quod est certe originale, & Tridentinum citat eadem omnino verba, & citat pro originali peccato, & sequitur & laudat Augustinum, sicut tertia Synodus laudavit Cy- rillum; & Augustini auctoritas est maximi-

momenti cū ferre posset argumentum invictum, ubi nec culpa Dei Matrem reliquit intactam, & ita evidens erat peccatum originale. Hic Sedilius quo s̄pē utitur Ecclesia canit. *Unde culpa dedit mortem pieras daret inde salutem*, & velut in spinis molliis rofa surgit acutis nil quod ludit babens, ubi salus à Virgine non culpa, & Virginis augent indecora decorum. Hic Damascenus de Nativitate Virginis. *Natura gratiam antevertere non est aſta ſed tantisper exp̄ectavit*, & capite septimo excipit Christum & Matrem, & Damascenus in manu est omnium Graecorum. Hic Vincentius Ferrerius Dominicus, sermone secundo de Nativitate Virginis. *Non credatis quia facit faciat in nobis*, sed statim ac anima fuit creata fuit sanctificata, sic S. Laurentius Justinianus de casto connubio Dei, & anima. Hic Petrus Damascenus sermone de assumptione ait. *Caro Virginis ex Adam assumpta maculas Adę non admisit*. Hic Arator Ligur olim Ronc miraculum. *Nato fortunata suo mala criminis Eva Virgo secunda fugat, nulla est injuria sexus, reflituit quod prima tulit*. Hic rursus Augustinus libro quinto contra Julianum, regulam tradit generalē. Eum qui in adulata etate peccatum non fecit in infantili etate peccatum non contraxisse, quod argumentum est ita validum, ut Anctor antiquus a Suaro: citatus, ultrā admiserit Virginem peccasse venialiter, & ut sustinet sententiam de conceptione non Immaculata, que nullo modo erat contraria Fidei, hanc sustinuit contra fidem. Hic Anselmus, quem exp̄onens Angelicus dicit. *B. Virginis bambiſe tantam puritatem, ut ab actuali, & ori-*

*Cap. 15.*

*70. 44.  
prun ar-  
tic. 3.*

*ginali peccato foret immunis*, ut eximiē Suarez in Thoma notavit, & Anselmus ex professo id evincit, sicut & Damascenus & Laurentius Justinianus de casto connubio, & de gradibus perfectionis concludit. *Ab originali peccato nullus excipitur prater illum, que genuit Mundi Salvatorem*, sic ex professo doctissimus Idioti de contemplatione Virginis L. Principe secundo, & sexto. Hoc tenent Legitiae cum textu. *Princeps legibus subditus lib.* non est, Augusto vero licet s̄t subditus tamen eadem privilegia illi concedi quia ipse habet, & Canonista & cum ipsis Theologi, imo & Pontifices cum Xisto Quarto decidunt extravaganti Grave nimis dicente. *Conceptionem puram, & Immaculatam*, & Papæ prohibent defendi contrariam, & cum Julio Secundo & Leone Decimo, approbant Religionem Immaculatae conceptionis. Hic Patres id ex professo probant, ut Idelphonsus de perpetua B. Maria Virginitate. *Constat eam ab omni peccato originali immunem fuisse, & egregiam affigunt rationem*. Alioquin quid est quod legem naturae requirunt in Maria, ubi De pecc. totum quod in ea est postedit Spiritus Sanctus, orig. e. 2. ut non tantum subtilis Scotus, sed Dominicus Antoninus evincit. Nobilis & melius liberatur & redimitur, cui providetur ne cadat, nobilior ergo & melior est Redemptor, qui

*Cap. 36.*

qui Virgini providit ne caderet , ut Damascenus , ex illo evincit *Toronus ejus fuit Sol* , & Patres multi evincunt Christum , templum suum in quo habaret sanctificasse . Denique superfluum est plures enumerasse , cum è familia Francisci devotissimus Vir , vaftum volumen Auctorum impleverit Immaculatam Conceptionem tumentum , & variis ipsam fudentium argumentis .

Sanctificata ergo in utero Virgo , ut fure-

*d.44. q.1  
art.3.*

*mo mediator est Christus. Unus Deus, unus*

*& mediator Dei & dominum homo Christus*

*Iesus, & epistola ad Hebreos exparet. Et*

*id est novi testamenti mediator est ut morte in-*

*tercedente, ubi non ponitur homo pro secunda*

*persona, sed expressè mors memoratur.*

*Ubi mors intercedit & per eam est media-*

*tor, ubi Paulus dicens unus Deus, etiam*

*filium includit, & mox de Christo hominem*

*commemorat; ubi Christus ut Deus non est*

*medius, nec potest respectu sui ipsius esse*

*mediator.*

*Ubi sic arguit Augustinus. Quid est me-*

*diatorem esse inter Deum, & hominem. Non*

*inter Patrem & Hominem sed inter Deum, &*

*homines. Quid est Deus? Pater, & Filius & In P. 29*

*Spiritus Sanctus. Qui sunt homines? peccato-*

*res impii mortales. Inter illam Trinitatem,*

*& hominem infirmitatem, & iniquitatem me-*

*diator fatus est homo non impius sed tam*

*infirmitus. Quid etiam constat ex scri-*

*pturis, ubi idem est os cium mediatoris, C. 10.*

*& Pontificis & Christum ut hominem esse*

*Pontificem confit. Quod argumentum est.*

*Cyrilli adversus Orientales. & in Joan.*

*nem In quantum Filius, & Deus est uia eum*

L. 3. 7. *Patre, nobis bona largitur, in quantum verò mediator est & Pontifex nostras preces ad Patrem adducit. Ut Deus extensum orare non potest, nec sacrificare, nec satisfacere, nec mori, & si pro Deus foret mediator, tres Personae hoc officio fungerentur, tunc fuit Deus. Hoc idem expressè docent Patres, Chrysostomus super illud ad hebreos nono. Et ideo novi testamenti mediator est, mediator non est Dominus rei, cuius est mediator, sed & alia quidem res ubi mediator non est Dominus aut Deus sic Augustinus expressè decimo confessionum. In quantum homo in tantum mediator, in quantum autem verbum non medius, quia aequalis Deo & Deo apud Deum, & cum Patre & Spiritu Santo unus Deus; & supra mediator homo infirmus, non Deus fortis & omnipotens. Denique Patres innumerari scribunt Christum factum hominem carne assumptam. Nisi esset homo ait Augustinus nos liberaretur homo, & Leo sermone secundo de la P. 63 Nativitate, nisi esset homo non præberet exemplum.*

*Non tamen mediator est ut homo tantum, cùm dicatur gloria Dominus crucifixus. Et rursus. Qui cām in forma Dei esset non rapinam arbitratuſ est esse sē aequalē Deo sed semetipsum existauit, & Patres docent cum Augustino. Neque per ipsum liberaremus verum mediatorem Dei, & hominem Christum Iesum, nisi esset & Deus, neque foret redemptio totius orbis, neque copiosa apud eum redemptio, nec foret uia tantum persona.*

*Frustra dicunt Personam non influere, quippe influit moraliter dignificando, ut dignitas in Rege, & ipso vel in Christo fatentur. Frustra dicunt mediatorem sui, quippe mediator est in aliena natura, ita Cyrillus adversus Orientales docet. Quando factus est homo vocatus est Pontifex, non quod majoris Dei offratur sacrificium, sed sibi ipse, & Patri. Frustra dicunt hoc pacto Deum orasse, quippe dicitur in forma Dei, & in aliena natura crucifixus, & mortuus. Frustra citant Augustinum, Christus mediator inter hominem & Deum non quia Deus sed quia homo, sic alibi, quippe factis se exposuit Augustinus pro nobis, negans Deum in se mediatorem, non in aliena hominis natura, & Deum affirmat, & hominem. Frustra Calvinus ea verba vult esse mediatoris & sic Dei. Ego poni anima meam, quippe respondet Augustinus. Cor ponit animam suam, & cor iterum sumis eam uox humana sua pureitate caro, sed pectinate subducantis carnem. Frustra fert Augustinum dicentem esse Denim, quippe auctoritas est contraria. Per unum mediatorem. Nisi esset & Deus, & clarus nono de civitate. Quarendus est mediator, qui non solum homo verum etiam Deus fit, non tamen ob hoc mediator, quia verbum, maximè quippe immortale.*

*Cor 15. & maximè beatū verbum longè est à mortali-  
Gol. 1. bus misericordiis sed mediator per quod homo. Fru-  
stra uertit Christum sub ea ratione media-*

*torēmqua nos reconciliavit. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum & post aliqua Deus erat in Christo mun dum reconcilians sibi, & rufus, Pacificans per sanguinem crucis ejus fave que in terris, fave que in Cœlis fuit, quippe hæc fave nobis Deus enim reconciliavit hominem, pacem iniens cum illo at ut homo, ex Paulo dedit semetipsum redempcionem pro multis, & ut Calvinus textus habet effudit sanguine ascen dit eracem, & dedit ministerium reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur. Frustra fert iterum Augustinum in Euchitidio, ubi docet renovare corda dare Sp. S. docere officia esse mediatoris, & tamen Deo soli convenienti, quippe dedit Christus ut causa meritoris, gratia per Iesum Christum, non ut causa principialis qualis est solus Deus & se explicuit Augustinus in eodem Euchitidio. Neque per ipsum liberaremus mediato rem Christum nisi esset Deus, quod & alii Patres assertur sic Leo citatus. Nisi esset Deus non afferret remedium, & Fulgentius de incarnatione capite quarto Nullatenus huma na uacara ad auferendam peccatum mundi sufficiente fatigare idoneas fuerit, nisi unione Verbi Dei, & Basilii & alii plures. Et unanimes sic Paulus ait homo Christus Iesus, sic Paulus ad Romanos docet. Paulus seruit Iesa Christi vocatas Apostolus segregatur in Evangelio Dei, quo d' ante promiserat per Prophetas suis in scripturis sanctis de filio suo, qui filius est ei ex semine David secundum carorem qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum Sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri, per quem accepimus gratiam. Et mox. Gratia vobis a Deo Pare nostro, & Domino Iesu Christi ubi utramque conjungit naturam, & donatorem gratiae iungit cum Patre, sic rursus Augustinus de confessis Evangelistis, Cyrilles dialogo de Trinitate cum Hermia, Athanasius sermone tertio contra Arianos, Chrysostomus homilia septima ad Timotheum Basilii libro quarto contra Eunomium, & innumeris Patres, quorum aliquos attulimus, afferentes a solo Christo Deo, & homine, potuisse hominem Deo reconciliari.*

*Extremus Christi titulus est Redemptoris, quem ab ea auferre conantur Sociniani, afferentes metaphorice Redemptorem, completem patientia quod sermone predicaverat, neque passum ut p̄ ipso hominibus satisficeret, & ante Socinum Petrus Abailardus id tentavit, cum ut diceret Diabolus ob peccata nullum ius acquisivisset in homine. Eum errorem pluribus Scripturæ textibus, confutat S. Bernardus ad Ianoctentium. Et nos jam ostendimus Christum pro omnibus mortuum, quamvis contra Socinum satia esset, Christum mortuum pro electis, & ita Redemptorem verū electorum. Et primus est textus vel allatus à Socino. Christus passus est vobis relinquens exemplum, ait enim Petrus textus Christus passus est pro nobis, vobis re-*

C. 33.

C. 103.

Serm. 2. de cui.

Rom. 1.

L. 1.

Ep. 192

1.

Petris

- linquens exemplum, ubi passus est pro nobis, deinde vobis relinquent exemplum patientiae. Alter est textus validissimus. verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Et mox. Ipse autem vulneratus est propter iniurias nostras, atritus est propter sceleris nostra, disciplina facis nostra. Iper eum & livore ejus sanati sumus. Et mox. Posuit Dominus in eo iniuriam omnium nostrorum. Et iterum. Propter scelus populi mei percussi eum, & rursus. Eo quod iniuriam non fecerit. Et post pauca. si posuerit pro peccato animam suam videbit. semen longavum. Et in fine capit. Et ipse peccata multorum tulit, ubi ne verbum quidem de patientia, bene quod languores nostros ipse tulit, & dolores, quod vulneratus est propter iniurias nostras. atritus est propter sceleris nostra, quod labore ejus sanati sumus, quod posuit Dominus in eo iniurias omnium, quod propter scelus populi sit percussus, pro iniuriae posuerit animam, & peccata tulit multorum. Et Paulus ait numquid Paulus crucifixus est pro vobis? ubi patientiae exempla jam dederat, & veritatem cum Apostolis firmaverat, & tamen unum evincit crucifixum pro nobis, sic Caiphas ex Evangelista propheta ait. *Nec cogitatis quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat;* ubi non pro firmanda veritate, aut patientiae exemplo, sed pro subrogatione unius pro alio sumitur. Rursum de Christo. *Qui traditus est propter delicta nostra,* an exempla patie ntiae sunt delicta nostra? Et ad Hebreos sep̄ fideli Ponitifex ad Deum ut reproprietaret delicta populi, & ex professo probat sanguinem Christi mundare, à fortiori de sanguine hircorum & vitulorum, & capite decimo. *Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera Dei.* Idem firmant symbola, & Concilia, idem Ecclesia in professione fidei, idem Patres Justinus ad Dio gnetum, *Proprium ipse Filium premium redemptoris nostrae pro nobis dedit à dulcem permutationem,* ubi est anchoritas & ratio, ubi Pater pro nobis filium suum dedit, ubi non gratis sed premium redemptoris nostrae, ubi commutatio est. O dulcem permutacionem; sic Tertullianus adversus Judios. *Christum oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui tanquam ovis ad victimam ductus est,* & velut agnus coram tendente se sine voce qui non aperius os suum, ubi per penam & mortem nos redemit, & tanquam ovis ad victimam est ductus, ubi pena debetur redempto, & sumit Redemptor, sic hostiam clamat Origenes. *Qui peccata nostra ipse portavit, & validius tractatu secundo in Matthēu bono quidem non potest dare aliquam commutationem pro anima sua, Deus autem pro animabus omnium dedit, commutationem premium sanguinem filii sui.* Nec enim empti sumus corruptibili argento vel auro sed presioso sanguine agnī immaculati, ubi una realis est commutatio, & per premium quo animas nostras emit, ubi non ex se loquitur sed ut interpres scriptura. sic Cyprianus. *Orabat Ep. 8. ille pro nobis cūm peccator ipse non est sed nostra peccata portaret;* sic Eusebius de demonstratione Evangelica. *Vt pote qui pro nobis, & mortem subierit, & verbena & probra, & contumelias quibus nos digni eramus in se transluderit, quid clarius?* & magis oppositum patientiae? sic Athanasius libro de Incarnatione Verbi. *Pro omnibus sacrificiam obtulit, pro omnibus templum suum tradens, quo omnes immunes & liberos à veteri transgressione efficeret,* sit Basilus. *Unum inventum est premium omnibus prestantis quod in premium redemptoris anima nostra datum est sanctus nimirum & pretiosus Domini N. J. C. fauguis, & Ambrosius de Joseph Patriarcha.* *Precio igitur nostro debitum non suo ære continxit, Chirographum sustulit,* sic Cyrius catene 13. Chrysostomus commentator in Isaiam, ita etiam Hieronymus, Augustinus 13. de Trinitate in Psalmum 91. & libro decimo tertio de Trinitate, Gregorius libro tertio moralium, & ne unus quidem est in contrarium nec fertur à Socino sed in scripturæ interpretatione sunt unanimes super Galatas secundū tradidit semetipsum pro me, sic ad Ephesios quinto sic nova & veteri lege. C. 18. Etiam argumenta Socini sunt nostra. Non deceat puniri ob peccata aliorum, at populus ob peccatum David punitus est, & occisa septuaginta millia, ob factum Chami Canaan maledicuntur, Deus punit in tertiam, & quartam generationem, & ob peccata capit̄ sep̄ membra puniuntur, & etiam ipsi cum scriptura, Christum mortuum volunt sine peccato proprio. Non assignantur per Socinum culpa, at efficiens est Pater. *Qui etiam proprio Filio non pepercit,* subjectiva Christus, finalis salus nostra, formalis mors & sanguis Christi, ut sunt innumerari textus Scriptura & Patrum. Non potest quis alium pro alio supponere, at potest Deus qui tradidit, potest Christus oblatus quia ipse voluit. Non debet Deus creditor exigere penam, at omnis rex ita facit ut confiat in obside & fidei usore, & Deus est Dominus & rerum & vite. Denique Abailardus satis est convictus à Bernardo, & convincit Petrus. *A quo enim qui superatus est, bujas & seruus efficitur,* & Paulus docto gentium de peccatoribus. *Resipiscam à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur,* & exorcismos nec negant 2.1.2. Pelagiani, vel peccatum originale horrentes ne ut ait Augustinus, Fæminarum Sandaliis contererentur, & diabolus vocatur Princeps hujus mundi, rector tenebrarum harum Venit ergo Christus ut Redemptor & quidem tantum ut tenet Thomistæ contra Scotistas, & ut notant Vvalemhurgici etiam heretici, & in scripturis ubique hoc clamatur, & de sententi Scotti ut cernemus est silentium, & scripturæ semper exhibent Christum, Redemptorem, medium, mediatorem, leges dantem vel offerentem pro peccato, scriptura vero nunquam siluisse aut Rrr 2 præ-*

principum autem precipuum finem; & hos numerosos textus agnoscunt Scotisti, & afferunt id esse in carne passibili. *Venit filius hominis querere & salvum facere quod periret; & rursus. Ego veni in hunc mundum, ut vitam habeant, & abundanter habeant.* Et iterum *Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere & iterum. Scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tolleret & innumeris alia quae secundum est Evangelium, & plura colligit Augustinus libro primo de peccatorum meritis & remissione.*

*Post Scripturam testantur interpretes & Patres. Testatur Irenius dicens. Si non haberet caro salvori nequaque Verbum Dei caro saluum esset; & Athanasius contra Arianos. Ceterum si ficeret homo nunquam destinatum fuisset Verbum, nisi bonum necesse esset rei consummatione praeexistens. Testatur Chrysostomus in ea verba apud Matthaeum. Non veni vocare justos sed peccatores. Ad eos procul abeisti ne peccatores abominantes ut proper ipso falso advenierent. Testatur Origenes. Si non fuisset peccatum . . . mansisset hoc quod in principio erat Deus Verbum. Testatur Leo sermone tertio de Peccato. Si enim homo in sua bonae naturae mansisset, creator mundi creature non fieret. Sic Augustinus de verbis Apostoli. Christus Iesus venit in mundum. Quare venit in mundum? peccatores salvare facere. Alius causa non fuit, quare venires in mundum, sic in Psalmum 140. sic de peccatorum meritis & remissione libro primo, & alii Patres.*

*Respondent Scotisti ad Scripturam & Patres. Christum non venturum ut medicum, & Redemptorem, & quidem ad aliquas Autoritates optimè respondent. Non est apud Valentibus Medicus, sic cum Gregorius clamat Redemptorem, sic cum numerant Patres morsos, & vulnera, at multe auctoritates noo salvantur. Non salvatur Origenes cum ait, si non fuisset peccatum . . . mansisset hoc quod in principio erat Deus verbum, quippe ex Scotistis non mansisset Deus Verbum. Non salvatur Augustinus pronuncians. Nulla causa fuit, veniens Christo Domino, nisi peccatores salvos facere, quippe alia causa est apud Scotistas, nempe docendi & glorificandi hominem. Nuo Salvator Leo dicens, Si enim homo in sua bonae naturae mansisset creator mundi creature non fieret, quippe adhuc per Scotistas fieret creatura. Nec salvatur Augustinus clare docens, sed cum faltus est Adam bono feliciter reflitus mediatore opus non erat. Non salvatur Athanasius loco adducto. Necessest quippe indigentiaque hominum anterior est quam illius Nativitas, ubi ex Scotoris Nativitas anterior est Hominum indigentia & necessitate. Uno verbo potest quis filerit verum, ut Samuel ad sacrificandum Domino veni, at falsum est dicere solam ad sacrificandum veni, ubi Patres eam particularum exceptivam ponunt.*

*Opponunt: sumnum bonum est sui com-*

*municativum, et hoc valet de communicatione ad intra non ad extra & probares necessariam Incarnationem, quod nec Scotisti admittunt, & ex Paulo. *Nusquam Angelos apprehendit sed solum Abram;* ideoque posteriori apprehendere. Opponunt secundo Incarnationem, fore bonum ortum ex peccato, occasionaliiter ut dicitur in scholia ortum, at unica causa est misericordia Dei, sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, & rursus. Propter simiam charitatem *Ioh. 3. Iuanus quo dilexit nos cum essemus mortui peccatis convenerificavit nos in Christo Iesu & finis Epib. 2. secundarius potest esse inferior, ut oratio, & missa pro salute corporis in infirmitate. Opponunt tertio Deum plus diligere hoc pacto, Adamum reum quam innocentem, at ita est mos misericordia, & ita in hac re Deus est dives in misericordia, ita Pastor relinquit 99 oves pro una, Pater filii prodigi plus gaudet, & festum agit in filio reo quam innocuo, & ex Chrysologo plus amat quem luxurie fecerat. Opponunt quartu conjugium Adx innocentia Sacramentum hoc magnum Epib. 5. est. Ego autem dico in Christo & Ecclesia, ut pravissimo peccato unio Christi est adumbrata, celata tamen quoad peccatum Adx innocentia, si loquitur Tertullianus de adumbratione corporis Adx, suppedita nempe unione adumbravit in Christo, & hoc satius erat Tertulliano evincere carnem in Christo gloriosam quam Marcion summè deprimebat alioquin certum est apud omnes Christum, ad Redemptionem concurrisse non ad hominum creationem. Opponunt B. Virginem non futuram liberam a peccato, ut hoc probat oppositionem, cum ipsa debitus contraxerit in Adamo. Opponunt Christum caput hominum & Angelorum, at intelligendus est caput dignitatis sicut & primogenitus omnis creatura, alioquin primo praedestinaret Deus hominem Christum quam Angelos quod est falsum. Opponunt epistolam ad Hebreos, ubi Christus loquens nobis homo est, & Deus constituit heredem universorum, at clarum est ibi probari divinitatem, hominia qui locutus est nobis. Opponunt illud ad Romanos primo. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute, ideoque ut homo praedestinatus, at hoc evincit oppositionem, cum sit factus ex semine David vitiato. Opponunt denique illud Proverbiorum octavo. Dominus possebit me in initio viarum sastrum antequam quicquam faceret a principio, at ibi textus loquitur de Christo ut Deo ut constat, & de Christo homine, cum septuaginta legunt Dominus cresvit me, sic Ecclesiasticus 24. ab initio & ante secula creata sum, sic alii Patres exponunt de divinitate Athanasius de decretis synodi Nicene, Hieronymus, Tertullianus, alii de homine creato & ita ille qui est ante secula, qui omnium creator est, creatus est secundum humanitatem. Venit ergo ob peccatum principale originale, quod totum genus humanum insecessit, non vero**

ventrus ob actuale ut constat in Angelis aliquibus tantum reis.

## C A P U T I V.

*De Christo Legislatore ejusque lege.*

- Ier. 2.* C um lex sit ligamen hominis, & jugum, ut differat à consilio non obligante juxta Jeremiam da violatore legis. Confre-  
*Mat. 22.* gisti jugum meum, rupisti vincula mea, & de Phariseis in nova legi. Alligans enim omne-  
ra gravis, & lex juxta Angelicum dicatur à ligando excutiunt jugum hoc & vinculum  
Iudei, excutiunt Gentiles dicentes cum Averrois intolsibile, excutiunt Calvinistis Christum negantes Legislatorum.
- Excutiunt Iudei jugum & exclamant. Es statnampactum meum inter nos & te, & inter semem tuum post te in generationibus tuis se-  
dere sempiternu. & post aliqua, Eritus pa-  
cium meum in carne vestra in sedis aeternis.  
Et de Isae. Et confutant postulatum meum illi  
*Exod. 13.* in sedis sempiternis. Et rufus. Habebitis autem hunc dies in monumentum, & celebra-  
bitis eum sollemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno & alibi. Et statuit il-  
*Pf. 104.* lad Jacob in precepsu. Et Israel in testa-  
mentum aeternum at imponit eis silentium Deus ipse, in iisdem textibus per ipsos ad-  
*Gen. 17.* ductis. Dabique tibi & semini tuo terram peregrinationis tue omnem serram Canaanam in possessionem aeternam & tamen modo non habent, & ipsim exponunt aeternum pro diuturno. Quasvis faciliter fit responsum Ju-  
daicis fatentibus, figuram aeternam esse infigurato. Et certe non est aeterna lux illa, polli-  
*Ier. 39.* quam alii promittuntur. Ecce dies venientes di-  
ci in Dominis, & seriam domini Israel, & do-  
mum Iudei sedis novam, ubi nomine fidei-  
renit lex juxta morem omnium Scripturarum &  
clarissimum nomen legis exprimitur, dabo legem  
meam in scriberis coram, ubi cum nova lex dicitur vetusabit. Nec dicunt Hebrei dici  
sedis, cuius renovatur observantia, quippe nunquam dicitur novum quod renovatur, & excluditur expressè renovatio. Feriam sa-  
ducis novum non secundum postulum quod pepigi  
cum Patribus eorum, non ergo idem est pa-  
tuum nec renovatio. Et iterum Exhibit lex de Sina, & verbum Domini de Jerusalem, ubi non est lex vetus nec de Sion, nec de Jerusa-  
alem exiens, & jam in Sina ante recepta. Rufus Malachie primò legitur. Non est mihi voluntatis in vobis, dicit Dominus exercitu-  
num, & manus non suscipiant de manu ve-  
stra, ab oru enim solit usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & sa-  
crificatur. & offetur nomini meo oblatione magna, ubi respiuntur sacrificis Hebreorum facta tantum in templo Jerusalem, & pro-  
mittitur sacrificium in gentibus. Rufus. Ecce dies venientes dicit Dominus & sacrificio  
David gerumen justum. Et mox. Propter hoc Ecce dies venientes dicit Dominus, & non di-  
cent ultra vivis. Dominus, qui eduxit filios
- Israhel de terra Egypti*, sed vivit Dominus, qui adduxit, & redixit semen domus Israhel de terra Aquilonis & de cunctis terris, ubi opponitur lex nova legi veteri, ubi Dominus non de terra Egypti liberat, sed adducit de Aquilone & cunctis terris, & iterum. *U. 33.* Dominus Iudee noster, Dominus Legisler us-  
sler Dominus Rex noster ipse salvator nos, ubi Salvator veniens erit Legisler noster, & quod clarissimum est de Messia legitur. Et legem ejus Insulae expectabunt, & certe Insulæ noa expectant legem Iudeorum in modum legem Iudeorum & Messiam, Judæos à gentibus libera-  
mentem, non expectant sed odio habent Gentiles.
- Ex his constat contra Calvinum, Chri-  
stum esse Legislatorem quod in antidoto Synodi Tridentina negat, Christum nega-  
mus Legislatorem, qui novas aliquas leges in orbi tradiderit ut notant Vvaleburgii contra Scripturam expressam. Et rufus. *I. 13.* Mandatum novum do vobis, & de Magistro testatur Apostolus. Alter alterius onera por-  
tare, & sic adimplebitis legem Christi, & ple-  
nas sunt Evangelia mandatis, dilectionis inimicorum, correptionis fraternalis &c. & in uno solo capite Joannis geminatur. Si pra-  
cepta mea servaveritis manebitis in dilectione mea. Et mox. Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Et iterum voi amici mei eritis si feceritis que ego precipio vobis. Et rufus. Haec mando vobis ut diligatis invicem, & vult servari omnis ex Mat-  
thæo. Docete omnes gentes baptizantes docen-  
tes servare eos, quacunque mandari vobis. Nec valeat Christianum legem veterem firmasse non veni solvere legem sed adimplere, quippe impiebit dando legem perfectiorem, & trans-  
ferendo figuram in figuratum, & agendo quod lex illa etiam ex Calvino, mortus sit & mortifica ut docent vel Apostoli, nec ob-  
stat jugum Christi esse suave, quippe lex Christi dicitur Spiritus vita. Lex enim Spiritus vita in Christo Iesu liberavit me a lege peccati. & mortis. Haec ergo lex habet precepts moralia, Matthæi etenim quinto & vigesimo secundo. Christus explicit pre-  
cepta moralia, Matthæi ultimo sacramentalis, & alibi, & precepta fidei Marci decimo sexto, & Apostoli per integras epistolas *Hab. 8.* enumerant. Uno verbo Apostolus legem novam jam datam ex veteri lege vera lege confirmat.
- Utilissimum est & penè necessarium Parochis & fidem docentibus, ex Evangelio & novo testamento, heres evellere, & fidem aduersari Hæreticos firmare. Et certe nova lex malum ostendit, fermentum Phariseorum & Sadducorum. Certè confutat ex-  
precessi Ebionem, Nicolaitas, Simonem. Cer-  
tè facile convincuntur ex nova lege, heres apud Augustinum. Certè Menan-  
driani sacerdotes, mundum ab Angelis non à Deo factum, sicut & Saturniani dicentes factum à septem Angelis, Bahiliiani factum à trecentesimo quinto celo convincentur *iis,*

*it, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso facta est nisi. Et mox. Ex mundus per ipsum facta est. Certe confutantur Gnostici, qui dicunt bonum Deum, & malum Deum, ubi ut vidimus Deus geminatus unus, & quidem Nemo bonus nisi filius Deus, sic cum Gnostici confutantur Manichei, & cum primis animam non esse Deum quia torqueatur cum divite in inferno; sic Carpocratiani Jesum volentes purum hominem ex Joannis primo, negantes mortuorum Resurrectionem cum Sadduceis, mundum à Deo factum cum aliis Hereticis, & adorantes imaginem Homeri & Pythagoræ cum Jesu, quasi adorantes imaginem heretis, & hominum; sic Nazarei servantes legem cum Evangelio, ex professo confutantur à Paulo, sic Valentini dientes Patrem Verbi, esse profundum & silentium, & Christum corpus habuisse impassibile, quod capitibus integris Evangelii repugnat, sic resurrectionem carnis negant cum Sadduceis; sic Secundiani addentes Valentini, opera tantum tueritudinis, quorum desiderium vel Christus ingeridicte, in visu mulieris ad eam concupiscendam, sic Ptolomei & Jones & lex vetus ab ipsis mala vocata confutatur, cum Christus eam observeret, & dixerit. *Nos enim legem solvere sed adimplere*, sic Marcus, & Marciane confutantur, volentes duo adversa principia, & Christum putativè passum, cum tota historia passionis fit contraria, sic confutatur Colabarsus, & Colabarsi, afferentes vitam nostram in septem stellis positam, ubi Christus providentiam Dei, erga hominem, ostendit & flores ipsos, sic Heraclonites duo ponentes principia, sic Ophite adorantes anguem non Deum, sic Cainita Cain honorantes, quem vituperat Judas in epistola sua canonica, sic Archontici dientes Principes, creasse Cylum & terram, sic Cerdoniani admittentes duo principia adversa, negantes resurrectionem & vetus testamentum, sic Marciocista ponentes Deum bocum & malum, sic idem lentiennes Apelliti, sic Severiani vimum dicentes germin Sarana, *cum Christus sit eo usus in sacrificio*, & Apostolus jubeat Timotheo. *Modico utere viro proper flumacbum tuum*, sic Tatiani nupcias damnant, quibus interfuit Christus ipse, nec veserunt carnibus quas Paulus permittit.*

*a cor. 10. Omne quod in macello venit emite. Certe Cataphryges dicentes Spiritum Sanctum, in ipsis potius locutum quam in Apostolis convincuntur ex promissionibus Christi Joannis decimo quinto. Cùm reveris Paracletum quenam ego missem vobis, & primo actorum capite, sic & Christus Eucharistiam pane & vino, non in sanguine infantis occisi consecrit, sic convincuntur Pepuziani ordinatores seminarium, ubi Christo ordinante nec una fuit presens, sic & confutantur Alogiani, negantes Christum verbum & Evangelium Joannis, ubi in nova lege dicitur. *Tres sunt quae testimonium dant in Cor. Pater, Verbum & Spiritus Sanctus*, sic Adamiani abho-*

rentes à nuptiis, sic Elefcaites & Sampsoni adorantes ut Deos duas mulieres, cùm scriptum sit *Dominum Deum rum adorabis & illi filii seruves*, & unus iùs Deus; sic Theodosiani Christum dicentes purum hominem, cùm Joannis initio Deus erat Verbum, sic Melchisedechiani volentes Melchisedech Dei esse virtutem non hominem; at Christus est secundum ordinem Melchisedech, & rursus. *Hic enim Melchisedech Rex saltem Sacerdos Dei summi qui obviavit Abraham regrezzo à cede Regum & benedixit ei cui & decimas omniuum dixisti Abraham*, & haec virtus Dei non conveniunt, sic Bardefanisti satum predicantes, cùm Paulus dicat. *Quod vult faciat*, sic reiiciuntur Noetiani unam Personam; in Deo tantum admittentes, cum tres vocet *Jonnes & Christus ipse. Baptizantes eorū in nomine Patri, & Filiī, & Spiritus Sancti* *1. rim. 5 Valesii confutantur se ipsis, & hospites suos castrantes, cùm matrimonium laudet Apostolus: Volo juvantes nubere*, & vult curam habere Filiorum. Certe Novatiani confutantur, volentes secundas nuptias illicitas, & peccata quædam irremissibilia, cùm & Christi homicidium sit remissum, & Petro ejusdem Christi negatio, & idolatria & alia crimina, & Apostolus postquam dixit. *Thefauritas tibi iram in die ira addit. Ignoras quia patientia Dei ad penitentiam te adducit, & de muliere. Si mortua fuerit vir eius liberata est à lege viri ut non sit adulterio si fuerit cum alio viro*. Certe confutantur Angelici Angelorum cultui inclinati, quos Epiphanius jam omnino defecisse testatur, quos fugillat Paulus Apostolus. *Nemo vos sedecat voleas in humiliitate, & Religione Angelorum*, sic Apostolici vitanit utentes coniugis, quod nunquam egit Christus nec Petrus, & horrent habentes rea proprias, quod tamen extitit in Christo, sic & Sabelliani convincuntur jam confusi dicentes Patrem Filium & Spiritum Sanctum, tria esse nomina non tres Personas, sic Ariani & Sociniani ex solo Principio, imò & causa scribendi Euangelii Joannis, & alia decem & octo Concilia, ex eodem Auctoritates sumptere.

*C. M. 2. Facillimum quoque est Parochis expone-re integra capita de aliquo articulo, vel quando textus sunt multi & clari eos citare, ut nos egimus de bonis operibus, vel de Sacramentis gratiam producentibus ubi de baptismismo, & aliis Sacramentis, sunt clarissimi textus in nova lege. Nisi quis revetus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto noui potest intrare in regnum Cœlorum. Baptizetur unusq. Alii, quisque vestrum in remissione peccatorum. Et alii plures attulimus tomo precedenti, & Christum induunt & ablunt peccata.*

*Evoluat Parochus facilitia dogmata, vel innumeris textibus aut per capita integra, in novo testamento polita, & hæreses moderandas evitabit, ut jam vidimus de peccatis remissis per Sacramenta. Legat integra capita de virtutibus, & evincet foliam fidem non*

- non justificare , sic caput quintum Matthæi ubi sunt Beatitudines , nec interes enumeratur fides , nec dicitur *Beatus qui credidit*, Mat. 15. sic extremum Judicium ubi præmiantur bona opera , & de fide nequidem est sermo , sic caput integrum de charitate , sic Jacobi epistola de operibus , & alia , & si hostes ferunt caput integrum de fide . *Fide plurimam bostram obtulit Abel* , quam Cainus . id explicat S. Jacobus de fide & operibus . Sic *Si fides si non habeat opera mortua est in semetipsa & utitur iisdem exemplis Pauli* . *Abrabam Pater noster nonne ex operibus justificatus est offere* . Isaac filium suum super altare . Et mox . *Vides quoniam fides cooperatur operibus* , & infra . *Vides quoniam ex operibus justificatur homo* , & non ex fide tantum . Similiter *& Rabob mere trax nonne ex operibus justificata est suscipiens uantum* , & hoc facile solvit ex scripturis eam fidem justificare , quo per dilectionem operatur , quod & ipsorum non nulli defendunt , & si ferant textus , Julians ex fide vivit , similes innumeris ferri possunt , de sp̄e , eleemosina quae nec per hostes justificant ; & si citant Paulum docentem nos non justificari per opera loqui de operibus legis respectu & constat , & omnes Catholici hoc consentent . Rursus communis obiectio Protestantum est ut probent peccata tegi non remitti . *Beati quorum remissio fuit iniquitates* , & quorum telta sunt peccata , at Parochas militias argumentum retorquet Beati qui iungunt , Beati misericordes , Beati misericordes & milites rufi rorquetur milites cum dicuntur . Remittuntur tibi peccata tua , Luke 7. Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum . Et alibi . *Quorum remissio fuit peccata remittuntur eis* , & alibi & in hoc eodem textu , *Beati quorum remissio fuit iniquitates* , & quorum telta sunt peccata ; & duo ponunt vel hostes remittere & tegere , id est remittere & non imputare vel ut exponunt cum Augustino Patres , tegere peccata ut vulnera emplastro vel sacerdia . Exstat & alia sententia hostium , peccata electorum & fidelium esse C. 4. 55. venialia , ita Calvinus libro tertio institutionum , Theologi Genevensis in Synodo dordrethana , Drelincurtius in Dialogis & Thess. 5. alii , at consuet Parochus hunc errorem ex nova lege . Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebitur & ego eum coram Patre meo , quia in Celis est . Qui autem negaverit me coram hominibus negabo & cum coram Patre meo qui in Celis est , & Lucas capitale non a qui erubuerit me . Et meos seruores huius Filius hominis erubescet , cùm venerit in maiestate sua , & iterum qui autem negaverit me coram hominibus negabitur coram Angelis Dei . Et rufus . Ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidamini Christum vobis nihil proderit . Et mox . Evacuati esitis à Christo , qui in lege justificatus gratis excidistis , & enumeratis plura ita concludit . Qui talia 1. Je. 3. agunt regnum Dei non consequentur & secunda ad Timotheum secundo . Si negaverint , & ille negabit nos , & Apostolus Joannes . Omnis qui peccat non vidit eum nec cognovit eum . Et Christus ipse . Omnis qui facit peccatum seruus est peccati , seruus autem non manet in domo in eternum . Et Deus ipse . Scio opera tua gaudi neque frigidus & neque calidus es incipit se evomere ex ore meo turulus . Paulus Cum effitis mortui Delicta & peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis . Nec obstat textus ad Romanos octavum . Nihil ergo nunc damnationis est nisi quis sunt in Christo Iesu , quippe textus est maxime in contrarium , qui non secundum carnem ambulant , ideoque damnatio est ambulantibus juxta carnem , nec unus est Pater qui afferat , aut Petrum aut David gratiam Dei non amiserit : volunt contrarii non praedestinatos non justificari , at sunt clarissimi textus , de Simone baptizato qui adhæret Philippo , ad I. Iud. Quod de lissi mihi cito dixi , & nemo ex iis periret , nisi filius perditionis , ubi Pater dedit , & Filius custodivit , sic Apocalypsis tertio . Tene quod baber , ne aliis accipiat coronam tuam , sic ergo ipius erat corona & ad Romanos octavo . Quod vocavit horum & justificauit , sic Qui perseveraverit usque in finem hic salutem erit ideoque iustus erat , sic refrigerescet caritas multorum . Et Apocalypsis Habeo adversam te quod caritatem tuam primam reliquisti . Nec obstat illud si Filius & haeres , cum oppositum evincat de Filio ingrato . Manet & alia Calvini sententia , de Deo tentatore contra Jacobum Deus intentator malorum est , nunquamque enim tentatur à concupiscentia sua , quām nec ipi tentent Calvinistæ & nos confutavimus . Una est quæstio libris integris defesa , ab Anonymo & aliis de inamibilitate justitiae , quam relictis apud Vvalemburgicos locis veteris legis ex sola nova sternunt & quidem locupletissime . Impossibile est eis qui semel sunt illuminati , gustaverunt etiam donum Celestis & participes sancti sunt Spiritus Sancti , gustaverunt , nibil minus bonum Dei verbum virtutisque feculi sunt , & prolapsi sunt renoveri iterum ad pietatem , ubi illuminati gustantes bonum Coeleste , & participes Spiritus Sancti sunt & Justificati , & tamen a Petri 3. prolapsi & alibi . Melius enim erat illis eos non cognoscere viam iustitiae , quam post agitationem retrosum converti ab eo quod illis tradidit eis sancti mandato . Contigit enim eis illud veri proverbii , canis reversus ad vomitus & fuis involuta involvabatur rufus . Nam Luke. qui supra petram , bi sans qui cum gaudio & suo fascinans Verbum radices non habent , sed ad tempus credunt . Et in tempore testacionis recedunt . Et iterum Quidam circa fidem uanfragaverunt , ex quibus est Himenenus & Alexander . Et Christus . Refrigerescet caritas multorum , qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit . Et ad Galatas quinto . Evaenati esitis à Christo , qui in lege justificatus gratis excidistis & Apocalypsis tertio , & secunda Petri secundo . Fuerunt vero Magisteri mendaci . Et mox . Et cum qui uixit eos Dominus negauit superducentes sibi iterum perditum esse , sic ad Romanos XI , & prima ad Corin-

**Corinthios** decimo. *Qui existimat se stare videt ne cadat.* & Petrus cum timore & tremore operamini vestram salutem, sic Judas, Simon, Dæmones quos citat Christus damnatos, ab initio boni exitere, & convincit ipos, & experientia ipsa mori Deum, & Christum blasphemantes.

**Quid plura textus adducti ab Hostibus** sunt nostri. Est noster ad Romanos oītū subdit enim. *Si enim secundum carnem vixeritis mortem inimiici.* Est noster si non timeris purgatorium, cum ex inamissibili iustitia nec timeant infernum. Est noster *Quos Deus prefecit, hoc prædestinavit,* quippe ait. *Sciimus quoniam diligenter Deum omnia cooperantis in bonum* est noster textus ubi Christus roget, ut servet eos à malo, cùm nec Petrus sit servatus à malo, nec multa millia Judeorum regit noster *si filii & hæredes,* quippe committere potest scelere quo exhæredetur. Et noster. *Ceteri sumus quia neque mors neque vita poterit nos separare à Caritate Dei* quippe afferit ipse.

**N. 17.** *Ne cum aliis predicaveris ipsi reprobis officior, in Graeco est confuso.* Et alibi sit. *Ceteri sumus quod in te habites fidem nos*

**N. 18.** *filia,* nec per Hostes habuerat revelationem, est noster textus ad Romanos octavo. *Qui etiam interpellatos pro nobis, cum scribat ibi.*

*Si secundum carnem vixeritis mortem inimiici.* Deinde textus omnes pugnant contra ipos, afferentes Angelos & Adam amissi justitiam, sic de Simone & Judâ & fidem & quidem vivam temporalem, & reformati ipsi cum Calixto, cum Confessione Augustana docent. *Damnavi Anabaptistas, qui negant semel iustificatos iterum posse amittere Spiritum Sanctum,* sic Amelius, sic Teologii Britanni, sic Synodus Dordrechta articulo quinto, & aliis; Adeo Pictor timuit quas finxerat ires, & Hostes proprio testimonio convincuntur, & cùm fides sit iustificans & possit amitti, evidens est amitti posse justitiam.

Evolvunt Parochi novum testamentum, & millies invenient legem Christi obligantem. Invenient millies contra Calvinum vitam aeternam, retributionem bonorum operum. Invenient vota à Christo laudata, & consilia paupertatis castitatis. Invenient millies jejuniuum meritorum, Uno verbo nova lex est arx illa unde pendent & mille clypei.

Post Hæreticos impugnandi sunt & mali morales, vidimus enim librum cum Theſibus moralium, omnino oppositus Evangelio, & certè varia Theſes damnatae de mutuo, textui Evangelii sunt contraria. *Mutuum date nihil inde sperantes;* Certè nepantes Principibns, juxta tributa persolvenda, contraria sunt Christo & Apostolo. *Reddite que sunt Cœstari Cœstari.* Et alibi. *Cui tributum tributum, cui velligil velligil.* Et iterum. *Et idem tributa prestat;* & Parisienses in comitiis Generalibus, eam damnarunt ut Christo & Apostolo contrariam reprehendentes ipsam ut constat velut seditionem etiam Parisienses

accusant Doctores, docentes omnem posse voluntariâ distracti in oratione & officio contra illud. *Populus hic labitur me honorat cor autem eorum longe est à me,* quod videtur damnatum ab Alexandro septimo, & capite dolentes de celebratione Militarum. Etiam nutant plura precepta, *Diligite inimicos vestros, nulli malum pro male reddentes Corripe inter se, & ipsum solum,* & alia, de Simonia, restitutione, de non circumveniendo proximo. Et bene Pontifices sapè hæc zizania evellunt.

Remaneat ergo Christiana lex omnium præstantissima, & Judaica est imperfecta ut cōstat legenti, & vix in pentateuco nominatur vita eterna, ubi in solo capite Matthei septem germinatur, nec vota nec consilia perfectionis ponit, lex Mahometis ex hoc ipso quod examinari non vult. Est suspecta & Averroes expendens vocat legem porcorum. Lex Philosphorum mille alii abundat, lex Principum millies debet retractari, lex nostra audi tori noluit ut damnaretur.

Ex hoc Jure orti sunt canonæ, qui ex G. a. placent precepta Decalogi, & Evangelii, ideoque de privilegiis studium Divini juris appellatur, & constat ex Synodo Tridentina illud citante. Jura itaque canonica habent pro mortiferis, ceremonialia precepta pro adiaphoris judicialia, & utuntur moralibus vel à figura ad figuratum, vel validiori ratione ut volunt Pontifices & Opponuntur Evangelio lex civilis, abrogatur à Canonica ut sapè contingit, ad quæ spectat res spiritualis & Sacramentorum, & alii libros integros de hac edunt correctione. Incipit verò jus canonicum à Deo & Christo mox ab Apostolis principiè Paulo, deinde in canonibus Apostolorum & Synodorum, ex epistolis Romanorum Pontificiis quales sunt dux legitimæ Clementis primi, mox Julii, Dionysii, Soteris etiam legitimæ anud Eusebium & Athanasium, & ut eruditissime colligit Cardinalis Petra, ex Leone Magno T. 3 maximum sumptuere incrementum; & Concl. 4. cilia principiè Tridentinum, multa correxit juris canonici in disciplinazionēque canonistica Evangelium eudant, & Concilia Generalia infallibilita, potius quam Gratianum colligentem aliquando, ut doctus Benedictinus notat, in fagena pilosæ bonus & malos, & ne facto etiam errantia citat Concilia, ut tenentia licitam purgationem vulgariter. Et quamvis legitime aliqui Hæretici ex profilo leges canonicas impugnent, tamen quia stramineat & paleas tamen longe præstantiores sunt civilibus, que licet sapientissime, & per decem tabulas ab Atheniensibus & Spartaniis acceptas, & duabus additis fecerint duodecim in tabularum origo tamen illarum non est Divina. Nec sunt infallibilis Principes ut Concilium Tridentinum ex Ecclesia tota collectum, ejusque sapientissimas Theologis dives, & Oratoribus ipsius Principum refertum, quamvis à Cardinali Pallavicino defensum, contra Paulum Su-

vom , ab Abate Redingh contra Heidigenrum , nec indigent calumnia moderni Advocati confiteri , qui Concilium Tridentinum furti accusat , & oblitus est illud Evangelii Qui vos audit me audit , & de Regibus loquens illud non meminit Regem honorificare .

Jam plura vidimus de lege Christi , in ea nec Papam nec Ecclesiam posse ullo pacto dispensare , non requiri acceptationem in lege canonica , cum Papa accepit a Christu ius non a populo . Manet decidendum eam obligasse in die Pentecostes , cum lex obligat solemniter promulgata , & velum templi scissum indicat viuin , & Sotus , ipse & D. Thomas tenent hanc sententiam . Manet decidendum legem veterem , non subito mortiferam redditam a lege nova , cum & Paulus circumcederit Timotheum , sed aliquos annos adhuc servatam , ut mortua tumularetur cum honore & aliqua praecpta de sanguine non edendo , servata ob preceptum Apostolorum , tandem cessare debuit lex vetus , quippe ubi nova & promissa venit intercessus , adveniente sole cessat aurora , adveniente cibo solido cessat lac , adveniente figurato cessat figura , & legem esse umbram futurorum , & quod omnia ex figura continebant illis , & dicit Paulus & innumeris potest evinci , & legem nostram Iudaica perfectiore , omnibus prorsus constat , nec Iudai audiret impugnare , contentique sunt dicere suam esse perfectam .

## C A P U T V.

## De perfectionibus corporis &amp; animae Christi .

**E** Gregorius loquitur Athanasii symbolum duobus verbis multa complexum , de Christo dicens *Perfectus bonus* . Ex quo im-

Mat. 16 mediately sequitur . Ex anima rationali & humana carne subsistens . Et quidom de anima Christus ipse testatur . *Trifliss est anima mea usque ad mortem* . Et rursus . *Potestatem habeo ponendam animam meam , & iterum faciendi eam , & innumerabiles proprietates Christi , mens , similitudines , libertas &c. manifestat* . Et

Jo. 10. 3. de corpore constit . Et *Verbum caro factum est* , & ante resurrectionem ne . no dubitavit , & post illam convictus est Thomas a Christo . *Videamus quia Spiritus carnis & ossis non habet sicut me videns babere , & proprietates corporis ostendunt , quales sunt nasei , cutis , pati & mori* . Ex quo evidenter conviciatur Simon Magus , assertens Christum appartenet tantum venisse , ut resonat Augustinus , Irenaeus , Epiphanius , & ulterius Mattheus initio , describit veram Christi genealogiam , ab Abraham usque ad Virginem de quo natus est , describunt Evangelisti nativitatem , & prophetias citant impletas , & Lucas Rom. 1. circumstans ortus describit , sic Paulus . *Factus est ei secundum carnem ex semine David* . Et rursus . *Quorum Pater & ex quibus est Christus* . Si querimus . *Ubi vestis pectoralis*

*temporis misit Deus Filium suum factum ex muliere , & milles omnium testamentum , & cum semel phantasmas crederetur , inquit Habete fiduciam ego sum solle timere Nec oblitus illud Paoli . Deus filium suum misit ibi in finalitudinem carnis peccati , quippe Similitudinem exponit de natura ; De peccato peccatum damnavit in carne . Et mox Misit Deus Cat. 4. Filium suum factum ex muliere &c. sic confutatur Basilides dicens ex Epiphanius , speciem Christum tantum apparuisse , sic & Valentini , & Gnostici dicens Christum nihil accipiebat a Virgine , sed per illam velut canalem transisse , quos confutant Tertullianus de carne Christi , & Irenaeus ex tota vita Christi , convincit non habuisse corpus Cœlestis , utpote factum ex muliere , pallum &c. Et milles urget Tertullianus , homo vocatur . Sic confutatur Apollites voletos Christum carnem sumptuisse ab elementis , sic Tatianus carnem dicens putativam . Sic Apollinaristes dicentes Christum , corpus assumptum absque anima . Et mox assumptum esse animam abique mente , in quo Nazianzenus vocat eos demeates , & confutat Leo de Nativitate , & mens vel est anima ipsa , vel proprietas etiam divinitatis inseparabilis , & spectans adveritatem humane naturæ , nec Verbum supplere potest aliquam partem , nec tristitia , metus fuis in Verbo .*

Potuit quidem Christus aliam naturam assumere , ut docet Apostolus ipse . *Nos Angelos sed semem Abram ab apprebendis* , at non apprehendit ex Augustino . Tanto enim minus , quam nos peccare debuerant , quanto Hebreos meliores nobis fuimus . Et Anselmus libro secundo cur Deus homo . *Angeli sunt omnes pariter creati non ab uno Angelo* . sicut homines ab uno homine nati . Ideo si Christus ab uno Angelo naturam Angelicam fumeret illuminatus , ab extra redemptionem remanerent , & quod addi potest omnes nos cecidimus & tertia pars tantum angelorum . Potuit incarnari Pater & Sanctus Spiritus & cum non minor sit ratio ac de Verbo , at modò Verbum caro factum est , &c. Sic Deus dilexit mundum ut *Filius suum unigenitum daret* . Nec oblitus actiones ad extra communem efficiunt Trinitati , quippe in Trinitate est aliiquid peculiare persona , & ita solvit argumentum Synodus sexta Toletana . *Cum tota cooperata sit Trinitas cooperatione suscepit hominis , quoniam sunt inseparabiles opera Trinitatis solus filius suscepit humanitatem in singularitate persona non in unitate naturæ* , id est in eo quod proprium est Filiis nos quod commune Trinitatis & modum exponit Augustinus de tempore . *Aris dicitur manus tangit cytharam , corda resonat , cum chorda antennæ art pariter & manus operantur* . Sic Sermones non Pater non Spiritus Sanctus suscepunt carnem & tamen cum Filio pariter operantur ; cum ergo dicunt aliqui Patres naturam Dei esse Incarnatam , ita loquuntur quod Persona sit idem cum natura , & idem se explicant de sola persona . Congruentia multæ sunt at

una solida, voluntas nempe ipsius Dei & bonitas, aliquin pro aliis personis congruentia non decesserit. Potuit Verbum assumere plures naturas, cum persona infinita per unam naturam, exauriri non posset nec exhauriatur, cum qualibet natura divinitus spoliari possit propria subsistentia, & ita terminantur per divinam personam, & ex ipsa contrariorum oppositione constat, tunc Christum dici debere unum hominem, sic enim arguit tercia parte Angelicus. *Nostri*  
*quam nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositionum.* Cum ergo infertur suppositionem foret unum, etiam Christus unus foret homo. Non tamen cum subsistentia propria, quippe cum jam per se subsistat nequit in alio subsistere, & fieri non potest unum ex duobus entibus in actu & completis, & forent duæ non una persona, & non esset amplius alieni juris sed proprii.

De facto suscepit Christus sanguinem, ad hebreos decimo dicitur Christus *participasse corni & sanguini*, & millies redemptio ejus sanguini tribuitur. Nec obstat axioma Damasceni. *Quod verbum assumpsit nunquam dimisit, quippe referuntur in directorio Inquisitorum, à Clemente sexto damnatum Oratorem, prædicantem sanguinem in triduo mortis, à Divinitate fuisse divisum. Sic probabilius est assumptissime alias humores, cum spectent ad integratorem naturæ humanæ, sic assumptissime tempore corpus, ut definitum est ex Nicephoro in quinta Synodo.*

*Art. 11. Si quis dixerit prius formatum corpus Christi in utero S. Virginis, & deinceps unitum ei esse verbum anathema sit, sic in sexta in Epistola Sophronii, & passim docent Patres, Hieronymus apologia secunda in Rufinum, Leo Papa epistola undecima, Fulgentius libro de fide ad Petrum, Damascenus libro tertio de fide, & alii, aliquin B. Virgo conceperet purum hominem. Si vero spectetur ordo naturæ, & mentis, anima prius unita est Verbo quam corpus, ut docet Augustinus de agone Christiano. Immortalis veritas per Spiritum animam. & per animam corpus suscipiens, art. 13. tunc bonum assumptum eum ab infirmisibus suis liberavit, & definitur in editio Constantini Pogonati, in epistola Leonis ad Synodum approbato.*

vidimus falsum, & oculi millies intuentur, ubi Amos quarto Deus creat Spiritum, cum ibi fermo sit de vento, ubi citatur secundum Concilium, expressè definiens enntrarium, & Spiritum adorandum, ubi citatur prima Synodus id omittens, quippe expressè assertit. *Et in Spiritum Sanctum,* & si non est in Deus nec Pater in quem credimus, & Athanasius ibi praesens contrarium evincit, ex eo quod definita est Trinitas, sicut & Nazianzenus ex unitate Essentie, & passim cum Athanasio Patres. Tres esse non tres Deos ubi dicitur de Verbo omnia per ipsum facta sunt, cum & evincatur Pater esse creatura, & intelligitur de rebus creatis, ubi citatur Nazianzenus, in secunda Synodo contrarius, & expedit scribens de Spiritu Sancti Deitate, ubi citatur Basilis blens Spiritum Sanctum Deum, cum etiam secunda Synodus sileat, dicens Dominum, & vivificantem, adorandum, & locutum, per Prophetas, & Nazianzenus maximus Amicus & defensor, cum multe ex ea se offenderebant. Illi nam ad opertā vocem de Spiritu Sancto quod Deus esset arripere studebant, quod quidem tamētē verum erat, impium tamen illis videbatur, ut cum quidem cum Theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiastis occuparent, tamque sceleris sui propagnationem efficerent. At ille in alijs quidem vocibus à Scriptura petitis, testimonijs minime dubijs eamdem vim habeantibus Adversarii comprimitur. Sed tamen propriam rationem interierit usupare differebat, tum ab ipso met Spiritu cum à sinuosis ipsius propagationib[us] in gratia loco hoc petenti, ne hoc suo Consilio offenderebant, nec committerebant dum unam vocalium mordicunt retinere conarentur propter inexplicabilem cupiditatem omnium perirent convulsa nimis in turbulenta tempore, ac distracta pietate. Ipsos autem sibilis ex detinimenti accepturos, si vocabula pauculata immutarentur modo alijs verbi eadem docerentur. Neque enim saltem nostram in verbis potius quam in rebus confidere. At Reipublica non posse maiorem pertinere, ac pelesti asserti quidam si Ecclesia ab Hereticis occuparetur; ubi Nazianzenus Apologista facetur, quod erat verum Spiritum Sanctum esse Deum, ubi facetus Basilius testimoniois minimè dubijs, Divinitatem Spiritus Sancti firmasse, ubi Catholici ut loquuntur Nazianzenus, patientiam proditionem tradueant, ubi de voce tantum quidam erat, ubi Basilius vel orabat Catholicos, ne offenderebant hoc ejus Consilio, cum periculum forte omnia perirent, & Ecclesiam ab Hereticis occupari maximo damno, ubi praesentes economiam dicebant vanam & insultum, ubi Damatus cum occiduis est graviter commotus, ubi Nazianzenus profitetur. Colamus Deumq[ue] Orat 3. Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, ubi Basilius ipse Spiritum Sanctum, expressè vocat Deum, ubi ergo indiguit

dignit duabus Apologijs Basiliua, si com-  
motus est ob unam vocem Oriens & Occi-  
dens, cum expreſſe Basilius rem teneret,  
quid fieri negatur Spiritus Sancti Di-  
vinitas, & si ponitur in tanta lite vox in  
extremo Fidei periculo quid erit res & Fi-  
des?

Exclamat Spiritum Sanctum mitti, at  
hoc est maximum Divinitatis argumentum  
quod in Verbo jam vidiimus. Exclamat  
Spiritum Sanctum à ſe ipſo non loqui, at  
hoc ex Basilio ex iicit oportunitate, cum crea-  
tura à ſe ipſa loquatur. Exclamat ſolum  
Patrem & Filium eſſe Deum. *Hec eſſe vita  
eterna, ut cognofcant te ſolum Deum verum,*  
*& quem mifiti Iesum Christum;* at hac ra-  
tione excluderetur Pater. Credo Filium  
Dei eſſe Iesum Christum, & Baptizatus eſt,  
& ad dandum Baptifum in Nomine Patris  
fatis exiit Philippus Diaconus, ad dan-  
dum Spiritum mihi fuit duo Apoftoli, &  
rurus. *Namquid aquam quis prohibere pu-  
refit ut non Baptizentur hi qui Spiritum San-  
ctum acceperint ſicut & nos, ubi nihil eſt de  
Patre eterno, & rurus Joannis Sexto Spir-  
itus eſt qui vivificat; & rurus Joannis ter-  
tio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spi-  
ritu Sancto non poterit intrare in Regnum Dei,*  
*& neque tantum Spiri-  
tus vocatur Deua, ideoque in Deo vero inculciditur.*

Unum eſt apparetē difficile. *Spiritus  
poſtulat pro nobis gemiſibas inenarrabili-  
tati, cui repondebat Augustinus. Declinat eſt in-  
terpellat pro Sanctis, quia interpellare San-  
ctos facit, ſicut dictum eſt. Tentat nos Da-  
mians Deus noſter ut fecit ſi diligatis eum,*  
*boc eſt ut ferre vos faciat, ubi & dicis & pro-  
bat à ſimili. & quid debeat ita intelligi  
exponit Paulus, *Vicinque enim Spiritu  
Dei agnitus ī ſunt filij Dei. Non enim  
acepisti Spiritum fervitatis iterum in timo-  
re, sed acceperisti Spiritum adoptionis Filiorum,* in quo clamamus Abba Pater, *Ipsa  
enim Spiritus Testimonium reddit Spiritus  
noſtro quod ſumus Filii Dei, ubi noſa clama-  
mus & Spiritus clamare facit, ubi ſunt Filii  
Dei Spiriti Dei acti. Ubi Deus eſt qui  
adoptat in Filios, & rurus. Quod ſi Spi-  
ritus ejus, qui ſuscitavit Iesum à mortuis ha-  
bitat in vobis, qui ſuscitavit Iesum Christum  
à mortuis, vivificat & mortalis corpo-  
ra eſtra proper inhabitantem Spiritum ejus  
in vobis, ubi Deus qui facit mirabilia fo-  
lus, major Christo quem ſuscitavit à mor-  
tuis, & Spiritus eſt vivificans ſi inhabitans,  
que phrasis eſt Synodi ſeunda Ecumenica.  
Et ibi dicitur. *Si tamen Spiritus Dei  
habitans in vobis. Ubi eſt Spiritus Sanctus* Spiritus Dei, & reddit testimonium, quod  
ſumus Filii Dei, quod ſolus Deus red-  
dere potest, & Spiritus adjuvans infirmata-  
tem noſtram Sc.**

Tandem arguēta Crelly noſtra ſunt  
arma: Eſt illud. *Quia Dei ſunt nemo cogno-  
vit nisi Spiritus Dei, & ante Spiritum eni-  
ſcrutator etiam profunda Dei, Deus enim*

non ſcrutatur & novit etiam Pater, at ea  
qua ſequuntur ipſius proſternunt. *Quia enim P. al. 7.*  
*Hominum ſcīt, que ſunt Hominis, nifi Spi-  
ritus Hominis qui in ipſo eſt? & tamē con-  
gnoſciat & Pater, de quo ſcriptum eſt Scrat-  
tant corda. & renes Denti, ideoque & Deum  
coſcigit fateri, ſcrutantem etiam proſun-  
da Dei, eſt & illud de apparentis colum-  
ba, ubi Pater nūquam appetat, at ibi Pa-  
ter loquens auditur, & Trinitas tota ap-  
petat, Pater & Filius dilecta & Spiritus.  
Eſt illud non dici de Spiritu Sancto in  
Greco. *Docebit eis omnes veritatem,* fed  
tin aliehiam, ideſt, illam veritatem, at du-  
pliciter volneratur Crelly, cūm de Chri-  
ſto dicatur *omnia quecumque audiri à Pa-* *tre meo nota feci quibus*, ubi non eſt articulus  
reſtrigenda & ita eſt Deus, & Sermo erat  
apud Deum eſt articulus, ideoque lege de-  
buit Crelly, & Sermo erat apud illum  
Deum, & ſanè irridenda Biskelfeldi ratio  
quod Spiritus, non docuit Mecanicam,  
Medicinam, & Philosophiam. Eſt illud de  
meo accipiet, quod Athanasius, Chryſo-  
ſtomas, Basilius, Dydimus, Cyrillus,  
Ambroſius, Augustinus, Hilarius &c. ex-  
ponunt de Divinitate Spiritus Sancti; *ut  
intelligamus* ait Augustinus, *nos eum eſſe trahit 99.*  
*à ſemelijo, & Ambroſius, non sine me loqui-  
tur; quod & verba ipſi notant de meo ac-  
cipiet, & docebit eis omnam veritatem.*  
Idem eſt de reliqua argumentis, que pue-  
rilia vocat Petavius, nos abſque offenſione  
alicuius, noſtra monſtraua.*

## C A P U T II.

*De Proceſſione Spiritus Sancti à Pa-  
tre & Filio.*

P Aradoxum ab Ecclesi condita inandi-  
tum eſt, in materia Fidei Maximum  
Schisma eſt inter Patria Latinos, & Gre-  
cos, quod Libris integris propugnant  
Graci, & auctoritate Patrium Schisma  
ſuum tinentur, & Graci ſe Grecoa ſequi  
proſtituentur.

Primus accusator Thaodoreta in con-  
futatione noni Anathematismo, mox certus eſt  
Photius post ſuam dejeſtione, Graci va-  
riarunt in Concilio Barenſi, Lateranensi  
Quarto, Lugdunensi ſub Gregorio X. &  
Florentino, ſed mox relaphi in codem erro-  
re perseverant.

Evincitur itisque hinc veritas primò ex  
Scripturia. *Cum veneris Paracletus, quem  
egi miratus vobis à Patre Spiritum veritatis,*  
*qui à Patre procedit ille teſtimonium perbi-  
babit de me, & capite ſequenti. Si non a-  
biero Paracletus noui venies ad vos, & fauorem  
abiero miſtam eum ad vos.* At miſſio ſup-  
ponit originem, ut conſtat in Filio à Patre  
in Divinia miſſo, & in Patre non miſſo,  
quippe ingenito, & arguit Libro quarto  
de Trinitate Augustinus, *Pater eum ex tem-  
pore à quoque cognoſcitur, noui dicilant miſ-  
ſi.*

fuit, non enim habet d. qui misit sic, aut de quo procedat, & Athanasius Epistola ad Scapionem loquitur. *Hic est ordo naturae Divina à Patre, & Filio*, at qui à nullo est à nullo mixtus. *& qui est ab alio in nomine suo non veniat sed in nomine illius*, à quo exiit; ita & *Spiritus Sanctus*, qui à se non est à se venire non debuit, sed in nomine illius, à quo habet ut prophylactus sit *Dens*, quemadmodum de eo dicit *Filius*. *Paracletus Spiritus Sanctus quem misit Pater in nomine meo*. Nec valet responsum Gracorum mitti dona non *Spiritum Sanctum*, quippe idem diei posset de Filio erga Patrem, & falsum est non mitti Personas. *Si quis diligenter me sermone meum servabit, & Pater meus diligit eum*, & ad eum vesciemus & mansuitem apud eum faciemus, nec effectus mitti dicunt sed dari & communicari, & eam Persona aliquid accipit non nisi essentiam accipit, cum accidentis recipere nos possit.

Alij sunt Textus Spirituum accipere de Filio. *Ille me clarificabit quia de meo accipiet & annuntiabit nobis*, & rationem & modum exponit. *Omnia quecumque habet Pater mea sunt, preprepta dixi quia de meo accipiter, ubi ergo recipit procedit, cum processio sit receptio essentia, nec Deus possit accidentia recipere, ideoque essentiam recipit & substantiam, nec valet dicere textum loqui, de meo hoc est de meo Patre, cum nullibi de meo significet de meo Pate, & si recipiat de substantia Filii à Pate, recipit quoque à Persona Filii, eam Filiu excepta Paternitate, omnia habeat Pate, ideoque sit & ipse Principium. Gal. 4. *Iudeus & dicitur Spiritus Filii. Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, & rufus, Testabatur in Bethebam*, & non permisit eis *Spiritus Iesu*, ac ideo Verbum dicitur procedere à Pate, cum in Scripturis dicitur *Spiritus Patri, & rufus vocatur Spiritus oris eius*. Ubi Isaías de Filio. *Spiritus laborium suorum interfcies impium, & Pa. 15.2. Paulus. Quem interficies Dominus Iesus Spiritus oris sui.**

Rufus quamvis omnia sicut à tribus Personis, Pater in Scripturis facit Filio, & per Filium. *In novissimis diebus locutus est nobis in Filio*, per quem fecit & fecula. Et rufus. *Vnde Dominus Iesus Christus, per quem omnis, nunquam facit Filius Pate & per Patrem, idem est de Spiritu Sancto. Cibaritus Del diffusa est in cordibus vestris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* mar. 12. *Et rufus. Domine qui Spiritus Sancto per os Patriis nostri David pueri tui dixisti, & pafsan & hoc est lignum evidens processionia, sic Filius operatus Spiritu, & per Spiritum, nunquam Spiritu Filio & per Filium. 21.0ff.2. Quem interficies Dominus Iesus Spiritus oris sui. Et alibi. *Quanto Magis Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum se obrutus immob. maculatus Deo, & iterum. Usque ad illum diem, in quo praecepimus Apostoli per Sp**

*ripius Sanctum, quos elegit assumptam est.* Et iterum. *Non enim audie aliquid loqui illorum, quia per me non efficit Christus in obedienciam Gentium verbo & falso in virtute signorum & prodigiorum in virtute Spiritus Sancti, & alibi. Rursus Spiritus Parris Rom. 15. est, qui à Patre procedit, & de Filio dicitur. Si quis Spiritum Christi non habet nos est ejus. Et alibi. *Misit Deus Spiritum Filii sui, ubi & retorquetur argumentum Gracorum Spiritus qui à Patre procedit, est filius Patri ut dicunt, sic Spiritus Christi est à solo Christo. Rursus Deus dat Spiritum Sanctum, nunquam Spiritus Sanctus dat Patrem & ideo evincitur ipsius processio à Patre. Quanto Magis Pater auctoriter Calestis dabit Spiritum bonorum persecutum se, & ad Galatas tertio. Qui dedit Spiritum, ac Filius etiam dat Spiritum Sanctum, accipit Spiritum Sanctum, & Joannes, *Sciens quoniam manus in nobis de Spiritu quem Iesha nobis, & alibi. Cito 1.10.4 generat Paracletum quem ego mittam vobis.* Et iterum. *Efundit Pater Spiritum Sanctum, effundit & Filius nonquam Spiritum Filium. Effundamus de Spiritu meo super omnem carnem, & verbo dicatur effundi tantum gratia, Quod & in Gentibus gratia 43.10. Spiritus Sancti effusa est, at cām eadem sit gratia Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut effundit Pater & Filius, non Spiritus Sanctus & de Filio Apostolus. Secundum Th. 3. suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos ab unde per Iesum Christum Salvatorem nostrum; & Actorum secundo. Promissione Spiritus Sancti accepta à Patre effudit hunc. Rursus influavit in Apostolos dicens, Accipite Spiritum Sanctorum, ubi arguit Augustinus contra Maximum. Nisi procederet & de ipso 1.3.2.14. non diceret Discipulis accipere Spiritum Sanctum, eumque insufflando daret, ut à quo que procedere significans aperte ostenderet stāndo quod spirando dabat occulte. Uno Verbo Athanasius de communī Essentiā Patri & Filii & Spiritus Sancti, arguit adversus eos, qui discribent ponunt inter ex quo, & per quem, & mille textus in genitū.***

Idem constat ex Patribus Latinis. Constat ex Tertulliano adversus Præcam. *Tertius est Spiritus à Deo & Filio, ubi tertius lib. 2. est Origine cīm̄ hi non sit alijs ordo;* Constat ex Hilario de Trinitate. *Logoi de eo non essece est, quia de Pate & Filio Authoribus confitendum, sic ex Ambrolio de Spiritu Sancto, Spiritus quoque Sanctus cīm̄ procedit à Pate non separatur à Filio.* Constat ex Augustino de Trinitate. *Nec 1.3.10. possumus dicere quod Spiritus Sanctus & à 1.3.10. Filio non procedat, neque enim fructu idem Spiritus & Pate & Filij Spiritus dicitur.* Constat ex Leone docente. *Aliam esse quid 1.3.9. genitū alium qui genitus est alium qui de nō ita formo proceſſit. Constat ex Gennadio Mafii. 1.3.9. liciū*

liensi de Ecclesiasticis dogmatibus *Credimus Spiritum Sanctum eo quod sit ex Patre & Filio procedens*. Constat ex Mario Vistorino in primo contra Arianum. *Duo ergo & isti alii ex alio, ex Filio Spiritus Sanctus*, ubi loquitur cum particula ex, & Tertullianus contra Praxeum per particulam adspicit; ipsum esse. *Non aliud quam à Patre per Filium*. Constat ex Fulgentio Libro de Fide, ubi ait. *Proprius est Spiritus Sancti quia nec natus est ipse nec genitus, sed filius de Patre Filioque processus*, & repetit Capite undevicimo, & tertio Responso ad Ferrandum. Constat ex Hymno quinto easterm. Prudentii de Filio. *Qui noster Dominus, qui tuus unicus spirat à Parvo corde Paracletum*. Constat ex Paulino Natali noso S. Felicis. *Et in servos Cœlestes Domus prouidit Spiritum ab Unigenito Sanctum ex Paro procedentem*. Constat ex Concilio Toletano primo in assertione Fidei, ex Vigilio contra Eutychem Libro primo, ex Eucherio Libro quodionum prima questione; Boetio in Libro quomodo Trinitas est unus Deus, Gregorio, Magno vel apud Græcos, Hormisdæ Epistola ad Julianum, Ruffico contra Acephalos, & plures alios textus adducit Petavius. & innumeris adduci possent, nisi & Græci satercent ultro? & cum Photio dicentes sequendos Græcos, & Latinos ut olim Millenarios errasse; vel Æconomia usus in Spiritu Sancto, vel depravatos eorum Libros à Latinis, at subterfugia sunt & calumnizant, quippe vitiani nequiere Liberi apud Græcos ipsos servati, at nos tres tantum sunt id dicentes sed omnes, at dispensatio illa Heresis esset & in uno Basilio in extrema necessitate, Occidentem & Orientem commovit, & istæ tot dispensationes absque ulla necessitate, neminem profluo commoverunt, at si Latinis Patres differunt à Græcis, actum est de Infallibilitate Patrum, & si non habent auctoritatem actionis de Conciliis Æcumenicis apud Græcos, ubi citantur & quidem primi Patres Latinis; & ubi Leo vocatur Orthodoxis Columna, at nos crimus certi de eo Dogmate, cùm nesciamus utrum Græci an Latinis Patres erraverint & nullus certus erit locus Scripturae, cùm in hoc dogmate Latinis, textus innumeros citent & interpretentur; & Bellum civile exiit in Ecclesia Christi nunquam amplius fuidendum, cùm irrefractabiliter id Patres doceant, sic actum de traditionibus Divinis &c. actum de Conciliis Æcumenicis, dogmata cunctis ex Patribus Occidentis, sic in tertio Cyprianus, Ambrosius, in quarto Leo, Maximus.

<sup>par. 2.</sup> *A Patribus Latinis ad Græcos accedimus & primò accedimus ad Epiphanius clarissimum. Is in Anchorato scribit. Iam* <sup>et 16.</sup> *verò cum Christus ex Paro eredatur Deus ex Deo, & Spiritus ex Christo fruē ab ambobus ut Christus bīs verbi aferit. Qui à Patre procedit & hic de meo accipiet, ubi*

ait Petavius nū est expressius, nam Spiritum Sanctum dicit sic è Christo procedere quomodo Christus ex Patre Deum de Deo, & ab dicit procedere ab ambobus, & utitur eo textu quo Latini contra Græcos, ut Genadius, Bessarion, Jo. Vecchus, adeo ipsi utuntur Græcis contra Græcos, & Græcis antiquis Patribus contra Neotericos, iudeo Epiphanius repetit Spiritum ab ambobus esse, & agens eur Spiritus Sanctus non sit Filius, ubi agit de productione Personæ non donorum ait. *Tu quis es qui contradicis Deo?* Nam si Filiam vocas eum, qui ab ipso, Spiritum verò Sanctum qui ab ambobus, ubi agit de Origine & Spiritus Sancti processione. Rursus codem in Libro clarius *Spiritus Dei & Spiritus Patri*, & *Spiritus Filii non compositione abhinc quemadmodum in nobis Anima & Corpus, sed inter Patrem, Filiumque medium ex Paro, & Filio appellatur tertius*, ubi manifestè declarat Spiritum Sanctum esse ex Patre & Filio, ubi particula ex Processionem significat, cùm Filium vocet Theon ex Theo Deum ex Deo, & Spiritum ex Patre procedere & alibi. Et iterum *Spiritus Sanctus Spiritus veritatis est lumen tertium à Paro*, & iterum. *Igitur si à Paro procedit & de meo at ait Dominus accipies, quemadmodum nemo novi Parorem nisi Pilius, neque Filium nisi Pater, ita dicere audie, neque Spiritum nisi Pater & Filius, à quo procedit. & à quo accipit, & neque Filium ac Parorem nisi Spiritus Sanctus qui verè glorificat, qui docet omnia, qui testatur de Filio, qui à Paro & ex Filio, & iterum ait procedere à Paro & Filio, & Heresi septuaginta quarta. Porro Spiritus Sanctus ex ambobus, Spiritus & Spiritu Deus enim est Spiritus, & ibi, *Spiritus aut ex Paro est & ex Filio*, ubi vel Græcis ipsis fatectibus, originem substantiam ostendit, & ex Filio attributa idem ostendit. Denique in Heresi Sahelianorum clarissimum. *Non alienus est à Paro & Filio*, <sup>b. 6.</sup> sed ex eadem substantia, ex eadem Divinitate, ex Paro & Filio cum Paro & Filio subfiliens semper Spiritus Sanctus, & tamen Modernus exercitator affimat, Epiphanius cum alijs Græcia contrarium sentire. Accedimus ad Nyssenum Libro primo in Eunomium. *Nam ut Patri conjunctus est Filias & cum ex illo esse babent, non tamen posterius existit, sic etiam Spiritus Sanctus proxime est & Filio, qui sola cogitatione secundum rationem principi prius consideratur productione Spiritus Sanctus, ubi aperte monstrat Spiritum à Filio procedere, ubi dicit quæ conjunctum Filium cum Spiritu, sicut est conjunctus Filius cum Patre & concludit. Ad eo ut derrotata principi ratione nulla re Sancta Trinitas à se ipso diffundat. Et rursus Epistola ad Ablavium, ubi fuit probat diversitatem esse à principio. *Chm & Filij interpositio proprietatem ipsi servos Unigeniti*, ubi Spiritus Sanctus erit à Filio ut à Principio. Accedimus ad Dy-**

dimum latinè versum à Hieronymo; super ea Verba Christi. *Nos enim loquerut à semetipsa. Hoc est non sine me & Patris arbitrio, quia inseparabilis à meo & Patris est voluntate.* Quis non ex se sed ex Patre & me est. *Hoc enim ipsum quod subficit à Patre ex me est.* Et mox. Cùm hoc ipso sum sit quod profertur à Filia id est procedens à veritate. Et concludit exponens quomodo accipiet. Si quidem & *Filius eorum à Patre accipere dicitur quibus ipse subficit.* Neque enim quid aliud est *Filius exceptis his, qua ei datur à Patre,* neque alia *substantia est Spiritus Sancti* præter id quod datur ei à Filia, ubi Latinī vix exponunt clarius quam Dymidius Græcū. Accedimus ad Cyrilum Alexandrinum in Joelem. Nam quod Deus, & ex Deo secundum Naturam est Filius, & mox. Proprius ipsius est & in ipso & ex ipso Spiritus, & Libro ad Theodosium de recta Fide probat Christum verē esse Deum, neque Spiritum Sanctum ut alienum dare sed ut proprium qui ex ipso sit & per ipsum sit, & in Responso ad Anathematizatum nonum. Omnia existunt quacumque est Pater excepto ea solo quod Pater est, & proprium habent quod ex ipso est. & Substantialiter inest ei Spiritus Sanctus, divino Miroculo faciebat, & de lapſu & conversione Hominis probat Spiritum Sanctum immutabilem eo quod sit. *Dei Patris & Filii ille, qui substantialiter ex nroto nomine nrotrum ex Patre per Filium proficit Spiritus.* Rursus Dialogo septimo de Trinitate, responderunt dicentes Spiritum participare de Christo iuxta illud de meo accipiet. Minime vero multum opinor abesse. Qui enim ex ipso est & in ipso, & ipsius prout, quomodo unquam participabit ipsum, & perinde atque externo quodam habitudine futilificabatur, alienusque secundum naturam futurus est ab eo, cuius etiam proprius esse dicitur? Ub̄i est ab ipso ut ipius Filius proprius, & Dialogo sexto. Si Divina reddimur nature participes cum Spiritum recipimus, quomodo secundas habent à Filio Spiritus? aut quomodo melior hic illo est, & non magis euanquam ipse, & ab ipsa totam habent efficientiam, & ipsius participationem ingenierant, ubi Divinam Naturam Spiritua participat & efficientiam quod non nisi origine fit ut constat & in Filio. Et iterum Commentario in Joannem. Similitudinem nulla re discrepantem esse Filii cum proprio similitudinis Spiritu, qui ab ipso naturaliter profundat, ubi cùm ait cata physin natura, non donum aliquod profundit, quod & ab omnib[us] proſus profunditur Personis. Iterum de recta Fide ad Reginas, ubi Deum evincit vivificantem, procedentem, æqualem per omnia Filio. *Procedit autem per ambos & circuſans Spiritus, ubi quem Spiritus Sanctus producitor ac Filius, & in eo differt quod est per ambos; & alios referunt Beſtiorum, Calecas & alij.* Accedimus ad Athanasium Oratione quarta. *Neque vero Spiritus Verbum cum Patre capulas, sed potius Spiritus à Verbo accipit.* Et mox. *Ipsè enim ut dīlum est Spiritus datus & quacumque habet Spiritus h[ic]c habet à Verbo, ideoque habet Naturam & existentiam, ubi afferit habere ab ipso quacumque habet.* Accedimus ad Basilium docente contra Eunomiū, *Spiritus Sanctum lib. 2.* esse tam ordine tam dignitatem secundum à Filio eo quod esse ab illo habeat, & ab ipso accipiat & annontiet nobis & omnino ex illa causa pendent.) At accipere esse est ab eo procedere. Nec valet responsum Marci Epheſij Basiliū in Persona Eunomiū locutum, vel textum esse corruptum à Latinis, nam Basilius pluribus in locis afferit Spiritum à Filio secundum & tertium in Trinitate, & Codices Sexcentiis annis scripti, ante Florentinam Synodam & ordinata questionem, nullum dubium faciunt vitij, & in ea Epistola inquit, *Spiritus ep. 100.* vero *Sanctus eo collator ordine, quem nos in Evangelio Dominus edocuit dicens euates baptizare, ubi tertius est ordine in baptismo & secundus à Filio in Trinitate, & rursus contra Eunomiū. Itaque Spiritum quidem in Deo esse disertè prædicat Apóstolus dicens, *Spiritus qui ex Deo est accipit* lib. 5. *& per Filium proficit per ipsum se- cit, Filius Spiritum nominans sicut & Dei, ubi de Persona loquitur non de donis ut constat, & subdit. Non quod non sit ex Deo per Filium.**

Post Auctoritatem succedit & ratio & Auctoritas. Succedit ratio quod dicta secundum relationem, substantiam non significant sed Personas, & talia sunt per Filium etiam juxta Græcos, de meo accipies, quem ego missam, ubi quem exprimit ordinem & habitat in Personarum. Succedit ratio quod Filius est consubstantialis Patri eo quod ab eo procedit, & quidem præfessione interna & immanente, quod idem expressum militat in Spiritu Sancto, consubstantiali Filio cum ab ipso per amorem immanenter ex Patribus procedit. Succedit ratio ex Scriptura & Patribus, Filium mittente procedere à Patre, nunquam Filium mittente Patrem, licet Pater & Filius sint consubstantiales, quod idem est de Filio & Spiritu Sancto. Succedit ratio & auctoritas, Filium esse fontem Spiritus Sancti, ut Joannis sexto Christus promisit se daturum Aquam vivam id est Spiritum, in quo conveniunt Patres ut Cyrillus in Joannem, Athanasius de Humana Natura suscepit, & Chrysostomus ait. *Vides Fontem Aquae lib. 45.* Deum, Aquam autem vivam Spiritum Sanctum. Fons Aquæ visus Pater est, flumen ex Fonte procedens Filius, *Aqua flumina tom. 5. p. 684.* Spiritus Sanctus, & si non procedit à Filio Spiritus, nec à Patre procedit Filius, & frustra dicunt Patrem solum fontem, quippe Fons dicitur totius Trinitatis, & Filius Fons Spiritus Sancti. Succedit ratio Scripturam & Patres exponi non posse de sola consubstantialitate, quippe Filius dici posset pro-

procedere per Spiritum Sanctum, mitti à Spiritu Sancto, cùm à Pater Filio communicet substantiam, & quidem eamdem, qua est in Spiritu Sancto. Succedit ratio Spiritum esse proprium Filij, ex Cyrillo Libro decimo in Joannem, quod nunquam dixerit de Spiritu respectu Filij, quamvis sit ejusdem omnino substantiam. Succedit ratio & auctoritas, Anastasi Patriarchae Antiocheni. De meo accipiet, non nisi substantiale, cùm in Deo accidentia esse nequeant, & Patres expressè dicunt accipere essentiam ut Epiphanius, & Cyrilus ait virtutem, & clarissimè. De meo accipiet substantialem & naturalem proprietatem ostendit. Succedit ratio ex Scripturis & Patribus, ubi Spiritus est halitus Filij, ex quo arguit Athanasius. *Quod si Spiritus est bonus odor, & forma Filij perspicuum est Spiritum non posse esse creaturam.* Succedit ratio & auctoritas, cùm Basilius assert Spiritum Sanctum à Filio dependere, sicut & Nyssenus Libro primo in Eunomium, ait Spiritum ex unigenito pendere, quod fieri non potest nisi ratione originis, sicut illud Pater major me est, Patres multi de Christo ut Deo exponunt, & Patrem dicunt majorem ut ingenitum; quamvis ex Arianiis ipsis satentur omoulion. Succedit ratio & auctoritas, Patrem communicare Filio omnia ut Cyrillus Alexandrinus in Dialogo. *Credimus Patri Filium, & quodlibet aliud habentem ex aquo ex solo excepto quod non genuit, & sic Basilius, & alij & Christus ipse omnia quacumque habet Pater mea sunt, ideoque & communicare spirationem activam. Succedit ratio quod Spiritum Patres vocent, charitatem & amorem Patris & Filii, ideoque sicut procedit à Patre ita & à Filio. Succedit ratio ex ipsis Hostibus ubi illud Christi de meo accipiet, exponente de receptione Scientiæ à Filio, at si recipit à Filio Scientiam, recipit & Essentiam, cùm in Deo idem sit Scientia & Essentia. Succedit ratio ipsa à Theophylacto Latinorum Hoste adducta. *Ceterum de Filio nulla Scriptura testatur, ne duo principia introducamus.* Quippe ipsis factibus Doctores Latini, Scriptores pro hac veritate accumulanti, & idem ostendimus de Gracis, & Graci ipsi agnovere cum Latinis, in Conciliis Barenti, Lugdunensi, Florentino, & duo principia expressè negant Latinis, & unum principium de fide definient, & ostendunt unum debere esse principium. Succedit ratio desumpta ex Damasceno, & Maximi auctoritate contrarii, at Damascenus ut infra nosler est, & Maximus etiam contrarius, unus foret contra innumeros, & nobis sicut & semper fuit, cùm semper fuerit ex parte Latinorum. Succedit ratio adducta vel à Gracis, quod in Scriptura Papa soluerit addere Filioque, at hæc oppositio est indigna Sapientia Photij, aliorumque Graciorum etiam sibi discordantium, cùm nulla fuerit*

questio de Processione, ubique apud Latinos certissima, etiam ex Confessione Gracorum, sed tantum de additione particula Filioque, & quidem Roma cùm alibi jam foret adjuncta. & quidem in Ecclesijs Catholicis, Hispaniæ, Gallie, Germaniæ. Denique coguntur id Graci fateri, cùm ad nos ex innumeris Historijs, & Gregorii nobis incensissimo redierint, ideoque si heres est processio Spiritus à Filio, tota Ecclesia in heresem cecidit, quod & Graci ipsi exhorrent; & si Gregorius vult Patres omnes errasse, hæc nolunt vel in fidei professione Graci ipsi, & scilicet foret in Concilio Generalibus, de sensu & expositione Scripturæ, & de Scriptura ipsa doctores assignante ne circumferemur omni vento Doctrinæ, & negant Patres vel apud Gracos, Achaeus est cognominantes, quod si volit Nilus capitalissimum Hostis, eas quæstionem decidi in Concilio, nec Papam solum federe Magistrum, id egit in pluribus Concilijs vel praefentibus Gracis.

Uno Verbo Graci ipsi confitentur, processionem Spiritus à Filio, non esse causam sufficientem divisionis ideoque non esse heresim ullam. Ita Nilus hoc solum Papæ <sup>deprim.</sup> <sup>Papa.</sup> vertit, quod solus federit Doctor, & Magister: Ita Theophylactus Schismaticus, solam reprehendit in Latinis additionem Filioque, & alij alias causas & quidem solas adducunt, imò Berlaamus jam olim à nobis citatus, hanc causam manifesta ratione excludit, cùm Occidentales tenerent hanc Processionem, nec fieret divisio Ecclesiæ, & si aliqui docent sub Vigilio facta, quod etiam Graci vident esse falsum, adhuc sub Leone Magno & vetustis Pontificibus, ea divisio facta non fuerat; imò nec sub Gregorio Magno est facta sed sub Photio, qui tamen ante communicavit cum Papa, & laudat in fide utrumque Leonem & Seniorem & Juniorem, utrumque hujus veritatis Patronum. Et notat Gennadius Scholarius apud Gracos, Synodus Lugdunensem esse octavam, ideoque hanc processionem vel à Gracis confessam.

Frustra opponunt Graci novi textum. *Spiritu veritatis qui à Patre procedit,* quippe contra Gracos ipsis militat, cùm communia tribuantur uni Personæ, non tamen cum exclusione aliarum; sic de Filio dicitur erat lux vera & rufus actorum primo. *Non est vestrum nosse tempora que Pater posuit in sua potestate,* sic Matthæi decimo sexto, *Caro & Sanguis non revelaret tibi,* sed *Pater mens qui in Cœli est,* ubi constat ex Scriptura, & Patribus ipsis cum Hieronymo. *Quod Caro & Sanguis revelaret non posuit Spiritus Sancti Gratia revelata est.* & alia innumera similia, nec sine particula exceptiva excipit Personas. Etiam Latini Patres cùm Graci docent, Spiritum Sanctum à Patre procedere, & tamen testibus Gracis volunt Spiritum Sanctum procedere etiam ex Filio, ita Bernardus in Vigilia

*Nostitatis Domini. Fontem affigas Patri, ex quo nascitur Filius & procedit Spiritus Sanctus, & Agatho Papa in Epistola ad Concilium, de Spiritu ait. Qui à Patre procedit, & Græci uniuersum textum hunc eum illo, de meo accipies, idest de Filio. Etiam Spiritus dicitur Spiritus Filii, & tamen non negatur esse Patri. Etiam Patres soluerunt oppositionem, antequam Græci proponerent, ut Augustinus sibi questionem ipsam proponens. Si ergo & de Patre, & Filiō, procedit Spiritus Sanctus, cur Filius*

*debet de Patre procedi? Cur patas nisi quemadmodum ad eum solet referri & quod ipius est, de quo & ipse est, unde illud est quod ait. Mea Doctrina non est mea sed ejus qui misit me, si igitur intelligas hic ejus Doctrinam quam tamen dixit non suam sed Patris, quantum magis illuc intelligendus est, & de ipso procedere Spiritus Sanctus ubi sic ait de Patre procedit, ut non diceres de me son procedit, ubi validius arguit Augustinus ab eo quod negatur, ad id quod nullo pacto negatur; sic nemo novit Patrem nisi Filius & tamen Spiritus scrutatur profunds Dei, & alia passim, sic solvunt textum Graci cum Epiphonio. Frustra repellant Patres Græcos; non uero præpositio ex sed per, sic Basilii contra Eunomium. Cur Spiritus Sanctus non dicatur Filius Filius ait. Non ideo quia non est ex Deo per Filium, sic Graci arguebant in Synodo Florentina, nec per seicut ex signat causam efficientem, quippe ut vidimus Graci Patres utuntur etiam præpositione ex, & usi sunt aliquando per ut notarent, Filius non est primum principium, voluere tamen esse principium.*

*Gra. 4. Posset bominem per Deum, & Joannem primo. Omnia per ipsum facta sunt, & prima ad Corinthios octavo. Unde Dominus Iesus Christus per quem omnia & nos per ipsum, & ad Colosenses primo. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & alibi ad Hebreos primo. Per quem fecit & fecula & alibi. Sic sumitur à Graci Cyrillo ad Theodosium. Natus est per Santam Deiparorum Virginem, Nazianzeno Libro primo contra Eunomium de Spiritu. Per ipsum Filium apparet. Rursus autem à creatura, quæ per Filium est producta distat, & passim Patres utuntur utraque præpositione, sic & Damascenii idem significat, nam scribit.*

*L. 1. c. 18. Omnia quæ habet Pater esse Filii, hoc solo excepto quod Filius ingenitus non est; & rursus de Fide ait, procedere per Filium quod idem est ac ex Filio, & alibi, Theodorens damnatus in quinto Concilio, & quanto dum iudicatur Cyrilus, & neque dicit per Filium.*

Frustra repellant futurs dno principia, & unicum idest Patrem sufficere, quippe in Lugdunensi, & Florentina Synodo Latinii professi sunt unum principium, cùm sit unus amor & una voluntas, sicut in creatione una omnipotencia, nec satis est virtus in Patre quamvis infinita; nec inutilis est

cum sit eadem virtus & potentia. Frustra recurrent ad secundam Synodus, ubi nil actum de ista re sed de Spiritu Divinitate, & occidui eam recipientes etiam per Græcos credebant Spiritum Sanctum; & à Filio procedere, & Græci ut vidimus idem docebant. Frustra repellant Filium non producere Spiritum, ratione substantia communis, aliquin etiam Spiritus esset sui principium, quippe producit ex substantia modificata per Filiationem, sicut dicit Graci de Patre, ubi est eadem difficultas apud Græcos. Frustra dicunt non esse personale, quod convenit duabus Personis, quippe non est personale quod convenit tribus, ut constat in creatione & operibus ad extra, imò amor est duorum. Frustra ferunt Damascenum de Fide. Porro Spiritum Sanctum tam ex Patre esse profitemur, quoniam est Patris appellamus Spiritum, ex Filio autem Spiritum non dicimus, sed eum Filij Spiritum nominamus, quippe dicit non esse ex Filio ut à primo principio, quippe dicit procedere per Filium, quod apud Græcos idem est à procedere ex Filio; ut vidimus ex Patribus & Damasceno ipso.

Hanc veritatem plures ex professio tenuerunt, quos Leo Allatius in suis de Orthodoxa Gracia Libris; nec non opusculo adversus Hottingerum habet, & alia habentur in volumine inscripto, opuscula aurea Theologica Petro Arcadio Corycreo Collectore, & Interpreti, sic Alexius Aristenus, Nicetas Thessalonicensis Archiepiscopus, Nicephorus Blemmida, Joannes Vecchus Patriarcha Cp., Andronicus Camaterus, Constantinus Meliteniotes, Georgius Metochites, Simon Cp. Cretenis, Demetrius Cydonius, Esaias Gyrius, Gregorius Protocynclius, Georgius Trapezuntius, Cardinalis Bessarion, Gennadius Scholarius, Joannes Archiepiscopus Plinianensis, Maximus Chrysolora, Zaga Zabo in Confessione Fidei, Moses Mendanus, Judas SulaKa, Neftorianorū Patriarcha, Petrus Arcadius, Leo Allatius, S. Thomas contra Græcos, Barlaam Episcopus Gyracensis in Bibliotheca Patrum commemoratis, sic Theodulphus fuh Carolo Magno, sic Nicephorus Blemmides ex Gregeorii citavit Græcos & S. Thomas de potentia stetut, Græcos Patres differre magis verbis quam sensu, & in Concilio Florentino convenere, idem esse apud Latino Patres Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere, ac apud Græcos ex Patre per Filium procedere, unde Joannes Theologus in Concilio Florentino ait. Magno equidem gaudio affior, sic Bessarion antiquis ostendit, & Petrus Modernus & Nazianzenus Libro primo contra Eunomium de Spiritu Sancto. Per ipsum Filium apparet. Rur Cap. 3. fuit autem à creatura, que per Filium est prodotta, sic Basilii de Spiritu Sancto, sic Athanasius & slij. Una Augustini ratione concludimus de Trinitate. Dei Verbum l. 9. c. 12.

*Filiū esse nullus Christianus dubitat ita  
charitatem esse Spiritum Sanctum, adde nec  
ullus dubitat Charitatem esse à duobus.*

## C A P U T III.

*Unde babebatur Distinctio Spiritus Sancti  
à Filio, & Generatio in Filio.*

**N**ulli in hac quæstione melius conve-  
niunt, quam discipuli S. Thomas,  
& Scotti, omnia nempe in Divinis unum  
sunt ubi non obviat relationis oppositio, &  
ex Toletano Concilio undecimo. *In rela-  
tione Personarum numerus cernitur*, & nulli  
magis disconveniunt, cum Scotifla velint  
sufficere ad realēm distinctiōnēm, relatio-  
nem tantum disparatam, ubi Filius nascere-  
tur Spiritu procederet, quod cum Moder-  
nia negant acriter Thomistæ, quies Patres  
cogunt nos adhædere.

Et quidem Coouncilium Toletanum mo-

*Cap. 11. subdit. Hoc solo numerum insinuant quod  
ad invicem sunt, & in hoc numero carent,  
quod ad se sunt, ubi permisso nascendi, &  
procedendi discrimine, adhuc ad invicem  
non sunt. Etiam Augustinus Tractatu tri-  
gesimo in Joannem. Hoc solo numerum in-  
sinnant quod ad invicem sunt, non quod ad  
se sunt. Etiam Nyssenus ad Ablavium. Eo  
distinguitur Spiritus à Filio quia per ipsum  
est, & Nazianzenus Oratione quinta de  
Theologia. Manifestiorum ut ita dicam  
mutu aque coram relatione differenta diver-  
sa quoque nomina procreavit, & ihi docet id  
Spiritui deesse ne se Filius; etiam Ful-  
gentius Libro de Trinitate ait. *Ista rela-  
tiva nomina Trinitatem faciunt, essentia libe-  
rè nullo modo implicantur.* Etiam Hilas-  
tius ex productione probat. *Vbi enim Pa-  
ter est auctor est ibi & Nativitas*, sic Faustinus*

*Ep. 190. Libro contra Arianos. Hoc solo differentia à  
Patre Filius, quod ille Pater est hic Filius,  
idei quod ille genuit, & hic natus est, etiam  
Bernardus exprefit. Nam quod alter ex al-  
tero, vel alter ad alterum veracissimè docuit  
Personarum designatio est. Etiam Hugo Vi-  
ctorius. Secundum solam vel originem est  
illa varietas existens, sic alij Patres, &  
Joannes Theologus in Florentino, sic Bef-  
faron, Calecas & alij Greci.*

Evinctis post auctoritates hoc rationib-  
us, omnia Patris sunt & Filii, omnia  
ea mea sunt, excepta esse Patria ut lo-  
quuntur Patres, ideoque & virtus spirandi  
in Filio, ideoque necessarij Spiritus pro-  
cedit à Filio, quia ut diximus est Spiritus  
Filiij, & si Filius habet omnia præter id  
quod Pater genuit sicut & ait Evangelium  
omnia tua mea sunt evidenter actum est de  
sentientia Scotti. Valido sunt etiam ratio-  
nes horum Patronum, ubi Spiritum Sanctum  
ostendunt à Patre Filioque procedere, que  
veram productionem necessariam demon-  
strant. Etiam omnis distinctio aliunde orta  
quam ex relatione, producentis & produ-

cti limitationem in Deo demonstrat, cùm  
una perfectio aliam non includit, cùm in  
vita oppositione una aliam excludat. Etiam  
Pater Pater est & Spirator nec sunt duas  
Personas.

Opponunt Scotisti. Si à Filio solo Spi-  
ritus Sanctus procederet Pater adhuc esset  
distinctus à Spiritu Sancto, & tamen non  
foret oppositio relativa, at benè foret hæc  
oppositio mediata, sicut est inter Avum &  
Nepotem, cùm Filius virtutem accepisset  
à Patre. Opponunt ex Augustino de Tri-  
nitate, abhinc Filius est natura Spiritus da-  
sus, at donum est per voluntatem, quæ c. 14.  
supponit processionem per Intellectum, i-  
deoque Spiritus Sanctus esset à duobus.

Opponunt molestem illud argumentum Pa-  
teritas, & Filiatione opponuntur Spiritui, nec  
tamen producunt Spiritum Sanctum, ideoque  
est distinctio ubi non est produc-  
tio. Opponunt curius Filius adhuc, di-  
stinguueretur à Spiritu ideoque constitue-  
tur, dico enim constitui per Filiationem  
perfectam, quæ dicitur cum Evangelio, o-  
mnia quæcumque habet Pater mea sunt, &  
cum Cyrillo Alexandria in Dialogis. Ce-  
terum credimus Patri Filium & quodlibet a-  
liud habentem ex aqua ea, solo excepto quod  
non genuit; Opponunt ergo Paternitas  
Spiritui & Filiatione, cùm involvant Spir-  
ationem necessariò, sicut & opponitur Inge-  
nitum quamvis non producat; quia usum  
Patris Personam constituit, nec sunt duo  
principia cùm sit unus amor. Opponunt  
tursus non spirare nisi quod est proprium,  
nam spiratio est perfecta Paternitas, & spi-  
ratio est imperfecta Filiatione. Sieut & genitus, &  
ingenitus licet non producant; sic dum pro-  
cessione tunc non forent adæquatae, ideo-  
que Filius foret & Spiritus Sanctus. Op-  
ponunt Hugonem à S. Victore distinguere  
penes originem, at expressè docet de origi-  
ne unius ab altero. Opponunt & ratio-  
nem & auctoritatem Anselmi, cui pluri-  
mum deferunt Gabbariu & Mafriu, &  
quamvis Petavius censuerit Vasquez So-  
ciuum suum, quasi non legerit opusculum  
illud, noluit tamen censurare Scotistas  
quod non legerint. *Filius autem ut interim Cap. 2.  
ad amicis causam dicam, quoniam nouum con-  
stat quod Spiritus Sanctus de illo procedat i-  
deo non est Spiritus Sanctus, nec Spiritus  
Sanctus est Filius, quia Filius nascendo ba-  
bet esse de Patri. Spiritus vero Sanctus, non  
nascendo sed procedendo, & rursum. Patet  
ergo præter hoc quia Filius exsistit nascendo &  
Spiritus Sanctus procedendo hoc quoque canso-  
gnia Spiritus Sanctus est de Filiis eos de invi-  
ceme non posse dici, at ut notat egregie Ag-  
uirre Mafrius tacuit verba sequentia. Et  
proper hoc solum Filius non posse esse de Spi-  
ritu Sancto. Nam quoniam ut dictum est, aut  
Filius est de Spiritu Sancto, aut Spiritus  
Sanctus de Filiis, si non estes Spiritus Sanctus  
de Filiis sequeretur de Spiritu Sancto esse Fi-  
lium. Et ad rationem facilis est responsio,*

rum-

eudem terminum posse varia modis produci, ut Adam poterat generari sicut est creatura. Ad Anselmum dicō non dubitanter loqui cum dicat. Quarendum est perjudicatas irrefragabiles rationes, ubi irrefragabiles rationes non sunt dubia, sed cum Aguirre initio loqui indifferenter, in sensu Graecorum & Latinorum, postea totus urget nostram Sententiam, quod constat ex verbis, iphis Ut inserim aliam causam dicam; & rursus. Supradicta verba relationis oppositio, quæ ex eo nascitur quia supradictis duobus modis Deus de Deo est, prohibet Patrem, & Filium & Spiritum Sanum de invicem dici. Et primis capitibus non loquitur nisi indifferenter, in extremis expressè pro nostra Sententia. Et Capite penultimo sit, Quid relativo Deus ad Deum dicitur, sicut plures Homines personarum admittunt diversitatem. In eo vero quod per se id est in Deo inseparabilem ad similitudinem unius Hominis servos unitatem, ubi excludit diversitatem distinguente in Homine, in Deo vero est infinitas in relationibus, nisi manifesta intercederet oppositio, sic solvit & rationem aliam, constitutivum Filii est Filiatio, quippe est Filiatio includens omnia Patris, excepto eo in quo opponitur relativè, sicut constitutivum Hominis non est sola intellectio, sed intellectio simul & voluntas. Et frustra Scotifex, vitant Concilium Florentinum, cùm pugnaverit pro eo Joannes Theologus, Thomistus ex suis principijs, & confat ex textu, sic citati omnes Auctores Orthodoxi, Boffation. Joannes Vecchus &c. & Joannes citans Latinos & Graeos, ait. Ita ut productionis ordo nihil aliud sit, quam unam Personam esse ex alia. Et mox. Ut omnes mundi Doctores sēverū. Si igitur est ordo nature Sancti Spiritus ad Filium sequitur necessario, ut Spiritus beatus suum esse à

*Seff. 20.* Filio. Quid clariss in eo Concilio, & quid conformius omnibus Latinis & Graecis, & hoc in ea Synodo congeneratur?

Ad alteram quæstionis partem respondent Pairea, id est Verbum esse Filium quia Verbū est. Audiamus Augustinum breviter & disertè loquentem. Cibiflum dicit Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, & id est Filium quia Verbum, & rursus in Joanne nem, & ipso Filius quod Verbum, & nono de Trinitate Capite duodecimo. Itaque mens cùm se ipso cognoscit sola parentis est natura sua, & distinguit ab amore quo d parum invenit. Et rursus. Nascitur proles ipsa notitia. Audiamus Athanasium contra Arianos. Rursus vero Dei Filius quis esse potest nisi ejus Verbum? Et mox. Porro ait confutare ex Scripturis Verbum, & imaginem. Porro cùm imaginem appellas Filium significas, & rursus ait in Scripturis uniri Verbum, & Filium; Ut naturalem ac verum substantiam facias, & de Synodi Nieceræ Decretis ait. Ibi logon id est Verbum proprium ac naturalem Substantiae fa-

tum ac problem exponit. Et rursus. Quomodo verbum erit & Sapientia, si non proprius est fatus substantia ipsius? Auditus minus antiquos Theophyllum ad Autolicum. Sapientiam fī dixerō Filium ejus dico, & Clementem Alexandrinum in proteptico. Ubis logon esse genuinum mentis Filium. Audiamus Nyssenum quarentem cur Joannes posuerit logon non Filium ne scilicet quia crederet generationem Divinam, humane esse similem; Audiamus Nazianzenum ubi ait. Omnis fatus genitoris est tacens sermo, Babilium quarentem. Cur verbum; Quoniam in imago est Genitoris totum in se ipso Ge-John. nivore exprimit; nibil inde decerpens ac perfectum ex se se fatus & uoxrum Verbum totum in se cogitationem nostram refert. Audiamus Ambrosum de Incarnatione Christi. Si multa Verba multi Filii, adeo una Cap. 3. res est Verbum & Filius. Audiamus Chrysostomum Homilia secunda in Joannem, Propterea Verbum etiam ipsum nominavit. Nam quia illud edoliturns erat, Verbum hoc unigenitum est Filium Dei. Audiamus libidorum Pelusiensem, qui Libro quarto demonstrat, productionem Verbi esse generationem, ut eadem Amborum substantia significetur. Audiamus Cyrrillum Alexandriae in Joannem, ubi sept̄ congerimat Dei Filium vero Filium, ex ejus natum Substantia, ejusdem intimum Dei Verbum. Audiamus Anselmum in Monologio docentem. Quid Verbum mox ut, consideratur Cap. 53. se problem est ejus à quo est evidenter prout probat promptam preferendo Patris imaginem. At anor aperit se problem negat, quia dā à Patre & Filio procedere intelligitur non statim tam perspicuam exhibet se contemplanti ejus ex quo est similitudinens, quarens ipsius considerata ratio doceat omnino id ipsum esse quod est Pater & Filius, ubi Verbum evidentissime est proles generatrix. Audiamus Joannem Vecchum, ex Athanasij Oratione loquentem. Quoniam cùm Verbum Orat. 2. proprium est natura substantia Dei; ex ipso est & in ipso, & passim ibi Verbum ait proprium Dei Substantia, & iterum, Nos igitur Verbum creatura est sed filius Patri proprius, si Patres generationem Filii ex Psalmo evincunt Eruerat cor meum Verbum bonum. Et ratio est quippe Verbum est proles mentis Divina, & proles perfecta dicitur esse perfecta & substantia, cùm in Deo repugnant omnia Accidentia ideoque refert Joannes & Deus erat Verbum, & de Verbo Sapientia genita. Ante omnes collet Propterea. ego parturiebar, & mox. Cum eo erara cuncta componens. Nec obstat etiam à Patribus Filium appellari imaginem Patris, quippe conjungunt Verbum cum imagine illius Augustinus quinto de Trinitate. Relativè dicitur Filius, relativè dicitur Verbum & Imago, & ita Spiritus Sanctus non est Imago nec Verbum, & ita nec Filius, nec obstat Spiritum Sanctum trahere originem viventis à vivente in similitudinem naturæ, quippe.

quippe Origo nativitas est & similitudo est gustinum nono de Trinitate Capite duodecimo, ubi notitia est prole nascens.

*Ibi.* Non erant abyssi & ego jam concepta eram, & solum Verbum unigenitum vocatur, ex Patre natum ante omnia secula; nec Filius habet tantum Originem à Patre, sed est Imago Patris, quod Spiritui non convenit; sicut nec convenit naturæ absolute producere Verbum & Filium, cùm ibi non interveniat Pater generans Filium, nec Intellectus absolute includat relativum, quale est Paternitas respiciens Filiationem; ut egregie notat de præscriptione Tertullianus.

*Cap. 23.* Patrem omnia couidisse per Verbum suum primò omnium emissam. Id Verbum Filium ejus appellatum, & Laetantius. Constatne nulli alij opera Dei esse nos nisi Filio soli qui est Verbum Dei, & Justinus de Filio. Qui quod Verbum Dei primo genuitum sit Deus etiam existit, ubi Deus per naturam est Verbum & Athenagoras. Mens & Verbum Filius est, sic & alij Patres de Verbi Divinitatem agentes, & probat Tertullianus adversus Praxeum. Prostulit Deus sermoneum scilicet radix fructum, & sors floruum & foli radium, nam & ista species probola sunt carnis subflavissimae, ex quibus prodeunt, & in Apologetico. Hunc ex Deo prolatum dicimus & prolatione generatum, & idcirco Filium Dei, ubi idcirco est Filius Dei quod prolatum Verbum, & radius mox solem ostendit, quod & Laetantius & alij notant non ignis; quamvis & ipse sit ejusdem cum sole substantia, & rursus Augustinus Patrem & Filium, vocat unus Sapientiam & Veritatem. Sed non Pater & Filius simul ambo unus Verbum, quis non simul ambo unus Filius, ubi Verbum idest ac Filius & ambo sunt relativa. Nazianzenus per excellentiam Theologus. Verbum appellatur quoniam sic se babet ad Patrem, sicut Verbum ad mentem. Denique Philosophi ipsi cum Platone noscunt, Verbum mentis Divino prolem, nec posse esse accidentale, cùm accidentia ex ipsa Deo repugnant, & mentem & Verbum se a gnoscentes, amare invicem & producere amorem, ideoque sapè solutum est argumentum contrarium, Intellectum solum assimilare accidentaliter & in genere tantum imaginis, hoc enim de mente creativa valet, ubi operari est accidenta, non in Deo ubi est substantia ex Philosophis ipsis, qui & aliud solvunt argumentum, amorem facilius mentis prolem non esse, & quod notat Augustinus de Trinitate.

*Cap. 24.* Quid procedit per Intellectum Imago est non quod procedit per voluntatem, & ratio Patrum est cùm nos sit nata ad representandum, ut constat in luce representante mox solem, non in igne licet ejusdem substantia, & certum est ex Scriptura & Patribus, Filium esse imaginem Patris & Spiritum Sanctum non esse

*Lib. 1. de* & in Apologetico. Hunc ex Deo prolatum dicimus & prolatione generatum, & idcirco Filium Dei, ubi idcirco est Filius Dei quod prolatum Verbum, & radius mox solem ostendit, quod & Laetantius & alij notant non ignis; quamvis & ipse sit ejusdem cum sole substantia, & rursus Augustinus Patrem & Filium, vocat unus Sapientiam & Veritatem. Sed non Pater & Filius simul ambo unus Verbum, quis non simul ambo unus Filius, ubi Verbum idest ac Filius & ambo sunt relativa. Nazianzenus per excellentiam Theologus. Verbum appellatur quoniam sic se babet ad Patrem, sicut Verbum ad mentem. Denique Philosophi ipsi cum Platone noscunt, Verbum

mentis Divino prolem, nec posse esse accidentale, cùm accidentia ex ipsa Deo repugnant, & mentem & Verbum se a gnoscentes, amare invicem & producere amorem, ideoque sapè solutum est argumentum contrarium, Intellectum solum assimilare accidentaliter & in genere tantum imaginis, hoc enim de mente creativa valet, ubi operari est accidenta, non in Deo ubi est substantia ex Philosophis ipsis, qui & aliud solvunt argumentum, amorem facilius mentis prolem non esse, & quod notat Augustinus de Trinitate.

*T. 17* Quid procedit per Intellectum Imago est non quod procedit per voluntatem, & ratio Patrum est cùm nos sit nata ad representandum, ut constat in luce representante mox solem, non in igne licet ejusdem substantia, & certum est ex Scriptura & Patribus, Filium esse ima-

*Sap. 7.* pinem Patris & Spiritum Sanctum non esse

*L. 6. 67.* Imaginem, & de solo Filio hoc docent de Tris. cum Augustino, & uno Verbo vide Au-

gustinum nono de Trinitate Capite duodecimo, ubi notitia est prole nascens.

#### C A P U T IV.

De Spiritu Sancto justificante.

**N**ON habuit tot Linguis Turris Babel, quo Sententias varias Justificatio, & inter Haereticos & inter Catholicos, nos una Lingua utemur Charitatem habitualem, esse unicam formam justificantem, & contra Libros modernos distinguiri à Spiritu Sancto.

Constat id Capite integro S. Pauli. *Si 1 cor. 13.* Linguis Hominum loquar & Angelorum charitatem autem non habeam factur sum velut sonans, aut cymbalum timens. Et varia bona Opera enumerans concludit. Et si diffribueris in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi profecti. Et in fine. *Nunc autem manuent fidem, spem, charitatem, tria haec, major autem horum est charitas, ubi Justificationem tribuit Charitati, sine qua sum cymbalum & nil profecti, sic & Joannes fuit Charitatem commemorat. Videlicet charita-*

*17 Job. 3.* tem dedit nobis Pater ut Filii Dei nominemur & simus, & iterum. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus Fratres;* & apud Hieronymum, nihil aliud per singulas solebat proferre collecta nisi hoc *Filioli diligite alternarium,* & iterum ait. *Quia præcepimus Domini est in Ego.*

*si solum sicut suffici, ideoque sola satis est ad Gal.*

Charitas ad justificandum, sunt & innumerari alij Textus. *Omnis qui diligit ex Deo natus est, ubi diligens est consona Divina Naturæ.* Et rursus. *Deus charitas est,* & Rom. 5. *qui manet in charitate in Deo manet.* *Job 13.* Et iterum Christus ipse. *Qui diligit me diligitur Job 13.* à Parre meo. Iterum. *Plenitudo Legis est Rom. 13. dilectio.* Rursus Charitas est radix omnium virtutum. *Charitas patientis est, benigna est Pr. 10.* &c. & rursus. *Univera delicia operis Charitorum.* Et iterum. *Remittuntur ei peccata multi Lueca 7.* *ta quia dilexit multum.* Et alibi Scriptura & cum Scriptura Patres. Sic Gregorius in Evangelium compellat radicem omnium virtutum, sic Augustinus de Natura & Gratiæ. *Charitas est verissima, plenissima, per Cap. 42. felissimaque Justitia, & Decimo quinto de Trinitate de ipsi ait. Nullum est isto domo Cap. 18. excellentias, & de Verbis Domini. Charitatem addere profunt omnia, detrahe charitatem nihil profundat cetera.*

*Quale bonum est charitas Fratrum quid pretiosius quid luminosius?* & in eo Libro dicit solam Charitatem, separare Filios regni & damnationis. Sic Prosper de Vita contemplativa ait. *Charitatem esse vitam virtutum mortem vitiiorum,* sic Bernardus & alij, & ratio est, cùm effectus Charitatis sit reddere justum & Sanctum, Filium adoptivum Dei, à Deo dilectum & similia.

Hoc

Hoc idem fatentur Protestantes, ita Fe-  
dip. 63. *Agnoſtum in Hominibus*  
Theſ. 3. *renati, per efficacem Spiritut Sancti ope-*  
*rationem inchoari justitiam aliquam inheren-*  
*tent, que conſiftat in habilitate fidei spei &*  
*charitatis, & aliarum Christiſorum virtutum,*  
idem habent Theologi Britanni ad  
tertium & quartum Articulum, idem Pa-  
latinatus Propositione tertia, sic Petrus

*Locus Martyr de Justitia inharente. Facile fatebor*  
comm. *in hoc iustitia genere charitatem posiores por-*  
claf. 3. *tes habere. sic Sadac. Sanctificatio vero fit*  
*douum internum & qualitas nova intra ipsis*  
*crederes per Spiritum Sanctum creata, qua*

*sit ut ex polluit sancti famus, ubi Justitia*  
in ext. *inharentis pollutum Sanctum facit, sic An-*  
art. 4. *dreas Rivetus de inharente Justitia. Quia*  
Conf. L. *proprietate Sanctificatio dicitur, sic Gerardus*  
x Cor. 5. *art. 23. eam probat esse Justitiam, ex Apostolo*  
Cap. 30. *Paulo & Joanne, sic Crocius sit. Inharen-*  
*tem iustitiam, quam Reformati non negant,*  
& ducit à Scriptura hanc clarę Sanctificationem  
sic & alijs à Walemburgicia citat; imò volentes nos justificari per fidem, lo-  
quuntur de Fide per Charitatem operante.

Alterum & huic simile est, Hominem ju-  
stificari Justitia inharente, contra Confes-  
sionem Gallicam. Credimus totam nostram

*jusitiam possumus esse in peccatorum nostro-  
rum remissione, que sit etiam ut teſtatur Da-  
vid unica nostra Felicitas. Itaque ceteras*  
omnes rationes quibus Homines existimant se  
posse coram Deo justificari plaus repudianus.

Idem communiter teneunt Protestantes, &  
tamen est contra expressas Scripturas. Ut  
jusiticiantur gratia ipsius heredes finis secu-  
dum spem vita eterna, ad Romanos octavo.

Rem. 5. Quos praeſtitivavit bos & vocavit, & quos  
vocavit, bos & justificavit, quos autem jus-  
tificavit bos & glorificavit, & Augustinus de

Peccatorum meritis & Remissione ait. Te-  
Cap. 9. *sternitora multa congeramus acerbitam, que*  
*affigere videbuntur, quibus apparet Cibri-  
fum nou ob alienum confusum in carne venisse,*  
*nisi ut dispensatione gracie omnes quibus tan-  
quam membris in suo corpore confiſtituit caput*  
*est sive facilius foliosi faceret, illuminares qui*  
*prius fuissent in peccatorum morte languori-  
bus tenebris confitentes. Ex Petrus. Qui re-*

*generavit nos in spem vita eterna, & Capite*  
secundo. *Nos autem genus electum gens sou-  
lia Populus in adoptione, & probat multis*  
ex Paulo. *Si quo igitur in Christo nova crea-  
tura? & concludit. Hoc tanto aggere teſti-  
moniorum cuius adversari veritatem Dei elab-  
rio non prematur?*

Innumerari sunt Textus de Spiritu San-  
Tob. 14. *to inhabitate. Venientur & apud eum*  
Tu. 3. *mansionem faciemus, & nos. Nolite con-  
trariare Spiritum Sanctum in quo signati esſis.*

Rem. 5. *Et iterum. Salvos nos fecit per lavacrum re-  
generationis & renovationis Spiritus Sancti*  
*quem abunde effudit super nos, & iterum.*

Rem. 3. *Charitas Dei diffusa in cordibus nostris per*  
*Spiritum Sanctum qui datus est nobis, &*

Spiritus Sanctus habitat in Justis, qui sa-  
pientia dicuntur Tempia Dei.

Innumerari sunt Textus de Gratia. Ju-  
stificati per gratiam ipsius, & ad Ephesios  
quarto. Unicunque data est gratia secundum  
mensuram donationis Christi, & tandem sunt  
de Charitate. Innumerari sunt Textus ubi  
dicimus creati in Christo fieri nova crea-  
tura, regenerari renovari esse filii & ha-  
redes, esse membra in capite Christo. Sic  
passim Scriptura Interpretes & Augustinus  
de Gratia, Illuminationem, justificationem  
que Hominem etiam intrinſeche operatur, &  
infra. Hac enim gratia baptizatos quoque  
parvulos inferit corpori, sic Chrysostomus  
Homilis ad Neophytoſ clarè ait. Multis  
quidem videtur callefieri gratiam in peccato-  
rum tantum remiffione confidere, nos autem  
honorē computabitur decem, sic passim Pa-  
tre cum Scriptura docent nos vivificare,  
fieri naturę Divinę confortea pulchros &c.  
Nec obstat à Pauli dici Christum. Qui fa-  
tus est nobis à Deo Sapientia & Iustitia &  
Redemptio, & mox Eum qui non noverat pec-  
catare peccatum fecit, ut nos efficiamur iusti-  
tia Dei in ipso, & justificare verbum esse  
sacrum, & in Psalmis habemus. Non iustifi-  
cabitur in conspectu tuo omnis sive nū, nam  
respondit jam Augustinus. Iustitia Dei di-  
citur non qua Deus iustus est sed quoniam dat  
Homini Deus ut sit iustus Homo per Deum,  
& Hostes ipsi fatentur nos. Sapientes  
non esse, per Sapientiam Dei increatam, &  
secundum probat oppositum, cum iustifica-  
re dicat quid intrinsecum, ut vel ipsi supra  
fatentur, & Joannes, Qui iustus est iustifi-  
cetur adhuc & alibi, & ultimum retorque-  
tur in ipsos Hostes, cum volumi crimina  
non imputari, & fortius apud Job. In  
Angelis suis reperit provisatorem, non justifi-  
catur ergo vivens subjectus peccatis faltem  
venialibus, & Hostes ipsi judecante debent,  
cum dicant non imputari sed culpam.

Ex his soluitur ea difficultas contra aliquos Modernos, an actus Charitatis sit forma  
justificans an dispositio, & probat esse  
dispositionem Publicanus ille. Deus propri-  
tatem eius mibi peccatori, ubi petebat Remi-  
ſionem fecerunt ut gratiam. Ita Filius pro-  
digus orabat, Pater peccavi in Calym & Lue. 16.  
coram te, jam non sum dignus vocari Filius  
tuus, & tamen jam erat contrita sicut &  
Publicanus jam justificatus, sic in veteri  
lege penitentes cum David, dicebant, dele  
Iniquitatem meam, & cum Christo, dimittite  
nobis debita nostra. Rursus conflat dari re-  
missionem Peccatorum ut novam gratiam.  
Convertiscisti ad me & ego concertar ad vos.

Et apud Joannem, Convertimini ad me. Et  
Zach. 2. Cap. 2. Convertimini ad Dominum Deum ve-  
ſtrum, quoniam benignus & misericors est, &  
multa misericordie & praefabiliti super maliti-  
am. Quis scit si concertatur & ignorat? Et  
apud Iacob. Revertar ad Dominum &  
misericordie ejus quia multus est ad ignoscen-  
dam.

## Liber VIII. Caput IV.

745

*dom. Nec obiectis responsio Vasquez logui Deum de conversione imperfecta, quippe est Filii prodigi, Publicani. David, & aliorum, & dicit Deus, *Convertimini ad me in toto corde vestro; quia certè est contritio perfecta.* Iterum apud Iosiam loquitur Deus. Ego sum, Ego sum ipse qui deleo iniurias tuas propter me, ideoque remissio scelerum est opus filios Dei. Idem docet Chrysostomus ad Populum Antiochiae. *Ne tua confidias paupertate, tuo namque paupertate tanta ne quis peccato delere.**

*Hom. 39. Si sola foret paupertate tuta timeres, sed quamvis cum paupertate committatur Dei misericordia confide, sic Psalus Orosius de libero arbitrio: Liberare à peccato in posestate non babeo. Precari meum est, & solvi nos est nomen, & Celsianus & alii citant Iosiam; imò ipsi Patres loquentes de merito congruo, dicunt mereri clementiam & veniam; sic Tridentina Synodus, sit peccatore mente gratiam non fore gratiam, & ita virtus confitit in habitu non in actu. Frustra seruntur Patres & Scriptura, ubi diligenter reprobant dilectionem, quippe promittitur ut nova gratia ut constat, & amnri actus tanquam dispositioni, & Patres id tribunt septem Charitati habituali, sic Augustinus in Epistola primis Joannis vocat Amorem Dei: *Anima pulchritudinem. Quomodo erimus pulchri; amando eum qui semper est pulcher. Quoniam in te crescit amor tantum crescit pulchritudo, quia ipsa caritas est anima pulchritudo.* Frustra dicunt esse hanc conversionem perfectam, quippe conversione perfecta est permanens, nec scilicet conversus ad redametur à Deo. Frustra citatus illud si quis diligit diligenter, quippe nova pratis promittitur. *Ad eum venient, & mansio apud eum faciemus,* sic per amorem venit per habitum facit Mansioem; nec repugnat amantem puniri, utpote qui nondum redamatur à Deo, sicut rebellis honorans Regem potest ut rebellis puniri licet Principem honoret.*

Ex his temporibus liber in Gallia, cui titulus. Systems Philosophico. Theologicum de gratia ubi negatur omnis qualitas & habitus. Hunc Anonymum ex ordine minimorum S. Francisci sequuntur aliqui moderni Theologi, tamque sententiam Dominicus Sotus, & Philippus Gamachus assertur non esse contra fidem, contrarium tamen proximè fidei accedere. Constat ergo ex Concilio Vienensis, quod definitio probabiliorum sententiam, assertentem gratiam, & virtutes confitere in habitu, & pro adultis urget Suarez nemo unquam habuit negantes quod constat ex Tridentino definitio justitiam seu charitatem esse inherentem quod de Spiritu Sancto nequit exponi. Constat charitatem esse effectum Spiritus S. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis, ubi non est Spiritus charitas, sed ipius effectus. Constat quis Spiritus S. utpote Deus, non inci-

pi est alio ubi nisi per novum effectum Constat etiam ex Patribus, & Conciliis ubi charitas est Virtus, & consequenter non est ipse Deus vel Spiritus S. virtus etenim est qualitas, qua bonum facit habentem. Et hi tenuit Magister id ante Tridentinum tenuit, cum Catechismus Pii V. de baptismate dicit. *Est autem gratia quemadmodum Tridentina Synodus ab omnibus credendum pena anathematis proposita decrevit, non solum per quam peccatorum fit remissio, sed divina qualitas in anima inherere.* & ita sistens Philosophi Theologicum est datum. Nec obstat immo juvat non repertiri, nec unquam nominari in Scripturis hunc habitum, quippe dicitur semen Dei. Et iterum Paganus hereditatis. Et rursus. Fons aquae salientis in vitam eternam. Et rursus. Charitas diffusa per Spiritum S. Nec obstat haec opponi soli Aristotelii, cum & opponantur omnibus, ne uno quidem virtutem volente Deum, & Conciliis habbitum cum Patribus ingeminantibus. Denique frustra fertur illud. Mansioem apud eum faciemus, cum maneat Spiritus S. in infantibus ubi probabilitus est dari habitus, & infundi cum doceat Tridentinum nos fieri iustos, non iustitia qua Deus iustus est, sed qua Deus nos iustos facit, & Spiritus S. solum extrinsecus assistit, ideoque non facit intrinsecus Santos quod ut constat in Christo fit per unionem internam.

Ultima manet sententia gratiam nisi aliud esse nisi ipsum charitatem, cum ut vidimus charitas vivificet, reddat Filium Dei, faciat dilectum, & habeat omnia praedicta gratie essentialia, nec id potest esse ratione connexionis cum nunquam praedicta unius conexi dicantur de alio connexo, ut dulcedo in Zaccaro non disagregat vitium sic nec anima per Thomistam ipsos dicitur proximè intelligere quamvis apud multos nec divinitus stare possit sine mente. Etiam ex Apostolo sine charitate nihil prodest, prodesset autem multum gratia. Etiam Tridentina Synodus non meminit nisi charitatis, & rursus. *Et hoc iustitia incrementum petit Ecclesie dum orat.* Da nobis fides, spes & charitatis augmentum. Etiam album est pulchrum & disgregans vitium, sic ex Augustino Charits est pulchritudo anima, & simile est principium, & causa amoris Dei, sic virtus dat esse morsle, & operari moraliter & forma accidentalis dat esse & operari, uno verbo propensio ad amandum Deum, est longè pulchrioris qualitate otiosa ut est gratia. Nec obstat gratiam & charitatem in Scripturis & Tridentino distinguunt, quippe sapientum pro synoumis, & distinguunt ut excellentib[er]a, dicit Discipulus ejus & Petro, cum Petrus esset unus ex discipulis; & argumentum desumptum ab Auctore ecclesiastis Hierarchiz, quod nemo possit operari supernaturalia, nisi positus in ordine supernaturali retorquetur in esse moralis virtutis, & Charitas dat esse supernatu-

70. 14.

Qu. 20.  
2. 1.

Marc. 16

B b b b

natu-

**Naturale:** Vanum est illud charitatem, solam facere. Hominem potenter amare, quippe palebitudo est, & summa inclinatio ad amorem Dei. Cum ipsa repugnat deformitas peccati, & forent due opposita voluntates, tendentes ad duos ultimos fines contrarios, ut repugnant fides & prophetia cum mendacio; ex quo solvit illud quod nulla qualitas physica, repugnat ex natura cum peccato quippe quis peccare non potest quia ex Deo natus est, nec potest habere duos ultimos fines, nec esse aversus & conversus.

## C A P U T V.

De Spiritu Sancto locuto per Prophetas &  
de Scripturis Sacris.

- I**llud post Symbolum Scriptura resonat.  
 1. Petri **Spiritu Sancto inspiratae locuti sunt Dei Homines, & ante. Omnis Propheta Scriptura propria interpretatione non sit.** Et rursus. **Segregatus in Evangelium Dei quid ante promiserat per Prophetas suis in Scripturis Sanctis.** Et iterum. **Omnis Scriptura Divinitatis inspirata utilis est.** Hac dicitur autonomias biblis vel instrumentum quippe instruit. **Viam iustificationum nostrorum instrue me, vel melius quia probat, ut est titulus in jure de fide instrumentorum, & Walemburgici agunt de instrumentis probandi, vel testamentum novum, & vetus, cum non sine sanguine sic dedicatum, & transfeat certò ad heredes, quod & constat in testamento Moysis, dicitur & Scriptura Canonica utpote regula, canon enim Greci Latinè regula, vel quia canon est catalogus, ut loquitur Concilium Laodicensium: *Nec Libros qui sunt extra Canones legere,* & Hebreo sermone primum est scripta, cum in antiquissimo Tobia legatur, & per vi eos ejus alleluia, & antiqua Abraham dicitur Hebreos, & illa voces rerum emphasmum describant.**
- Gal. 4.** **Quadruplex est scriptura sensus, alios literalis exhibitus immediatè per verba, allegoricus loquitur per rem non per verba.** Anagogicus alludit vita eterna vel Ecclesia triumphant, moribus moralis, & in uno exemplo Paulus includit. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, sensus est literalis duo testamenta allegorius. Anagogicus que sura est Hierusalem, moralia para inferior & superior, imò una vox Hierusalem hæc quatuor exponit, in sensu litterali est urbs Palestina Hierusalem, dicit defusum vitam eternam, deorsum Ecclesiam militantem, & animam. Imò idem locus Scriptura duos sensus literales admittit cum Spiritus S. sit septiformis manens, sic mensa Eucharistiam significat, & simul sapienti decimo sexto Del eloquia, sic illud: *Ego bodus genni te,* à Paulo de eterna generatione Christi, à Petro de Christi resurrectione exppositur, Ista textus. **Verba san-**
- guores nostros ipse nulli & dolores nostros ipse e. 53.**

**portavimus.** Petrus exponit de peccatis, sic desolatio templi di Antiochœ, & à Christo exponitur de iudicio extremo, & hoc docent cum Græcis Basilius, cum Latinis Augustinus, duodecimo Confessionum & libro tertio de Doctrina Christiana, & passim id operi mandant & executioni Leo textum generationem ejus quis enarrabit, de utraque generatione exponit. Nec dicas fore ignorantiam, & deceptionem, quippe uterque sensua est certus. Etiam sensus metaphoricus est literalis, pacifice qui in vobis est gregem, pacies populum meum, habitabit lupus cum agno id est homo ferus cum mansuetu, utitur etiam Scriptura figuris omnibus Ironia Genesis tertio. **Ecce Adam quasi unus ex nobis factus, sciens bonum, & malum.** Et Elias Propheta. **Clamans vox majore.** Sic uititur Antifalli Job tertio. **Bene dic Deo & morere, id est maledicere, sic uititur sarcasmis Sapientie secundo.** **Confidit in Deo, libertas eius, sic Hyperbole Saul & Jo-nathas dicuntur, Aquilis velocioribus, Leonibus fortiores. Sunt vero plures regulæ ad discernendum sensum proprium à metaphorico, cum verba propriè sumpta saifum evidenter significant, ut de Joanne. *Ipsa est Elias;* cum indecentia fiat ut corpora deo, cum evidenter quid est contrarium recte rationi. **Hoc dicit Dominus Deus singuli post Idola veltra ambulet & servetia;** cum est aliquid indecorum. **Ego dispenso nobis fieri dispossit Pater meus Regnum us fideatis super mensam meam,** ex quo non bend P. Macedo deduxit, adhuc in Cælo ministrari Eucharistiam, ubi in Cælo nullum est fidei mysterium, cum esset absurdum, ut pedem abscondere, cum Propheta ministrantur malum alcui, quippe ministrantur ipsis ut peccanti, vel propheticè, cum unius textus conteratur est alteri. **Ipsa vos baptizatis in Spiritu Sancto & igne, & illud. Feci illis est camelam intrare per foramen acutum quidam Divitem intrare in Regnum Cælorum,** quippe multi salvati sunt cum Job, Abraham & cùm loquerit de divite divitiae inhante, unde Clemens Alexandrinus librum edidit eo titulo inscriptum quis divisa salvetur. Cùm loquitur dubitative de scientia Dei. A sensu litterali bene docetur ratio non ab accommodatio cùm non sit sensus intentus a Spiritu Sancto, nec valeat contra Gentiles & Hebreos, & possint fieri prophetie ex Virgilio, ut olim edit Proba Falconia. Nec urgent illa. **Vox in Rhambo andita est ploras & sinistratas, nec illud. Ex Egypro vocavi Filium meum,** nec Elias & Enoch dicti duo olives, quippe argumentum est à figura ad figuratum à captivitate Assyriorum ad illam Herodii sic de Filio, nec valet responsum Jansenii, unum populum non dici de uno Homine, quippe **duae Gentes in uero two sunt,** sic Argumentum Christi de Gen. 15. David, est a pari de violatione sacra rei & sancte, & Apocalypsi per similitudinem appro-**

probent ut & facit Ecclesia & Sacroratores.

<sup>1. cor. 10.</sup> Benè valo à figura ad figuratum. *Omnia quippe in figura contingebant illis*, à parti à validiori ratione, ut *Cælitas* in modernia Sacerdotibus benè probatur; tunc castis cum sacrifice debuerant, à morali sensu qui est *eternus*, à literali præcipuè à Deo intento, unde Augustinus reprehendit Origenem, qui penè omnia ad allegorias transserebat. Nec obstat illud litera occidit, ut benè advertit Augustinus contra Faustum, lex sine gratia occidit, peccatum enim non cognovi nisi per legem. Nec reprehendit legem cum dicit litera occidit, *Spiritus autem vivificat*, sicuti non reprehenditur scientia cum dicunt, *scientia infiat caritas verò edificat*. Et post, *Lex quidam Saecula*.

<sup>1. Cr. 3.</sup> Sensus verò anspogiens non præbat certum argumentum, nisi scriptura manifestet ut ad Galatas quartu. Illa que defursum est Ierusalem ut tenet Laurea. Et nil evincunt textus à Contraria allati. *Sciimus quia Lex spiritualis est*. Et rufus. *Si nos vobis spiritualia seminavimus*. Et iterum. *Patres nostri omnes sub umbra fuerunt, omnes eamdem ejuscom mandauit eorum*, & Joannis Sexto. *Spiritus est qui vivificat*, quippe primus loquitur de electu spirituali exponente Hieronymo. *lex spiritualis est quia spiritualia mandat velut actus fidei spei & charitatis*, secundus loquitur de doctrina ut constat, tertius non est ad rem, eos enim alloquitur qui soli confidabant baptismum, & quartus expointut à Christo. *Veni ut vitam habeamus & abundantiam habeamus*, alioquin cum diversi sint expositores & contrarii, de beremua certò credere contraria; benè possimur arguere ex parabolis, quas numerosas scripsit Solomon idest tria millia, & Christus locutus est multa in parabolis, & contra Donatistas Augustinus, sèpè utitur parabolis præcipue claris; sagax, area, & similium.

<sup>1. cor. 8.</sup> An vero sensus iste liber esset scribenti, negat Abulensis cum Moyses liberè non scripsisset. Erat Moyses omnium mitissimus, at scribere debuit ex divino præcepto, & laus propria sapè necessaria est, ut in prohemio Institutionum docent Legisti, de Justiniano se ipsum commendante, & Poetarum Princeps inducit Ænam loquenter. Sum plus Æness & quidem de se ipso, aliquando tamen moraliter immutat voluntatem, sic Balassam maledicturam benedicbat, vel verba à mente diversa inspirat, ut in

<sup>1. cor. 9.</sup> Caiphæ. *Expedit ut natus moriantur pro Pauso*, cum alioquin politie loqueretur in mente, venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Etiam ea qua viderunt Scriptores Canonici sunt objecta Divinæ fidei.

<sup>1. cor. 10.</sup> Sic loquitur Iosue primo capite de toto libro Mosis, sic Stephanus de tota histrio Israelis, sic Paulus ad hebreos de omnibus antiquis, sic Lucas initio sui Evangelij. *Quoniam quidem multi conati sunt*, or-

<sup>1. cor. 11.</sup> *Speculatori facti illius magnitudinis*, & Petri mox. *Et hanc vocem audivimus de Cœlo alatam cum effemus cum ipso in Monte Sancto*, & innumeris narrant de ipsis Prophetis.

<sup>1. cor. 12.</sup> Nec obstat ratio ex Laurea difficulta, quomodo credi possit quod videtur, nec enim aliud creditur, aliud videtur, sed idem, & responsum est gratis datum successivè alio actu credidisse plus certo, at adhuc manebat recordatio sensuum, ideoque dico credidisse Metaphysicè certum, quod per sensus Physicè tantum erat securum. Ei vero questioni an extensio integræ Scriptura reponendum, nec potuisse vitari ante Christum, cùm Christus & Apostoli ijs sint usi, nec post cùm Christiani advertissent, & Samaritanæ Hebræorum Hostes, sic Augustinna id convincit de Civitate, & assertit à Deo cleflos portatores nostros, & id extensis moraliter impossibile, dispersis per orbem Judæis & Scripturis, nec Juvat convenisse Jerusalēm, cùm non omnes convenirent, & advertissent Fideles, & Samaritanæ, nec Rabbini alias correctionem memorarent nisi Ebdas qua sola utvntur, nec Julianus queritur de Scripturis, sed de versionibus, Theodotionis & Aquilæ Apollinarum à fide, & adhuc manent textua nobis faventes, ideoque in dubiis recursum ad eos textus, sic si mei non fuerint dominati, in Graeco est Emoi genitivum, sic in hebreo sitivit anima mea ad Dem fortè vivum, sic non est occultatum os meum de osse, & alia quæmplura.

<sup>1. cor. 13.</sup> An vero sensus iste liber esset scribenti, negat Abulensis cum Moyses liberè non scripsisset. Erat Moyses omnium mitissimus, at scribere debuit ex divino præcepto, & laus propria sapè necessaria est, ut in prohemio Institutionum docent Legisti, de Justiniano se ipsum commendante, & Poetarum Princeps inducit Ænam loquenter. Sum plus Æness & quidem de se ipso, aliquando tamen moraliter immutat voluntatem, sic Balassam maledicturam benedicbat, vel verba à mente diversa inspirat, ut in

<sup>1. cor. 14.</sup> Caiphæ. *Expedit ut natus moriantur pro Pauso*, cum alioquin politie loqueretur in mente, venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Etiam ea qua viderunt Scriptores Canonici sunt objecta Divinæ fidei.

<sup>1. cor. 15.</sup> Sic loquitur Iosue primo capite de toto libro Mosis, sic Stephanus de tota histrio Israelis, sic Paulus ad hebreos de omnibus antiquis, sic Lucas initio sui Evangelij. *Quoniam quidem multi conati sunt*, or-

<sup>1. cor. 16.</sup> *Speculatori facti illius magnitudinis*, & Petri mox. *Et hanc vocem audivimus de Cœlo alatam cum effemus cum ipso in Monte Sancto*, & innumeris narrant de ipsis Prophetis.

<sup>1. cor. 17.</sup> Nec obstat ratio ex Laurea difficulta, quomodo credi possit quod videtur, nec enim aliud creditur, aliud videtur, sed idem, & responsum est gratis datum successivè alio actu credidisse plus certo, at adhuc manebat recordatio sensuum, ideoque dico credidisse Metaphysicè certum, quod per sensus Physicè tantum erat securum. Ei vero questioni an extensio integræ Scriptura reponendum, nec potuisse vitari ante Christum, cùm Christus & Apostoli ijs sint usi, nec post cùm Christiani advertissent, & Samaritanæ Hebræorum Hostes, sic Augustinna id convincit de Civitate, & assertit à Deo cleflos portatores nostros, & id extensis moraliter impossibile, dispersis per orbem Judæis & Scripturis, nec Juvat convenisse Jerusalēm, cùm non omnes convenirent, & advertissent Fideles, & Samaritanæ, nec Rabbini alias correctionem memorarent nisi Ebdas qua sola utvntur, nec Julianus queritur de Scripturis, sed de versionibus, Theodotionis & Aquilæ Apollinarum à fide, & adhuc manent textua nobis faventes, ideoque in dubiis recursum ad eos textus, sic si mei non fuerint dominati, in Graeco est Emoi genitivum, sic in hebreo sitivit anima mea ad Dem fortè vivum, sic non est occultatum os meum de osse, & alia quæmplura.

<sup>1. cor. 18.</sup> Sunt & regulæ ad cognoscendas promissiones & minas. Post quadraginta dies Nineve subvertetur, quam conditionatam novare vel illi Ninivitæ, sic & promissiones honorum ut accidit in Heli, nisi dicat se non habitur puniti, vel hanc in favorem Ecclesiæ & Messia, sunt & verba bonum & malum significantia, cavete à fermento Phariseorum, & assimilatur Regnum Cœlorum fermento, sic Leo Christus de tribu Iuda & Leo Diabolus. Sunt esdem verba cum sensu omnino diverso: *In principio creavit Deus Cælum & Terram*, & alibi. *In principio erat Verbum*. Sunt & Verba sensum donantia inanimis. *Spiritus ubi vult*, & alibi: *Jerunt ligna ut ungues*, *scilicet regem*. Sunt verba vix barbara & sunt elegantia, sicut & Horatius adhibet monstrum quos cum referret ad faminam, & D. Arnaldus demonstrat elegantia, qua libertate Christus nos liberavit, & quando foret barbaries esset voluntaria, sicut & Augustinus posuit ossum os dicens, melius est

ut nos reprehendant Grammatici, quam nos non intelligant populi. Denique quod sensum textus obscuri, explanandi sunt per claros ut Joannes, et Eliass: *Precedet illum in Spiritu, & Virtute Elie*, vel detecta non vera contradictione, ut Job peccavit & non peccavit diverso tempore, vel rei consideratione, ut Ssul unius anni erat, cum regnare cepisset & ante evincitur adulterus; sic & notandi sensus diversi.

Nulla vero difficultas est de Christo in veteri lege figurato, ut sibi ostendit Bail tomo primo, & Baeza tomo integro de Christo figurato, & psalmi Scriptura & Patres, major est de Auctoriis utriusque testamenti, & quidem de novo Lucas scriptit acta, & reliqui nomes habent inscriptum. Et librum Machaborum ex Iosepho iu Appionem, scriptis Joannes Hieronanus Filius Simonis Fratris Judae Machabaei, praesens rebus omnibus gestis, secundum in epistola redumentem quinque libros Jasonis Cyrenensis, scriptis iussi Sinagogae primus Sacerdos, & ad Fratres universos ut in initio direxit, Fratribus qui sunt per Aegyptum Judaei salutem dicunt fratres qui sunt Hierosolymis, Prophetæ sua nomina inscribunt, Ecclesiasticus est, Iesu Filii Sirach ex Hieronymo, & sic inscribitur in vulgata & in Graeco, & habetur in textu & capite ultimo. Oratio Iesu Filii Sirach, Auctor Proverbiorum Ecclesiastes, cantici canticorum est Salomon, sic inscribuntur Proverbia Solomonis, sic Verba Ecclesiastæ Filii David, & in Graeco dicitur. Sapientia Solomonis, & de Cantico Canticorum nemo est qui neget, & capite tertio sepe geminatur Solomon. Psalmi sunt omnes David quamvis in septuagessimo primo sit. Defecerunt Isiodes David Filii Jesse, nam Psalmus centenarius non dicitur David, & à Christo ipso citatur nomine David, sic Psalmus nonagesimus quartus ab Apostolo, & secundus sine titulo ex Apostolo est David, & Theodoretus dicit esse tentationem communem, & dico Asaph videntem esse cantorem. Asaph autem ut cymbalis personaret, & ibi dicitur Princeps factus ad confitendum Domino; Job non est auctor Solomone conscriptus, ut vult Nazianzenus oratione ad Julianum, cum res alienis non scriperit, nec Arabice, & David multa mutuatur a Job. Escam dedit pullis corvorum invocantibus eum, melius ergo Moyses Scriptor appellatur, ut Origenes, Iudodus, Rabbi Moyses, ebro primus auctor Canonicus sit Moyses, & alioquin non fuisset admissus ab Hebreis, Scriptor vel Arabi vel Idumæus Hostis, & non obstat dici Job cum sit ipsius vita. Esther scriptit Mardonius. Scriptit itaque Mardonius omnia hæc & literis comprehensa misit ad Judeos. Judith scriptit Eiacim Ponticis, chm ex Iosepho ipsi hoc demandaretur. Nec obstat dici Viatoris festum servatum usque ad illum diem sunt enim particulari ab aliis ad-

junctæ, Liber Tobit ab utroque scriptus, ubi dicitur narrare & lingua Sirjaca scribitur ut narrant, omnibus Judæis dispersis, Edras est ipsius, secundus Nhemias ut constat, paralipomenon est Edras narrans folutionem à captivitate, quod mortuus agere non poterat Jeremias. Libros regum scriptore plures primæ Samuel, mox Nathan & Gied Prophetæ, sic Ahias & Addo, Iaias & Jeremias, nec obstat duos libros dicti Ssuelis quid est aliquid ad ipsum spectans in utroque. Libri Iudicum probabilius a Samuele, sic liber Ruth, cum enim scriberet gesta David noluit prætermittere ad ipsum spectantia, nec obstat mentionem fieri de captivitate, quippe de illa loquitur sub Heli arca capta, Jofue in Hebreo, & Graeco est Auctor, & Pentateuchus est Moysis, sic Exodi decimo septimo vocantur libri Moysi, & in Deuteronomio, & ultimum capit vel scriptum est, propheticæ, vel additum à Jofue de morte Moysi.

Protocanonicali seu semper Canonicali sunt Pentateuchus Jofue Judices & Ruth libri quatuor Regum, duo, paralipomenon duo Edras Proverbia Ecclesiastes & Cantica, quatuor Prophetæ majores & duodecim minores, quatuor Evangelia Epistola Pauli omnes una excepta Pauli ad hebreos, prima Petri & prima Joannis. Ea etiam sunt nomina Genesis est hominum generatio, Exodus exitus Israel de Egypto, Leviticus munera Levitrum; Numeri numeratio tribuum, Jofue Iudicum Ruth Regum Israel & Juda gesta, Paralipomenon id est residuum, Edras Nhemias Tobie Judith Esther Job gesta, Psalmi & proverbia Solomonis, Ecclesiastes concionator, de rebus Ecclesiæ Ecclesiasticus, Vaticinia Prophetarum & Machaborum acta, Evangelium bonus nuntius, Apocalypsis abscondita mysteria.

Habuit olim falsa Hydra septem capita, at hæc versus plusquam tringa gestat. Primum caput est. Scripturam omnem esse Islam, sic Gentiles non recipiunt, & cum Satyrico, irrident ut obscuram, & barbarem cum aliis, sic Albigenses ex Rudolpho Glabro dicebant deliramenta esse quid. quid in veteri, & novo Canone certis signis & prodigiis beata confirmat Auctoriitas, sic Rescius in Atheismo de Scriptura docet omnem Moysis doctrinam & Prophetarum, & Christi & Apostolorum imperficiam, & inutiliem ad consequendam eternam felicitatem, Munzeriani ex Lindano disloque secundo, negant esse fidem Scripturis, & idem Lindanus de Davide Georgio scribit, volente doctrinam esse Sstantem, legem Moysi, Prophetarum & Christi, sic Catacombæ, Libertini, Anabaptista Scripturam negant, ex Petro Vireto libro secundo de ministerio Verbi, & ait id docuisse Gnosticos, & Valentianos, sic Brundinus de Anglis refert 19. errores, de Scriptura mille jaculis confusa & paucis plures

1. part. 16

cap. 9.

cap. 26.

Se.



## 750 De Spiritu Sancto locuto per Prophetas, &

ticus. Christum appellat seductorem, quod  
 Her. 3:3 olim Gentiles horrebat seductionem indi-  
*in fine* scipulos transcedente. Sunt qui parabolam  
*Fact.* volunt Job vel tragicomediam, ubi posunt  
 1.2. coll. partes omnes & interloquentes. Negant  
 e. de V. apud Philastrium haereticis Ecclesiastem, &  
 I.3.4.3. hebrei aliqui apud Hieronymum, & Luther-  
 tus ait nullum ibi esse perfectam sententiam.  
 I.3.5.3. Sic Epistola ad hebreos non est recepta, &  
 contradicuum est in nonnullis Ecclesiis, &  
 pricipue, ut assertit Eusebius in Romana  
 & Hieronymus ad caput sextum Isaiae, &  
 alij. Denique de Epistola Jacobi scribit  
 Eusebius, sciendum tamen quod à nonnullis  
 non recipitur, & Lutherus & Erasmus &  
 alij plures.

Non indigent probatione libri isti, ubi  
 citantur in novo testamento, & ab Ante-  
 cibus contemporaneis, & successivis, ubi  
 Christus, & servavit & laudavit legem, &  
 ait. Necesse est impleri omnia qua scripta sunt  
 in lege Moysis, & Propterea, & Psalmis de  
 Luce uite me, & ad hebreos primo. Multis orationibus mal-  
 fique modis olim Deus loqueatur Patribus in  
 Prophetis, & Zachariis. Sicut locutus est  
 per os Sanctorum qui à seculo sunt Prophetarum ejus, sic Christus arguit & discipuli ex  
 Lucy 1. Psalmis, & milier Prophetarum citantur in  
 nova lege etiam Job, ubi Synagoga vera  
 recepit eos libros, ubi est traditio vetu-  
 llissima omnium & inter haereticos positi sunt  
 ea negantes, ubi Prophetae se veros miraculis ostenderunt, & ex impletis Prophetarum  
 veros non mendaces, ubi Ecclesia Catho-  
 licla eos recepit, ut constat ex Synodo Lao-  
 dicena, Chartaginensi, Augustino, Inno-  
 centio, & Pontificibus, ubi Patres ex  
 professo tuentur, Eusebius, Irenaeus, Au-  
 gustinus, Laetanius, Fulgentius, & alii  
 ubi evidens est velut in libris Tullii, &  
 Hypocratis, ubi haeretici admittunt novam  
 legem, laudantem ut divina veteris volu-  
 mina, ubi Ethnici ipsi apud Eusebium,  
 Egyptii sub Ptolomeo, Philistini sub Saule  
 veros libros sunt confessi.

Maior est difficultas de libris deuterocanonicis. Et primo Melito Sardensis apud Eusebium, Nazianzenus in suo carmine de genuinis scripturis dubitauit de libro Esther, nec septem ultima capita erant apud Hieronymum. Moxde libro Baruch prof. in ait Hieronymus. Librum autem Barnabæ no-  
 torum ejus, qui apud Hebreos non legitur nec  
 habitant prætermis, & in prologo Galeato prætermisit. Ex eodem Judæi ex libro Da-  
 nielis refecant hymnos puerorum Susanna Beli, draconisque ut sit fabulus. Mox tol-  
 lit 4. liberos Tobie, Judit, Sapientia, Mac-  
 habæorum, sic caput ultimum Marci ex Hiero-  
 nymo, & aliqui ex eodem revocarunt in  
 dubium. Historiam de sanguine Christi. Alii cùm Erasmo ex Eusebio factum adul-  
 terum, aliqui contendunt apocryphum to-  
 tum caput ultimum epistola prime Joannis. Alii Epistolam ad hebreos ob styli dissimi-

lititudinem. Sic Epistola Jacobi Petri ultima, secunda, & tertia Joannis non ab omnibus ex Euseblio sunt receptæ. Scindunt est quod à nonnullis non recipiuntur, & de Apocalypsi Cajus quidam assertit, Apocalypsim esse Cherinthi fatum ex Euseblio.

*Epih. ber. 51.*

Hui adhaeret Lutherus non recipiens in-  
 ter Canonicas Scripturas epistolam Pauli  
 ad hebreos, sic Centuriatores, Brentius  
 Hemnitius, & idem de epistola Jacobi, &  
 Jude; nec Apocalypsi dant majorem idem,  
 quam libro quarto Esdra, & convenienter  
 in abdicandis Machabæorum libris Judith, To-  
 bie, & Nicon de Grecia apud Baronium.  
 Porro autem quoque Evangelii abstine-  
 runt vocem quæ dicit. *Et factus est Iudeus*  
*ejus sicut gutta sanguinis in terram descen-  
 dentis*, hoc est inhecillitatem extinxentes  
 non Divina Majestatis, sed etiam histo-  
 riam, que nos docet quod Mulier ad Jesum  
 tamquam adultera ducta est, cum is aotem  
 dixisset. Qui non peccavit lapidem in eam  
 projicit recesserunt omnes, nec à Christo  
 condemnata est, rejiciunt hanc auditionem  
 multis esse perniciosa dicentes, & haec  
 Hydra est numerosum malum, & una que-  
 stio plures involvens & difficiles. At in una  
 pugna plures crunt Triumphi.

Prima ergo erit pugna generis, contra  
 Hostes deuteri Canonorum: & Primum  
 Duceamus eligimus Ildorum Hilpalensem • 16.5 in  
 Quartus apud nos ordo veteris testamenti C.1.  
 erit librorum qui in canone hebraico non  
 sunt, quorum primus Sapientia liber est,  
 secundus Ecclesiasticus, tertius Tobis,  
 quartus Judith, quintus & sextus Macha-  
 bæorum, quos licet Hebrei inter apocrypha  
 separant Ecclesia tamen Christi inter Di-  
 vinos libros & honorat & prædicat & novam  
 resert ut resert Synodus Tridentina; ubi  
 non suam sententiam profert sed omnium  
 Christianorum Quatuor apud nos idest  
 Christianos, & resert Ecclesiam Christi,  
 Ecclesia tamen Christi in Divinos libros, &  
 honorat, & prædicat, & vivebat Ildorus  
 in sexto seculo, alter est Caffiodorus libro  
 Divinarum Institutionum Tobie unus, 6.13.  
 Hebrei liber unus, Judith liber unus, Esdra  
 duo, Machabæorum libri duo, & reliqua  
 sunt velut in vulgata. Tertius Avitus in  
 carmine. Egerit aut etiæ cæcato in corpo-  
 re cernens Tobias, quod pro Populo conser-  
 vit Hester, semineaque aquino Judith in men-  
 te virili. Et mox. Et Machabæorum, for-  
 tissima prædia Fructuum, ubi vides apocrypha  
 in vera Ecclesia approbari. Alter summus  
 Dux est Gelasius, cum septuaginta Epis-  
 copis decidenit, & incolant in tomis Conci-  
 liorum. Ordo librorum veteris testamenti  
 quem Santa Carbolica Romana suscipit &  
 veneratur Ecclesia. Item Sapientia liber unus,  
 Ecclesiasticus liber unus, Item ordo Prope-  
 tarum Isaï liber unus, Hieremias Liber  
 unus. Ciuitat idest de Lamentacionibus suis.  
 Et post. Tobiae Liber unus, Esdra Liber  
 unus

# de Scripturis Sacris. Liber VIII. Caput V. 751

*natus, Iudith Liber unus, Machabaeorum Lib-  
er unus, & de libris novi testimenti. Ad  
Hebreos Epistola una. Item Apocalypsi Jo-  
ninius Liber unus. Item canonica Epistola  
numerum septem, Iacobi Apostoli Epistola una,  
Petri Apostoli Epistola duc. Ioannis Apo-  
stoli Epistola tres, Iuda Zeleti Apostoli  
Epistola una. Alter Dux cumulus varius  
Duces est canon efformatus e Chartaginensi  
Concilio. Sunt autem canonicae Scripture  
& mox. Tobias, Iudith, Hesler. Et novi  
Testamenta. Pauli Apostoli Epistola tre-  
decim, ad Hebreos una, Petri Apostoli duc  
Ioannis Apostoli tres, Iudea Apostoli una. Et Ia-  
cobi una. Apocalypsi Ioannis Liber unus. Ne-  
que afflens præbendus Hostibus illis, qui ca-  
nonem hujus Concilii apocrypham clamant  
cum apud omnes sit Concilium approbatum  
& Augustinus qui Concilio illi interfuit li-  
bro secundo de Doctrina Christiana, habet  
omnino illum prægenuino, & eosdem libros  
inter canonicos recenset inquisiens. Tous  
autem canon Scripturarum, in quo istum con-  
federationem persandam dicimus ut Libri  
continetur, & post aliqua. Sunt aliae tan-  
quam ex diverso ordine quæ negre hunc ordinis  
neque inter se connectuatur sicut est Job &  
Tobias & Hesler, & Iudith, & Machabaeo-  
rum Libri duo. Et post aliqua. Alij duo  
Libri natus qui Sapientia, & alijs qui Eccle-  
siasticus inscribitur de quadam similitudine  
Solomonis esse dicuntur, nam Iesu Filiis Si-  
rach eos scriptissime constitutissime peribentur,  
qui tamquam quoniam in anteriori item recipi me-  
ruerunt inter Propheticas numerandi sunt,  
ubi Augustinus eis qui loquuntur, ubi solvit  
Adversariorum rationem, & afferit meritis  
recipi in Auctoritatem. Et de libris novi  
testamenti, ad Hebreos Epistolam, Petri  
duabus, tribus Joannis, una Iude, & una  
Jacobi, actibus Apostolorum libro uno,  
& Apocalypsis, Joannis libro. In his omnibus  
Libri timentes Deum, & pietate man-  
sueti querunt voluntatem Dei ubi non here-  
tici sed Deum timentes, non impij, sed  
pietate mansueti, querunt in his libris vol-  
luntatem Dei. Maximus etiam Dux est In-  
nocentius primus, ab omnibus Catholicis  
laudatus, & integerrima fidei custos, in  
Epistola ad Exuperium Tholosianum, Scri-  
ptura libros ab Ecclesia receptos memurat.  
*Cap. 7.* Qui vero Libri recipientur in Canone Sancta-  
rum Scripturarum brevis annexus ostendit.  
*Hac* sunt ergo que desiderata moveri voce  
volunti, Mosis Libri quinque &c. Solomoni  
Libri quinque, Psalterium. Item Historiarum  
Iob Liber unus, Tobias unus, Hesler unus,  
Iudith unus, Machabaeorum dno. Et mox.  
Pauli Apostoli Epistola quatuordecim, Epis-  
tola Iosannis tres, Epistola Petri duc Epis-  
tola Iude. Epistola Iacobi, actus Apostolorum,  
Apocalypsis Ioannis, ubi nemine con-  
tradicente, Ecclesiam docet & sensum Ec-  
clesie exponit. Etiam peritissimi Duxes  
exitere, Concilij Laodicensi veteres Patres,  
Quæ autem oportet legi, & in quo contrita-*

tem recipi haec sunt Genesis, Job, Hesler.  
Et mox. Epistola Pauli quatuordecim. Et ante. Canonica Epistola septem Iacobi una  
Petri duc, Ioannis tres, Iuda una, ubi vi-  
des in Oriente Canonicos hos libros, in  
Aphrica ubique receptos, & in Europa jus-  
tos teneri, & Ecclesiam Catholicam ita  
professos. Quid quod Adversarij tenentur  
ultra fateri, eum teneant Ecclesiam sex  
priorum seculorum, incontaminatæ fidei  
extitisse, & in fide non errasse, multò minus  
in regula fidei, & nos incipimus à Patribus  
sexti seculi. Quid quod ipsi cum Apostolo  
Paulo præponunt Ecclesiam Synagogæ, ut  
pote melioribus reprobationibus funda-  
tam, & S. Augustinus cui multum tribuit  
Calvinus ex Libros Machabaeorum non Ju-  
dæi sed Ecclesia pro Canonicis habet. Quid  
quod ipsi semper fateruntur, se Ecclesiam no-  
va reformare non veram, & tamen vera  
est illa Ecclesia, quæ tales libros habuit  
pro Canonis, & quidem agnoscitibus  
& laudantibus Patribus, quos infallibilis  
in dogmate vel Hostes agnoscunt.  
*L. 18. de  
circa 16.  
L. 2. de  
Doltrin.  
Cbr. 8.*

Uno verbo multi ipsorum sententiam  
mutarunt, ideoque non est articulus fun-  
damentalis, cum ipsos in propria teneant  
Ecclesia, & societate, & mirabilis certe est  
Joannes Brentius, in Apologia Confessio-  
nis Witembergensis. *Nos ignoramus quid fa-  
ctum sit.* Illud autem quaproquo quo jure factum  
sit. Tenet id factum in Ecclesia vera, &  
querit quo jure Ecclesia manens vera ha-  
bemus fundamentale docerit.

Vibrant plora jacula Hostes, quæ re-  
dentia ipsos tantum ferunt. Vibrant te-  
lum ex antiquitate extractum at ipsius ferit  
millies, cum multa in verulam Concilii &  
quidem pluribus, fint de novo decisa, eum  
Apostoli de novo deciderint non esse servan-  
da legalia, nec imponendum fidelibus ju-  
gum Mofaieum, sic licuit disputare de su-  
dere fanguineo Christi, de consolatione al-  
lata per Angelum, de adultera à Christo ab-  
soluta, de secundi Petri, & etiam tertii Jo-  
annis, sic licuit Lutheri membro Ecclesia,  
antea non credere Canonica Epistolam  
Jacobi, & postea credere & non licet Eccle-  
siae? Sic licuit multis Hostium mutare  
sententiam, & non licet Ecclesie toti de-  
clarare? Et licuit olim apocryphas crede-  
re Scripturas quas modo & Lutherus, &  
Brentius, Witachers, Calvinus & alij Ca-  
nonicas credunt, possunt illi & non poterit  
post examen Ecclesia, poterunt de novo ipsi  
credere, & non poterit Tridentinum fateri  
quod erat in quarto seculo? Et querunt  
unde hoc habuit Synodus, cum videant ex  
antiquitate & decisione habuisse, & ipsi cur  
mutarunt sententiam non dicunt.

Satis superque haec sufficerent, at viden-  
ti in specie libri & probandi, & caput ultimum  
Marci Athanasius in summa Evangelia,  
Gregorius in Evangelia, Augustinus  
de confusu Evangelistarum & alij memo-  
rant, & alioquin mutulum foret illud, &  
jam

## 752 De Spiritu Sancto locuto per Prophetas, &

jam Calvinus etiam admittit , sic de sudore sanguinis memorat Epiphanius in Anchoreto , Augustinus libro tertio de consensu Evangelistarum , Hilarius dicit non fuisse in omnibus Codicibus , & si potuit Christus pavere , & tardere , etiam sudare sanguine cum utrumque sit infirmitatis , sic historia adulteris , cum commemoret Patres Latini & Graci , sic Chrysostomus homilia sexagesima in Joannem , Augustinus in Joannem , & de adulterinis conjugiis & alij , nec scandalo est sed pietati cum dicat noli amplius peccare , sic tres sunt qui testimoniunt vidimus legitimum . Sic de epistola ad hebreos Calvinus contendit esse Apostolicam , & Lutherani fatentur cum Itigio .

*Relit autem Epistolis Paulinis Epistola quo-*

*Hfr. 76. que ad Hebreos accensetur , quam à Paulo Scriptam est præter alias in suis de autore Epistole ad Hebreos exercitationibus celeberrimis Spanheimus evincit ; ejusq[ue] memi-*

*Lib. 12. nere Graci & Latini , sic Origene apud Eusebiūm , Epiphanius & alij , sic Hilarius , Ambrosius libro secundo de Cain capite fecun-*

*do , Hieronymus ad Dardanum , Augustinus Secundo de Doctrina Christiana . Philastrius ponit inter haereticos id negentes & Tertullianus solus putat Barnabæ & sic Apostolicam . Rursus Itigius ait inter septem Epistolas quas nonnulli ut Athanasius in Epistola festali , & autor Synopseos Sacra Scriptura inter Athanasii opera edita Catholicae , alij verò ut Autor Prologi in has Epistolas qui vulgo Hieronymus esse creditur , & Caiusdorus Canonicas nominant , referit mox aliquem dubitantem , lasciviente potius ingenio quam solidis rationibus impulsu . Etsi etiam nostratum nonnullus de Jacobi & Iudea Epistola durius sensisse haud negemus & ponit inter eos Lutherum & ista memorantur à Conciliis & Patribus , Origene Homilia septima in Josue , Epiphanius , Hieronymo Epistola ad Paulinum , Augustino libro secundo de Doctrina Christiana , & Milevitana Synodus ex ea probat dogma . De secunda Petri constat ea Patribus & ipso Petro , hanc vocem nos audiuvimus cum essemus cum illo in Monte Sion , Epistola Iudee citatur ut Jude à Tertulliano libro de habito muliebri , Cypriano ad Novatianum , Origene in capitum quintum ad Romanos , Epiphanius , sic secunda Jo: & aliz . Apocalypsim & Concilia & Patres probant Justinius , Ireneus qui & commentantur & innumeri qui sciebant , quid sibi vellet liber illi quod nescit Calvinus . Denique concludit Itigius . His septem & viginti Doctrina Christiana tomis , quos Spiritus Sancti impulsu literis mandatos Evangeliste , & Apostoli reliquerunt , en vel Hostes confederati .*

Unum tantum nove legis volumen , pricipiū ab Hostibus impugnatū tuemur nempe Apocalypsim . Hanc impugnare apud Epiphanius Alogiani , & Cajus ex Eusebio dicit esse Cherinthi , & Marcion ex Ter-

tulliano contemnunt , & Cerdon apud eumdem in appendice . Hanc Lutherus praſatione in Apocalypsim , & de abroganda misera privata reicit , & cum eo Brentius posuit inter libros apocryphos , quos aliqui vocant somnia , aliqui fabulas , Hanc Vitus Theodorus in summaris bibliorum omittit Revelationem dedita opera omisimus . Hec Zwinglius ex Bullinger , refert ad Joannem Theologum . Hanc Erasmus numerosis impugnat argumentis , & citat pro se Eusebium , & Dionysium . Hanc aggreduntur Centuriatores , & Kemnitius , & alii . Denique de hac scribit Itigius Lutheranus . *Claudius sacram novi Testamenti Codicem Apocalypsim Joannis , de qua quid sentiret rogatus Calvinus respondit ferint se penitus de PP. ignorare , quid velis tam obscurus Scriptor , Apoph. de quo quis quoniam secerit nondum inter eruditos constat que responso nam urbanitatis & prudentie laudem meratur iudicent Alii .*

Et Primo inter Haereticos Augustinus . collocat negantes Apocalypsim . *Evangelium de her. Joannis respicientes , cuius nec Apocalypsim recipiunt , ubi eo titulo haeretici sunt , quod Joannis Apocalypsim non recipiunt , ideoque liber est certè canonicus , & fidei Divinae qui opponitur Haeresis , & Epiphanius de Alogianis ipsisdem scribit . Pudet enim bar. 51. B. Joanni contradicere . Et mox . Negant nec Joannis esse & Oberimbo tribuant , nec esse putant , quia ab Ecclesia probentur , ubi Haereticum est hoc insicari , & idem assertunt Moderni quod veteres , nec esse putant , quia ab Ecclesia probentur , & assertur non esse Joannis ut pote obscuram , quies in Perlonia Catholicorum sit Epiphanius . Quod ibi . cum erant in lege & Proprietate obscura , & in angustiis dicta , ea Dominus dispensauit per Spiritum S. ad nostram sollemitem seruo ipsius Joanni revelarentur , que illuc obscura erant bies ut spiritualis est manifestè predicatur &c. Sermo in Apocalypsi propheticus est ex Spiritu Sancto . Etsi Tertullianus reprehendit Marcionem . Habemus & Joannis olimmas Ecclesiastis . Nam etsi Apocalypsim ejus , Morsus respexit ordo sanctorum Episcoporum in Joannem stabit Autorem , ubi contra Marcionem , & mox contra Haereticos omnes , Apocalypsim Catholicus tueretur , & eo modo tueretur quo S. Scripturam ex successione Ecclesiarum Apostolicarum . & negantes Haereticos clamant .*

Rursus cribranda est antiquitas tota , & primus est Clemens Papa , scriptus ex Apostolo in libro vite . *Divine gratie Ministeri per Spiritum S. de penitentia locuti sunt . Ipse etiam rerum omnium Dominus , cum iuramento de penitentia locutus est . & citat Apocalypsim . Si peccata vestra à terra ad e. 18.n.5 Calum usque peringant . Hic Ireneus Apocalypsim est interpretatus , hec & Justinus divinam certè Scripturam , & Justinus dia. logo cum Triphone addit . Quoniam apud Nos Vir quidam Joannes , unus ex duodecim Christi Apostolis , in revelatione , sibi solle pro-*

*prophetarum*, ubi revelatio facta est a' Deo & quidem Prophetæ, ubi unus est duodecim non ignotus Theologus. Hic Melito Sardensis apud Eusebium scriptus librum de Apocalypsi Joannis, & Theophylus Antiochenus scribens contra Hermogenem, multis utitur Apocalypsis testimoniis, & Commodianus ijs testimonii est plenus, adeò vel contra Hereticos Canonici sunt ijs textus. His Fratres Gallia apud Eusebium scribunt. Ut Scriptura verè impleretur, Impius adbus impie agas, & Iustus justificetur adbus, ubi Scriptura est Apocalypsis & impleta.

*Cap. 15.* Hic Tertullianus de corona militis. Serua Deo rem suam incontaminatam. Ille eam si voles coronabit, imò & vult, denique invitat. Quis vicerit inquit dabo ei coronam vita, & de Marcione. Nam & Apocalypsim Marcion rejecit, ubi reprehendit Marcionem rei- cipientem, at causam silet quam fert Epiphanius, propter anigmate & obscuritatem ut Moderni; & de Cerdone vel Tertullianus vel Author vetus. *Acta Apostolorum* & *Apoc-*

*Hom. 7.* *calypsim* quasi falsa rejecit, ubi inter errores Cerdonis hunc enumerat. Hic Origenes in Ezechiele scribit. *Scriptura docente didicimus*, quia *Sanctorum oratio sit in-* censum, ait enim. *Invenimus orationes SS. sunt* ubi Scriptura est ex Origene Apocalypsis. Hic Dionysius contra nos citatus scribit. *Ego librum ipsum nullo modo andeo abroga-* re, cum adeò multi Fratres eum tam magno estimant, adeò Fratres librum estimabant.

*Lib. 7.* *Hic Author de celesti hierarchia per nos* Dionysius. *Sive arcanam illam & mysticam visionem dilecti Discipuli, Divinamque Domini Iesu Theologiam*, ubi Divina est Theologia & visio, & idem est Theologus, & dilectus Discipulus. Denique satius effet unus Cyprianus. *Aquas namque populos signifiare in Apocalypsi Scriptura Divina decla-*

*Ep. 61.* *rat, & de exhortatione Martyrii capite octavo. Et in Apocalypsi eadem loquitur Divina predicationis horatio, dicens tene quod habes. Et de disciplina & habitu Vir-* ginum. *Sic in Scripturis Santis quibus nos instrui Dominus voluit, & moneri describitur Civitas merrieris, & sermone de lapis si alibi. Cùm scriptum sit memento unde exciderit, & rufus. Miro autem quodam sic ob-* finatos esse ut dandam non patent lapsi pa- nentiam aut paenitentibus existimant ve- niam demegandam cum scriptum sit memento unde exciderit & age paenitentiam. *Alio item* loco paenitentia tempus datur, & paenitentia non agenti Dominus. *Habeo inquit adversitate multa, & rufus sermone de lapis. Iste quoque Dominus promoneat & prestruat dicenti, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum* scrutator renis & cordis, & de unitate Ecclesie. *Tene quod habes ne alias accipias coro-* nam suam. *Quod utique Dominus non mi-* naretur. Et de operibus, & eleemosynis. *Audi in Apocalypsi Domini tui vocem, & re-* petit, & rufus. *Scriptum est esto Fidelis* usque ad mortem, & dabo tibi coronam vita,

quid clarus ubi Scriptura, ubi Deus lo- quuntur, & tandem sèpè citat Apocalypsim, præmissa declaratione numeroſa, esse Verbum Dei ut mox cernemus.

Uno Verbo non tantum vetusti Patres, liberum hunc Canonicum defendenterunt, sed sufficientissimum & quidem solum declararunt ad heres vincendas, & dogmatu firmandas, sic Irenæus. *Nicolaite plenissimè per Apocalypsim Joannis manifestantur qui sint*, & Tertullianus. *Satis est nobis, quod totam istam heresem Nicolaistarum Apoca-* lyphs Domini gravissima sententia auctorita- te dominavit dicens. *Quia hoc tenes adver- sus doctrinam Nicolaistarum, quam ego odi.* Et alij. An satis est alicui liber apocryphus & dubius? Quod argumentum innumeras praebet rationes.

Si sterilis Antiquitas transit in luxum, quid erit vicina etas secunda, ubi Pacianus scribit in Novatianos. *Deus dicit malo penitentiam, quād mortem peccatorum. Quod si adfecerit illud Ioseph. Et mox. Quod si il-*

*lud Apocalypses. Memento unde excideris,*

*& age paenitentiam, & in Apocalypsi Deus di-*

*cit, ubi Philastrius de hereticis narrat.*

*Post hos sunt Heretici, qui Joannis Evangelium, & Apocalypsim rejeciunt, cum non*

*intelligant virtutem Scripturæ, in qua re sunt*

*heretici, & Philastrius jungitur Epiphanius & Augustino, ubi Prudentius hymno sexto*

*canit. Evangelista summi fidissimorum Magi-*

*stri, signata quæ latebant nebulis vidit remo-*

*tis, nempe visiones propheticas & celestes,*

*ubi Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasti- cis.*

*Joannes Apostolus relegatus scripsit*

*Apocalypsim, quam interpretatur Justinus*

*Martyr, & Irenæus. Et adversus Jovinianum.*

*Joannes Apostolus vidit in Patmos insula, in qua fuerat à Domitiano Principe*

*relegatus Apocalypsim infinita suuorum my-*

*steria continentem, & certè mysteria futuro-*

*rum à Deo procedunt. Uhi Augustinus.*

*Sic enim potest vidit in Apocalypsi. Quidam pre-*

*cateris dilectus agno, qui discubuisse super pe-*

*culis eius ante solitus erat, & biberat & eru-*

*ebat mirabilia super ecclesia Dei Verbum, &*

*alibi de tempore idem scribit, ubi Eusebius*

*Cæsariensis in Chronicô. Sub Domitiano c. 14.*

*Ioannes Evangelista, & Theologus, in Pa-*

*trum insulam relegatus, Apocalypsim vidit*

*quam Irenæus interpretatur, ubi Theolo-*

*gus idem ac Evangelista, ubi Cassianus col-*

*latione quarta scribit. Ita inventi in illo te-*

*pido flatu, qui determinat judicatur evan-*

*gēnos nos ex ore Domini secundum ejus sermo-*

*nem neverimus, ita dicentes. Utinam calidus*

*est, aut frigidus, en Domini sermo est Apo-*

*calypsim, ubi Cyrillus Alexandritæ de spiri-*

*tu, & veritate. Atque Ioannes ille sapientis,*

*qui Apocalypsim libellum conscripsit, qui Pa-*

*trum judicio comprobatus est, apud Hostes*

*Patrum judicio rejeitus, ubi Victorinus*

*Afer adversus Arium. Sic per Spiritum San-*

*tum locutus est Paulus ad Romanos. Et*

*mox. Et in Apocalypsi ipse dixit. Et ha-*

*beo*

*De prof.*  
*cap. 46.*

*Cap. 13.*

*De Vir-*  
*gin. c. 7.*

*Cap. 181.*

*Cap. 19.*

*Lib. 6.*

*Lib. 3.*

*Ccccc*

*beo clavis moris, & Inferni, & Deus ipse id dixit, ubi bellè Severus Sulpitius narrat. Dominianus however Evangelistam in Pashmar insulam relegavit, ubi ille arcana sub mysteriis revelatis librum sacra Apocalyp-  
sis, qui quidem à plerisque aut falsis, aut impiis non recipitur, quia censura nostra non est, sed Historici; ubi Julius Firmicus de errore profanarum Religionum. Secretiora panduntur arcana in Apocalypsi, & arcana panduntur à Deo, ubi Cæsarius Arelaten-  
sis docet. Per aquas enim populus significari, sacrificium eloquuntur. sicut legimus.  
Hom. 5. *Aqua ista que vadit populi fuit, ubi Salvianus Massiliensis de providentia Dei. Unde exiam Salvator in Apocalypsi, ad tepidum Christianum ait. Utinam aut calidus effet aufrigidas, nunc autem quis tepidus et incipians te ecomere ex ore meo. Omnum Christianum Dominus fide ac Spiritu jubet esse ferventes, in Salvador & Dominus jubet, ubi Andreus Cæsariensis in Apocalypsim ait. De Lib. 4. libri bajus fide & Autoritate prolixè differere supervacanent arbitrariuntur constat namque Beator illorū Viros Patres nostros Gregorium Theologum, Cyrillum, Alexandrinum, multoque bis veteriores Paniam, & Irenium, Methodium, & Hippolitum divinum filique dignum esse non uno in loco tradere.**

*Et Toletana quarta Synodus arguit. Apocalypsis librum multorum Conciliorum An-  
Eborat, & Synodica SS. Praefatum Romanorum decreta loannis Evangeliste esse prescri-  
bunt, & inter Divinos libros recipiendum  
constituerunt, ubi Concilia citant & Summos Pontifices, sic Damascenus inter Canonicas Scriptoras recenset, sic Ambrosius de peni-  
tentia docet Joannem, non posse esse con-  
trarium Joanni, scilicet utroque Divino,  
sic Avitus consolatoria ad soorem, sic Pe-  
tius Secundus ad Synodum illeritimum Cap. Et in Apocalypsi Dominus per loannem loquitur, sic Gregorius libro primo mora-  
lum, & ali iunnuere.*

*Concludamus elogio, & apologia Hieronymi. Apocalypsis loannis tota habet Sacra-  
menta quot verba. Parum dixi & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbi singulis multiplices latentes intelligentiae, ubi tot sunt Sacraenta quot verba, ubi pro merito voluminis laus omnia inferior est, ubi in verbis singulis multæ sunt intel-  
ligentiae, & per Haec nostris omnis cen-  
sura est inferior. & dicunt se docere haec in Ecclesia vera? Quis non miretur?*

*Denique Centuriatores ipso volunt Ca-  
nonicam, & Itigis de suis factet Luthe-  
rani. Claudit sacram novi testamenti Codicem Apocalypsi loannis. Et mox. His sep-  
tem & viginti Dictione Christiana tonis per Spiritus sancti impulsu literis mandator Euangelistarum, & Apostoli Ecclesie reliquerunt. Calviniani etiam recipient ut constat ex confessione fidei Pillaei oblate, & ex altera Ministrorum Rhetia à Jacobo Picinino exhibita ad eadem sua apologia pro Ec-*

clesia reformata, impressa idiomate Italico Cap. 3. Coira. Ubi ergo est uita fundamentalis inter Lutheranos, & Calvinistas, inter La-  
tinos, & Graecos, & inter ipsosmet, & ipsi 1766. contra se testimonium dicunt.

Ea verò argumenta sunt ita infirma, ut neque Canus respondere voluerit, & nos po-  
nimus ut nobis faventia; Et jam vidimus Joannem Theologum esse Evangelistam. Arguit Erasmus Joannem se se sapere ut syn-  
grapha nominare, at se nominat ter & Da-  
niel octo vicibus, & ultimo Evangelij capi-  
tula sex vicibus. Arguit de Joanne dubitasse Eusebium quod est in contrarium, dubitasse Dionysium Alexandrinum, at dubitavat de Joanne Apostolo an Presbytero, & Apoca-  
lypsim Divinam esse ostendit. Arguit Lu-  
therus iis verbis. *Beatus qui legit.* & au-  
dit verba *Prophetia bujus, & servus ea qua-  
in ea scripta sunt, cum nihil intelligatur ex  
ibi scriptis, at Justinus, Irenius & alij in-  
terpretes, & Patres fusi citantes id intelle-  
xere, & infinita futurorum mysteria conti-  
nere, in Scriptoribus Ecclesiasticis narrat* Cap. 1.  
*Hieronymus, & numerosa sunt de Deo &  
Christo clara, & vel in primo capite ostendit, Deus Judex Redemptor, Rex Regum &c. Plurima fert de gloria SS. & Vir-  
ginum, quod recipient coronas, & ambu-  
lent cum agno. Plura cumulat de operibus.  
Scio opera tua. Et opera illorum sequentur illorum, & iterum. Esto fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam vita Ec., & millies laudis martyres, & martyrium. Millies ingeminat virtutes. Scio opera & laborem &  
patientiam tuam, & quia potes sustinere ma-  
los, & sapere ingeminat penitentiam. Age penitentiam. & prima opera fac. Et alibi. Dedi illi tempus ut penitentiam ageret, & no-  
vult panitere. Millies ingeminat dogma-  
ta, quia libros implent, Patres, & hereti-  
cos, Nicolaitas, Judeos, Pseudo Aposto-  
los condemnatis, & Pseudo Prophetas, uno  
Verbo clarissimum Cyprianus de exhortatione martirij numerolas Autoritates ponit.* Cap. 2.  
*Post novum testamentum accedit Baruch, quem plures antiqui Catalogi silent, at en-  
se ex utraque parte acuto tuemur, & ci-  
taris sub nomine Jeremias, & dici librum Ca-  
nonicum Propheticum, & Verbum Dei &  
Scripturam.*

*Primum constat ex Clemente Alexan-  
drino. Per Jeremiam quoque enarrat Pro-  
dencia. Et mox. Audi Israël mandata vi-  
te, sic Basilii libro quarto conta Euno-  
mum, Irenius libro quinto, Nazianzenus,  
Epiphanius contra Nazaræos, & in Ebio-  
nitam, Chrysostomus oratione quod Christus si Deus, Cyrilus de recta Fide ad Theodosium, Basilii Seleuciensis de Verbi Incarnatione, Joannes Maxentius dialo-  
go secundo, Ambrosius de Fide capite septi-  
mo, de penitentia capite octavo, libro ter-  
tio Hexameron capite trigesimo quarto,  
Felix tertius ad Petrum Antiochenum, Au-  
gustinus de Civitate libro decimo octavo,  
& ci-*

- & citat quoniam dicentes esse Baruch & ipse vult esse Jeremias probabilius. Vigilius contra Eutychem libro quarto, Fulgentius de Incarnatione, & gratia, & ad Trafimundum Cap. 11. dum libro secundo capite decimosexto, Laurentius divinarum Institutionum capite, decimotertio, Hilarius libro quinto de Trinitate, Julius Firmicus de errore prophatarum Religionum, Idacius adversus Vari madum, & sexta Synodus, vel pro Iacob Vigilius Tapensis, Fortunatus libro primo de parte Virginea, Tertullianus advernum Gnostico capite octavo, Cyprianus adversus Judaeos capite sexto, Iachius de B. V., Callidorus, Isidorus, & Nazianzenus celeberrimo nomine appellat. *E Hieremias Quod receperimus Propterum bane unitatem Christus Deitatis suae Poste, & Filius scient ait. Hic est Deus noster, & adversus Gentiles Chrysostomus ipse.*
- Aliud armorum genus est dici Divinum, ita Cyprianus de oratione Dominica. Et dicit per Jeremiam Spiritus S., & est Baruch in quo loquitur Spiritus Sanctus. Id constat ex Clemente Alexandrinus in padagogio. Paleberim itaque alicubi dicit Divina Scriptura ad eum, qui sunt sui amantes, & arrogantes verbo dirigentes. Ubi sunt qui gentibus imperant, & qui dominuntur feris, ubi Baruch est Divina Scriptura. Id constat ex Eusebio citante Baruch, de demonstratione L. 2. c. 2. Evangelica, & concludente. Nihil adjuvare oportes Deinidis vocabis, quae evidentissime, nostrum propositum confirmant. Id constat ex Athanasio oratione tertia; contra Judaeos & Arianos, ne Poterem quidem habentes cum Filium abnegamus, ut ipsi exprobent Baruch, ideoque debet & hebreis liber esse Canonicus, quando contra ipsorum citatur. Et citat Gregorius Turonensis in historia Francorum. Ego vero dixi ad Iudeum non de Evangelio & Apostolo que nos credit, sed de suis libris testimonio probant proprio te macrone confidamus. Igmar quod Deus futurus erat anti Propterum tuum.*
- Constat ex innumeris vocantibus Prophetam Atheosgora legatione pro Christianis. I. 2. de. Sed quid Propterea Dominus est Deus noster cap. 2. inquit non comparabitur alius ad ipsum, ex Origene. Denique etiam Baruch Propterea librum Et. Huius testimonium vocant, ex Nysseno de occurrsum Domini. Quem primitus annuntiavit Propterea, in terris visus est, ex Cassiano de Incarnatione Verbi. Dicit de Propteris veteribus proferamus, & citat Baruch, ex Cyrillo Alexandrino contra Julianum. Dixi & alias SS. Propterum quidam de nostri omnium Salvatore; Huc Deus noster non estimabatur alius, & homilia Eph. si habita in Nestoriis. Titled accipere SS. Propteras. Nonne Baruch? Sic Catech. Cyrus Hierosolymz, audi Propterum di. 11. c. 4. centem iste Deus noster, ex Theodoro in dialogo Eraniste, ex Proculo in Epistola ad Armenios, ex Chrysostomo in Epistola ad Romanos, ex Rufino in exlicatione symbo. li. Id veteres Patres, & Athanasius in decretis Synodi Nicenz. Et hujus sapientia sonorem Deum esse in Propterea Baruch didicimus increpantes Israelitum, quod dereliqueret fontem sapientie. Quod si ipsum abnegaret, & repudians quid alius facinet, quod quoque hoc ipso alienos se à Christiansmo ostendunt, sic Ambrosius libro primo de penitentia. Denique intercessio prophetica, & observatione sancti variis insflexus Dominus, sed Augustinus de Civitate decimoquinto. Quam rem alias Proptera commendass, & alij, & non obstat non inventari apud Hebreos cum sit Propheta sub nomine Jeremias contra ipsos citata, & à Patribus pro Cap. 23. Divinitatem Christi totius restituta.*
- Remanent quinque libri Ecclesiastici, Tobias, Sapientia, Judith, & Machabei, reiecti ab Hebreis ex Hieronymo in prologo galeato, & ab innumeris Modernis Hoc libris. At primo Ecclesiastici duplice titulo est Canonica, & quod dicitur Solomonis & Sacra Scriptura, ita Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum. Solomon quoque rursus ait. Arbor immortalitas, sic Origenes homilia prima iu Ezechiel, *Solomonem omnium Sapientissimum.* Et citat librum Ecclesiastici, Athanasius apologia de fuga sua, Basilius in regula brevia disputatio, Ephrem Syrus de improbia mulieribus, Chrysostomus in Matchym & in Psalmis, Leo Magnus sermone secundo de Quadragesima. Sapientissimus Solomon Filius inquit accedens ad servitum Dei Et. Et Graci passim & Latinis.*
- Constat verò esse Canonicam Scripturam, eo quod ut Canonica citatur in novalege. Omnis caro sanum, & gloria ejus 1. Pet. 1. tanquam flos sani, sic Origenes homilia nona in Leviticum. Quid enim ait Scriptura. Jacob. Quid superbis terra & ciuis? Sic Clemens Alexandrinus ait. Honora Medicum proper ut ille sepius ejus inquit Sacra Scriptura, & libro septimo Stromatum repetit. Sequentes autem Scripturam conformamus, & libro primo padagogi. Neque audientes Scripturam, & ibi loquitor de libro Ecclesiastici, sic Augustinus in libro ad Orofium. Clavis Scriptura Divina Altiora te ne queris sic Nazianzenus adversus Julianum. Qui potestates è sedibus depositis, & insuspiciabili diademate ornat. Nam id quoque a Scriptura accipio, sic Ilidoro decilum est de Ecclesiastico, sic alter Pelusiota. Loquere inquit scriptum in aure audientium, & turfa. Super mortuum plora. Non vult hoc Scripturam Hieronymus. Divina Scriptura loquitur, Musica in locu impotuna narratio; sic Ephrem de patientia. Sicut ait Scriptura. accedens ad servitum, sic Ambrosius de bono mortis. Illud quoque egregie quod Scriptura dicit. Ante mortem non laudes quemquam, sic Chrysostomus ad Ep. 13. CCC 2 popu-*

populum Antiochenum. Audi Scripturam dicentem sicut qui occidit Filium, coram Parente, quia est E-clesiaci quarto & in primis patrem ad Theodorum lapsum. Nam unus est ait Scriptura qui extrahit & alter qui demolitur, & Palladius in ejus vita. Sicut Lex ait. Posit ante faciem tuam vitam, & mortem, sic Acacius Beroensis ad Cyriillum. Quomodo ergo necessaria est, convenientius illa sacramenta literarum a mortuis. Altera se nequaerit? Sic Basilius ad caput octavum Itiae, cum consummaverit hominem incipiet, & in regulis suis disputat. Memoria tenere debet Antistes quid dicant Divina litera. Sic Epiphanius. Si vero reverendiss. nos Scriptura Divina dicens. Quia tibi praecepta sunt eu considera, sic Joannes Mixentius in dialogo contra Nestorium. Hoe si verum nonquando non Scriptura Divina admoneret dicens ne confundaris loqui pro anima tua. Sic Leo Maginus. Cumque autem sibi dividatur dies. Post concupiscentias tuarum ne eas. Et rursus de Ieronimis scriptori mensis. Dicente Scriptura post concupiscentias tuas non eas, nec obstat dici Jesus filii Sirach, cum Patres librum canonum vocent, & Jesus collegiter sententiae Solomonis, & Epiphanius in haeresi Anomorum utrumque jungit, & Augustinus cum latinis tenet Sirach esse authenticum, & alii citant sub nomine scripture. Sicut aqua extinguit ignem ita elemosyna extinguat peccatum, ait Leo dicente scripture, & alii, & Hieronymus ait hebreos citare hoc titulo parabolam.

His jungitur Canonicus liber Tobiae, jam à Concilis, & Patrihus admissus, & prater citatos, Cyprianus de elemosyna. Loquitur in Scripturis Spiritus Sanctus, & dicit. Elemosynis, & fide purgantur delicta, ubi non homo est lonus, sed Spiritus Sanctus, & de oratione Dominica scribit. Scriptura Divina instruit dicens bona est oratio cum jejuniis & elemosynis, Clemens Alexandrinus libro sexto Stromatum. Audiens Scripturam quae dicit. Bonum est jejuniuum cum oratione, Origenes Epistola ad Julianum Africanum. Sed quoniam Tobia utuntur Ecclesia, & in Numeros. His ergo cum recitatur aliqua Divinorum voluminum lectio, in qua videtur aliquid obscurum libenter accipiunt verbi causa ne est liber Esther aut Indub, aut etiam mandata sapientia, & ad Romanos capite undecimo. Mysterium Regis celare ait Scriptura, ubi tories repetit Scriptura, Ambrosius de Tobia scribit. Lectio prophetico libro qui inferibilis Tobias. Et mox. Cum Scriptura dicat jejuniuum, & elemosynam à morte liberare. Hilarius. Sant

Ad Pj. Angeli assistentes ante claritatem Dei, an Raphael loquens est mendax, Phebadius contra Arianos. Ustatum verò, as familiare Dicinis voluntibus est uenit substantia. Et mox. Sed & Tobias. Si fuerit tibi episcopus substantia, & item. Fili ex substantia tua

sac elemosyna. Arthobius. Auditis scriptis quia elemosyna a morte liberatur. Hic lib. 100. dorum libro sexto Etymologiarum. Licet lib. 100. Tobie Hebrei in summa canonem non L. 6 & recipientes. Ecclesia tamen Christi inter Dio. cap. 1. nos liberos honorat, & praedit, quod testimoniolum sufficeret, de Divinis libertatis clarissimum & Ecclesia, hic Eucherius homilia in dedicatione Ecclesie, Angelus Raphaël ad Tobiam loquens ait. Hic Augusti. Ep. 120. nus in speculo saturus, se solas Scripturas citare, & citat Tobiam, & cursus. Angelus Hominibus dicit Ego obtuli Domino orationes vestras, ubi Angelus de Caelo mentiri non potest. Hic Basilius, oratione de avaritia sententiam ex libro Tobiae defumpram, appellat Divinum preceptum. Hic Arnobius junior scribit. Auditis scriptis, quod elemosyna à peccato liberat, quod & Ep. 120. citat vetustissim. Polycarpus. Hic Hieronymus prosulatio in Tobiam. Arguitus & nos hebraeorum studia, & imputant nobis contra suum canonem, latini oribus ista transferre. Sed melius est judiciori Pbarisiorum dispendere iudicio, & Episcoporum iustissimis deferire, ubi Hieronymus translatus Tobiae, obsecutus ut ait melius Episcopia quam Pharisaei, & prohemio in Jonam liber Tobiae &c. Usurpatur ab Ecclesiasticis, sic Athanasius Epistola ad Constantium, Chrysostomus sermone de penitentia, Chrysostomus ad caput quintum Matthei, Gregorius Magnus libro tertio curia pastoralia & aliij. Nec obstat scripture est Chaldaicè, nam sic deheret Witacherus excudere Esdras, & Danièle. Nec est sibi contraria Historia Sarum habitasse in Rages, & Angelum invisse ad Gabelum distante, nam in Graeco textu est Echatanis, sed idem est nam etiam Ebathana Rages dicebantur, ut vel ex propheta ostendit Serarius.

Sequitur liber Judith quem Canonicum decidit prima Synodus Nicena, omnium Conciliorum Princeps & norma, narrante Hieronymo & vicino, & ipsius Concilij quod siq[ue] memorat peritissimo. Quia hanc Epis. ad librum Synodus Nicena in numero Sanctarum Scripturarum legitur computasse, ubi Pref. lib. 100. Nicena Synodus librum hunc, inter Sacras Scripturas commutavit, de quo vel Itigius Itheranus, pro numero viginti canonum scribit. Prohbar autem ex illo loco non potest quod C[on]on aliquis de Authenticis Scripturis in Concilio Niceno conditus fuerit, cum tantum dicat quod Synodus Nicena librum Judith in numero Sacram Scripturarum legitur computasse, hoc est ut Benedictini interpretantur, quod Synodus Nicena sententiam aliquam ex libro Judith recitat memoretur, & hoc idem & Patres aliqui effecere; ut Idacius melius Vigilius Tapensis in Varimandum. Si Tri-nitas non est car Judith Domino sit. Domi- Hom 17 ne Domine Deni, & Idacius Hieronymo totus conformis, numerat Judith inter ea libros, quos Synagoga non recipiebat Eccliesia;

clesia; idem assertit Julius Africenus de partibus Divinæ legis; sic antiquus Origenes in libros Numerorum. *Hec ergo cùm recitatatur talis aliqua Divinorum voluminum lectio in qua non videatur aliquid obscurum libenter accepi.* Verbi causa ut est libellus Epher ant Iudib, ubi Judith est Divinum volumen, & populi ut Divinum jam tunc excipiabant. Idem firmus Hilarius inoffenso pede decurrendus. Dicentes hoc omnia à lege, & Propheta, Evangelio, & Apostoli, & contentus ex lege Dominus conteret bellum, qua habentur in Judith & lege. Hæc firmitas Bellator Presbyter scribens ex Cæsiodoro commentaria in Judith, ille quoque librum Canonicum credens, & Cæsiodorus ipse numerans Canonicos, inter eos enumerat librum Judith, sic Iudorū libro sexto to originum, sic Fulgentius de statu viduatis.

In Paf. 1. 10. Ep. 2. 1. De Iudib enim scriptum est. Et erat Iudib in domo, sic Hieronymus ipsum translit. & ait. Chaldoz ramen sermone conscripsit iner Historias computatas. Hinc patet quid sit respondendum Hieronymo. Sicut ergo Iudib, & Tobie, & Macabearum libros legit quidem Ecclesiæ, sed eis inter Canonicas Scripturas non recipit, sic hæc duo volumina legit ad edificationem plebis non ad auflorizatum Ecclesiasticon dogmorum confirmandam, nempe Ecclesiasticum & Sapientiam, ubi legit Ecclesia ad edificationem plebis, non ad illius destructionem ut veleni Hostes nostri, ubi legit Ecclesia non rejicit ut hereticos, firmantes suffragia pro defunctis, & ibi loquitur de Ecclesia ab initio, cum Judith Canonica dicat ex Concilio Niceno, & infra librum Docterocanonicum, verè appellari Sacram & rigorosam Scripturam. Et id constat in Conciliis præsidere Spiritum Sanctum, & filium Crucis hñrendè afferit, ibi errari ubi dicitur, Visum est Spiritus Sancto. Magna vero quæstio est an hæc acciderint post captivitatem babylonicam an ante. At cum Lyrano dicimus. Sequitur Historia libri Judith qui contigit tempore Cambyses filii Cyri secundum Historiographos, & Doctores nostros, de quo constat quid regnavit post Patrem, & per consequens post captivitatem Babylonicæ relaxationem, nam Cyrus dedit licentiam, Hebreis redeundi. Nec obstat Hebreis contradixit, qui post captivitatem babylonicam manerunt sub Imperio Perfarum ex libris Esdræ, nam vel subditæ non erant utpote captivi in Babyloniam in Nineve, vel exemplo aliorum Regnorum rebeilarunt, eo quod Holofernes omnes Deos destrueret. Praeceperat enī illi Nabedonosor Rex ut omnes Deus Terra exterminaret, videlicet ut ipse filius dicitur Deus.

Cap. 3. Triplici nodo ad solvendū difficulti & ad rumpendum Sapientiæ liber Canonicus demonstratur. Alter est appellari Solomonis, & in eo Deum expressè locutum, tertius appellari Sacram Scripturam. Ita Clemens

Alexandrinus. Porro Solomon rursum dicit Lib. 5. Arbor est immortalitatis illi, & libro sexto. Porro Solomon; & Epiphanius ait. Accerit mibi Solomonem, Athanasius, nonne alter Solomon, Nazianzenus de Fide. Hic est Solomon, Chrysostomus, unde Solomon dicens, ita Optatus libro quarto, Laetanius libro quarto Institutionum, Victor Cartennus de penitentia capite primo, Eugenius Chartaginensis de Fide, Eucherius Lugdunensis de Spiritualibus formulis, Fulgentius ad Trasimundum libro primo, Faustinus contra Arium capite tricesimo, Cassiodorus, Philastrius de Solomoni, etiam Eusebius de Ireneo in historia. Quibusdam etiam vocibus Solomonis libro de sapientia petitis hoc modo utitur, Nazianzenus oratione 20., Chrysostomus homilia trigesima nona in Matthæum.

Validior est ratio de Spiritu S. per Solomonem expressè locuto. Hæc est sententia Luciferi. Quoniam facinora describitur Spiritus S. per os Solomonis, & Sapientiam i. fam citat, quod & agit aurem Christostomus. Et prophetas de illis Solomoni. Hæc est sententia Tertulliani nomine Catholicorum. Nostra doctrina de portio Solomonis est, & Epiphanius. Accerit mibi Solonem. Et mox. Adgit Propheta, Cyprus nus de exhortatione martyrii. Per Solomonem Spiritus S. ostendit. & probavit dicere, se curam Hominiabit. Et de mortalitate. Sed & per Solomonem docuit Spiritus S. Origines in leviticum de Christo. Ipse enim erat qui dadum per Solomonem dixerat. Magis autem cum ejem bonus, & homilia quinta, dicit Propheta, Verbo Domini, & Epiphanius de Solomone ait. Adgit Propterarum Beatissime. Et citat Sapientiam.

Sunt vero innumeri testes libri hujus Canonici. Extat Evangelium ipsum Matthæi, ubi citatur illud ab impiis dictum. Confidit in Deo liberet eum si vult eum, dixit Cap. 25. enī quis Filius Dei sum, & idem antea prædicterat Sapientiam. Promovit se Scientiam Dei habere, & Filium Dei nominat. Et mox. Si enim est verus Filius Dei suscipiet eam & liberabit de manib[us] contraria, Et ad Romanos undecimo. Quis enim cognovit scelsum Domini, aut quis confidit eius fuit? Et Sapientia non. Quis enim Hominiabit poterit scire consilium Dei, aut quis poteris cogitare quid velis Deus? Est Synodus Alexandrina ad omnes Ecclesias. Heretici ad novas criminationes profiliunt, nec timunt illud quod in sacra litera scriptum est. Et mox. Et os quod mentitur occidit animum. Est & Synodus Sardicensis ad univer- versos. Nam oī Scriptura Sapientia omniam artificem docuit, ubi trigesima & amplius Provincie scribunt, & scribunt universi orbis Præfulibus. Est Clemens Ale- xandrinus libro quarto Stromatum. Divina Sapientia dicit de Martyribus. Vixi sunt oculis insipientium morti. Et Ecclipsis apud Eu-

Her 65.

Hom. 12

Cap. 2.

Cap. 12.

Eusebium, & Justinus cum Tiphone in dia-  
loge, citant sub nomine Iſaiæ Prophetæ  
¶ 1.c.8. Et Baūilus de Spiritu Sancto. *Ac verò*  
etiam illud Prop̄eticum dicitur reprimere, in-  
telligentem in tempore illo facientem, ubi dictum  
Sapientis est dictum propheticum. Est Ephrem Syrus de fui reprehensione. De  
Duo. Potentes inquit ille in libro Sapientie  
potenter tormenta patiuntur, ubi Deus ipse  
est qui loquitur. Et rursus. *Aho in loco alt.*  
¶ 47. Scriptura. *Lufum eſſe vitam nostram.* Est  
Itephanius. *Etsam Sapientias Solomonis*  
in qua & Filii Sirach & omnes summo Di-  
vinas Scripturas aportebitis se evolare, ubi  
Divina Scriptura est Sapientia. Est Na-  
zianzenus dicens. *Iam verò quonodo illud*  
tu eri potuerimus, quod ait Scriptura Deum  
omnia pervaderemus, atque implore. Est &  
Theophylus Epistola secunda Paschali 2.  
Aliibi legimus Spiritum Domini replevit or-  
bem terrarum. Quod nunquam Scriptura me-  
moraret, nisi ubi Scriptura in Sapientia com-  
memoraret. Est Hilarius. Et rursus Propheta,  
magno enim fuit iudicia tua. Est Corin-  
tius. Dicente Scriptura, ut quod menatur  
occidit omnia. Est Hieronymus. Dicente  
Natus. Scriptura. In perversam animam non introi-  
bit sapientia. Est Rufinus in Symbolo. Non  
erit iam difficile credere que Propheta predi-  
xerat quod iusta fulgebunt sancti splendor. Est  
Scr. 101. Petrus Chrysolitus. Deus vitam fecit, Dia-  
bolus machinatus est mortem Divino eloqui-  
fic prodeente. Deus mortem non fecit. Et alibi.  
Audi Scriptram docentem. Et mox.  
Corpus quod corrupti patet approbat unquam. Est  
quinta Synodus dicens. *Æquollerat di-*  
*cit Divina Scriptura obdilla sunt impius, &*  
*impieas ejus.* Et repetit Justinianus in con-  
fessione fidei. Est Casarius Arelatensis. Si-  
cuit Scriptura dicit. *Inuidia Diabolus more*  
*introiit in orbem terrarum.* Est Cyprianus  
de habitu Virginum. Cusa dicat Scriptura  
Divina quid nobis profuit superbia. Est Meli-  
lito Asianus in Epistola ad Oenaeum, po-  
nens hunc in catalogo Divinarum Scriptu-  
rum. Est Cyrilus vocans Scripturam  
Divinam. Est Isidorus in libro prohemio-  
rum. *Sapientia, & Ecclesiasticus parem cum*  
*reliquit Canonici libris tenere noscanit au-*  
*toritatem, quo nol clariss de pari autoritate.* Est Origenes in Numeros scribens.  
*His ergo cum recitatur aliqua Divinorum vo-*  
*luminium lectio, in quo videatur aliqui obſcu-*  
*rum libenter accipiunt, ut est liber Esler, aut*  
*Indub, ubi etiam Tobie, aut mandata Sa-*  
*pientia, ubi vides à cunctis credi Divina, est*  
*Prosper, vel Author de vocatione gentium.* De  
continencia eadem Scriptura loquitur.  
Ut scias quoniam aliter non possem esse.  
*Continenti nisi Deus des.* Est Chrysostomus  
homilia undecima in Genesim. *Propter hoc*  
*& Scriptura obſtupescens eminentem, Sapien-*  
*tiam Dei dicit.* Qui dedit mori viam. Est  
Hieronymus in Jeremiam. Dicente Scrip-  
ta in Pſal. *enra in perversam animam non introiit Sa-*  
*pientia.* Et Hilarius. Et rursus Propheta,  
magna enim sunt iudicia tuo & inenarrabi-  
lia, & Fulgentius. *Sacra Scriptura curvare* Ep. 7.7.3  
*de Sapientia dicere. Splendor est, & rarus.*  
*Scriptum tenet in sacris literis Sapientiam*  
*non vincit mobilia.* Est Ambrosius de Spiritu  
Sancto loquens. *Scriptum est enim quia L.3.c.19*  
*ex Sapientia est Spiritus intelligentia Spiriti*  
*unica, & multiplex subtili benē mobili*  
*diffringit, immutans, dicit Scriptura. Est* ad Hes.  
Eugenius Chartaginensis de Fide. *De Spi-*  
*rita Sunt quod sit ubique dicit Propheta ex*  
*Personā Dei. Ego in vobis, & Spiritus meus*  
*est in medio vestrum, ubi Propheta est qui*  
*loquitur, & ex Persona Dei loquitur, & ita* De for-  
*sap̄e Canonicus. Est Nyssenus. In Divinis ma perf.*  
*literis scriptam existat in animam malevolam*  
*non introiit sapientia.* Est Gaudentius.  
Loquitur Scriptura Divina conclude elec-  
tynam in corde pauperis. Est Author anti-  
quus de Divinis nominibus. In primis Sc̄ri-  
pturarum institutionibus quidam de Divina Cap. 4.  
Sapientia dixit. Est Claudius Mamertus  
de statu anime. Audiens igitur quid Im-  
magini sue pronunciantur inimici Divino Sapienti-  
ta dixerint impij. Est Gildas Baldonicus. Q. 27.1.  
Audimus quod Propheta Regius dixit. Di-  
ligite justitiam. Est Theodoretus in Deute-  
ronomium. Per bac docet nos Dominus, sic Hom. 5.  
Gregorius Taronensis in vita S. Julianae, In-  
nocentius ad Exuperium, Gregorius in Eze-  
chielem & alij.  
Unum tantum fecit suum Kemnitius  
truncat referendo Augustinum, ut mos est,  
apud Athanasium & Augustinum heretico-  
rum, sicut, & Atheista citatis non est Deus  
relectio eo, dixit insipiens in corde suo, &  
Poeta tunc male cum recitas incipit esse  
tuus. Quod à me quoque possum nimurum  
testimonium de libro Sapientia Proter istor De pra-  
ta responſive dixiſi tanquam non de libro Sapientia monico adhibiſſim. Quasi & excepta bujus li-  
bri acceſſatione res ipſa noua clara fit quam vo-  
lunari bina doceri. Hac Kemnitius & in co-  
de capite Augustinus. Non debuit repu-  
diari sententia libri Sapientia, que meruit in  
Ecclēſia Christi de gradu Lectorum Ecclēſie  
Christi tam longa animositas recitari, & ab  
omnibus Christianis Episcopis usque ad extre-  
mos Laicos, fidèles posuisse certe cœcumenes,  
eu in veneroscione Divina Authoritatis audiiri,  
ubi Ecclēſiam citat Lectores, Episcopos, &  
fideles omnes, & discipulos suos certos redi-  
dit. Et infra. Oportet ut librum istum Sa-  
pientia omnibus trullatoribus anteponat,  
quoniam sibi cum aneposuerunt etiam tempo-  
ribus proximitate Apostolorum egregij trullato-  
res, qui cum testem adhibentibz nibil se adbi-  
bere nisi Divinum testimonium crediderunt,  
ubi citat antiquitatem & Doctores omnes. Cap. 17.  
Et de domo perseverantia. Et de continen-  
tia legitur in libro Sapientia, cuius auflari-  
tate nisi sunt magis, & dolit Viri, qui longe  
ante nos eloqua Divina tradidere. Et de  
Trinitate. Dicit alio in loco Sacra Scriptu-  
ra. Sic autem Domine virtutum cum tran-  
quillitate judicas, & rarus. Ait Sacra Scrip-  
tora

L.3 c.16 *tara Multitudo Sapientum est sanctis orbitis terrarum.* Et validissime de mortibus Michahorum.

L.1.c.16 *Potuisse quemquoniam magis convincere his testimoniis novi testamenti, quia illud quoque quod in veteri dictum est de Sapientia, & tres textus adducunt ex veteri testamento, sic tenent Discipuli Prophetae, & Hilarius, sic Prosper de vocacione Gentium.*

*De continentia eadem Scriptura loquitur, ut Epist. 7. scias, & rursus scripem tenetur, & Fulgentius.*

*Si Scriptura caravisi de Sapientia dicens splendor est in luce aeterna, & rursus. Scriptura tenetur in sacris literis.*

*Ea ante discipulos Magister retractavit sententiam, cum librum esse Iesu Filij Sirach, & dicit libro retractationum secundo esse Solomonis,*

*quamvis etiam Sirach dicatus esse Canonicus, ab eodem Augustino & aliis. Uno verbo qui scripsisse contra errores Pelagii, vel errorem duplum Semipelagianorum, citarunt semper ut Canonicanam Sapientiam, immo contra Gentiles ex prophetis impletis.*

*Unum opponit Calvinus ut falsum, originem idoli non fuisse Imaginem Hominis, at non solum librum Sapientie arguit falsitatis, sed Patres Cyprianum de idolorum vanitate, Chrysostomum homilia in Matthaeum octuaginta septimum, Ecclipsam apud Hieronymum de viris illustribus, Cyrrillum libro tertio in Julianum & alios, sed historicos cum Eusebio narrantes Belum, Abraham ipso antiquorem, habuisse statuum ut Deum à Filio Nino, adeo veritas fatigari potest non vinci. Nec oblitus multa dicta esse viciosa, quippe referuntur, ut confuteantur, sicut & Scriptura haereses refert ut confundat, & sapientia eos acerrime reprehendit.*

*Extremum belli nericulum tentant Hostes, omni conatu adversus Michahorum libros.*

*At Ecclesia invita eos tueruntur, libros Michahorum inquit Augustinus non Ju-*

*dei, sed Ecclesia pro Canonis habet, & Doctrinam. Iudiciorum de istis libris ait. Quot libet Hebrei brevi inter apocrypha sapientem Ecclesiastem &c. i. & Cibris inter Divinos libros, & bonas & prædictas, & doctissimis nos Theophylactus Alexandrinus de ipso. Totius orbitis in Ecclesia Cibris laudibus predicatorum. & de Doctrina Christiana Augustinus, inter Canonicos libros reponit, & de Civitate, & de cura pro mortuis. In Michahorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium, sed estis nesciunt in Scripturis veteribus omnino legere, non parva tamen est universa Ecclesia, quæ in hac confutandis claret Authoritas Sc. Adeo magna est in hac re auctoritas Ecclesia, abfique qua nec crederet Evangelio Augustinus. Et Ecclesiam melioribus remissionibus firmatam, quam sicut Synagoga docet Apostolus; & contrarium dicere est judaicum.*

*Cum Ecclesia Patres eximiè convenient. Convenit Origenes libro secundo de Principiis. Ut autem & Scriptura Authoritate bac*

*ito se habere doceamus audi quare lo Michahorum libris, ubi Mater scripta Martyrum.*

*Et contra eos qui dicebant nullum ad Rom. pro Deo mortuorum in veteri testamento.*

*Veteris testamenti legant Michahorum libri, ubi libri Michahorum sunt veteris testamenti, & si apocryphi & soli nihil pro-*

*barent, & homilia tercia in Cantica. Convenit Euclius de preparatione Evangelica.*

*Sic certe de Ieremia traditum fuisse la-*

*dei contendunt. & Machabearum liber retu-*

*rit usum ipsum fuisse post mortem orare pro populo, ubi traditio est hebreorum & Scrip-*

*pturæ. Convenit Lucifer de non parendo delinquentibus in D. un. Logiarum Sa-*

*gra Scriptura Auctor in Michahorum libris,*

*& hoc loquuntur Scriptura dicas, ubi Scrip-*

*tura & dicitur, & congeninatur. Convenit*

*Avitus in catalogo Divinarum literaturum. Et Michaborum fortissima prælia Fra-*

*trum, vis uno breviter complectat ut omnia Lib. 6.*

*verbo. Toto instrumenti veteri tibi pagina*

*nata est. Convenit Calcidorus de Institu-*

*tionibus. Bellator Presbyter expositor in*

*libros Michaborum, ut præveste labore col-*

*lecta est, adeo libri illi ut Scriptura sunt*

*expositi. Convenit Damascenus oratione*

*pro defunctis. A rimando enim quid Scrip-*

*ptura Sacra de Iuda Michabam memoria tra-*

*diderit. Convenit Autem verus de caelesti*

*Hierarchia. Dum Angelicarum virtutum*

*qua, quibus in Sacra Scriptura apparitione*

*nam equitis catastrophæ qui apparuit adducit.*

*Convenit antiquilimus Cyprianus.*

*Quis occurrat, & mox Scriptura Divina*

*dicens Sc. Eccl. Et verba viri pecca-*

*toris me timueritis, ideoque cum de extor-*

*tatione Martyrissimis, luculentissimis na profert te-*

*stimonias, ex Scriptura Divina jam monuit*

*referri. Et loquens de precepto Dei iterum*

*omni ait. Cujus præcepit mentis & vigoris*

*Misericordia intefecit eum, qui ad aram sacrifici-*

*carius accessit. Et m. ix. Quod si etiam hæc*

*præcepta servata fuerit, ubi utroque est*

*C. 5. Ep.*

*ad Rom.*

*L.1.a.1.*

*L.1.c.6.*

*Cap. 1.*

*Ep. 55.*

*Cap. 11.*

*Ep. 55.*

*Cap. 1.*

*Ep. 55.*

parte Iudaeorum contra Ecclesiam, sed Ecclesia pro Canonici habet. Et frustra dicunt Augustinum, vocem Canonici sumere impropriè, quippe stridissime semper sumit, ubi ait. *Se solis illis Scripturarum libris, qui jam Canonici vocantur eum habere bonorem, ut eorum Autorem in nulla re minima errasse firmissime credendum.* Sic loquitur libro secundo de baptismo capite tertio, libro secundo contra Cresconium annunciam decimo contra Faustum, & epistola octauaginta nona, & alibi. Juvat reflectere Ecclesiam minus esse distinguere librum Canonicum à non Canonico, & aliquando dubium reddere Canonicum, sic Hieronymus de viria illibribus in Jacobo ait. *Epistola ipsius procedente tempore paulatim habuisse auctoritatem, & de Epistola ad Hebreos scribit Eusebius.*

L. 3. c. 7. *Quidam illi epistola ac si Pauli non sit fidem abrogare studuerunt, affirmabantque eidem ab Ecclesia Romana contradicer, nec audet Eusebius in eo Montanum arguere. Quod ipsa adhuc apud quoddam etiam Romanos Apostoli epistola esse non extinxeretur, ubi futura erat sed tunc nondum Canonica, & Augustinus contra Faustum. Si auctoritatem Scripturarum omnibus preferendam sequi vultis eam sequamini que ab ipsis presentis Christi temporibus per dispensationes Apostolorum, & certas ab eorum sedibus successiones Episcoporum usque ad bac tempora toto orbe terrarum custodiata, commendata, clarificate pervenire, & rufus. In eodem libro, & de Doctrina Christiana, & contra Manichaeos Manet Epistolam, ut pote ab Ecclesia non receptam reicit, sic liberum Enoch ab Ecclesia non acceptatum, idem passim docet Tertullianus, & immensa eruditio posset comprobari dubitantibus aliquibus de libro aliquo, & plura Hostium exempla convincent. Si ergo libri Machabaeorum ex Ecclesia sunt Canonici, sunt Divine Auctoritatis ex eodem Augustino, sunt ab Ecclesia ita recepti quid validius? Juvat reflectere citari hos libros veluti Divine Auctoritatis, & Josepho Judeorum celeberrimo de Machabaeorum martyrio, & Josepho Filio Gorionis & alii, nec ponit in collectione Efraim ut posteriore, bene autem ex Genebrido in siliis editionibus, & citari contra Iudeos à Tertulliano & aliis. Juvat denique reflectere in gravissimis materiis, citari hos libros à Synagoga, & Ecclesia, Ideoque magna esse auctoritatis, & in Hostium ipsorum bibliis.*

Tria ipsa que opponunt Hostea nobis profont. Primum superstitione est orare pro mortuis, & quidem pro mortuis in peccato mortali, cum Idola contra legem rapuissem, & tertio laudatur Razias se ipsum occidens, at Augustinus & alii Patres ex eo libro evincunt, religiosum esse orare pro mortuis, & innumeri Hostes etiam cum Calvinio, sciunt Ecclesiam veram spud ipsos non superstitionem, orasse semper pro

mortuis, & fatentur; at Judas, & gravissimus Auctor fatentur. *Quia considerabat* <sup>z. Mac.</sup> *quod Hi qui cum pietate dormitionem acciperant, cum pietate, non cum superstitione,* & Calvinus nitro afferit Scriptorem historiz eo trahere factum Iude. *Ut confires eternam vitam effens cum religione Fidelibus, qui pro patria & Religione occubuerant, & Crocius ut imperitiam à Juda avertat, tribuit ei impietatem ut oret pro damnatis, & tandem fatetur iudicium Auctoris, favere precibus pro defunctis, & quidem Auctoris vel Canonici vel gravis. Raptus ergo ille non in honorem Idoli, sed ut prava belli, extitit peccatum veniale, adiuncta & in aliquibus ignorantia.*

Facillimum est alias solvere oppositiones; Cum in Perside ducerent Patres nostri, quippe Auctor pro Perside sumit, etiam alibi finitimat Babylonem, & Chrysostomus in Matthaeum ait Iudaos, ex captivitate Persicredi. Facillimum est solvere illud, Autorem veniam petere erratorum, nam petit veniam imperitum tantum versio-<sup>1 Cor. 11</sup>nis. Sin autem minus dignè concedendum est mihi, imò ait sapienter se imperitum. Si semper exactius sit sermo non erit gratus, & Apostolus vocat se imperitum sermone, imò & scribit. *In insipientia dico.* Facillimum est solvere Autorem, mord Hominem compofuisse, & nobis quidem ipsis qui hoc opus breviandi causa suscepimus non facilem labore, imò vero negotium plenum vigilarum, fudoria assumptum, ut Auctores sacri absque labore scribunt, ut constat in Jeremia dictante suo Notario ea omnia ac si legeret ex libro, & ita peragunt Prophetæ non Scriptores. *Vixum est & mihi ait Lucas affectu omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere, sicut tradiderint nobis qui ab initio ipsi viderant, nec reducere, in compendium est facile, dum enim brevis esse labore obscurus fio, & id actum fudore in Deuteronomio & Psalmis, & de Lucio Floro Gerardus Vossius. Et tamen ea potissimum est Flori nostri lata, quod Scriptor est elegans & disertus, & Laconum lans est paucia multa proferre. Facillimum est respondere hunc Auctorem non esse contrarium Evangelio, cum vaticinium Danielis ponat sub Antiocho, & Christus ponat sub Antichristo, quippe nulla fit mentio vaticinii Danielis, & si fieret rea esdem refertur ad plures, ut haec desolatio sub Adriano & Antichristo. Facillimum est respondere oppositioni, ubi Romani dicuntur regi ab uno, quippe apud unum erat tantum regimen, & ab initio id actum ex Livo, ne videretur duplicatus terror non remotus, & constat inclade Cannensi vitio. Confulis apud quem eo die erat potestas, & imperium, & una in urbe alter in exercitu, unus in una parte una in alia, sic notat Livius in Livo consule, & Plutarchus in Numa & Fabio.*

Facillimum est intelligere de Alexandro

<sup>qui</sup>

qui primus regnauit in Graecia, semper de Monschia quam regnauit, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> nominat Scriptura, pr<sup>ae</sup>cipue cum quatuor tantum regna describat. Facillimum est capere quod Antiochus regnauerit, anno centesimo trigesimo septimo, c<sup>u</sup>m inchoetur a Seleuco non ab Alexandro, ut monet Eusebius in Chronic<sup>o</sup>, & Rabanus Maurus in commentario ejus libri. Facillimum est exponere purgationem templi, & ante mortem, & post mortem Antiochi, quippe narratur post mortem ut jungantur opera Iudei, sed non narratur facta post mortem, sic Antiochus corripi potuit doloribus in itinere, decidere e<sup>t</sup> curru, & mori ob malum nuntium in lecto; sic area potuit abscondi sub Joachim, & sub Nabucodonosor amante Jeremiam, & restitutio arce erit post diem judicii, vel melior restitutio in figurato, & hanc rem egregie commemorat Ambrosius, ideoque nostram sententiam firmat, sicut & Razias dicitur, occupuissu nobiliter, & viriliter non pi<sup>e</sup> & religios<sup>e</sup>; Nec Augustinus respondet apocryphum esse librum. Denique non est scripta epistola a Iude mortuo, sed est epistola scripta a toto populo Iudeorum, ut Graci Codices optimè distinguunt, & numerus in fine soleat apponi.

In hac una & multiplice causa, quo plures adducti sunt eo plures manent. Manet Cyprianus tribus testimoniorum libris ubi Canonicos libros controversia tuerit. Et sit, *Ostemporanum fuit Fili charissime defidio suo spirituali, impensissima petitione, Divina magisteria poscendi, quibus nos Dominus per Scripturar<sup>o</sup> Santulas erudire, & inflamme dignatus est;* Et mox. Scrutanti Scripturar<sup>o</sup> veteres, & novas, & de Christo, *Qui secundum Scripturar<sup>o</sup> auctoritatem, & e libris Machabiorum, & allata & alia refert. Et ex libro Apocalypsis numerosa refert, & ex eo probat divinitatem Christi, & alia. Et de Ecclesiastico, & Sapientia. Item apud eundem in Ecclesiastico. *Ego ex ore Altilissimi prodixi Sc. Et quod ipse fit iustus, quem Iudei occisi erant in Sapientia Solomonis. Circumveniamus iustum, & prosequitur, & de Solomone, Item apud eundem in Ecclesiastico. Ego ex ore Altilissimi prodixi ante omnem creaturam. Gyrum cali circuvi Sc. Et rursus. De hoc ipso apud Tobiam, & ibi fuse. Apud Solomone in Ecclesiastico. *Fili si babet bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer, & aliud fert textum ejusdem. De hoc ipso in Machabais. *Iustum est subditum Deo esse, & mortuorum non paria de Deo festiva. Et rursus. De hoc ipso in Sapientia Solomonis. Iustum Sapientia metuere Deum. Et rursus. Quod nemo in opere suo extollit debet apud Solomone in Ecclesiastico. Noli te extollere in faciendo opere tuo. Et apud Solomone in Sapientia. *Et in simplicitate cordis queris illum. Et rursus. Item in Machabais Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore*****

*Leonum. Et iterum. Item in Ecclesiastico apud Solomone. Qui diligis argenteum non saturabitur argento. Item in Sapientia Solomonis. Disciplinam qui abiici infelix est. Item apud eundem in Ecclesiastico. Viri justi sibi suis convive. Apud Ecclesiastico in Solomone. *Sufuro & bilunguis maledictus, multos enim turbabis pacem habentes. Et ante premiserat in premo Cyprianus. Pro fide & devotione tua quidam Domino exhibes Filii Charissime petissimi ut ad insitendum se exciperem de Scripturar<sup>o</sup> Sancti quedam pistola ad religiosam fletu nostrae disciplinam pertinens letitiae Divina succinctam diligenter querens, ut animus Deo dedicas non longit, aut multis librorum voluminibus fatigetur, sed eruditus breviori praecipitem calestium. Et mox. Collecta sunt a me quedam praecipit Dominica, & Magisteria Divina; ubi sep<sup>e</sup> Divina commemorantur Scripturae. Et de exhortatione martyrij scribit. *Desideravisti Fortunata Sc. De Divinis Scripturis horumque exponerem. Et mox. De praecipit Dominicis promerentur. Et sep<sup>e</sup> geminata Scriptura Apocalypsis, & capite quinto fertur exemplum Matheri, capite decimo Spiritus Sanctus loquitur in Apocalypsi, & capite xi. fusus est de Machabaeis.***

Accedit Magnus Augustinus in speculo, de quo in eius vita scribit Possidius. *Omnibus volent, & voluntibus multa librorum legere, & non voluntibus ex usroque divino vestimento vesci & novo premisso prefatione praecipit Divina seu vetita ad vite regulare pertinentia excipit, atque ex his unum Codicem fecit, ut qui volles legeret & qui in eo, vel quam obediens Deus inobedientius esset agnoscet. Et in prefatione ipsam Augustinus. *Quis ignorat in Scripturis Sibyllis id est legitimis Prophetis, Evangelicis, & Apostolicis Auctoritate Canonica praeedita quedam, ubi colligit quedam, ubi auctoritas Canonica multa proferat, etiam moralia non dubius adinbar Carmelis, sicut, & Cyprianus antea ostenderat & prosequitur. De libro ergo Sapientia ista huic operi congruere visu sunt, & citat multa. Et rursus. *Nunc jam de libro qui Ecclesiasticus dicitur potesta sunt que videntur, & plena folia implet. Et iterum. Ex libro Tobie ista pondere credidimus, & concludit cum Apocalypsi. Adeo Sapientia, Ecclesiasticus, Tobias & Apocalypsi, suot divinum testamentum vetus & novum.***

Non pigeat post Sanctos Patres, ponere & Interpretem Cypriani Rigaltium, non quidem auctoritate, sed ratione pugnante, ubi adductis Cypriani iis verbis. *Sicut Raphael Angelus in Tobie. Tobie librum habet a D. Cypriano non mod<sup>o</sup>, sed & supra Epistola 52., libro de oratione Domus, de bono patientie, & ad Fortunatum capite decimo, & infra quoque libro testimoniorum tertio, ubi ex Tobie probat rem magni momenti, nempe non esse jungenda matrimonia.*

D d d d

L. 1. 6. 5.  
62.

Cap. 5. trimonia cum Gentilibus, libro de oratione Dominica, de opere & elemosynis divinae Scripturam vocat. D. Irenæus inter Prophetas, qui contumeliam afficiebantur à Gnostici enumerat Tobiam, D. Ambrofius librum scripsit de Tobia, & citatur ab eodem Hexameron sexto, & de Elia & jejunio capite decimo, Chrysostomus idem caput quartum citat ad populum Antiochenum, & bellè loquitur de Hieronymo, Praefatio in Tobiam satis indicat se contemnere supercilium Judorum, qui illum in canonem non recipiunt, quod validiori jure dicere poterat de Judith, ubi contrâ Synagogam sequitur Nicenos Patres.

Ea est reflexio primis quinque seculis, ea negata volumina extitisse Canonica, & quidem quinto seculo definitivus Gelasius, cum septuaginta Episcopis exente eo seculo. Item Sapientia liber unus, Ecclesiasticus liber unus, Tobia liber unus, Hesler liber unus, Esdræ liber unus, Judith liber unus, Machabæorum liber unus, & incipiente seculo definitivus Innocentius, & agnovit Augustinus de Doctrina Christiana, sic Laodicena Synodus quarto seculo, Hester, & eodem seculo Chartaginense tertium, cui subscriptis S. Augustinus, Solomonis libri quinque, Tobias, Judith, Esther & mox. Apocalypsi Joannis liber unus. Mox videnda sunt tria prima secula, & certè de libro Sapientie Augustinus, evincit à tempore proximo Apostolorum, apud omnes extitisse Canonicum, & sterilis ipsa antiquitas dives vila est, & plures adhuc fructus, & textus largitur. Incipiamus à vetustissimo Tertulliano, quem Magistrum iactabat discipulus Cyprianus. Et Deum loquentem inducit in Apocalypsi. Ego quos diligo carugo, & de resurrectione carnis concludit post citatos tres Apocalypsis textus. Cum igitur & flatus temporum extremonum Scriptura notent. Et rursus. Habemus etiam vestimentum in Scripturis mentionem ad spem carnis allegorizare, quia & Apocalypsi.

Et rursus. Scribit. Hunc statum confirmat etiam ipsa lex à Deo posita, & citat Ecclesiastici caput decimumquartum. Iterum in Judæos citat Baruch, & Machabæos, ideoque apud illos recipi debuere. Et adversus Hermogenum scribit. Adoro plenitudinem Scripturæ, & si non est scriptum. Et mox. Timet illud adiumentibus, vel detribentibus doctrinam. Et rursus. Non enim poterit auferre veritatem istam futurorum, quando scripta sunt, & citat Apocalypsim. Et iterum. Nos quidem certè Christum semper in Prophetis locutum Spiritum scilicet Creatoris, sicut Propheta testatur. Persona spiritus nostri Christus, & citat Baruch Secundo, & de Anima. Sic Ioannes in Spiritu Dei factus Animas Martyrum aspicit, & adversus Præream. Porro non pericitatur Scriptura, deinde invitat qui viceris dabo ei coronam vite, & memorans vetus testamentum citat Baruch.

Cap. 1. Fecundissimi sunt Origenes, & Clemens Alexandrinus. Scribit primus de principiis. Videamus tamen quomodo hoc que dicimus etiam Divina Scriptura auctoritate muniantur, & citato Paulo subdit. Invenimus nibilominus etiam in Sapientia, que dicitur Solomonis descriptionem quamdam. De Dei Sapientia, hoc modo sumptam. Vapor est enim inquit virtus Dei. Et clarissime in Ezechiel. Quid enim ait Scriptura. Quid superbis terra & cintis? & in Numeros. In libro, qui apud nos quidem inter Solomonis volumina haberi solet, & homilia secunda in librum Judicum. Ut autem hoc amplius ex Scripturarum auctoritate clarescat, quomodo sole dicere Scriptura cognoscere vel nefire, vide quomodo etiam alibi scriptum est. Qui custodit inquit mandatum nefis verbū, & rursus homilia secunda in Cantica. In revelatione Joannis legitur. Et mox. Sed opus est gratia Dei, que bonum nobis aperiatis Intellectum, & in Matthæum eam exponit, & de Apocalypsi libro loquitur. Propositus fuerat nobis ad exponentium, & in Joannem tomo secundo. Itaque recte Iohannes Apostolus, & Evangelista jam propter Apocalypsim Propheta, describens in Apocalypsi sermonem Dei, & citat Solomonem, & Joannem.

Alter est Clemens Alexandrinus. Qui est sine timore non poterit justificari inquit Scriptura. Et rursus. Unde Scriptura constantissime admonet. Ne introducas quemvis Hominem in dominum tuam, dolosi enim Hominis multe sunt infidelia. Alibi autem ait. Nescit enim Scriptura te dicere. Ocali Domini altissimi. Et iterum. Statuer autem in rivo extollit vocem suam inquit Scriptura, & capite octavo. Dicit itaque Scriptura Aqua, & ignis, & ferrum, & libro primo prædagogi capitulo 19., & 11., & lib. 2. cap. 7. fuscus citat Ecclesiasticum ut Canonicum.

Superfluum est citare Irenæum, & Justinum, cùm ambo Apocalypsim sint interpretati, & Irenæus præter citatam Sapientiam habeat capita integra. De his que Joannes, & Dominus prædixere de Imperio, & de adventu secundo Christi, & Justinus dialogo cum Triphone, sub nomine Iñate sepe citet Sapientiam, & illud propheticum. Vinciamus iustum quoniam inutilis est nobis, & ad Græcos de Angelo è Cœlis delecto. Quem Diabolum Divina vocant Scriptura, & alibi.

Jam totam antiquitatem attulimus sequitur antiquissimus Athanasius. Sic Scriptura dicit Deus Hominem condidit ad immortalitatem, & ad Imaginem eternitatis sue, verò invidia Diaboli saeculum est, ut mortis orbem terrarum invaserit. Et rursus. Possumus dicere que à Spiritu Sancto in ipsum dilecta sunt &c. Et non est speciosa laus in ore peccatorum. Et iterum. Nesciunt enim Sacra Scriptura. Tale quid de Domino locuta est. Et mox. Et in Apocalypsi hoc dicit. Quis

*Qui est, & qui erat, & qui venturus est, & oratione tertia. Dominus creavit me, repetit dictum per Solomonem. Sequitur versus Ephrem Syrus. Alio in loco ois Scriptura. Sed astimaverunt lumen esse vitam nostram, quod habet Sapientia decimo quinto, in sermone de patientia. Deus, dominavit Scripturas. Et mox. Es accipies armaturam zelus, & parenesi trigesima prima de Deo, alibi dicit. Non te ipsum extollas, & de patientia. Atque Dominus. Alibi dicit. Quis spernit in Domino, & confusus est? Et parenesi trigesima. Unde dicit Propheta, & citat Ecclesiasticum capite secundo, & vide de penitentia, & illud saepè repetit. Scriptum est, de his libris sicut de aliis certis. Sequitur Augustinus subfissimè addiditus, qui est pro libris Machabiorum, rursus adducit posset de cura promortuis, de Doctrina Christiana & alibi. Sequitur Hieronymus vel citatus ab Adversariis, & præter adductu textus sunt alij plures. Et de Tobia. Liber Tobiae licet non habeatur in canonе (idec hebreo) tamen quia usurpatur ab Ecclesiasticis tale quid memorat dicens Tobia ad Filium suum. Et de Machabais. Hoc enim Scriptura commemorat quod Alexandri &c. Et de Apocalypsi in Scriptotibus Ecclesiasticis, quod en interpretantur Iulianus, & Irenaeus. Et rursus. Nos Apocalypsim Joannis suscipimus nequam bujas temporis confusandū, sed veterum Scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque bujas utuntur testimoniis, non ut interdum in apocryphis facere solent, quippe qui & Genitio utuntur exemplis, sed quasi Canonici, & Ecclesiastici. Et Epistola ad Heliodorum. Niclaus responde quem Dominus in Apocalypsi damas sententias. Et rursus de Domino. Sed sicut non vult mortem peccatoris tantum, quantum ne convertoatur, & vivat, ita sepidus odit, & cito ei naufragium faciunt. Et rursus citans Ecclesiasticum. Argentum, & aurum tuum conflo. Et iterum docet. Non posse omnem Sacram Scripturam esse contraria, & ibi fust agit de Apocalypsi, & Ecclesiastici tertio. Propter quod Scriptura dicit quanto magnas es humilia te in omnibus. Et iterum. Scriptura reputans tempus tacendi. Et iterum. Nec retineas veram in tempore salutis. Iterum ad Pammachium scribit. Ut toto Scripturarum pondere dicamus, & citat Apocalypsim, & Epistola ad Paulum. Apocalypsis tot habet Sacraenta, quos verba, & ibi loquitur de Scripturia Protocanonicis, & huic ex diametro contrarius est Lutherus, sic de Judith apud aliquos dubia, habet prefationem & dicit. Canonicanam &c. Quod agit Hieronymus agit, & Epiphanius, probans ex Machabais orationem pro mortuis, & quidem per Hostes Scriptura evidenti. Idem habet Fulgentius in Epistola ad hebreos, quam post Gelasium centica vult Canonicanam, quamvis Augustinus, Hieronymus, apud Eusebium Ecclesia Romana suo*

admitteret, idem ex Ambroso facile erui potest, & in hac una materia ut & nos facimus, multa possent volumina componi, ubi libri Deuterocanonicali apud Patres Canonici omnino compareant; & apud filios ipsos ut Hieronymum, quem penit solum Hostes opponunt.

Manent post Scripturam versiones quas novem vult Baronius, Junius Calvinista decimè, melius decem Bellarminus. Prima est ante versionem 70., cujus meminit Joseph duodecimo antiquitatum, ubi narrat Theopompum & Theodectum punitos, quod in suis historiis eam infererent, & Patres dicunt Platensem ex iis multa mutataum. Nec obstat versionem septuaginta dici primam, afferit enim Eusebius translatam Scripturam, sed non ita commoddè, & perfectè. Secunda est versio ipsa septuaginta, tercia Aquilæ Pontici sub Adriano, ex Epiphanius de ponderibus & mensuris, Gentilis mox Christiani, sed ab Ecclesia pulsus, quod Astrologie judicari vacaret Judaijmo nomen dedit. Quarta est Theodotionis primum Marcionitæ, deinde Prostelythi Judæi sub Commodo. Quinta est Symmachii Severo ex Baronio, juxta alios sub Lucio Vero, sacros libros ex Hebreo in Graecum transtulit, ex Eusebii primum Ebio. vix mox Judas. Sexta est Hierichuntia, in Urbe Hiericho, anno septimo Caracalla in dolio reperta. Septima, Nicopolitana ex Epiphanius Nicopoli inventa. Octava Origenis multa miscens ex editione Theodotionis, & septuaginta, dicta communè & implens bibliothecas. Nonna est Luciani Presbyteri, & Martyris, novam editionem componens plus emendatam. Decimæ, Hesichii emendantis septuaginta. Id constat de editione 70., esse authenticam citatam à Christo, & Apostolis, & probabilis adhuc esse cum Patres sint usi, nec in manibus omnium potuit variari, etiam probabilius est cellulas extitisse 70., cum id narret Iulianus de visu ruina, nec potuit falli in ruina illius edificij, & populorum traditioni confinis, idem tenet Irenaeus, idem Cyrillus Hierosolima, idem Clemens Alexandrinus, idem Augustinus libro secundo de Doctrina Christiana, idem Ildorus Hispalensis de Divinis officiis, & plures contra unum Hieronymum, volentem eas cellulas fictas, præcipue cum Ptolomeus vellet experiri, utrum libri illi forent Divini. Post versiones Graecas sunt Latina, & vulgata quæ est Itala antiqua emendata ab Hieronymo, nam quæ leguntur emendata ab ipso, sunt modò in nostra vulgata. Matthæi secundo legebatur, in Betleem Iudea, Hieronymus in Betleem Iudea, prima ad Corinthios septimo. Divisa est mulier & Virgo, & legi vult ut modo legitur. Mulier innupta & Virgo, ad Romanos duodecimo, tempori servientes, & legitur Dominus servientes, & si aliquis non sunt iusta illius versionem, vel ipse affirmat non omnia mu-

tasse, sed multa ut erant reliquiss.

Aliqui libri sunt ex versione Hebraica, cum Hieronymus non transtulerit Sapientiam, Ecclesiasticum, & Baruch. Alique versiones extitere Catholicorum. I. S. Pagnini ordinis Prædicatorum quam laudat Bonfrerius in Prologo, & Geneberardus reprehendens, etiam post commendat, & si Hispani aliquos mendos invenere, additi sunt apud Hugonem à porta hæreticum. Alia est Benedicti Arias Montani, omnium pene gentium linguis instruita, & emenda-  
vit versionem S. Pagnini, sed loco laudis. vituperatur à Bonfrerio, at ab aliis defenditur, & biblia quæ circumferuntur sunt hæretica, & plena fabulis nec sunt ipsius. Alia est Tigurira non Tiguri impressa, sed ea quæ cum bibliis circumfertur, emenda-  
ta ab universitate Salmanticensi, & Com-  
plutensi. Alia est Isidori Clari, qua raro discedit à vulgata, & si discedit est Mun-  
steri Apostoli verio. Cajetanus ex Cano vertit plus acutè quām feliciter, Gothica Toleti habetur Latinè, sic Augustinus Justi-  
nianus Genuensis, octapla feliciter posuit, sic Franciscus Ximenis Cardinalis, demum magna decem tomis peracta. Etiam est apud Hostes Sebastiani Munsteri, Eco-  
lampadii, Leonis Judæi, & Theodori Biliani-  
tri perficiens, Sebastiani Castalianis Ba-  
silei, Junii, & Tremelii Genevae, Theodo-  
ri Bezae, & Genevensis.

Remanet defendenda vulgata, in Eccle-  
sia per Hostes vera communis, & in articu-  
lis fundamentalibus infallibili, & Grego-  
rius utraque utitur Epistola ad Leandrum.  
*Mei quoque labor studii ex utraque fulcitur,*  
& de illa Hieronymus Augustinus. Cuius  
sanctorum literarum laborem Hebrei fonsentur  
esse veracem, & Epistola decima dicit omnibus  
placuisse & ex lido. *Ceteris antepo-*  
*nitus.* Sic Augustinus contrâ Faustum osten-  
dit, impossibile fore vitiare Scripturas, &  
aliquin Ecclesia fore sine Scriptura, sic  
Ecclesia est columna, & firmamentum veri-  
tatis, sic in Ecclesia nil esset certi in variis  
versionibus, sic quilibet addit, & detrahit,  
ut Lutherus. *Namquid non habemus po-*  
*tentiam mulierem fororum circumducendi,* de  
suo adiectum in uxorem. Et ad Romanos sexto.  
*Arbitramur justificari per fidem addidit so-*  
*lam,* sic Beza actorum decimo quinto de-  
traxit ea verba, *principient custodiare præcep-*  
*to Apostolorum,* sic oculis constat in diver-  
sis versionibus, & ostendunt Cochleus &  
Gretlerus, & Coelius refert mille loca à  
Lutherovitata; sic nullus habebet veram  
versionem, Tigurini, Osiander, Bucerus,  
Munsterus reprehendunt illam Lutheri, &  
ipsem post mille facta dixit errasse, sic Be-  
za remprehendit Castalio, & alii. Sic Lu-  
therus de novissimis verbis David, Kemni-  
tius in prima parte examinis, Witacherus,  
Beza in caput decimum octavum, laudant  
unam versionem, & prophetant, in re clara  
tot fore versores quot sciolos. Sic laudant

vulgatam, Conradus Pelicanus præfatione  
in Psalmos, Theodorus Beza in caput pri-  
mum Luce, Carolus Molinaeus in novo te-  
stamento, & alij apud Gravinam, & He-  
breis ipsi. Nec sunt in ea solecismi, ut Ho-  
stes ipsi contra suos Novatores ostendunt, &  
sciolis aliqui reprehendunt elegantiæ nou-  
intellectus, ut milles ostendit D. Arnaldus,  
& unum exemplum est in Psalmis. *Prius* Pf. 57.  
quam intelligent spina vestra Rhamnum,

quod exprimit Dei velocitatem melius,  
quam si spina ascendatur ad ollam, cùm  
spine adnascentur mox Rhamno. Quæ ve-  
rò opponunt nobis evidenter sunt falsa,  
nos viatissim Scripturam, ut meritum pone-  
remus, talibus enim hostiis promeretur  
Deus, ut intercessionem B. Virginis, ipsa  
conteret caput tuum, quippe mille & am-  
plius annos, erat vulgata ante Lutherum,  
& Calvinum, & ea utebatur Ecclesia vel  
per Hostes vera, ita legehant antiquissimi  
Pati, ut oculis ipsis constat, & notant  
Walemburgici, unum affirmimus ex Jacobi  
Epistola, quam Lutheranorum biblia ne-  
gant Canonicas, & tamen Hieronymus ait  
de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Jacobus*  
1575.,  
unam tantum scriptis Epistolam, quæ de sé-  
tem Catholicis est, & innumeris Patris apud  
1540.,  
Coccium, & Bellarminum, volumen esse Ca-  
1566.,  
nonicam, & Lutherani ipsi contra Luthe-  
rum. Liberum cuique faciente agnoscere,  
è contra ut vidimus ipsi mutarunt textus  
controversos, & nos oppositionibus contra  
nos factis, in singulis materiis respondimus,  
habentes vetustum & immutatum textum.

## C A P U T U L T I M U M .

*De Reliquis spectantibus ad primam  
& secundam Personam.*

**L** Expositis tertie Personæ proprietatibus,  
exponenda sunt spectantia ad reliquias  
duas, & ad Trinitatem ipsam totam, sic  
processiones, relations, & Personæ, cùm  
tribus partibus constet Trinitatis træcta-  
tus.

Processio est origo unius ab alio, ut aqua  
procedit à fonte, flos à radice, & ut lo-  
quuntur cùm Basilio Patres, rivus procedit  
è fonte, & radii procedunt à sole; Has ne-  
garunt Sabelliani, Ariani, Semiariani,  
Macedoniani, Præxes, Noetus, Serve-  
tus, Sociniani, & alii, ut Christus ipse  
de se ipso verax testatur. *Ego à Deo proce-*70.8.**  
*fi,* & rursus. *Exi vi à Patre & veni in* *70.16.*  
*mundum.* Et de Spiritu S. *Spiritus veri-* *70.15.*  
*tatis qui à Patre procedit,* & passum & ite-  
rum. *Ante Luciferum genui te,* & alibi. *Micb.2.*  
*Ego bodie genui te,* & iterum. *Egressus*  
*eius à diebus eternitatis,* ubi de creatura  
inchoat Scriptura. In principio Deus crea-  
vit Cœlum, & terram, & Jæsa Evangelista  
potius quam Propheta. *Generationem*  
*eius quis enarrabit?* Nec obstat Arii ratio,  
*Quis est pluvia Pater,* aut quis genuit filias

## Liber VIII. Caput Ultimum :

765

*Yob 36.* roris? Ubi & creature dicuntur Filii, & genitæ, quippe generatio creature est ad extra, generatio Filii ad intra. In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum, cùque Sapientia è Sapientia, & Filius est. *Qui non sapinam arbitratus est esse se aqualem Deo*, & factus homo exinanivit se ipsum formam servi accipiens, quod Sociniani ipsi Hostes intellexere, & fuse ostendimus tomo præcedenti.

Cùm ergo constet ex fide Procello videndum, ac constet lumine naturali, quod videtur tenuisse Raymundus Lullius, damnatus in direclorio Eymericus, quamvis ipsum excusat Vasquez, & Suarez exponat id facta jam revelatione; Cùm reliqui Theologici id negent, & citent clarissimas Scripturas. Nemo novit Patrem nisi Filius, & cui volueris Filius revelare, & Matthæi decimo sexto. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in Cœlis est, & Lucas decimo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater & quis sit Pater nisi Filius, & cui volueris Filius revelare, & Joannis sexto. Est scriptum in Prophetis. Erunt omnes docibiles Dei, omnis qui audiret a Patre, & didicisset venit ad me. Non quia Patrem vidi quisquam, nisi is qui est à Deo sic vidi Patrem, & capite primo. Deum nemo vidi unquam, Unigenitus Filius qui est in finu Patri ipse enarravit, & citatus Isaia habet. Generationem ejus quis enarrabit? Hoc repetunt Interpretes & bellè Hieronymi. Quod caro, & sanguis revelare non potuit Spiritus S. gratia est revelatum. Hilarius octavo de Trinitate. Non poterit Homo sua intelligentia se consequi posse mysterium Divina generationis, & in sexto. Philosophia non capiat, Chrysostomus in Matthæum docet Petrum indigneum revelatione, ut Christum Filium Dei naturalem agnosceret, Justinus vocat Trinitatem rerum arcanarum, & ineffabilium naturam, Augustinus de Trinitate libro octavo & alibi. Primi credere debemus quām intelligere, Leo Magnus successor de Precessore. Non caro & sanguis, sed ille me tibi revelavit &c. Arator de Deo, doceatque voluntem, sic Fulgentius de Fide Trinitatis, Cyprianus de baptismo, Hormisdas ad Justinianum, Auctor de celesti Hierarchia & Divinis nominibus, & Anselmus in monologio cohibet audaces. Videlur mibi bujus tam subtilis rei secretum transducere omnem Intellectus aciem humani, & ideo conatum explicando qualiter illud sit continentum puto, & S. Thomas docet derogari tali mysterio, cum ratione naturali requiritur, & Synodus Nicena reprehendit Philosophos, ex Philosophia de Trinitate tractantes, nec ratio ne naturali illi Praesules sed vi Divina ad silentium adegeret. Imò natura nescit unum tria, & tria unum, nec effectus cognoscitur nisi ex omnipotencia, & si Incarnatione Christi ex Apostolo est mysterium absconditum

à seculis, erit validiori jure Trinitas, nec comparet naturam, ut arguit D. Anselmus, quæ super omnia est, & quod est supra omnem rationem, à naturæ ratione non comprehenditur. Frustra opponunt numerum ternarium esse perfectum, quippe idcirco perfectus est ob initium medium, & finem, non tamen est unus nisi collectivè. Frustra opponunt similitudinem cum anima, quam etiam libro integro evincit Augustinus, quippe ex D. Thoma major inest dissimilitudo, nec actus, nec potentia distinctæ uam sunt, & ex Anselmo simile exemplum non inventitur. Frustra citant Trigemistum dicentem. *Monas genuit Monadem*, & in se suum reflexit ardorem, & Platonem de Tritonitate differenter, quippe Trigemistus de uno loquitur orbe creato ob unius Dei amorem, & apud Criticos bonos est Apocryphus; & Plato de Trinitate absurdus est locutus, à Tertulliano & aliis reprehensus. Frustra citant Augustinum contestantem, se in libris Platoniorum legisse, eadem verba quæ sunt initio Evangelii Joannis, quippe Plato ex Augustino legit in Moyse, & Platonici didicere ex Sibilla Erythrea, ut volunt Augustinus, Justinus & alij, & ex Judæis per orbem dispersis. Frustra fertur Athanasius accusans Philosophos, quod ignorarent mysterium Trinitatis, qui se explicat de cognitione gratiae. *Gratia in nos Orat.* collata magna absurdio sunt, & supra Hominem, & quod transcendit sua excellentia omnia charifinata Patri, ipsiusque verbi cognitio, & donatio Sancti Spiritus. Frustra repeatunt sine socio non esse gaudium, quippe Deus se solo est beatitudo, & Deus meus es tu quoniam honorum meorum non egis. Frustra divinum ut vocant Platonem, alioquin altissimos Platonicos adducunt, quippe redarguit ipso ad Corinthios Paulus. *Loginum Dei Sapientiam in mysterio*, que abscondita est quam predestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo Principium hujus seculi cognovit, & ibi fuso calamo demonstrat. Nec datur appetitus ad agnoscendam Trinitatem, sicut volunt Scotistæ dari ad visionem Beatam, quamvis naturale esse non potuit, quod est omnino supra natum.

Hæc processio contra Lullum est duplex, ut vidimus in Filio & Spiritu Sancto, nec alia comparet in Scriptura, & Patribus & Pater ingenitus à nullo procedit, nec sol procedit à radiis. Et frustra Lullus inducit bonificabile, & bonum, quippe de Deo uno totus orbis intellexit, & Deus est fibi unita beatitudo, & in nobis potest esse multiplex per mentem Deus autem semel loquitus. Hæc etiam duplex processio contra Durandum, est immediatè per intellectum & voluntatem, quippe in principio erat Verbum, & Verbum est Sapientia, sermo, proles mentis, & productiones adintra sunt immediatè à mente & voluntate, sic *Charitas diffusa est per Spiritum Sanctum*, nec obstant Pa-

*Mat. 11.*

*Matth.*

*In c. 16.*

*Ap. 2.*

*Cap. 5.*

*Cap. 64.*

7. off.

*L. 8. de Civ. 10*

*Dip. 8.*

*tra Ar.*

*1. cap. 2.*

Patres generationem Filii dicentes esse ex natura, quippe loquuntur contra Arium, dicentes eam generationem esse liberam, sic Basilius libro quinto contra Eunomium ait, *Patrem natura & essentialiter genuisse*, & Epiphanius in Anchorato ait. *Gensis natura super voluntatem*. Hec iterum duplex processio, est per unicum actum intelligendi, & alia per unicum actum volendi, contra Scotum admittentem duos actus, quorum unus sit intelligere commune, alter sit dicere notionale, & proprium, contra Vasquez a admittentem duos alias, nempe intelligere & dieere, contra Valentiam volentem duos actus, alterum notionale alterum absolutum, & nobis expressè faveat Anselmus.

*In summō Spiritu idem est dicere, ac*  
*intelligere. Quoniam autem idem est in summō*  
*Spiritu scire quod intelligi, prae dicere ne-*  
*cessit est quod eodem modo sciat omnia que sunt*  
*quo ea dicit, aut intelligit. Et cursus. Ejus*

*Lib. 3. scire & intelligere non est aliud quād dicere,*  
*& D Fulgentius ad Monimum. Cū autem*  
*nullum apud se Verbum habeat, atque co-*  
*gitando habet, quia nihil est aliud cogitare,*  
*quād apud se dicere, fave Augustinus deci-*

*mo quinto de Civitate, Pater dicit se, ubi*  
*idem est dicere ac intelligere, aliquoq[ue] Pa-*  
*ter produceret se ipsum, si & alii Patres, &*  
*linea intelligendi est innata, idoqe in-*  
*cludit & intelligere, & dicere, & idem te-*  
*lum ferit Adversarios, cum etenim essentia*  
*sit communia Persona, cui in solo Patre*  
*generat? Nonnis quia connatas Paternitas,*  
*ut respondere debent Henricus, Sco-*  
*tus, Vasquez, & Valentia, neque dicas dari*  
*etiam in Deo plures scientias, quippe di-*  
*stinctio illa est penes obiectum, non verò*  
*penes intellectum Divinum, & potest ali-*  
*qua conditio esse necessaria ad operandum*  
*non ad dandam existentiam, ut constat*  
*in approximatione respectu ignis. Ideoque*  
*concludendum est intelligere in solo Patre*  
*esse dicere, sic Richardus Victorinus de*  
*Trinitate vocat, Patrem auctorem locutio-*

*L.6.t.12. nis & ait. Nam solus Pater dicit, & Gre-*  
*gorius in moralibus ait. Ipse vox quia cum*  
*Pater gignendo dicit, & fusè agit de hac re*  
*Anselmus in Monologio. Manet gravis*  
*questio de principio quo divinarum Proce-*

*ssiarum, cū principium quod sit suppositum,*  
*cū actiones sint suppositorum, &*  
*Pater dicatur generare, principium quo est*  
*virtus principii quod, ut calor est principium*  
*quo calefactionis, nempe virtus per*  
*quam ignis operatur, & in hac re tot sunt*  
*opiniones quot mentes, & Patres videntur*  
*esse discordes. Aliqui enim volunt solam*  
*naturam & sic Basilius libro quinto contra*  
*Eunomium. Pater natura Divisa pro-*  
*priam Filium genuit, Nazianzenus de fide*  
*Trinitatis vocat Filium, perfectum de perfe-*  
*cto, totum de toto, sic Augustinus de tempo-*  
*re idem scribit. Gensis Filium totum à toto*  
*perfectum de perfecto, plenum à pleno, Damas-*  
*scenus libro primo de fide orthodoxa. Ge-*

neratio est natura non sicut generantis, sed  
sicut ejus quo generat, sic Cyrillus libro  
primo thesaurorum ait, *generatio virtus*  
*est, essentiam, sic Anselmus in mono-*  
*logio de Spiritu Sancto. Non ex eo prece- Ser. 15.*  
*dis quo plures sunt Pater, & Filius, sed ex eo*  
*in quo unum sunt, & repetit ibi, & de pro-*  
*cessione Spiritu Sancti, sic Joannes Theo-*  
*logus in Concilio Florantino; sic Autor*  
*de Divinis nominibus capite tertio, sic Au-*  
*gustinus lege Verbum ait, è Sapientia pro-*  
*cedere, & he ab essentia. Et contra Atha-*  
*nasius de Trinitate ait. *Pater hypostasi gi-*  
*gnit, Ambrosius de fide inquit. Generatio*  
*est paterna proprietatis non potentie, sic Au-*  
*gustinus de Trinitate docebat, *Patrem effe**  
**Patrem, quod est ei Filius. Sed in ipsa di-**  
*scordia sunt unioni, quippe prae essentia*  
*requiritur relatio, & sola est diversitas*  
*in modo loquendi, an proprietas sit conno-*  
*tatum, complementum, importetur in recto,*  
*vel in obliquo, si principium inaequatum*  
*& similia; sic nullo negotio solvuntur op-*  
*positiones, sic essentia non generat ex Pe-*  
*tro Lombardo, cū requiratur relatio, &*  
*generat Pater, & sic generat in Patre non in*  
*Filio. Cur vero sola producitur Filius dia-*  
*cus generatio, jam vidimus agentes de Spi-*  
*ritu Sancto.**

A Processionibus ad Relationes ascendi-  
mus, que ex illis emergunt, de quibus  
quatuor articulis agit Angelicus. Et rela-  
tiones sunt multiplicis generia, aliae ad ex-  
tra, aliae ad intra, que sunt ad extra fundan-  
tur in actionibus transactibus, ut Creato-  
ris & Gubernantis, aliae in actibus immi-  
nentibus, ut Predecessantis, aliae ad intra  
conveniunt omnibus Personis, ut relatio  
sequalitatis, similitudinis, identitatis, aliae  
conveniunt uni tantum, ut Paternitas, Fi-  
liatio, spiratio activa, & passiva, & quatuor sunt.  
Filii respectu Patris Filiatio, Patris re-  
spectu Filii Paternitas, tercia Patris, & Fi-  
lii erga Spiritum Sanctum, spiratio activa  
dicta, quarta Spiritus Sancti respectu Pa-  
tris & Filii, & est spiratio passiva, nec sunt  
quatuor Personae, quippe spiratio activa  
realiter, non distinguitor à Paternitate &  
Filiatione. Haec relationes secundum esse in  
sunt reales, cū idem sint ac essentia. Di-  
vina, & reales sunt secundum esse ad relati-  
vum, alioquin Trinitas partim esset ratio-  
nis, & cūm esse ad sit ipsa relatio. Nec ob-  
stat Boetius hic relatus ab Angelico, do-  
cens relationes esse rationis, quippe loqui-  
tur de relationibus ad extra, aliquoq[ue] habet  
axioma illud. *Substantia praebet unitatem re-*  
*latio Trinitatem, & fusè Augustinus de*  
*Trinitate, ponit duo praedicamenta, sub-*  
*stantiam, & relationem, & sep[er] vocat sub-*  
*stantiam, & probat non esse accidens, cūm*  
*à Deo abesse non possit. Quia verò distinc-*  
*tiō sit inter essentiam, & relationes, jam de*  
*Deo uno diximus, & in quinta nota Ecclē-*  
*siae tomo precedenti salvavimus prædicta*  
*apparenter opposita. An verò Relationes*  
*di-*

dient perfectionem dicimus cum Scoto, Durando, Capreolo, Richardo, & cum pluribus Thomistis nullam dicere. Et primo evincimus ex Augustino de Trinitate, ubi docet bonitatem, magnitudinem, perfectiōnem in Divinis non relativē, sed ad se diei.

I. 5. c. 8.  
I. 7. c. 1.  
C. 6.

Et rursus de Trinitate quarens eur tres Personas, nec tres omnipotentes, nec tres magnos dicere fas sit respondet, *quia magnas, & bonus sunt nomina substantia, & dicuntur ad unum.* Et rursus. *Sic si nos dicimus tres magnitudines, sed una essentiam, & unam magnitudinem, nec Augustinus loquitur de essentia relativa, quippe cum res sumuntur & substantiae, & relativē dicere possamus tres res, non triplicem essentiam, aut magnitudinem, & Nazianzenus per excellentiam Theologus. Quomodo Pater non sit Filius, est sames id quod est Filius.*

Orat. 37  
xi.

*Etim Personæ Divinæ sunt aequales ex Augustino. In summa Trinitate tantum est una quantum tres sunt, nec plus aliquid sunt aut quidam una, & Synodus Toletana definit. Trinitas nec minor est in singulis, quidam in omnibus, nec major in omnibus, quidam in singulis Personæ manet, sic Anselmus in prologo, & alijs, nec satisfacit esse eminentiar in alijs quippe eminentia dicit excessum, ut constat in Deo, & eretur, multoque minus relationes, perfectas esse in ordine ad essentiam, cum sermo sit de relationibus non de essentiâ, de relativa perfectione non de absoluta. Etiam tres relativa perfectio-*

*nies repugnant, cum infinitum omne relatum includat. Nec obstat sexta Synodus, vocans tres Personas perfectas, quippe id non est ratione relationis, sed dicimus tres Personas & unum Deum, & juxta Athanasii symboli phrasim. *Eternus Pater, eternus Filius, eternus Spiritus Sanctus non tam tres eterni, sed unus eternus,* sic perfectio sicut eternum sumitur adjective non substantiæ, nec adoratur Paternitas sed Pater, quamvis ad adorationem satis sit una formalitas, velut in humanitate Christi Divinitas, nec Patres dicentes relationes perfectas, illo pacto nobis contrariantur, ut*

Orat. 5  
Cap. 63.

*Nazianzenus, perfectio Deitas quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquam desideratur. Et Athanasii oratione secunda ait. Proles si non eternaliter existit cum Patre, detrimentum assert plenitudini illius substantia, & assert Patrem sine verbo esse mutum, sic Damascenus, & Angelicus docent Patrem sine Filio non esse perfectum, at hæc non sunt ad rem nostram, cum sint ex parte naturæ communicant, eum Patres ipsi ut notari Aguire se exponant, non futurum Patrem fecundum, sicut imperfectus esset Deus ipse si non cognoscere futura contingencia, quamvis illa Deo perfectionem non addant, unde concludimus cum Anselmo in monologio. *Certissimum autem jam considerate resonem reddiderunt quidquid summa natura inest essentialiter, id perfectè convenire Patri, & Filio, & eorum Spiritui, & so-**

*men id ipsum si simul dicatur de tribus non admittere pluralitatem, ubi doceat Anselmus id esse certissimum; & in proslogio. Quod autem est singulus quisque, hoc est tota Trinitas unitas simul. Denique nullum est argumentum illud, Adversariorum Achilleus & decantatum, omne ens est perfectio, cum ens idem sit ac perfectum, quippe valet hoc de ente absoluto, non in relativo quod est purus respectus.*

Ventum est ad Personas Divinas constitutas relationibus non originibus, cum origines sint via ad generationem, nec ostendunt Personas jam constitutas, nec proprietatis absolutis sed relativis, *quia Pater, Filius, Spiritus Sanctus sunt ad aliquid, nec obstat in eterne id fieri, quippe id evenit ex limitatione, ubi in Divinis sola relatio multipliebat Personas ex Concilio Florentino, & Toletano xi.* Optimum vero est nomen Personæ, quod adhuc patres & concilia, non anelliantia Grammatica, sed impetrant, & adhibet elegantissimum Justinianna, lege prima scilicet de statu hominum, & libro primo, & quarto institutionum, & alibi, imò eloquentia Magister in Lucullo. *Ac Tert. 2. vereor ne talium Personarum cum amplificare velim immensum etiam gloriam, & in partitionibus & alibi sepe, unde Grammaticam ipsam neglexit Valla, & indocitus ex Petavio vult Patres docere.* In his Personis est circumflexio Graci periorens, et que mutua Personarum commixtio, vel inhabitatione unius Personæ in alia quam Christus ipse peritissimus, & expertus docet. *Non creditis quia ego in Parre, & Parer in Yo 14. me est? Et mox, Pater in me manens facit opera.* Et rursus sicut. *Tu Pater in me, & Je. 15. ego in te, & cum Scriptura Interpretes & Patres, sic Augustinus de Trinitate docet.*

*Ita ut singula sint in singulis, & singula in aliis.* Lib. 6. *et ratio est non immensitas vel eternitas, sed identitas ex Patribus trium Personarum, ita Cyrillus libro decimo in Joannem, & primo. Quoniam eterne alter in altero est naturaliter. ac necessarie similitudine operante Patre, Filius operatur tanquam virtus ejus naturalis, & substantia, & substantiens; Sic Ambrosius libro primo de Fide. Operationis unitas non facit pluralitatem Divinitatem, sicut ipse Dominus ostendit dicens. Creditis mihi quia ego in Parre, & Parer in me, & Augustinus tractatu vigesimo in Joannem. *Quomodo Pater, & Filius inseparabiles sunt?* Quia ipse dixit Ego, & Pater unum sumus, sic Hilarius assertit Filium esse in Patre, eo quod sit vita viventis, & alij, ob unicam substantiam, & potentiam, imò etiam ratione Personarum, cum sint indivisi, & inseparabiles, ut loquitur Athanasius oratione quarta. Sicut ex luce splendor, & Augustinus primo de Trinitate, sicut inseparabiles sunt, sic Toletana Synodus undecima, & rursus Hilarius libro secundo. *Ita se invicem quia ut omnia in ingenito Parre perfectè sunt, ita omnia in Filiis Unigenito**

Cap. 23.

Cap. 5.

Cap. 6.

- genito perfecta suus*, sic Anselmus & alii, nec obicit Patrem futurum Filium, nam Pater est ingenitus & cum Paternitate, immo ex Hilario est circumfessio, utilis pro unitate ut constas & Trinitate, cum dicatas alias & alias non idem sibi. Est etiam Trinitas homoum confubstantialis, ut cum Synodo Nicena sentit Ecclesia, & Hieronymus scribens Damasci ait. *Obeftor Beatisdinem tuam, per Crucifixum Mundi salutem, per Omousion Trinitatem.* Non tamen in sensu Sabellii, qui ex Leone Magao. *Cum veram Trinitatem intelligere non valeres unam eundemque credens sub triplici appellatione Personam, trium nominum constituit Trinitatem, adverfus quem scribit Hilarius. Multe Omousion Samosatenus confessus est, sed namquid melius Ariani negaverunt? Et melius Ambrosius tertio de Fide. *Frustra autem verbum istud proper Sabellianos declinare fecerunt, & in eo suam imperitiam produnt bonorum aenam aliud alij non ipsum est sibi, ubi Arianus impeditos demonstrat, & verbum duo significare diversa, optimum esse potest & pessimum, velut astutia & fraudem dicit, & prudentiam, & dolus bonus est & sepe malus, & similia. Et etiam Trinitas homoum similia, qua voce usus est Hilarius de Synodis, & Athanasius oratione secunda & quarta, at negat Patres, Basilius negat similitudinem & vult identitatem, Nazianzenus vult magie idem quam simile, Cyrillus libro tertio in Joannem, acerrime impugnat eam similitudinem, sic Marius Victorinus de substantia, non est alia ut sit similia ad aliam; sic Hilarius Constantium ea de te accusat. *Sacris sacre ignorantibus pastis quia dicit similem Patri secundum Scripturas*, immo Semirazi apud Epiphanius, dicebant Filium per omnia similem Patri, ideoque natura, & Usia quod tamen cane pejus & angue horreabant, ideoque post Arium & Arminium, ea voce abstinentum omnino, & Patres ipsi ea utentes cum Hilario, eam contra Hareticos impugnabant, & usi sunt ea voce similitudinis, sed perfecte similitudinis, sed imaginis & quoad substantiam, que tamen ob hareticorum dolos non sufficiunt. Sunt & tres Personae aequales, & simili, & in hac Trinitate ait Symbolum Athanasi, nihil maior aut minus, nihil prius & posterius, sed tres personae coeterae sibi sunt, & conquaes, nec est prioritas temporis in eternitate, nec prioritas naturae in eadem substantia, bene prioritas originis, cum Filius sit Deus de Deo lumens de lumine, genitus ante Luciferum. Sunt etiam in Personis millesies, & Spiritus Sanctus mittitur à Patre & Filio, Filius à solo Patre, Pater à nullo, cum etenim docente Angelico millesio dicat originem, & novum modum existendi, Pater ingenitus mitti non potest, Filius autem mittitur à Patre. *Sicut misit me Pater, & cursus. Non sum missus nisi ad eum, que perieram domus Israel, & de Spiritu Sancto loquitur Christus.* Quem misset Pater in nomine meo. Mat. 55 Mittuntur aliquando visibiliter, ut Christus, & Spiritus Sanctus in forma columba, *¶ 14.* aliquando tamen invisibiliter. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inabitatam Rem. 5. tem Spiritum ejus in nobis.* Sunt etiam in Trinitate operationes, ad intra sunt propriæ, ut generare Patris, ad extra communes cum proveniant ab omnipotenti, tribus Personis communis ut c. fieri certe constat.**
- Huc denique spectant notiones, quæ sunt notæ dignitatis distinguentes, & haec probabilius sunt 5. Genitor, Ingenitus, & Genitus, Spirans & spiratus, & nomen illud ingeniti in Patre est, & constat has quinque esse notiones, constat aliam notionem Patris esse qua respicit Filium, & qua est ingenitus, nec qua Pater est ingenitus, ut constat in creatura, ex quibus scilicet corrunt rationea contraria. Si in Patre innascibilitas est notio, erit & in Filio inspirabilitas, & ingenerabilitas in Spiritu Sancto, & notio in ipso erit non productivum, quippe innascibilitas dicit dignitatem, quam non dicit inspirabilitas, est enim primum principium, & ingenerabilitas est ipsa Filiatio, & ingenerabilitas Spiratio passiva, Pater vero, ut Pater non est innascibilis, & Pater dicit negationem cuiuscumque productionis, unde Patres aliqui Patrem vocarunt etiam quod Divinitatem majorem, cum ex Synodo Sardicensi nomine sit major. Etiam in Filio notio est spiratio, sicut esse bipedem in homine respectu quadrupedum.
